

ENI

TIUM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

KW 3697
~~228 C 17~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

~~Acq. 10.~~
~~6264~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

LUCÆ HOLSTENII
NOTÆ ET CASTIGATIONES
IN
STEPHANUM BYZANTIUM
DE
URBIBUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

62 C 4

LUCÆ HOLSTENII
NOTÆ ET CASTIGATIONES
POSTUMÆ
IN
STEPHANI BYZANTII
ΕΘΝΙΚΑ,
Quæ vulgo ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ inſcribuntur:
Poſt longam doctorum exſpectationem editæ
a
THEODORO RYCKIO.
Qui
SCYMNI CHII FRAGMENTA
hactenus non edita:
Item
DISSERTATIONEM
De primis Italiæ colonis & Æneæ adventu:
Et alia nonnulla addidit.



LUGD. BATAVORUM,
Apud JACOBUM HACKIUM A.C. M DC LXXXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'SHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

CHRISTINÆ SUECORUM, GOTHORUM ET VANDALORUM REGINÆ

THEODORUS RYCKIUS
Felicitatem.

Favor ille ſingularis, quo placuit Tibi, Regalis faſtigii decus eximium, nuper Romæ me commorantem proſequi, & gratia a Majeſtate Tua mihi tunc exhibita annuendo benefice deſideriis, quæ Tibi offerebam, auxerunt non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

modo venerationem, qua ante fama cognitam virtutum Tuarum magnitudinem colebam, verum nunc etiam ut patrocinium Tuum affectem, dant fiduciam. Cum enim Lucæ Holſtenii Notæ & Caſtigationes in Stephani Ἐθνικὰ ab Eminentiſſimo Cardinale Franciſco Barberino, qui exinde magno rei literariæ detrimento rebus humanis exemptus eſt, liberaliter mihi, ſi Tu permitteres, edendæ offerrentur; petii a Majeſtate Tua, ut hoc gratiſſimo munere orbem proſequi literatum dignarere. Annuiſti non modo facilis petitioni meæ, ſed gaudere etiam oblata conditione viſa es, quod hactenus nemo inventus eſſet, qui immaturo fœtui manum adhibere ſuſtinuiſſet, cum tamen is digniſſimus eſſet, qui lucem adſpiceret. Reverſus itaque in patriam ſtatim huic labori me accinxi imitaturus illorum exemplum, qui aliorum ſcripta cum applauſu ediderunt. Sed uti verum fatear tractando adeo difficilem deprehendi, ut niſi fides Majeſtati Tuæ & quem modo laudavi Eminentiſſimo Prin-

cipi

cipi obſtricta inceptum omittere prohibuiſſet, ſimul boni publici, quod exinde proventurum videbam, contemplatio identidem me conſolata eſſet, nunquam exantlare potuiſſem. Tandem exegi opus mihi moleſtisſimum, pluribus profuturum, idque nunc Majeſtati Tuæ humiliter dico, ſupplicans ut eadem facilitate tutelam illius ſuſcipere digneris qua ante publicationem conceſſiſti. Ipſe poſtumus hic fœtus novisſimis parentis ſui vocibus apud Te commendatus jure quodam ſuo idem flagitat. Cum enim antequam typis deſcriberetur in dominio Tuo fuerit, neque ex hoc migrare aut cum pluribus niſi mandato Tuo communicari potuerit, ad cujus alterius poſtquam Te volente publici juris factus & quaſi libertate donatus eſt quam Dominæ ſuæ prioris clientelam refugeret? Debetur autem Majeſtati Tuæ liber hic: atque inter opera Tua inſignia, quibus ingenia & diſciplinas magnifice foviſti, haudquaquam poſtremum eſt, quod Tuo beneficio eruditus orbis fruatur veteris Geographiæ illuſtratione a Luca

Hol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Holſtenio per tot annos elucubrata. Utinam exemplum Tuum imitarentur Principes & Reges, non ita paſſim collabi diſciplinas atque ad barbariem ſuperiorum ſeculorum magnis iri paſſibus videremus. Oſtendit hoc nuper quum Ipſa illud tractabas Regnum Tuum optimorum ingeniorum copia refertiſſimum. Et licet alieno in ſolo velut in ſeceſſu nunc degas, tamen uti heliotropia ſolem propter ſalutarem illius adſpectum ſequi videmus, ita in Regia Tua nunquam deſiderantur qui Tua inſpiratione ad appetenda pulcherrima ſtudia accendantur. Quare hoc Tuum munus a me paullo comptius redditum Tibique remiſſum, ut quanta ſoles humanitate complectare a Majeſtate Tua humiliter peto. Lugduni Batavorum, A. D. III. Kal. Febr. A. C. CIↃ IↃC LXXXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

AD LECTOREM
PRÆFATIO.

Cum anno hujus ſeculi nono ſexageſimo & ſequente Romæ peregrinabundus per plures menſes ſubſiſterem Urbis æternæ ſplendore, bibliothecis & ingeniorum ſublimitate captus, incidi forte fortuna in *Lucæ Holſtenii*, viri noſtro & futuris ſeculis memorandæ eruditionis, Notas & Caſtigationes poſtumas in *Stephanum*, uti nunc inſcribitur, *de Urbibus*, quæ in Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini Bibliotheca ſervabantur, ex archetypo Codice, quem Auctor Reginæ CHRISTINÆ legaverat, deſcriptæ. Præerat tunc temporis huic Bibliothecæ V. C. Carolus Moronus. Cum itaque ex hoc quærerem, cur ſicut aliæ *Holſtenii* curæ Illuſtriſſimi Viri beneficio poſt ejus fata editæ fuerint, hæ pariter in literarum & veteris Geographiæ emolumentum non publicarentur; reſpondit, quo minus id jam factum eſſet eveniſſe, quod qui inchoatum opus perficeret, nemo hactenus inventus eſſet. Forte ſedes Pontificia tunc vacabat, mortuo Clemente IX, & Bibliothecæ hujus Dominus Pontificalibus comitiis in Conclavi attinebatur. Quibus tandem quinto menſe ſolutis cum mihi ſalutandi Eminentiſſimi Viri facta fuiſſet copia & de hoc ipſo opere ſermo incidiſſet, hic pro incredibili quo fuit præditus bene de literaria republica merendi ſtudio id obtulit mihi edendum, pene inopinanti; verum ſub hac conditione, ut Sereniſſimæ Reginæ venia prius accederet. Qua paullo poſt impetrata accepi conditionem illicoque per Moroni manus liber mihi traditus eſt. Cogitabam autem tum temporis ipſum *Stephanum* ſimul cum his Notis publicare, quam primum in patriam redux forem. Et quoniam *Stephani* verſionem Latinam a Benedicto Ægio Spoletino quondam confectam in Vaticana Bibliotheca aſſervari noveram, rogabam Stephanum Gradium, virum ſummo ingenio & magna eruditione præditum, qui tunc temporis hujus Bibliothecæ curam habebat, nuper ſummo cum dolore meo & publico Romæ finitus eſt, deſcribi hanc pro me pateretur. Quod apographum cum pariter nactus eſſem ad editionem *Stephani* procurandam non ita male inſtructum me putabam. At poſtquam anno CIƆ IƆ CLXXI in patriam reverſus ſum novam *Stephani* editionem cum verſione ſimul & commentario a duobus diverſis agitari deprehendo, & alterius quidem labores prælum jam ſubiiſſe, alterius brevi ſubituros. Accidit tamen poſtea ut priorem poſterior anteverterit & jam nuper Amſtelodami *Stephanum* publicarit. Cum itaque nemo reperiretur, qui eodem tempore eumdem Auctorem deſcribere tertium vellet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Holſtenianas Notas abſque *Stephano* & verſione Latina edere coactus ſum. Hoc vero & ipſum lentius proceſſit, dum in principium hujus conatus incidit bellum, quo librarius diu absterritus eſt; dein ſpe pacis injecta cum negotium ſuſcepiſſet, proceſſum ejus interrumpit morbus meus diutinus & propemodum exitialis; me vero commodum reſtituto, ipſius librarii mors diutiſſime ſuſpendit. Erat hic Daniel Elſevirius typographicæ artis in hac Republica princeps & deſcribendis plurimis libris clariſſimum nomen adeptus, ingentique literariæ rei detrimento ante ſenectutem raptus. Hujus obitum totius ſupellectilis ejus librariæ diſtractio tarde inſecuta tandem novum typographum dedit. Quæ ideo præfari cogor, ne quis vitio mihi vertat, quod theſaurum publico debitum mihique commiſſum non prius protulerim. Ut taceam non unius aut alterius ſed plurium annorum laborem fuiſſe, quem in expoliendo & exaſciando hoc opere poſuerimus. Nec enim ab Auctore id ſcriptum fuit ut quandoque ſic ederetur, ſed uti ipſe inde juſtum commentarium conficeret. Hoc enim volviſſe eum animo ex diverſis [a] harum Caſtigationum locis perſpicitur: quo minus præſtiterit ab ingenii ejus vaſtitate, nova identidem diſcere cupientis, aut ſuperveniente priusquam deſtinata perficeret mortalitate profectum eſt. Cum enim commentarius hic ex infinitis diverſorum temporum obſervationibus natus fuerit, factum ut multa in eo bis aut ſæpius perſcripta fuerint, in quibus poſteriora prioribus ſæpe contradicunt; multa abrupte & quaſi a feſtinante memoriæ tantum adminiculo notata; multa confuſe & quaſi ab aliud agente conjecta; multa remiſſe & tamquam ab oſcitante aut nauſeabundo effuſa. Quæ ſingula reformanda, concilianda, deducenda, deſcribenda, emendanda fuere, ut uſum publice haberent, & pro Auctoris eruditione, aliquatenus ſaltem, legerentur. Præterea quæ emendantur illuſtranturve auctorum loca nuſpiam fere in autographo adjecta, ſed duntaxat indicata ſunt. Cum tamen absque horum conſpectu emendationis pondus aut illuſtrationis neceſſitas minus appareat; & præberetur occaſio hominibus minus probis *Holſtenianas* curas intervertendi. Quare non prioris tantum generis verum & poſterioris pleraque adjecimus: tum quod in hac eruditionis parte, quæ auctoritate nititur, hæc ſint ſedium inſtar, unde argumenta Geographiæ veteris petantur. Tot igitur ac tantas moræ cauſſas ne durior quis nobis imputet jure deprecamur.

[a] v. Καλλιστία &c.

Quoniam vero in exponendis auctoribus quæri ferme ſolet de Auctoris vita, operis titulo, natura, expoſitione, idque ipſum facere *Holſtenium* fata prohibuere, ne neceſſario veſtibulo opus hoc deſtituatur, de ſingulis aliquid dicemus.

De *Stephano* quem *Byzantium* appellat Tzetzes [b], *Grammaticum* vocat Suidas [c], id vere affirmari poteſt, & *Holſtenius* (uti ex ſchedis manu ejus exaratis patet) credidit, vixiſſe poſt Honorii & Arcadii tempora, ſive poſt annum Chriſti quadringenteſimum, quoniam Marcianum Heracleotam & Syneſium laudat, quos æquales fuiſſe ex Syneſii epiſtolis conſtat & circa hæc tempora floruiſſe certiſſimum eſt. Cum enim *Hermolaus*, qui *Stephani* opus in Epitomen redegit ſub Juſtiniano, Suida teſte, vixerit, Imperator vero hic ex anno Chriſti IↃXXVII ſtationem auſpicatus ſit, viventis adhuc Stephani opus eum mutilaſſe parum veriſimile eſt. Nec me movet quod in hoc ipſo Lexico v. Ἀνακτόρια Auctor Eugenio ſe ſucceſſiſſe dicat

[b] Chiliad. III.H.100.
[c] v. Ἑρμόλαος.

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

in Scholarum regiarum adminiſtratione, quem Suidas ſub Anaſtaſio (qui ex anno CCCCXCI ad DXVIII Imperium tenuit) Conſtantinopoli magna celebritate docuiſſe & quædam ſcripſiſſe commemorat: quoniam pluſquam veriſimile verba hæc non a *Stephano* profecta ſed ab Epitomatore addita, qui Eugenii non propter aliud meminiſſe videtur, quam ut ejus occaſione conditionem ſuam poſteris proderet. Nec in hoc tantum loco addidit aliquid Compendiarius iſte ſed aliis plurimis, uti paſſim *Holſtenius* notat. Præterea id quoque dubitari poteſt, an Chriſtianus fuerit ipſe *Stephanus* (nam de Epitomatore dubitare non licet) cum in utramque partem rationes ex hoc opere colligi poſſint. Chriſtianiſmo nomen dediſſe ſuadere videtur temporis quo vixit ratio, obtinente jam longe lateque Chriſtiana religione. Immo ſi ea quæ v. Βήθλεμα leguntur, ab ipſo *Stephano* ſcripta ſint, non vero ab *Hermolao* addita, nullus dubitandi locus relinquitur. Denique quod ſcriptores Chriſtianos ad teſtimonium citat magnum argumentum eſt. Notiſſimum enim ex Eunapio, Proclo & aliis, quantopere Chriſtianorum nomen averſati fuerint gentiles ejus ſeculi ſcriptores. Rurſus contrarium ex eo probari videtur, quod homo Chriſtianus veram etymologiam locorum, quæ in S. Scriptura, occurrunt, ignorare non potuerit, cum tamen *Stephanus* ineptas gentilium fabulas adferat, uti v. Ἰουδαία aliiſque apparet. Præterea quod in locis Palæſtinæ commemorandis nullam vel S. Scripturæ vel Euſebii, qui τοπικῶν librum ediderat, mentionem fecerit: ubi ille Joſephum, Alexandrum, Pauſaniam alioſque vel Judæos vel profanos ſcriptores tantum laudat. Nihilominus Chriſtianum fuiſſe *Holſtenius* putavit & maxime probabile eſt. Neque officiunt rationes in contrarium adductæ; quia *Stephanus* aliorum Collectiones Ἐθνικῶν, Philonis, Ori, Herodiani & ſimilium potius in unum volumen congeſſit, quam ipſe ex ſe compoſuit. Unde non tam ſua quam aliorum verba ac ſententias eum adferre certiſſimum eſt.

Inſcribitur autem liber hic in Aldina Editione, περὶ πόλεων; quod Xylander ſe immutare noluiſſe, etſi genuinum minime crederet, profitetur. In Editione Iuntina, περὶ πόλεων καὶ δήμων. Nec titulum hunc heri aut nudius tertius natum ex duobus MSS. Vat. patet. In quorum altero, Στεφάνου Βυζαντίου περὶ πόλεων καὶ δήμων κατὰ ἀλφάβητον. In altero, Ἐκ τοῦ Στεφάνου περὶ πόλεων ἀξιομνημόνευτα κατὰ στοιχεῖον. Immo jam duodecimo ſeculo ſive Tzetzis ætate obtinuiſſe hanc epigraphen ex hujus verſibus liquet:

> Τῷ περὶ νήσων, πόλεων τε καὶ δήμων τῷ βιβλίῳ
> Στέφανος ὁ Βυζάντιος οὐ γράφει περὶ ταύτης.
> *In libro de inſulis, urbibus & populis*
> *Stephanus Byzantius de ea non ſcribit.*

A qua, verboſitate maxime, abit quæ in Fragmento Stephani Seguieriano adducitur: Στεφάνου Γραμματικοῦ Κωνσταντινουπόλεως περὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἐθνῶν, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετωνομασίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν παρηγμένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν, καὶ κλητικῶν τε ὀνομάτων. Unde ſuſpicor a Iuntis & Aldo in MSS. inventum titulum, quem ſinguli Editionibus ſuis præfixerunt. Nihilominus certum neque *Stephanum* ipſum neque illius Epitomatorem *Hermolaum* ita hoc opus inſcripſiſſe, ſed alterum ἘΘΝΙΚᾺ, alterum ἘΘΝΙΚΩ͂Ν ἘΠΙΤΟΜΉΝ. Prius ex Euſtathio, Tzetzis æquali, diſcimus, ad Iliad. Z.[a] a p. 649.

Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ διαφόρους γραφὰς ἀποφέρεται τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττιον, καθὰ καὶ Στέφανος παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. *Sciendum diverſas ſcripturas referre dictum Adramytteon, quemadmodum & Stephanus tradit in Ethnicis.* Dein nusquam aliter in his commentariis, aut illis in Dionyſium quam τὰ ἐθνικὰ, τὴν ἐθνικῶν ἐπιτομὴν, τὴν ἀναγραφὴν τῶν ἐθνικῶν, τὴν τῶν ἐθνικῶν καταγραφὴν tacito auctoris nomine vocat, nonnunquam etiam τὸν τεχνικὸν παλαιοὺς & κατὰ τὸν παλαιοὺς, etiam ubi verbotenus deſcribit. Poſterius indubitatum reddit Suidas, Tzetze vetuſtior, apud quem: Ἑρμόλαος Γραμματικὸς Κωνσταντινοπόλεως, γράψας τὴν Ἐπιτομὴν τῶν Ἐθνικῶν Στεφάνου Γραμματικοῦ προσφωνηθεῖσαν Ἰουστινιανῷ τῷ βασιλεῖ. *Hermolaus Grammaticus Conſtantinopolitanus, qui compoſuit compendium libri de Gentilibus Stephani Grammatici Juſtiniano Imperatori dedicatum.* Nam ab *Hermolao* Ἐθνικῶν *Stephani* opus, quod habemus, primum mutilatum dubitare non licet, propter ea quæ leguntur v. Ἀνακτόριον, plane cum *Hermolai* ætate convenientia. Et in hac ſententia jam olim fuit Joſephus Scaliger, a quo propterea *Stephanus aut ejus potius mutilator Hermolaus* alicubi [a] adducitur. Hoc vero *Hermolai* Compendium cum ſubſequentibus temporibus iterum, & forte ſæpius, fuiſſet contractum, uti ex omiſſo *Hermolai* nomine, præciſa ejuſdem dedicatione, & plurimis locis patet, quibus aut promittitur aliquid alio loco tractatum iri, quod tamen illic non legitur; aut vocula ὅτι [b] relicta eſt, eclogis, quarum illa nota, deletis; aut prima omiſſi loci litera remanſit [c]; ſtatim poſt Euſtathii tempora ab hominibus, qui Geographica præcipue in hoc opere tractari exiſtimabant, primarium *Stephani* ſcopum non adſequebantur, περὶ πόλεων aut περὶ πόλεων καὶ δήμων titulum tuliſſe videtur.

[a] Append. Not. in Varr. de R. R. p. 208.

[b] ut v. Χῖος.

[c] ut v. Δίκτη.

Stephani enim in hoc opere ſcopus præcipuus non fuit Geographica docere, ut iſti putarunt, ſed Ἐθνικὰ ſive *Gentilia*, quæ ab gentium, regionum urbiumque deducantur nominibus percenſere. Sic ut hoc opus mere Grammaticum ſit & proprie ad Grammaticam τεχνικὴν pertineat, & quidem eam partem, quæ de Nominibus derivativis agit, præcipue vero illis, quæ a Nominibus derivantur, quæ vulgo diſtinguuntur in Patronymica, Gentilia, Poſſeſſiva, Diminutiva, & Denominativa. Horum enim ſecundum genus toto hoc opere pertractatur, obiter autem de Patronymicis & Poſſeſſivis quædam ſubinde adſperguntur. Etſi fatear etiam ad ἐξηγητικὴν ſive ἱστορικὴν pertinere: in qua Sextus Empiricus [d] inter alia περὶ τόπων, καθάπερ ὀρῶν ἢ ποταμῶν tractari docet. Unde veteres τὸ ἱστορικὸν dividere in quatuor partes ſolebant τὸ γενεαλογικὸν, πραγματικὸν, τοπικὸν, χρονικόν. Sed ut dixi primo loco ad τεχνικὴν ſpectat. Dolendum autem periiſſe ipſius *Stephani* tractatum Lexico huic Ἐθνικῶν ὀνομάτων, præmiſſum de varia *Gentilium* nominum formatione, quem ipſe citat v. Αἰθίοψ, τὰ τῶν ἐθνικῶν προτεχνολογήματα, quo totam hanc Grammaticæ partem accurate & copioſe pertractaverat. Exſtat in Vaticana Bibliotheca Dionyſii Thracis Τέχνη Γραμματικὴ cum diverſis antiquorum expoſitionibus Porphyrii, Chœroboſci, Melampodis, Diomedis & præcipue *Stephani*; cujus ſequens Scholion de Ἐθνικῷ ſive *Gentili* nomine putabat Holſtenius: Ἐθνικὸν δέ ἐστι τὸ ἔθνους δηλωτικόν· οἷον Φρύξ, Γαλάτης. Τὸ ἐθνικὸν δεῖ ἀκριβῶς εἰδέναι πόθεν· γίνεται δὲ τετραχῶς· ἀπὸ γένους, ἀπὸ χώρας, ἀπὸ πόλεως, ἀπὸ βασιλέως. ἀπὸ γένους μὲν, ὡς Ἕλλην καὶ Βάρβαρος· ἀπὸ δὲ χώρας, ὡς Θεσσαλός· ἀπὸ δὲ πόλεως, ὡς Φθιώτης· ἀπὸ δὲ βασιλέως, ὡς Ἀχαιὸς καὶ Δαναός. Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ ἔθνους δηλωτικὸν ὡς καὶ

[d] Adverſ. Mathem. p. 19.

αὐτὸς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

αὐτὸς παρέθετο, ὁ Φρὺξ Γαλάτης, ὡς ἐν Εἰσαγωγῇ. *Gentile gentem ſignificat, quale Phryx, Galata. Gentile unde fiat accurate ſciendum eſt. Formatur autem quatuor modis: a gente, regione, urbe, rege. A gente ut Græcus, Barbarus: a regione ut Theſſalus: ab urbe ut Phthiotes: a rege ut Achæus, Danaus. Hæc igitur gentis denotatio, ſicut & ipſe poſuit, Phryx, Galata, ut in Iſagoge.* Ingens autem hoc Ἐθνικῶν opus fuiſſe antequam ab *Hermolao* & reliquis in id, quod nunc ſupereſt, volumen compreſſum eſt multa indicio ſunt. Præcipue quod in MSS. Palatinis ad literam Ξ notetur: Ἀρχὴ τοῦ λέ βιβλίου. *Incipit liber quintus & triceſimus.* ad literam O: Ἀρχὴ τοῦ λϛ´ βιβλίου. *Incipit liber ſextus & triceſimus.* Cum enim litera Ξ integrum olim librum confecerit, quæ nunc in ſemipagellam contracta eſt, aliæ literæ in plures etiam libros diſtinctæ fuerint, de forma integri operis conjicere licet. Idem etiam ex iis quæ a Conſtantino Porphyrogenneta lib. II Themate X ex *Stephani* opere de Sicilia citantur, conſtat, quorum in hoc Compendio neque vola neque veſtigium exſtat. Idque jam obſervavit Henricus Valeſius[a]. Idem Themate IX ejuſdem libri de Dyrrachio, & Themate XII de Cherſone adfert, quæ in hac Epitome non conſpiciuntur; ex integro tamen opere, ut veriſimile, petita. Et apud eumdem, libro de Adminiſtrando Imperio ad Romanum filium, duo integra leguntur capita XXIII & XXIV de Iberia & Hiſpania, quæ exinde penitus deſcripta nemo dubitabit, qui cum iis quæ hac Epitome vv. Ἰβηρίαι & Ἱσπανίαι ſuperſunt, conferre voluerit. Hæc autem a librario potius quam ipſo Imperatore operi huic inſerta facile largietur, qui nihil cum reliquo contextu commune habere & per occaſionem occupatæ a Saracenis Hiſpaniæ, cujus cap. XXIII & XXV fit mentio, interjecta eſſe animadvertit. Denique nuper clariſſime id apparuit in Fragmento nobili ex Seguieriana Bibliotheca prolato, in quo duodecim voces deſcribuntur ex litera Δ, quarum prima Δύμη; una ad ſequentem pertinens literam; eodem ordine, quo in Epitome adhuc exſtant, ſed innumeris partibus auctius. Ex quibus omnibus luculenter patet quam exiguam integri operis portiunculam habeamus reliquam, quantumque damni in tam præclari operis contractione res literaria tulerit: ſimul *Stephani* opus ordine ut vocant alphabetico ſcriptum, de qua re Xylander dubitat.

[a] Not. ad Exc. Nic. Damaſc. p. 73. & ſeq.

Sed tranſeo ad commentationem. Optandum quidem ut ipſe *Lucas Holſtenius* ex tumultuario quem reliquit juſtum commentarium confeciſſet. Sed quoniam id non præſtitit, contenti ſimus hoc Catone, & gratias agamus manibus ejus quod vel ſic infinita nos docuerit. Præter autem judicium acre & doctrinam plane admirabilem, ad Geographiam veterem illuſtrandam iis ſubſidiis inſtructus venit quibus hactenus nemo. Cum enim Vaticanæ Bibliothecæ præfectus eſſet, inde quidquid ſchedarum antiquarum ad hoc ſtudium faceret ſibi depromſit. Nec Vaticana tantum ſe concludi paſſus, quidquid præterea bibliothecarum aut in Urbe aut alibi inveniretur excuſſit. Hinc tot ἀνέκδοτα in hoc opere paſſim citantur, in quibus ingens numerus Græcorum Epigrammatum: quæ ita a me prolata ſunt, quemadmodum in antigrapho reperi, corrupta ſcilicet ſæpius, nec ſine ope ingenii hariolantis intelligenda. Uſus autem eſt duobus *Stephani* MSS. qui in Palatina olim Bibliotheca, nunc Vaticana aſſervantur, qui paſſim in his Notis vocantur ad teſtimo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

nium. Adhibuit etiam Claudii Salmaſii Codicem, in cujus marginibus variantes Codd. duorum Palatinorum lectiones, dum adhuc Heidelbergæ erant, ſimul cum conjecturis ſuis is adſcripſerat. Unde identidem harum conjecturarum in hoc opere mentio fit. Hunc Codicem *Holſtenio* ab ipſo Salmaſio transmiſſum patet ex ſequenti epiſtola, quæ in Barberina Bibliotheca nunc ſervatur:

CL. Salmaſius Holſtenio ſuo Salut.

Ut fidem meam liberem, Eruditiſſime Holſteni, mitto ecce tibi Stephanum olim a me cum duobus ſcriptis Codicibus e Palatina Bibliotheca collatum, & una partem verſionis Xylandrianæ, quam ab heredibus ejus Heidelbergæ cum eſſem nactus ſum. Si quid illa uſui tibi eſſe poterit, utere. Vereor, ut omnia pellegere poſſis, quæ ad oram Codicis mei notavi ita mala manu in peſſima ac bibula charta ſcripta ſunt. Vale & me ama. Salutem velim dicas Florenti noſtro. Grinæi XI *Kal. Mart.* CIↃ IↃ C XXVI.

Præterea quoniam Iſaacus Caſaubonus alicubi[a] editionis *Stephani* ſpem fecerat etiam hujus Codicem videre deſideravit: quem ſibi e Sereniſſimi Magnæ Britanniæ Regis Bibliotheca a V. C. Patricio Iunio adhoc transmiſſum alicubi manu ſua notat, pauca duntaxat in ejus Codice notata ſe reperiſſe addens: quorum tamen in his Notis non obliviſcitur. Nec tantum bibliothecas ſcrutatus eſt, ſed Gazophylacia etiam & nummarias thecas reſeravit, primuſque novam veteri Geographiæ lucem a numiſmatibus mutuatus eſt, ſolertiſſime judicans horum auctoritate ſive ad *Gentilium* formationem oſtendendam ſive ad ſinceram loci ſcripturam eruendam nihil eſſe certius. In horum autem applicatione, uti & reliquis, ſicubi peccatum fuerit (uti non dubitandum) rogatos velim viros doctos, qui talia notaturi ſunt, uti & homines ſe & hoc opus poſtumum eſſe meminerint. Neque enim omnia commiſſa corrigere aut debui, aut potui. Non debui, quoniam ſic non *Holſtenii* ſed meus Liber factus eſſet: tum quod ex his multa in conjectura poſita ſint, in quo genere ſi quis erraverit apud eruditos & bellos homines paratam habet veniam. Non potui autem omnia animadvertere, ingenii ſcilicet tarditate & temporis brevitate impeditus. Integra enim hominis ætas ad hanc ſtudiorum partem perficiendam requiritur. Optandum autem ipſius autographi mihi copiam fuiſſe. Cum enim exemplar Barberinum a duobus librariis plane indoctis ſcriptum ſit, factum ut innumeris id erroribus ſcateat. Horum partem longe maximam primo ſtatim obtutu correxi, aliam non contemnendam poſt aliqualem meditationem, quoſdam nulla divinandi contentione tollere valui. Unde evenit, ut nonnulla quæ exigui momenti videbantur omittere, quædam inſpecto per amicum autographo ad ejus fidem in Addendis ſupplere coactus fuerim.

a Lect. Theocr. cap. I.

Holſtenianis Notis junctæ ſunt *Franciſci Guieti* Obſervationes pauculæ, quas V. C. Ægidius Menagius cum conſilium noſtrum intellexiſſet humaniſſime contulit.

Scymni Chii Fragmenta ad me miſit laudatus ante Carolus Moronus. Cum enim in Barberina Bibliotheca inter alia *Holſtenii* ſcripta latere noſſem Geographos aliquot veteres notis ejuſdem illuſtratos, Illuſtriſſimum Virum per Stephanum Gradium rogavi ut hos auctores, quoniam ejuſdem cum hoc opere argumenti eſſent, augendo volumini adjicere dignaretur: idque is haud gravate conceſſit. Sed cum aliquanto poſt munificus hic literatorum parens exſtinctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſtinctus eſſet, nihil præter *Fragmenta Scymni Chii* tranſmiſſum eſt, excuſante Morono Bibliothecæ Barberinæ præfecturam in alium tranſlatam. Unde vero hæc *Fragmenta* deprompta fuerint, & qua auctoritate *Scymni Chii* nomen ferant, cum ſæpius ab amicis Romæ quæſierim, nemo dicere valuit. Maxime veriſimile e Schedis Vaticanæ Bibliothecæ hauſta. De auctore vero aliunde conſtat & Holſtenius jam docuit Περιήγησιν, quæ ſub Marciani Heracleotæ nomine hactenus ſe oſtendit, ad quam referenda veniunt hæc *Fragmenta*, nulli præterquam *Scymno Chio* deberi. Nam in Notis ad Apollonium Rhodium lib. IV.[a] ad verba Scholiaſtæ: Σκύμνος δὲ τῇ ἐν ἑκκαι- a v. 284. & 187.
δεκάτῃ περὶ Εὐρώπης αὐτὸν μόνον φησὶν ἀπὸ ἐρήμου φέρεσθαι τὸν Ἴστρον. Ῥίπαια δὲ ὄρη ἐν τοῖς ἀνατολαῖς ὡς Καλλίμαχος· notat ſequentia: *Hic librorum numerus perſpicue falſus. Neque enim Scymni Chii* Περιήγησις *in libros diviſa fuit, tantum abeſt ut de ſola Europa ſedecim libros ſcripſerit. Exſtat enim nunc magna ejus opuſculi pars, quæ hactenus ſub falſo Marciani Heracleotæ nomine delituit. Quod hujus loci auctoritate & indicio primus omnium vero auctori vindicavi in notis meis ad Porphyrium. In MS. fuerat* ἐν τοῖς περὶ Εὐρώπης, *ſicuti pag. præcedenti* ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας *idem Scymnus laudatur. Inde imperiti librarii fecere* ἐν τῇ ις, *pro* ἐν τοῖς. *quod deinde voce expanſa editum*, ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ. *Neque minus corrupta ſunt quæ ex Scymno de Iſtri curſu affert. Nam pro illo*, ἀπὸ ἐρήμου φέρεσθαι τὸν Ἴστρον, *ſcribendum* ἀπὸ ἑσπέρου. *quod ſequentia Callimachi verba evincunt, quæ Ripæos montes ad ortum ponunt, contra ac Symnus: cujus hæc ſunt verba de Iſtro:* Κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων Hactenus ibi *Holſtenius*. In Notis vero ad Porphyrium[b], de Scythis ultra Mœotim, decem *Scymni Chii* ve- b p. 82.
tuſti Geographi adfert verſus, quos cum aliis multis hactenus non editos dicit. Hos igitur omnes ſimul cum ipſius verſione nunc hic damus, ut eximatur tandem doctis reſiduus ſcrupulus de emendato recte ab *Holſtenio* Apollonii Scholiaſte. Verſus enim *Scymni*, cujus auctoritate nititur hæc emendatio, in his Fragmentis exſtat. Nec tantum ex hoc Scholiaſte Περιηγήσεως hujus verus Auctor vindicatur: ſed uti recte obſervavit Eraſmus Vindingius V. A. [c] ex *Ste-* c Not. ad Marcianum Heracleotam.
phano etiam, apud quem: Ἀγάθη, πόλις Λιγύων, ἢ Κελτῶν. Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτὴν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. *Agathe urbs Ligurum aut Celtarum. Scymnus Phocæenſium dicit in Europa.* Nam in hactenus edita ſub Marciani nomine Περιηγήσει[d] legitur: d v. 211.

Μεθ᾽ οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν
Οἱ Μασσιλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς
Ἀγάθην.

Poſt quos delati in Hiſpaniam
Qui Maſſiliam condiderunt, obtinuerunt Phocæenſes
Agathen.

Cui ex eodem addi poteſt locus alius v. Πάρος· Ἔστι καὶ ἄλλη Πάρος νῆσος Λιβυρνῶν, ὥς φησι Σκύμνος ὁ Χίος ἐν πρώτῳ Περιηγήσεως. *Eſt etiam alia Paros inſula Liburnorum, ut ait Scymnus Chius part.* I. *Deſcriptionis Orbis.* Nam in hactenus vulgata, poſtquam de Liburnis & Illyriis actum eſſet, ſubjicitur:

Φάρος δὲ τούτων οὐκ ἄπωθεν κειμένη
Νῆσος, Παρίων κτίσις ἐστίν.
Paros vero his non procul ſita
Inſula, Pariorum opus eſt.

Scymno Chio ſubjunximus quatuor *Holſtenianas* Diſſertationes ſeorſum quidem ante editas ſed a paucis viſas, ne perirent.

Tandem in Geographorum veterum, quibus potiri non licuit, locum *Diſſertationem* noſtram *de primis Italiæ colonis & Æneæ adventu*, ſimul cum *Oratione de Gigantibus* ſubjecimus, pro purpura pannum, fateor. Prioris meditationis cauſſam præbuit Samuel Bochartus, magnum literarum lumen, poſtquam publico ſcripto probare intendiſſet Æneam nunquam in Italia fuiſſe, quod Romani omnes crediderant; & cognoviſſem ex eruditorum numero multos in ejus ſententiam iviſſe, cum plane ſit falſa & tanto viro indigna. Præmiſſa autem quædam *de primis Italiæ Colonis*, ut Italiæ ſtatus qualis ſub *Æneæ adventum* fuit, melius perſpiceretur, inprimis ut eoſdem Romanos qui Aborigines dixere Græcos ab Oenotris diverſos; qui multis ante Trojanum bellum ætatibus ex Achaia in Italiam migraverint, contra Dionyſium Halicarnaſſenſem defenderem, Aborigines ſtatuentem Oenotros, qui ex Arcadia ſeptemdecim ante Trojam captam generationibus in Italiam venerint. Tituli priorem partem ſumpſi ab Antiocho, qui de *antiquiſſimis Italiæ colonis*; poſteriorem a Poſtumio, Conſulari apud Romanos viro, qui *de Æneæ adventu* ſcripſerat. Quorum nihil hodie præter exigua fragmenta ſupereſt. Quæſtionem *de Gigantibus* excutere inductus ſum, quod viderem magnos aliquot viros, etiam hujus ætatis, in ſcriptis ſuis prodere eos fuiſſe, & hæc ſententia videretur mihi naturæ contraria.

Indices Antonio Schultingio debentur, ſingularis eruditionis juveni, qui ſubſecivis horis hanc nobis & literarum ſtudioſis operam navare dignatus eſt. Hunc utinam fata terris diutius ſervent, quam nuper parentem oſtenderunt: cui ſi ad ſenectutem pervenire contigiſſet, habuiſſent quod ſibi literæ bona fide gratularentur. Sed habet ſolatium publicus dolor quod hunc genuerit, qui paternæ eruditionis non modo heres, ſed novum inſuper decus ſummam juris cognitionem addidit. In his *indicibus* vix aliquid recenſum præter id quod in *Holſtenianis* Notis legitur. Auctorum a *Stephano* citatorum & rerum extra Alphabeti ſeriem apud eumdem occurrentium elenchi a Xylandro compoſiti ſunt. Hæc monenda habui. Vale.

LUCÆ HOL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

LUCÆ HOLSTENII

NOTÆ ET CASTIGATIONES POSTUMÆ

IN

STEPHANI BYZANTII

ΕΘΝΙΚΑ,

Quæ vulgo ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ inſcribuntur.

A.

ἌΒΑΙ, πόλις Φωκική, ἀπὸ εὐθείας ἑνικῆς τῆς Ἄβη. Κέκληται δὲ ἀπὸ ἥρωος Ἄβα] An hic Ἄβας Λυγκέως regis Argivorum filius, Acriſii pater?

— Τὸ κτητικὸν Ἀβαῖος καὶ τὸ ἐθνικὸν] Melior codex Palatinus: τὸ ἐθνικὸν Ἀβαῖος καὶ τὸ κτητικόν. Corrigendus autem Heſychius, voce Ἄβαι, ubi μαντεῖον Ἀπόλλωνος Σαβαίου legitur, pro Ἀβαίου, litera σ male duplicata. Meminit hujus oraculi Herodotus lib. I. cap. 46. & lib. VIII. cap. 33.

— Δερβίτης] Scribitur quoque Δερβήτης. Vide infra h. v. & v. Σίδη.

— Ἄλβα] Palat. Ἄλβη.

— Καὶ Ἀλυβήϊος τὸ κτητικόν, ὡς Βασιλήϊος. ἀλλὰ καὶ Ἄλυβες, καὶ Ἀρταίβη] Palat. καὶ Ἀλυβή· καὶ τὸ κτητικὸν ὡς Βασιλήϊος καὶ Ἄλυβες καὶ Ἀρτάκη καὶ Ἀρζακή. Certe illud Ἀρταίβη manifeſte corruptum eſt. Puto, ſenſu loci flagitante, rectiſſime poſſe ſubſtitui, Ἄρκη Ἀρκαῖος, aut, Ἀρίσβη Ἀρισβαῖος καὶ Ἀρτάκη Ἀρτάκιος. vult enim oſtendere τὸ ἀνόμοιον τῶν ἐθνικῶν. Ἀρτάκιος vid. infra in v. Ἀρτάκη.

— Αἱ δὲ Ἄβαι πόλις Φωκεῦσιν] Mallem Φωκέων. Meminit Herodotus lib. I. cap. 46. & lib. VIII. cap. 33. & 134 & Euſtathius ad Iliad. Β. v. 557.

— Ἦν δὲ τοῦτο μαντεῖον] Palat. melior: τοῦτο τὸ μαντεῖον.

— Δύναται καὶ Ἄβους τὸ ἐθνικὸν διὰ τὸν εἰθισμένον τοῖς Καρικοῖς τύπον] De hac forma plura vide exempla in vv. Ἀγορησὸς & Ἄθυμβρα.

ἈΒΑΚΑΓΝΟΝ πόλις Σικελίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀβακαινῖνος] Apud Heſychium hæc vox monſtroſe corrupta, Ἀβακοαίγκινοι, pro Ἀβακαινῖνοι.

— Τερεντῖνος] Ταραντῖνος.

ἈΒΑΝΤΙΣ ἡ Εὔβοια, ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγι* δευτέρῳ] Palat. uterque, αἰγιμί. Joan. Meurſius reſtituit Γυναικῶν δευτέρῳ, lib. II. Att. Lect. cap. 20. V. Cl. Claudius Salmaſius malebat, καταλόγῳ δευτέρῳ.

— Ὠνόμασεν Ζεύς] Uterque Palat. ὠνόμασεν νιν Ζεύς.

— Ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ Ἀργείου] Servius ad lib. I. Æneid. v. 125. tres diverſos *Abantes* commemorat: horum primus Æneæ comes; alter, quem in Troja Diomedes occidit; tertius eſt Argivus, cujus clypeum Apollini conſecravit Æneas. Ovidius lib. XV. Met. v. 164.

Abanteïs templo Junonis in Argis.

— Τοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος] Ita quoque Euſtathius ad Hom. Iliad. Β. pag. 281.

— Τὸ δὲ Τευκρὸς διήλλαξεν] Vide in Αἱμονία & Αἰνία.

— Ἢ παρὰ λόγον] De hac παραλογίᾳ videndus Euſtathius ad Dionyſii Periegeſin pag. 106.

— Ποιάντιον ἀγλαὸν υἱόν] Hemiſtichium eſt Homeri ex Odyſſ. Γ. v. 189.

— Ἀβαντιάς] Sic Callimachus Hymno in Delum v. 20.

---- καὶ Μάκρις Ἀβαντιὰς Ἐλλοπιήων.

— Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων] Homerus Iliad. Ε. v. 424.

— Καλλίμαχος καὶ Ἀμαντίνην] Hic confundit auctor Ἄμαντες, Illyricam ſive Epiroticam gentem, de qua loquitur Callimachus, qui etiam Ἀβάντες dicti, cum illis *Abantibus*, de quibus hactenus egerat. Vide infra vv. Ἀμαντία & Εὔβοια.

— Ὤκησαν] ᾤκισαν.

ἌΒΑΡΝΟΣ, πόλις καὶ χώρα ἄκρα τῆς Παριανῆς] Lege, ἡ χώρα ἡ ἄκρα τ. Π. uti paullo poſt h. v. Mox pro Ἡρόδοτος, legendum Ἡρωδιανός. Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

apud Herodotum nihil quidquam tale extat: tum alibi hæc nomina conſunduntur.

— Ὅτι Ἀβαρνὶς λέγε)] Sic Apollonius Rhodius lib. I. v. 932. --- καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν Ἠϊόνα. quod exemplum ipſe mox adfert.

— Ἀλὸς Ἀλιεῖς] Salmaſius ex MSS. Ἀλεῖς. & ſic Vatic. & uterque Palat.

— Τὰ γὰρ εἰς η φιληδεῖ τῷ ιτης τύπῳ] Uterque Palat. τὰ γὰρ φιληδεῖ. miſſo illo, εἰς η.

— Μέμφη Μεμφίτης] Palat. A. Μέμφης. ſed leg. Μέμφις Μεμφίτης.

— Λαμψάκου ἄκραν εἶναί φησιν] Idem eſt cum ſuperiori; *Parion* enim erat vicinum *Lampſaco*.

— Ἀπὸ τῆς ἐν Φωκίδι Ἀβαρνίδος] Legend. omnino Φωκαΐδι & mox Φωκαέων. vide infra v. Λάμψακος, ubi Plutarchi narrationem notavimus. Simili modo bis peccatum apud Heſychium, ſemel in Ἀβαρνεύς, iterum in Ἄβαρνος.

— Καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν Ἠϊόνα] Etymologiam vocis Ἀβαρνίδος vide apud Scholiaſten Apollonii Rhodii ad hunc locum, lib. I. v. 932.

— Σοφοκλῆς] *Sophocles*, Grammaticus, Scholiaſtes Apollonii, qui adhuc extat.

— Τὸ Ἐθνικὸν Ἀβαρναῖος] Et, Ἀβαρνιάς. Orpheus Argon. v. 485. ubi Ἀβαρνιάδος legendum puto pro Ἀβαρνιάδας.

ἈΒΑΣΗΝΟΙ ἔθνος Ἀραβίας] Ἄβασα inſula commemoratur à Pauſania lib. VI. in ipſo fine: ἐν μυχῷ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, cum Seria & Saçæa. quare non dubito, quin ſit Ἄβισα Ptolemæi, oppidum maritimum Arabiæ Felicis ad Sinum Sachaliten. Quod ſi tabulas ejuſdem Ptolemæi inſpexeris, perſpicies, cur poſt *Sabæos* & *Chatramotas* eos commemoret hoc loco Uranius. Σαβαίαν autem pro Σακαίαν apud Pauſaniam reſcribendum haud temere dixerim. Hæc gens poſtea Æthiopiam occupavit, ubi nobiliſſimum illud Abiſſinorum regnum: de quo plura vide apud Scaligerum lib. VII. de Emend. Temp.

— Καὶ Ἀβασηνοί] Pal. illud καὶ delet.

— Καὶ ὅσον] Leg. νῆσον.

— Καὶ Κέρπαθον] Κάρπαθον, vel Κάρπασον.

— Τυρίου Κοχλίου] MS. uterque, κοχλιέω.

— Ἀδριλωοί] Leg. Ἀδαρλωοί, aut potius Ἀερηνοί, quorum mentio infra in vv. Κάσπειρος. Ῥοιτία. Σώτειρα.

ἌΒΔΗΡΑ, πόλεις δύο· ἡ μὲν Θρᾴκης ἀπὸ Ἀβδηρίτου] MSS. Ἀβδήρου, non Ἀβδηρίτου. Et Ἄβδηρον inter Herculis comites numerat Julianus Imperator Orat. VII. p. 411. & Hyginus Fab. XXX. Scylax & Epitome Strabonis. Inprimis vide Scholiaſten Apollonii lib. II. pag. 64. unde hæc ad verbum deſumpta: & Photium, cod. 190. pag. 483. ex Ptolemæo Hephæſtione. Quare omnino legendum Ἀβδήρου. De hoc vide elegantem Philoſtrati narrationem lib. II. Icon. pag. 817. Nam Hercules in ejus memoriam & honorem civitatem condidit. Sed in veteri nummo *Abderitarum* apud Goltzium, ΑΒΔΗΡΑΣ ΚΟΡΑΣ effigies cernitur, quam Diomedis ſororem fuiſſe, & hanc urbem condidiſſe, deque nomine ſuo appellaſſe auctor eſt Solinus. vide Salmaſium ad Solinum pag. 160. Unde apparet, *Abderitas* hanc opinionem originis ſuæ, quam etiam ſequitur Pomponius Mela, prætuliſſe alteri. In nummo Antonini Imp. apud Franc. Gotifredum, ΑΒΔΗΡΕΙΤΩΝ legitur gentile. Et Pyrrhus Ligorius Sabinæ Tranquillinæ Auguſtæ nummum habet, in quo Fortuna Pherepolis cum corona murali, temone & cornu copiæ; inſcriptio autem ſequens, ΑΒΔΗΡΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. In aliis duobus apud Goltzium eſt, ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ.

— Ὀξόρυγχος Ὀξορυγχίτης] Leg. Ὀξύρυγχος Ὀξυρυγχίτης.

— Τὰ Ἄβδηρα] Herodotus lib. I. c. 168. καὶ ἐνθαῦτα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα.

— Παυσανίας περιηγήσεως] MS. legit, καὶ περιηγήσεως. Unde recte numeri nota conſtituitur: legendum enim Παυσανίας ς' περιηγήσεως. & extat locus apud Pauſaniam lib. II. Eliac. qui eſt VI. Ἑλλάδος περιηγήσεως, pag. 182.

— Ἀβδηρείτῃ] MS. Ἀβδηρίτῃ.

— Ὑπὸ τῶν πινακογράφων] Inter ſcripta Callimachi apud Suidam recenſentur Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων. vide etiam Euſtathium ad Dionyſium.

ἈΒΙΛΗ πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ] Ex Flavio Joſepho lib. IV. Antiq. Judaic. cap. 7. pag. 118. Diſtabat autem à Jordane ſtadiis LX. ut ex eodem Joſepho colligi poteſt lib. V. cap. I. pag. 134. Goltzius ΑΒΙΛΗΝΩΝ nummum in honorem Caracallæ Imp. cuſum profert, ſed male ſcribit ΑΒΙΛΗΝΙΩΝ.

— Ἄλλη πόλις Φοινίκης Ἄβιλα] In Concilio Chalced. Act. I. Ἰορδάνης Epiſcopus Ἀβίλης, vertitur *Jordanes Abilæ Syriæ*. Hujus *Abilæ* mentio fit apud Polybium lib. V. & Suidam. Ptolemæus Ἄβιλα Λυσανίου. Divus Lucas, Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος. cap. III. v. I.

ἌΒΙΟΙ, ἔθνος Σκυθικόν. Ὅμηρος] Iliad. N. v. 5.

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,
Γλακτοφάγων, ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Myſorumque cominus pugnantium & illuſtrium Hippemolgorum,
Lacte veſcentium, longævorumque juſtiſſimorum hominum.

— Διὰ τὸ τὸν Ἀβιανὸν ποταμὸν οἰκεῖν] Scholiaſtes antiquus ad locum modo allegatum Homeri: Ἀβίων· ἤτοι βιοῖς μὴ χρωμένων, ὅ ἐστι τόξοις. ἢ τὸ α κατ' ἐπίτασιν, ἵν' ᾖ πολυβίων καὶ πολυετῶν. ἢ τὸ ἥμερον βίον μὴ ἐγνωκότων, ἐπιφέρει γὰρ δικαιοτάτων ἀνθρώπων. ἢ μὴ βιαζομένων. ἔστι δὲ καὶ ἔθνος ἐν Σκυθίᾳ Ἄβιοι, οἱ καὶ Ἀμαξόβιοι καὶ Νομάδες.

quæ

quæ ad verbum etiam leguntur in Etymologico Magno, in Γλακτοφάγος & Ἀβίων.

— Θρᾴκιον] Salmaſius, Θρᾳκικόν.

— Ἐνδικαιότατον ἁπάντων] MSS. ἐνδικώτατον. & ſic etiam Fl. Ch. In ἁπάντων autem ſupple ἀνδρῶν. Similes hiſce *Abiis* vel *Gabiis* ſunt Ἀργιππαῖοι, Scythicus etiam populus, quorum meminit Herodotus lib. IV. cap. 23.

— Δικέλλῃ ἀρουραν] MS. δικέλλης. ſed leg. δικέλλ' ἄρουραν.

— Αὐτόσποροι γέαι] Palat. uterque, γύαι· Fl.Ch. γαῖαι.

— Ὑπομνηματιστῶν] Palat. uterque, ὑπομνηματικῶν.

— Τῶν Ἀγαβῶν] Leg. Ἀγαυῶν. & ita habet uterque Palat. & Homerus Iliad. N. v. 5.

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν.
Γλακτοφάγων.

ubi ὑπομνήματα ſeu ſcholia antiqua, ἀγαυῶν· λαμπρῶν καὶ ἐνδόξων· ἢ ὄνομα ἔθνους οὕτω καλούμενον Ἀγαυῶν.

— Οἱ δὲ ἄοικοι] Leg. ἀοίκων. aut οἱ δὲ ὅτι ἄοικοι.

— Οἱ δὲ ὁμοβίων, τουτέστιν ὁμοτόξων] Βιὸς *arcus* eſt Græcis: de quo ἀστείως apud Etymologum Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινός· Τῷ οὖν τόξῳ ὄνομα βιὸς, ἔργον δὲ, θάνατος.

ἌΒΟΛΛΑ, πόλις Σικελίας, ὁ τόνος βαρὺς, ὡς Ἄγυλλα] MSS. Αἴγιλλα. Lege, Ἄγυλλα. Meminit illius nummus Veſpaſiani apud Goltzium.

ἈΒΟΡΙΓΪΝΕΣ, ἔθνος Ἰταλικόν.

— Μέχρις οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου] Sunt verba Dionyſii Halicarnaſſenſis lib. I. pag. 8. Μέχρι μὲν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν ἔτι σώζοντες· ἐπὶ δὲ Λατίνου βασιλέως Λατῖνοι ἀρξάμενοι καλεῖσθαι. *Uſque ad Trojani belli tempora vetus Aboriginum nomen ſervantes; à Latino rege cœpti ſunt Latini appellari.*

— Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη κλίσις, ἐν χρησμῷ κειμένη, ἣν αὐτὸς παρατίθησιν] Lege, ὃν αὐτὸς π. extat enim apud Dionyſium lib. I. pag. 16.

— Μαιόμενοι] MSS. Μαινόμενοι.

— Κινήσεσιν] Salmaſius legit, κλίσεσιν.

ἌΒΟΤΙΣ, πόλις Αἰγυπτία.

— Ὡς ναυκλαυτίτης καὶ Ναυκρατίτης] Palat. A. ὡς Ναύκρατις Ναυκρατίτης. Sed alter, ὡς ναυκλατίτης καὶ ναυκρατίτης, nullo ſenſu. infra in Κράμβουτις· Κραμβουτίτης ὡς Ναυκρατίτης.

— Χάλκιος Χαλκιδεύς] MSS. Χαλκίδος Χαλκιδεύς.

ἈΒΡΕΤΤΙ'ΝΗ, χώρα Μυσίας] Suidæ Ἀβρεττάνη. Sed videtur melius Ἀβρεττηνή. Hinc Ζεὺς Ἀβρεττηνὸς apud Strabonem lib. XII. p. 574. & alibi.

— Ὡς Ἀρειανός φησιν] MSS. Ἀῤῥιανός.

ἌΒΡΟΙ] Uterque Pal. Ἄβρος. male.

— Ταλαντίνων] Salmaſius quaſi ex MSS. Ταυλαντίνων. Sed illi nihil mutant.

— Σκόμβροι] Hujus gentis fruſtra apud alios mentionem quæras. Σκόμβρος apud Ariſtotelem pars montis Hæmi, quam forte hæc gens incolebat. Putabam aliquando Κίμβρος legendum, ut σ ex præcedentis vocis fine adhæſiſſet; ſed nunc vix puto horum expreſſo nomine *Sophoclem* meminiſſe, aut Stephanum *Sophoclem* auctorem laudare voluiſſe de gente Romanis Hiſtoriis notiſſima.

ἈΒΡΟΤΟΝΟΝ &c. Στράβων δὲ ἐν ἑκκαιδεκάτῳ] In utroque Palat. eſt, ἐν ἑπτακαιδεκάτῳ. quomodo reſcribendum. Vide Strabonem lib. XVII. pag. 835.

— Καλεῖται δὲ καὶ Νεάπολις] Falſum. Sunt enim diſtinctæ urbes apud Scylacem, Strabonem, alios; diſtantque bidui navigatione ab invicem, ut Scylax prodidit.

— Ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς] Uterque Palat. & Vatic. ὡς καὶ γάρ.

— Καὶ Ἀδυκωνιεύς] Leg. cum utroque Palat. & Vatic. Ἀδυκωνοεύς, & ita Thucydides lib. VIII.

— Φαῦναι] Salmaſius, Φάναι.

— Ὡς ἐξ Οἴου] Οἶου. infra h. v.

— Καὶ ἐκ Κηδῶν, ὡς δειχθήσεται] Hæc periere infra: ſed Demoſthenes, Orat. in Euergum, meminit Πυθοδώρου ἐκ Κηδῶν.

ἌΒΥΔΟΙ, τρεῖς πόλεις.

— Καὶ ἡ κατ' Αἴγυπτον] Hæc Ἄβυδις Epiphanio Expoſit. Fidei, pag. 1093.

— Ἔστι δὲ Ἰαπυγίας] Palat. ſequior, ἔστι δὲ καὶ Ἰαπυγίας. in meliore erat lacuna parva unius vocis.

— Καὶ εἰ μὴ δι' εἰκῆ] In veteri Palat. ἢ μὴ δι' εἰκῆ. & ſic infra, ἢ εἰς Ἀφάννας, in Ἀφάνναι. Ἡ, ſubintelligitur, παροιμία. Euſtathius ad Iliad. B. pag. 357. Παυσανίας δὲ καὶ παροιμίαν εἶναι λέγει, μὴ εἰκῆ τὴν Ἄβυδον. ἢ ἐχρῶντο φησιν ἐπὶ εἰκαίων καὶ οὐδαμινῶν.

— Ἐπὶ τῶν εἰκαίων] *Pro hominibus nihili.* Et ſic interpretatur Euſtathius, loco modo allegato.

— Τὴν ἐν Μιλήτῳ Ἄβυδον] Lege, ἐκ Μιλήτου. nam Euſtathio Μιλήσιοι, Ἀβυδηνοὶ vocantur. Alias dicere debuiſſet, ἐν Ἑλλησπόντῳ.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀβυδηνός] ΑΒΥΔΗΝΩΝ Ægyptiorum nummus extat apud Triſtanum in nummis Septimii Severi Tom. II. pag. 102. quia Jupiter Serapis in eo expreſſus viſitur. Sed alium ejuſdem Severi nummum habet Franc. Gotifredus, in quo Hero & Leander, ſubtus, ΑΒΥΔΗΝΩΝ. circum, ΕΠΙ. ΑΡΧ. ΦΑΒ. ΑΠΡΟ. unde priorem quoque huc pertinere exiſtimo; nam etiam extra Ægyptum Jupiter ille Serapis colebatur, ut obſervavi in nummis.

ἈΒΥΔῺΝ Ἀβυδῶνος χωρίον Μακεδονίας] Eadem, quæ infra Ἀμυδών. & ſic etiam apud Homer. Iliad. B. v. 849. quem hic adducit, & iterum Iliad. Π. v. 288. Ad priorem locum ita Euſtathius pag. 360. Ἀμυδὼν, ἢ κατά τινας Ἀβυδὼν, πόλις Παιονίας. Hauſta autem hæc ſunt ex Strabonis lib. VII. uti apparet ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Excerptis. pag. 330. ubi tamen Ἀμυδῶν legitur.

ἌΒΥΔΛΟΙ, ἔθνος πρὸς τῇ Τρογλοδυτικῇ, ἐγγίστα τοῦ Νείλου] Meminit Athenæus lib. xv. pag. 680. ubi Ἄβυλον oppidum commemorat.

— Περιηγήσεως] Palat. melior, περὶ γῆς.

ἈΒΩ΄ΝΟΥ τεῖχος πόλις μικρὰ πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ ὁ πολίτης Ἀβωνοτειχίτης] Apud Fr. Gotifredum nummus Antonini Pii, in cujus averſa parte ſerpens in gyrum convolutus, habet pro inſcriptione, ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ. Hic eſt Glycon ille Alexandri, impoſtoris celeberrimi, apud Lucianum. Ita nummum ſimilem explicat Henricus Valeſius in notis ad Excerpta Dionis pag. 103. Eadem inſcriptio in alio Antonini Pii, circum Hygeiam & Æſculapium, apud Eminentiſſimum Cardinalem Barberinum. Civitas hæc poſtea *Junopolis* dicta.

ἈΓΑ΄ΘΗ, πόλις Λιγύων, ἢ Κελτῶν. Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτήν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ] Intelligit opuſculum, quod nunc ſub Marciani Heracleotæ nomine male circumfertur.

— Λιγυσίων ἀπὸ λίμνης Λιγυσίας] Uterque Palat. cum Vatic. Λυσίων καὶ ἀπὸ λίμνης Λυσίας.

— Ὡς Εὐδόξιος] Lege, Εὔδοξος. apud Marcianum tamen Periplo pag. 96. Εὐδόξιος quoque ſcribitur, & ita in hoc loco conſtanter MSS. PP. Dubium tamen non eſt, quin hæc adferantur ex Eudoxi libris τῆς περιόδου, quos alibi non ſemel citat.

— Σχοινοῦς] Vide infra v. Σχοινοῦς.

— Ἐκλήθη] MSS. PP. & Vatic. ἐκλήθη.

— Σινταροῦς] Ἴσως, Σινηροῦς. aut, Σιντοιοῦς. ſed prius verum puto. In Palat. A. lacuna eſt, in B. ſuppletum recentiori manu.

— Κρυσοῦς] Palat. A. Κροσοῦς.

ἈΓΑ΄ΘΥΡΣΑ πόλις Σικελίας] Ita quoque Suidas; nihilominus legendum ἈΓΑ΄ΘΥΡΝΑ. Vide Philippum Cluverium lib. II. Sicil. Antiq. cap. 5. & Henric. Valeſium ad Polybii Excerpta pag. 35.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀγαθυρσαῖος] Scribe pariter Ἀγαθυρναῖος. ſic Ἐγεσαῖος, Ἐρυκαῖος. Hinc etiam Ἀγαθυρνίτις χώρα, apud Diodorum Siculum lib. v. pag. 202.

ἈΓΑ΄ΘΥΡΣΟΙ, ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ Αἵμου] Salmaſio vox, ἐνδοτέρω, ſuſpecta: qui putat pro illa νοτιώτερον legi poſſe. Sed fruſtra; nam Suidas, qui ad verbum hæc transſcripſit, habet ἐνδοτέρω.

— Ἀπ᾽ Ἀγαθύρσου, τοῦ Ἡρακλέους] Hujus meminit Herodotus lib. IV. cap. 10.

— Μέγαρσος πόλις Σικελίας] Leg. Μάγαρσος. Μέγαρσος enim, fluvius Indiæ, apud Dionyſium Perieg. v. 1145. nihil huc pertinet. Pro Σικελίας autem legendum Κιλικίας.

— Καβασσός] Καβησσὸς infra h. v. ſed quæ hic dicuntur, ibi non comparent.

ἈΓΑΜΗ΄ΔΗ, τόπος περὶ Πύῤῥαν τῆς Λέσβου.

— Ἐπικληθείσης] Opt. MS. ἐπίκλησις. unde Salmaſius mutata litera legit, ἐπίκλησιν.

— Ὡς Νικόλαος ἐννάτῳ] Uterque Palat. pro ἐννάτῳ habet, ἕ.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀγαμήδεια] Salmaſius legit, Ἀγαμήδειος κατὰ τέχνην ὡς Νικομήδειος.

ἈΓΑ΄ΜΕΙΑ, ἄκρα καὶ λιμὴν] Palat. ambo duplicata litera Μ. ἈΓΑ΄ΜΜΕΙΑ. & mox Ἀγάμμη, pro Ἀγάμη, & Ἀγαμμοῦς, Ἀγαμμούτης, Ἀγαμμειάτης. & ſic infra v. Ἐρύθεια.

ἈΓΑΜΟ΄Σ πόλις περὶ Ἡράκλειαν] Optimus Cod. Palat. legit, ἈΓΑ΄ΜΗ.

— Παρθένον καὶ κυνηγὸν] Optimus MS. Παρθένος. Salmaſius legit, τὴν κυνηγόν. ſed καὶ habent MSS. Palat.

ἈΓΒΑ΄ΤΑΝΑ πολίχνιον Συρίας] Vide Scaligerum ad Euſebium n. 1309. & Salmaſium ad Solinum pag. 1202.

— Ῥαφάνεια] Vide infra h. v.

— Ἀγβάτανα. διὰ τοῦ α γράφει] Quin immo nunc in Excerptis Cteſiæ Ἐκβάτανα legitur. infra: Βαρλιὼν, πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Ἀγβατάνων.

— Τὸ Περσικὸν] Mallem τὰ Περσικά. ut ſint eadem quæ *Medica*.

— Μὴ τι ἄρα παρακινδυνεύει &c.] Cl. Salmaſius ex conjectura hunc locum ita reſtituere conatur: Μὴ τι ἄρα Σ. τὸ Β ὑποπτάχθαι τῷ Κ ἐν οἷς ὑποτετάχθαι, ὡς ἐν τῷ Ἀγβάτανα Συρίας.

— Λάγβατα] Heſychius: Λαγβατὸν, ἀναπτεραμμένον, οἱ δὲ λάγανον ἐμβάλλοντα.

— Ἐλλάδιος ἐν τῷ Ἀστιχείῳ] Ita recentior Palat. ſed vetuſtior στιχέων habet.

— Καμβησηνοῦς] Καμβυσηνοῦς.

— Παραιταμηνοῦς] Παραιτακηνοῦς. & ita MS.

— Σοφηνοῦς] Σωφηνοῦς. Vide infra v. Σωφηνή.

— Ἀγβατοῦς] Leg. Ἀγβατανοῦς.

— Βατάνεα] Vide infra v. Βατανέαι.

ἈΓΗΣΣΟ΄Σ, πόλις Θρᾴκης.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀγήσσιος] In nummo Hub. Goltzii legitur, ΑΓΗΣΣΙΩΝ.

ἌΓΚΥΡΑ, πόλις Γαλατίας] Apud Franc. Gotifredum in nummi Plotinæ Auguſtæ averſa parte circum ſignum Dianæ, ΑΝΚΥΡΑ. & ſic Goltzius quoque in alio legit. In alio Caracallæ, in quo tria ſigna militaria, ΑΝΚΥΡΑϹ ΜΗΤ. In alio, apud eundem Gotifredum, circum figuram Jovis Serapidis, ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ ΜΗ. Apud eundem in alio Antonini Caracallæ circum mulierem ſedentem, quæ dextra manu templum ſuſtinet, ſiniſtra vas cum palma, ΑϹΚΛΗΠΕΙΑ ϹΩΤΕΙΡΕΙΑ ΙΕΡΟΠΥΘΕΙΑ. & ſubtus, ΑΝΚΥΡΑϹ. Alium quoque Caracallæ exhibet Triſtanus Tom. II. pag. 228. in quo ΜΗΤΡΟΠ. ΑΝΚΥΡΑϹ. & ſic Inſcriptiones, quas è Grutero Triſtanus adfert. In nummo Caracallæ in Gazis Sereniſſimi Magni Ducis, ſub Baccho tigrium biga vecto, ΑΝΚΥΡΑϹ. & ſupra, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟϹ.

— Ὡ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Οἱ ᾗ ἀπὸ Κελτικῶν Γαλάταις, ὡς Στράβων φησὶν] Hæc non ad verbum quidem tranſſcripſit auctor ex Strabone, ſenſum tamen illius expreſſit. Locus eſt è lib. XII. pag. 567. Sed quia Stephani verba in ſpeciem repugnare videntur verbis Strabonis, hujus verba hoc loco adducenda ſunt: Τριῶν ᾗ ὄντων ἐθνῶν ὁμογλώττων, κῇ κατ' ἄλλο ἐδὲν ἐξηλλαγμένων, ἕκαστον διελόντες εἰς τέτταρας μερίδας, τετραρχίαν ἑκάστην ἐκάλεσαν. *Cum autem ſint tres gentes eadem utentes lingua, & aliis quoque in rebus nihil differentes, unamquamque earum in quatuor diviſerunt partes & tetrarchiam nominaverunt.* Unde vides Stephanum loqui de diviſione totius regionis inter tres cognatas gentes in totidem partes: Strabonem vero de ſingularum deinceps gentium ſubdiviſione in quatuor particulas, quarum ſingulæ, quod ſuum ſibi ἄρχοντα, aut Præfectum haberent, *Tetrarchiæ* ſunt appellatæ. De eadem hac diviſione in tres partes vide Memnonis narrationem cap. XX. apud Photium pag. 722.

— Τρεῖς ᾗ πόλεις ἔκτισαν] Sic Memnon apud Photium loco allegato: Ἐδείμαντο δὲ πόλεις, Τρωγμοὶ μὲν Ἄγκυραν, Τολιστοβόγιοι ᾗ Ταβίαν, Τεκτόσαγες ᾗ Πισινεντα. *Urbes etiam condiderunt: Trogmi Ancyram, Toliſtobogii Tabiam, Tectoſages Piſinuntem.*

— Ἀπὸ Πιασινέντ☉] Leg. Πεσσινέντ☉. vid. infra h. v.

— Τὴν ᾗ Ταυίαν] Ταυΐα Plinio, Straboni & Ptolemæo dicitur Ταυΐον. Ad hanc civitatem pertinet nummus Severi Imperatoris pulcherrimus in Theſauris Sereniſſimi Magni Ducis, in quo circum Apollinem cum lyra ſub lauro, literis admodum claris & perſpicuis legitur, CΕΤΡΟΤΑΟΥΙΑΝΩΝ. quod in tres voces diſpeſcendum videtur, CΕ. ΤΡΟ. ΤΑΟΥΙΑΝΩΝ, ita ut *Severiani Trocmi Taviani* dicti fuerint: fuit enim *Tavium* in *Trocmorum* gente, qui Stephano noſtro infra Τρόκμοι per ο tenue ſcribuntur, quamvis aliis Τρωκμοὶ dicantur, & Τρωγμοὶ per ω. In alio Caracallæ apud eundem S. M. Ducem circum aram cum ſerpente, ΤΑΟΥΙΑΝΩΝ. Apud Strabonem lib. XII. Ταυΐον vocatur: & ſic Ptolemæus. Plinius, *Tavium.* MSS. codices Strabonis habent tamen, τὰ Ὄυα, mendoſe quidem pro Ταυΐα, quod cum hac ſcriptura congruit. Ταυΐα enim, vel Ταβία, Ταυΐον, vel Τάβιον hæc urbs appellata eſt. Reſcribe igitur apud noſtrum, τὴν ᾗ Ταυΐαν.

— Βόσπορον, Βοσπορανός] Salmaſius vocem Βόσπορον inducit: ego malim legere, Βοσπόρειον. Infra v. Βόσπορ☉· τὸ ἐθνικὸν Βοσπόρει☉ κῇ Βοσπορεία κῇ Βοσπορειανὸς κῇ Βοσπορίτης.

— Κίος, πόλεως Μυσίας, Κιανός] Sic in nummo Juliæ Auguſtæ circum Fortunam, ΚΙΑΝΩΝ, in cimelio Magni Ducis. & in nummo Caracallæ circum duos hircos ad magnum craterem erectos, apud Fr. Gotifredum, & in alio apud eundem ſupra triremem, ΚΙΑΝΩΝ. & in averſa circum caput Herculis, ΤΟΝ ΚΤΙCΤΗΝ.

— Βοτρυϊνός] Παράλογως, ut infra in Βότρυς. Nam regulariter debet dici Βοτρυανός.

— Ἀπὸ ἢ σκορπίε] Salmaſius σκόρπε legit, aut ἢ σκόρπων.

— Διὰ τὸ Ἱππανός] Leg. Ἱσπανός.

— Ῥηζανός] Leg. Ὠρηζανός. infra Κασάλων, μεγίστη πόλις Ὠρηζανίας. & ſic Strabo aliquoties lib. III.

— Τὸ ῃ θέλει παραλήγεσθ] Legendum τῷ η cum Iſaaco Caſaubono.

— Γερμανός] Lege, Γερμηνός.

— Σωρανός] Infra v. Σώρα· ἔστι κῇ Φοινίκης πόλις Σώρα· τὸ ἐθνικὸν Σωρανός, ὡς Νωλανός.

— Θηλυκῶς λέγεται ἡ Γάγγρα] Infra: Γάγγρα, πόλις θηλυκῶς.

ἈΓΚΥΡΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας.

— Ἀγκυρεῦς, ὡς Κιτιεῦς] *Citium* Macedoniæ oppidum eſt: Livius lib. XLII. cap. 51.

ἈΓΚΥΡΩΝ, πόλις Αἰγύπτε] ἈΓΚΥΡΩΝ eſt genitivus pluralis, ut exempla oſtendunt.

— Ἐπειδὴ λιθίνας ἐκεῖ ἔτεμνον, αἷς κατεχρῶντο, ἀγκύρας] Ancoris ex ſaxo uſos veteres patet ex Arriani Periplo Ponti Euxini, ubi de Phaſide: ut de Homero taceam.

— Λάτων πόλις] Cl. Salmaſius, Λατεῖς πόλις. Apud Strabonem lib. XVII. Λατόπολις dicitur.

— Οὕτως Ἀγκύρων, Ἀγκυροπολίτης] Excidit vocabulum πόλις, legendumque, ἔτως Ἀγκύρων πόλις, Ἀγκυροπολίτης.

ἈΓΚΩΝ, πόλις Πικεντίνων. ἴσως ᾗ βαρύνεται ἐκ τοῦ ἐγχωρίες, ὡς Ἄντρων] Etymologicum M. Ἄντρων πόλις παρὰ τὸ ἀντρώδεις ἔχειν τόπες, αὐτόθεν κατιομένε λίθε ἐπιτηδείε εἰς τοὺς ἀλῶνας, ὄνες, ὅ ἐστι μύλες. & infra in Ἄντρων.

ἈΓΝΟΥΣ, δῆμ☉ ἐν τῇ Ἀττικῇ.

— Σχολεῦς] Iſaacus Caſaubonus legit, Σχοινεῦς. qui locus eſt Arcadiæ, de quo infra ſuo loco.

— Κυλλεῦς] Ἴσως, Φυλλεῦς. aut, Σκιλλεῦς, in quo Xenophon libros, quos habemus, exaravit & conſenuit. Plutarchus de Exſilio. Vide infra in Σκιλλεῦς.

— Πιτυωδεῖς] MS. Πιτυώδης, & mox Ἐρυκώδης legit, approbante Salmaſio.

— Σεμνεῦς] Leg. Σελινεῦς.

— Κατὰ τ ἐν Ἀθήνησι δῆμον] Cl. Salmaſius, κῇ τ ἐν Ἀθήνησι δήμων τινές. nihil verius. Niſi forte, ἐκ τ ἐν Ἀ. δήμων τ.

— Προσόδῳ τε ἰτ☉, τε τ φυλασσομένε] Locus corruptus, ſed qui pulchre ex MSS. ſic reſtituitur: περιόδῳ τε ι τε τ φυλασσομένε. & mox περιπομένε ᾗ εἰς σ, κῇ ἢ περὶ αὐτὸ ν ὑφαιρεμένε.

— Σεμνένι☉] Leg. Σελινένι☉.

— Ἐρχένι☉] Leg. Γερχένι☉. infra v. Γερχεῖς.

— Σιμοῦντος] Adde poſt Σιμοῦντος ex MSS. Codd. ἀλλὰ διὰ τοῦ ο μετὰ τῆς ὑφέσεως τοῦ ν. τὸ δὲ Σιμοῦς Σιμόεις διαιρεῖται, καὶ Ὀποῦς Ὀπόεις. τάχα δὲ καὶ τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι κυριώτερα καθέστηκεν, ὅθεν μετὰ τοῦ τ λέγεται Σιμοῦντος.

— Ἐν τοῖς ἄξοσιν] *In tabulis legum Atticarum.* Leges enim Athenienſium ſcriptæ erant in tabulis ligneis, quas ἄξονας καὶ κύρβεις vocabant. Sequentia autem verba, ΕΠΕΙΔΗ ΑΓΝΟΥΝΤΙ ΘΥΣΙΑ ΕΣΤΙ ΤΩι ΛΕΩι. *Cum apud Agnuſios ſacrificium ab iis fiat.* vetuſtæ alicujus legis Atticæ fragmentum ſunt, ut recte obſervavit Samuel Petitus ad leg. Attic. pag. 95.

ἈΓΝΏΝΕΙΑ, πόλις Θρᾴκης, πλησίον Ἀμφιπόλεως] De *Amphipoli* vide Thucydidem lib. IV.

— Καυνωνείτης, ἀπὸ Καυνώνεια] Scribe, Καυκωνείτης, ἀπὸ Καυκώνεια. vide infra in Καυκώνεια.

ἈΓΝῶΤΕΣ, ἔθνος Κελτικῆς παρὰ τὸν Ὠκεανόν] *Anagnutes* dicuntur Plinio lib. IV. cap. 19.

ἈΓΟΡΑΓΟΝ τεῖχος, πόλις Εὐρώπης] Hæc urbs eadem cum præcedenti Ἀγορά. *Europa* autem hic non pro quarta orbis parte, ſed Thraciæ parte ſumitur. Juſtinus lib. VII. cap. I. *ex alio latere in Europa regnum Europus nomine tenuit.* Georgius Syncellus in Chronicis auctor eſt, Jovem è Phœnicia *Europam* in Thraciam abduxiſſe, & inde Thraciæ partem hoc nomen accepiſſe.

ἈΓΌΡΗΣΟΣ, πόλις Καρίας, κτίσμα Ἀργείων ἀποίκων.

— Τελμισσοῦς] Τελμισσοῦς ſcribitur infra h. v.

— Τυμνησὸς, Τυμνησοῦς] Scribitur infra Τυμνισσὸς & Τυμνισσοῦς.

ἌΓΡΑ καὶ ἌΓΡΑΙ, χωρίον, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς] Etymol. M. Ἄγρα, Δήμητρος ἱερὸν λέγεται. καὶ ἡ θήρα. λέγονται δὲ πληθυντικῶς καὶ οἱ τόποι. Plutarchus numero plurium utitur, libello de Malignitate Herod. Hinc Ἀγραία Ἄρτεμις. Euſtathius ad Homerum Iliad. B. p. 361. ἔτι δὲ καὶ ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν, ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾧ κλῆσις Ἄγραι καὶ Ἄγρα.

ἈΓΡΑΓΟΙ, ἔθνος Ἀράβιον, ὡς ἐν ἑκκαιδεκάτῳ Στράβων] Locus eſt lib. XVI. pag. 767.

— Ἀγραία] MS. Vatic. Ἀγραία.

— Ἀγραεῖς] Dionyſio Perieg. v. 856. hi populi vocantur Ἀγρέες. Ad quem locum Euſtathius noſtrum citat: Ἀγρέες, οὓς ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, Ἀγραίους λέγει.

ἈΓΡΑΥΛΉ, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς.

— Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατρός] Porphyrius memorat humana victima huic ſacrificatum uſque ad Diomedis tempora lib. II. περὶ Ἀποχῆς Ἐμψύχων cap. 54. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι πρότερον δὲ, Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος καὶ νύμφης Ἀγραυλίδος, καὶ διέμενε τὸ ἔθος ἄχρι τῶν Διομήδους χρόνων. *In inſula vero nunc Salamine dicta, olim Coronide, menſe ſecundum Cyprios Aphrodiſio, homo Agraulo, Cecropis & nymphæ Agraulidis filiæ, mactabatur. Et duravit conſuetudo ad Diomedis tempora.*

— Δέχεται δὲ δύο τόπους] MS. & Aldina ed. πόνους, Vatic. τύπους, quomodo etiam in codicis ſui margine divinaverat Iſaacus Caſaubonus.

ἈΓΡΊΑΙ, ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας.

— Ὡς Θεόπομπος] Antigonus Hiſt. Mirab. cap. 151. ex Theopompo τὴν τῶν Ἀγρίων Θρᾳκῶν χώραν commemorat: ex quo loco apparet eoſdem eſſe cum *Sintis* Ariſtotelis. Nam quod Antigonus narrat de Ponto fluvio apud *Agrios*, illum ſcilicet lapides, inſtar carbonum ardentium, alveo ſuo deferre, hoc Ariſtoteles eidem fluvio tribuit, περὶ τὴν τῶν Σιντῶν καὶ Μαιδῶν χώραν καλουμένην τῆς Θρᾴκης lib. de Mirab. Auſcultat.

— Ἀγριᾶνες, ὡς ἐν τῷ ἐπιγράμματι] Item Arriano lib. I. de Exped. Alex. pag. 7. qui deinde per totam ſemper hiſtoriam Ἀγριᾶνας vocat.

— Οὕνεκα Πισίδας] MSS. Οὕνεκεν ὤν.

— Ἀγριᾶνες] Iſ. Caſaubonus, Ἀγραίους.

— Τοασοὺς] Τοασοῖς.

ἌΓΡΙΣΑ, πόλις Καρμανίας, ὁ πολίτης Ἀγρισαῖος, ὡς Ἔδεσα Ἐδεσαῖος] Ἔδεσσα, Ἐδεσσαῖος.

ἈΓΡΌΣ τὸ χωρίον.

— Ἀφ' ὧν παρώνυμον τὸ Ἀγροικηρὸς] MSS. ἀφ' ὧν παράγεται τὸ κτητικὸν Ἀγροικηρός.

— Καὶ ἀγρωστῖνος] Καὶ ἀγρῶστις.

ἈΓΥΙᾺ, τόπος δηλῶν τὴν ἐν τῇ πόλει πορευτὴν ὁδόν.

— Παρὰ τὸ Ἄρπη Ἄρπυια] Salmaſius legit Ἄρπω, & hoc ſequentibus convenit.

— Ἀγυιέας Ἀγυιᾶς] Harpocration in Ἀγυιᾶς· ἔστιν οὖν τὸ ὁλόκληρον ἀγυιέας, καὶ κατὰ τὴν Ἀττικῶν διάλεκτον ἀγυιᾶς. καθὰ καὶ Στειριᾶς καὶ Μηλιᾶς, καὶ τὰ παραπλήσια λέγουσιν ἐν συναλοιφῇ. Ubi videſis Mauſſaci notas. Ex illo autem Harpocrationis loco videbis, quid hæc mutila ſibi velint.

— Κίων ἀγυιεὺς] De hoc lapide vel columna κωνοειδεῖ, quam in veſtibulis ædium in Apollinis honorem erigebant Græci, videndus vetus Scholiaſtes ad Ariſtophanis Veſpas p. 483.

— Ἱστάμενος] MSS. ἱσταμένου.

— Ἀπόλλων Ἀγυιεὺς] Horatius lib. IV. Od. 6.

Dauniæ defende decus Camœnæ, Lævis Agyieu.

ubi Lambinus. Sophocles Electra, v. 631.

Κλύοις ἂν ἤδη Φοῖβε προστατήριε.

Audi nunc Apollo, qui in foribus ſedem habes.

ubi Scholiaſtes: Προστατήριε· ὅτι πρὸ τῶν θυρῶν ἵδρυται.

— Τὸ δὲ ἀγυιάτης] Etymolog. Mag. vult, ἀγυιήτης. Habet enim: Ἀγυιῆται, κωμῆται, γείτονες.

— Καρ-

— Καρνεάτης] Videtur ſcribendum Καρυάτης. vide infra in Καρυά.

ἈΓΥ'ΛΛΑ, πόλις Τυῤῥηνίας. Λυκόφρων· Ἄγυλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασεν] Locus Lycophronis extat in Caſſandra v. 1355. Sed legitur ibi hodie Ἄγυλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασαν.

In Agyllam Italicam irruerunt.

— Μετωνομάσθη δὲ Καῖρε] Infra ſuo loco ſcribitur Καίρη.

— ὡς Στράβων] Strabo lib. v. p. 220. utitur gentilitio Καιρετάνοι.

— ὁ πολίτης Ἀγυλλαῖος] Occurrit apud Herodotum lib. I. cap. 167. *Agyllinus* Latinis auctoribus dicitur *Agyllæ* civis. Unde mox in verbis ſequentibus, Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιον εἶπε χαλκὸν, legit Ἀγύλλινον Salmaſius in Exercitat. ad Solin. pag. 60.

ἈΓΥ'ΡΗΝΑ, πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀγυρηναῖος] Diodorus paſſim Ἀγυρηναίους oppidanos vocat, ab Ἀγύρενα. quomodo ſcribendum oſtendunt ſeptem nummi antiqui apud Philippum Parutam, in quibus legitur, ΑΓΥΡΙΝΑΙΩΝ.

— Διονύσιος δὲ τὸ Ἀγύριον ἔφη] Tzetzes ad Lycophronem pag. 161. Ἀργύριον vocat. Fuit patria Diodori Siculi, apud quem lib. I. Ἀγύριον ſcribitur; quam ſcribendi rationem temere rejicit & improbat contra Fazellum Philipp. Cluverius lib. II. Sic. Antiq. cap. 6. vulgo enim adhuc vocatur *S. Filippo d'Argirone*.

ἈΓΧΙΑ'ΛΗ, πόλις Κιλικίας] Arriano lib. II. de Exped. Alex. p. 32. vocatur ἈΓΧΙ'ΑΛΟΣ. In quo loco de ſtatua Sardanapali, quæ apud *Anchialen* fuit, ejuſque inſcriptione, eadem, quæ hic, ſed clarius, narrantur. Cæterum *Anchialen*, quam hic à *Zephyrio* diverſam facit noſter, *Zephyrium* etiam dictam vult Appendix Vatic. Proverb. ad Zenobium Cent. III. Proverb. 91. Ταυτὸν ἐν τῇ Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς Ταρσὸν ἀπογέγραπται, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον. *Eandem quoque inſcriptionem Anchialus habuit, quæ civitas Tarſo adjacet, hodieque Zephyrion appellatur.* quæ eadem verba leguntur pariter apud Suidam in Σαρδανάπαλος. Eſt & ἈΓΧΙ'ΑΛΟΣ Thraciæ civitas ad Pontum, quæ *Ulpiæ* vel *Ulpianæ* nomen habuit, à Trajano, ut *Serdica*, *Pautalia*, *Nicopolis ad Meſtum*, aliæque plures ejus regionis civitates. Id teſtantur nummi Gordiani apud Franciſcum Angelonum, in quorum uno circum figuram muliebrem ſtolatam, & quidem Hygeiam, ut puto, legitur, ΟΥΛΠΙΑΝΩΝ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. Similem exhibet Gordiani nummum Occo pag. 437. ſed male exſcripſit, ΟΥΑΠΙΑΝΕΩΝ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ, pro ΟΥΛΠΙΑΝΩΝ Α. In alio Gordiani apud Illuſtrem Equitem de Puteo, depicto ab Ænea Vico, circum Herculem luctantem cum tauro, ΟΥΛΠΙΑΝΩΝ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ, pariter legitur. Alius nummus Domitiani apud Leonardum Auguſtinum, in cujus averſa parte triremis velis expanſis, habet, ΗΓΕΜ ΑΠ ΚΛ ΜΑΡΤΙΑΛΟΥ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ.

— Παραθαλασσία τῇ Ταρσῷ] Videtur, addita præpoſitione, legendum, πρὸς τῇ Ταρσῷ. & ſic Suidas in Σαρδανάπαλος.

— Κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην, Ἀγχιαλέα τὸν παρακείμενον ποταμὸν] Videtur deſiderari πρὸς, ante Ἀγχιαλέα.

— Τερπνὰ πάθον] Athenæus lib. XI. & lib. III. Epigram. pag. 315. Τερπν' ἐδάλω.

— Σαρδανάπαλος ὁ Κινδαράξεω] Arrianus, Suidas & Appendix Prov. Ἀνακυνδαράξου. & ſic etiam ab aliis dicitur.

— Τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος] Deeſt τουτέστι, vel ſimile, ante τοῦ ἀποκροτήματος. Certe ſic Suidas d. l. οὐκ ὄντα τούτου ἄξια, τουτέστι, τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος. Nam illud τούτου elegantius abſolute ponitur. Et refert Suidas ſtatuam, monumento Sardanapali appoſitam, dicto iſto ad geſtum digitorum reſpicere quibus ſupra caput colliſis crepitum edebat. *Cætera ne hoc quidem digna ſunt*, intellige, *digitorum crepitu*.

— Ἔστι δὲ καὶ Ἰλλυρίας ἄλλη, κλίσμα Παρίων] ἈΓΧΙ'ΑΛΟΣ fuit civitas Epiſcopalis Epiri veteris, ut apparet ex ſubſcriptione Chalcedonenſis Concilii pag. 50. ubi male Ἀγχιαζὸς ſcribitur, pro Ἀγχίαλος. Meminit hujus urbis Procopius lib. III. Gothic.

Ἄ'ΔΑΝΑ, Κιλίκισσα πόλις, οὐδετέρως] Inſcriptio nuper reperta: ΕΝΘΑ ΚΕΙΤΑΙ ΕΜΙΔΑΒΟΥC ΓΑΜΗΤΗ ΚΑCCΙΑΝΟΥ ΤΟΥ ΜΑΡΙΟΥ ΚΩΜΗΣ ΑΔΑΝΩΝ ΚΑΙ Ο ΥΟC ΑΥΤΟΥ ΠΕΤΡΟC.

— Ταύτην ᾤκισεν Ἄδανος καὶ Σάρος] Iſ. Caſaubonus, ᾤκισαν.

— Σάρον καλέσαντες] Vide Procopium lib. V. de Ædif. Juſtiniani pag. 48.

— Ὄλυμβρος] Lege, Ὄλυμπος. & ſic etiam legebat Salmaſius.

— Ὁ πολίτης Ἀδανεύς] In nummo Valeriani apud Franc. Gotifredum circum figuram muliebrem ſedentem cum haſta & patina, ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΑΝΕΩΝ. In magno nummo Caracallæ apud Sereniſſimum M. Ducem circum Juliam Domnam, ΑΔΑΝΕΩΝ ΙΟΥΛΙΑΝ ΔΟΜΝΑΝ CΕΒ.

— Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας] Emporium quondam celebre fuit Romanorum in ora Maris Rubri inter Homeritas ſitum, cujus meminit Philoſtorgius lib. III. cap. 4. Nicephorus Calliſtus, alii. Hodie adhuc celebre eſt, & antiqui nominis ſervat veſtigium: appellatur enim *Aden*.

— Αἴλινα Αἰλινίτης] Puto, Ἄϊλανα Ἀϊλανίτης. vide infra in Ἄϊλανον & in Ἐγρα.

— Ἄδανις καὶ Θήμαλις] Videtur legendum, Θήβα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Θήβανις. Heſychius: Θήβανα, θήρα ἐκ τῆς πλαγίας κόλπου πνέουσα. ubi Cl. Salmaſius legit, Θήβανις, αὔρα ἐκ τῆς πλαγίας κόλπου πνέουσα.

— Τὸν Αἰολίδος ἔχενον] Poſterius vocabulum manifeſte corruptum eſt. Pro quo MSS. ἐχέν. ſed feliciſſime reſtituit Claudius Salmaſius, ἔχετόνον.

Α'ΔΑ'ΡΟΥ ΠΟ'ΛΙΣ, πόλις Περσική.

— Κώμη μεγάλη τρίτη Παλαιστίνης, μεταξὺ Χαρακμώβων] Lege, Τρίτης Παλαιστίνης. Et *Palæſtinæ Tertiæ* mentio iterum infra v. Χαράκμωβα. quæ vox adhuc incorrupta apud Ptolemæum extat inter *Arabiæ Petrææ* loca. & hanc emendationem Codd. ſcripti confirmant.

— Βαβυλωνίων] MSS. recte Βαβυλώνιοι, mutata diſtinctione.

— Α'δαρηνός] Certum eſt ipſis incolis fuiſſe Α'δαρεῖς, nam in nummo Antonini Pii, apud Franc. Gotifredum, in averſa parte circum caput M. Aurelii Cæſaris, ΑΔΑΡΕΩΝ. nummus autem Aleppo ex Syria ad eum perlatus fuit. Apud eundem in nummo Heliogabali ſupra triremem, ΑΔΑΡΕΩΝ Α. Π. C. ſed uti principio Α vix agnoſcitur, ita forte ante illud Γ plane deletum eſt, & ad *Gadara*, maritimam Palæſtinæ civitatem, nummus iſte pertinet; de qua vide Iſ. Caſaubonum ad Strabonis lib. XVI. pag. 261. In nummo Caracallæ apud Equitem de Puteo circum Herculem ſedentem cum clava inverſo literarum ordine, ut depinxit Æneas Vicus, ΩΝΗΡΑΔΑ, puto legendum ΑΔΑΡΗΝΩΝ.

Α'ΔΙΑΒΗΝΗ', χώρα μέση τῶν ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγρητος] Auctor hic confundit *Adiabenen*, *Meſopotamiam* & *Meſenen*. *Adiabene* fuit inter duos amnes, Diabam, & Adiabam, de quibus vide Henricum Valeſium ad Ammianum Marcellinum pag. 267. *Meſopotamia* tota regio inter *Euphratem* & *Tigridem*, quaſi ἡ μέση τῶν ποταμῶν. *Meſene* inter duos alveos *Tigridis*, Latinis ſonat *Interamna*. *Adiabene* igitur & *Meſene* regiones diverſæ, in *Meſopotamia*; non ipſa *Meſopotamia*. Vide de his plura apud Salmaſium in Exerc. ad Sol. pag. 698. quibus adde Tzetzem ad Lycophron. pag. 115.

— Ἥτις καὶ Μεσήνη ὠνόμασται] Verius auctor infra in Α'πάμεια· ἔστι καὶ ἄλλη ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ τῷ Τίγρητι περιεχομένη, ἐν ᾗ σχίζεται ὁ Τίγρης ποταμὸς, καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ περιέχεται ποταμὸς Σέλλας, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Τίγρης, ὁμονύμως τῷ μεγάλῳ. vide etiam in Σπασίνου Χάραξ.

Α'ΔΟΥΛΙΣ, πόλις Αἰθιόπων.

— Δύχα] δίχα.

— Τῷ ω παραληγόμενα] Salmaſius, ἐν τοῖς εἰς λις τῷ ον παραληγομένοις.

— Α'δουλίτης] Α'δουλιτῶν Epiſcopus occurrit apud Palladium Vatican. Bibliothecæ ἀνέκδοτον.

Α'ΔΡΑΜΥ'ΤΤΕΙΟΝ, πόλις τῆς κατὰ Καΐκον Μυσίας.

— Κέκληται ἀπὸ Α'δραμύττου κτίστου] Hic Α'τράμυττος appellatur apud Tzetzem ad Heſiodum pag. 49. apud Athenæum vero lib. XII. pag. 515. Α'νδραμύτης. utrobique perperam, uti evincit nomen oppidi *Adramyttii*, ab hoc rege, ut volunt, conditi. Infra etiam voce Ψυκτήριος, male Α'δραμύλης ſcribitur, pro Α'δραμύτης.

— Τὸν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Α'δραμυν καλοῦσι, Φρυγισί] Heſychius: Α'δραμὼν ὁ Ἕρμων παρὰ Λυδοῖς καὶ Α'δραμήτιον Ἕρμωνος. qui locus ex hoc Stephani explicandus eſt. Nicolaus Damaſcenus Α'δραμυν Sadyattæ Lydorum Regis filium ſpurium fuiſſe commemorat in Excerptis Conſtantini Porphyr. pag. 453. & ab hoc *Adramy* potius huic urbi nomen inditum recte conjicit Henricus Valeſius in notis ad illum locum.

— Ὁ πολίτης Α'δραμυττηνὸς] In nummo Heliogabali apud Franc. Gotifredum legitur, ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ. Item in pulcherrimo nummo Caracallæ apud Sereniſſ. M. Ducem circum Cererem dextra facem attollentem & vas frugibus vel floribus repletum, quod columnæ inſiſtit, cui ſerpens inſculptus viſitur, ΕΠΙ. CΤΡ. ΠΑΚΙΑΝΟΥ. Β. ΑΔΡΑΜΥΤΗΝΩΝ. cum ſimplici Τ. Rurſus in alio Caracallæ circum Dianam Epheſiam & Jovem, ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΩΝ. Sic in Actis Apoſtolorum cap. XXVII. v. 2. ἐπιβάντες πλοίῳ Α'δραμυττηνῷ. quo loco ſatis mirari nequeo Virum Magnum Hugonem Grotium navem *Adramytanam ex Africa* intelligere: cum ſubjungat ipſe Lucas navi huic propoſitum fuiſſe obire diverſa Aſiæ loca, ſive portus & oppida maritima, mercimonii puta exercendi cauſſa. Et intelligenda ſunt haud dubie loca Aſiæ proprie dictæ, ejuſque ora Ægæo mari obverſa, in cujus ſuperiori parte ipſum *Adramyttium* in ſinu *Adramytteno* jacet, Athenienſium Colonia, cum portu, ut ait Strabo, & navali; quo ipſo rem nauticam apud eos floruiſſe oſtendit.

— Δακηνὸς] Leg. Δαρηνὸς, aut Δαυηνός.

— Λέγεται δὲ καὶ Α'δραμύττιον διὰ τοῦ ι, ὡς Κρατῖνος] Ita etiam legunt codices ſcripti: Salmaſius vult Κραστῖνος, quod eſt gentilitium à Κραστός. ſed tunc etiam legendum eſſet pro Α'δραμύττιον, Α'δραμυττῖνος, aut exemplum non quadraret. Sed ab Α'δραμύττιον formatur Α'δραμυττινὸς, apud Strabonem & Euſtathium, accentu in ultimam incumbente.

Α'ΔΡΑ'ΝΗ, πόλις Θρακική] In ſubſcriptione Concilii Chalced. extat urbs Α'δρανα, quam verſio Latina ſingulari numero *Adranam* vocat, pro more, quo nomina urbium neutra pluralia Græca, facere ſolet Latina. Hanc urbem Ciliciæ eſſe exiſtimo.

— Συλιών Συνήτης, Σελιών Σελιωήτης] Utrumque gentile inferius corruptum eſt.

— Πελ-

— Πελλωαῖος] Leg. Παλλωαῖος. Vide infra in Πελλώη.

Α'ΔΡΑΝΟΝ πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἴτνῃ, ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα· λέγεται καὶ ἀρσενικῶς Ἄδρανος] Philippus Cluverius lib. II Sicil. Antiq. cap. 8. putat ſcribendum, λέγεται δέ· & ad *fluvium* refert, quæ ſequuntur. Sed cum nullum antiqui auctoris exemplum extet, quo id probari poſſit, non video cauſſam, quare *fluvius* non & neutro genere, ut oppidum, & maſculino, mutata terminatione, dici potuerit. Sic nihil in vulgata lectione mutandum eſt. Nam in Ἄδρανος ſubintelligitur ποταμός.

— Ἀπολλόδωρος, δὲ Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν] Cluverius dicto loco legit Ἀδρανίται. Sed verius puto Ἀδρανίτης. Duplex igitur gentile ab urbe Ἄδρανον facit Stephanus Ἀδρανίος & Ἀδρανίτης. Utrumque legitur in nummis antiquis, quos exhibet Philippus Paruta in Numiſm. Antiq. Siciliæ pag. 95. ex quibus tres habent, ΑΔΡΑΝΙΩΝ. unus ΑΔΡΑΝΙΤΑΝ.

Α'ΔΡΑ'ΣΤΕΙΑ μεταξὺ Πριάπου καὶ τοῦ Παρίου ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως] Hauſta ſunt hæc ex Strabone lib. XIII. pag. 588. idemque teſtatur Heſychius v. Ἄδραστος.

— Ἀδράστεια καὶ Ἀδραστείας πέδον] Legend. Ἀδραστείας πεδίον. Quid autem ſit πεδίον, explicat d. l. Strabo. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ χώρα αὕτη Ἀδράστεια, καὶ Ἀδραστείας πεδίον· κατὰ ἔθος τι οὕτω λεγόντων τὸ αὐτὸ χωρίον διττῶς, ὡς καὶ Θήβην καὶ Θήβης πεδίον. *Regio ea vocabatur Adraſtea & campus Adraſteæ: more quodam recepto, ut duo uni loco nomina eſſent: ſicut Thebe & Thebes campus.* Vetus Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. v. 1116.

Ἄστυ τε καὶ πεδίον Νηπήϊον Ἀδρηστείης.

auctor eſt hunc campum proprie Νηπείας πεδίον fuiſſe appellatum.

— Ἔστι δὲ καὶ Τρωάδος Ἀδράστεια τόπος] Idem omnino locus cum præcedenti, ejus mentio in Bœotia Homeri Iliad B. v. 828.

Οἳ δ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ.

ad quem locum vide, quæ notat Euſtathius.

Α'ΔΡΙ'Α πόλις, καὶ παρ' αὐτὴν κόλπος Ἀδρίας καὶ ποταμός] Ad hanc civitatem refero nummum antiquiſſimum Sereniſſimi Magni Ducis, in quo circum caput Neptuni cum tridente legitur, HADR. in averſa parte caput muliebre velatum cum ſceptro conſpicitur, quod forte Junonis.

Α'ΔΡΟΤΤΑ οὐδετέρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ παραθαλάττιον] Hujus loci meminit Marinus in vita Procli, ubi de fano Podalirii, & Machaonis hoc loco celebri refert: cui adjunge Suidam v. Εὐσέφιος.

Α'ΔΡΥ'ΜΗΣ Ἀδρύμητος Λιβύης πόλις.

— Ἄμεινον τὸ Ἀδρύμης] Cum Ἀδρύμης proculdubio corruptum ſit, neſcio an Ἀδρυμήτης, an potius Ἀδρυμησαῖος legendum. ultimum certe occurrit infra v. Τωύης.

— Καὶ Ἀδραμύσιος] An non Ἀδρυμήσιος ſcribendum, ut Μενδήσιος, Κυρήσιος, Φαρχήσιος. certe hiſce accenſetur infra v. v. Κύρης & Βέρης.

Α'ΔΡΥΞ ὡς Ἔρυξ ἀρσενικὸν πόλις Συρακουσίων.

— Ὡς Ἐρυκῖνος τοῦ Ἔρυκος γενικῆς] Iſ. Caſaubonus legit, ἐκ τοῦ Ἔρυκος. & ſic mox v. Ἀερία ἐκ τοῦ ἀέρος γενικῆς.

Α'ΔΑΡΧΙ'ΔΑΙ Λιβυκὸν ἔθνος, ὡς Ἡρόδοτος] Legendum Ἀδυρμαχίδαι, ut eſt apud Herodotum lib. IV. cap. 168. Πρῶτοι Ἀδυρμαχίδαι Λιβύων κατοίκηνται. *Primi Libyam Adyrmachidæ incolunt.*

Α'ΕΡΙ'Α ἡ Αἴγυπτος παρὰ τὸ ἀέρα] Ita Thaſus, Libya, Creta, Cyprus, Sicilia, Æthiopia quoque ſunt appellatæ.

— Ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν τετάρτῳ] Unus MS. δευτέρῳ.

— Ἡ ἐλέγετο νῆσος Ἀερία] Infra v. Κρήτη. καλεῖται δὲ ἡ νῆσος καὶ Ἀερία, καὶ Χθονία καὶ Ἰδαία. Sed hic non *Cretam*, ſed *Cretæ* urbem non ignobilem hoc nomine fuiſſe docet. Heſychius tam *Cretæ* quam illis locis, quæ paullo ante propoſita ſunt, hoc nomen tributum eſſe habet in Ἀερία· ſed idem *Cretam* etiam Ἀστερίην dictam docet in Ἀστερίη. Poſſet igitur quis ſuſpicari olim hic ſcriptum fuiſſe Ἀστερίη.

Α'ΖΑΝΙ'Α μέρος τῆς Ἀρκαδίας] Apud Callimachum hymno in Dianam v. 235. Οὔρεα πλαζομένας Ἀζείνια. reddunt interpretes, *Vagantes montibus inhoſpitis*. Sed Græcus Scholiaſtes Ἀξείνια interpretatur ὄρος Ἀρκαδίας. unde non dubito, quin is legerit apud Callimachum Ἀζήνια vel potius Ἀζάνια. nam Clitorium erat vicinum *Azaniæ*, v. infra v. Φενεός.

— Ἀπὸ Ἀζᾶνος τοῦ Ἀρκάδος] Aliam originem adfert Scholiaſtes Apollonii Rhodii pag. 70. & Euſtathius ad Dionyſium Perieg. pag. 95. poſtquam diverſas *Arcadiæ* appellationes in medium protuliſſet, ſubjicit, καὶ Ἀζανὶς ἐκαλεῖτο διὰ τὴν Ἄζαν, ὅ ἐστι διὰ τὴν ξηρασίαν. καὶ ἔθνος οἱ Ἀζᾶνες αὐτόθι μέχρι τοῦ νῦν οὕτω λεγόμενοι. & ſimiliter idem ad Homerum, Iliad. A. pag. 28.

— Οἱ οἰκήτορες Ἀζανεῖς, καὶ Ἀζανῖες] Scribo Ἀζᾶνες, ut Ἀκαρνᾶνες, aliaque ſimilia. neque enim dubito, quin hinc ſit ſingulare Ἀζὰν, quod infra v. Ἀκαρνανία corrupte Αἰζὰν ſcribitur.

Α'ΖΑΝΟΙ' Φρυγίας πόλις] Sic Hierocles, qui *Phrygiæ Pacatianæ* tribuit; & ſic etiam ſcripti codices Ptolemæi lib. v. Geograph. cap. 2 ubi in editis Αἰζανὶς legitur. quam tamen lectionem præter Herodianum nummi confirmant antiqui. In quorum uno, qui Commodi eſt, apud Franc. Gotifredum legitur circum capram Amalthæam Jovem infantem lactan-

tem, ΑΙΖΑΝΕΙΤΩΝ. In alio Hadriani Imperatoris apud eundem templum expreſſum eſt, in quo Nympha dextra geſtans cornu (forte ea, quæ Jovem enutrivit) utrinque, ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. Apud eundem in elegantiſſimo nummo Caji Cæſaris circum Jovem aquilam dextra geſtantem, haſtam ſiniſtra: ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ ΕΠΙ ΡΟΥΦΟΥ ΚΛΑΣΣΙΚΟΥ. & ſub brachio Sacerdotis ΝΩ. Sic in alio ſimili Claudii Cæſaris in cimelio S.M. Ducis, ΕΠΙ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ.

— Τῆς δ' Ἐπικλήτου Φρυγίας] Locus hic extat apud Strabonem lib. XII. pag. 576.

— Νακώλεια] Scribe, Νακόλεια per ο: ſic enim apud Strabonem d. l. ſcribitur. infra apud noſtrum Νακολία.

— Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ συλλαβῇ διὰ τοῦ αι καθόλου λέγων] Titulus operis Herodiani hoc loco corruptus eſt. v. ſupra v. Ἄδανα & infra v. Καρία. MSS. Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ αι ἐν πρώτῃ τῶν καθόλου λέγων. Unde ita hunc locum emendo: Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ συλλαβῇ διὰ τοῦ αι, ἐν πρώτῃ τῆς καθόλου.

— Ἐξουάνουν] MSS. ἐξανάγον.

— Εὐφορίαν] MSS. εὐβοσίαν.

— Στῆσαι] MSS. καταστῆσαι.

— Ἐξουάνουν] Lege, Ἐξουάνου. & ſic Salmaſius quoque legendum contendit.

— Ξοάνου] MS. ἐξαγάνου.

— Βυθηνίῳ] Leg. Βιθυνίῳ. infra h. v.

ἈΖΕΙΩΤΑΙ ἔθνος τῆς Τρωάδος.

— Ῥαφειώτης] Infra h. v. male ſcribitur Ῥαφιώτης.

ἈΖΗΝΙΑ, ὡς Πλωθία] Infra legitur Πλώθεια. Sed ſcribendum Πλωθειά, ut Harpocration & Suidas.

— Ἀζηνιεύς ὡς Ἀρχιεύς] Lege cum Joanne Meurſio Ἐρχιεύς. Ἐρχεία enim δῆμος Atticæ fuit, de quo videndus Herodotus lib. IV.

ἌΖΙΛΙΣ πόλις Λιβύης. οἱ δὲ περὶ Σαλούστιον οὐ πόλιν ἀλλὰ τόπον φασὶ καὶ ποταμὸν εἶναι] Scholiaſtes Callimachi pag. 11. Ἄζιλις ὄρος καὶ ποταμὸς Λιβύης.

ἈΣΩΡΟΣ πόλις Πελαγωνίας] Πελαγονίας.

— Ἀρριανὸς Ἀζώρειαν αὐτὴν φησιν] MSS. Ῥιανός.

— Ὡς Βοττεάτης] Sic Marcianus Heracleota Perieg. v. 622. ubi perperam, καὶ Βουτεαίων, τῶν τε περὶ τὸν Στρύμονα, legitur, pro Βοττεαίων. MSS. hoc loco legunt Κοττεάτης. Sed in iiſdem β ut κ ſæpe pingitur.

ἈΘΑΜΑΝΙΑ χώρα Ἰλλυρίας] Apud Dioſcoridem lib. I. cap. 3. deſcribitur Μῆον Ἀθαμαντικόν· quod creſcit in Macedonia, hæc Ἀθαμανία vocatur. Apollonius Rhodius lib. II. v. 516. Ἀμπεδίον Φθίης Ἀθαμάντιον. ad quem locum Scholiaſtes antiquus: Ἀθαμάντιον δὲ πεδίον οὕτω καλούμενον περὶ τὴν Ἄλον (ſic lege, non ἄλων)· κατῴκησε γὰρ Ἀθάμας ἐν Ἄλῳ τῇ νήσῳ, τῆς βασιλείας ἐξελθών. Apollonius igitur hanc inſulam ponit ad Othryn: ſequitur enim apud illum: ἀμφὶ τὴν ἐρυμνὴν Ὄθρυν. Vide & infra v. Ἄλος· ſed videndum de differentia Ἄλου καὶ Ἁλοννήσου, videntur enim vicinæ fuiſſe.

— Οἱ δὲ Θεσσαλίας] Vide Etymologicum M. in Ἀθαμάντιον.

ἈΘῆΝΑΙ, πόλεις, κατὰ μὲν Ὦρον, πέντε.

— Ἀθηναίας λέγουσιν, ἀντὶ τοῦ Ἀττικάς] Vide Euſtathium ad Homerum Iliad Α. pag. 84. Eudoxia Theodoſii Junioris Imperatoris uxor Ἀθηναΐς ante baptiſmum eſt vocata, ut teſtatur Hiſtoria Miſcella lib. XIV. pag. 914. quod inſtar gentilitii ab Ἀθῆναι factum.

— Ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν πόλιν ἐκάλουν] Probat hoc pluribus locis ex veteribus ſcriptoribus depromptis Joannes Meurſius, Cecropiæ cap. III.

— Δευτέρα, πόλις Λακωνική] Polybius lib. IV. pag. 344. ſcribit *Lacedæmonios* evertiſſe τὸ τῶν Μεγαπολιτῶν Ἀθήναιον.

— Τρίτη, Καρίας] An non hæ Εὔθηναι, de quibus infra h. v.

— Πέμπτη Ἰταλίας] *Minervæ promontorium* ſive Ἀθήναιον prope Surrentum hic intelligi exiſtimat Jul. Cæſar Capacius Hiſt. Neapol. lib. II. pag. 539. Turnebi opinionem ſecutus. Sed ego Japygiæ oppidum recenſeri puto, quod *Caſtrum Minervæ* & *Minervium* Latinis auctoribus, Græcis Ἀθήναιον dicitur, neque recte Capacius ea, quæ Livius de oppido Minervio refert, huic promontorio tribuit.

— Ἕκτη Εὐβοίας, Διάντος κτίσμα] Infra v. Δῖον non à *Diante* Διάδας Ἀθήνας deduxit. ſed à *Dio* oppido & promontorio Eubœæ, ad quod erant ſitæ: quod ſequitur & præ altera ſententia probat Joſephus Scaliger in Animadverſ. ad Euſebium pag. 29. Euſtathius tamen à *Diante Dium* conditum affirmat ad Homeri Iliad Β pag. 281. qui Pindari filius Erechtei nepos.

— Ὁ πολίτης Ἀθηναῖος] In vita Arati Ἀθηνῖται vocantur, ad differentiam Ἀθηναίων, qui in Attica. Sed ab Εὔθηναι fit etiam Εὐθηνίτης. Vide infra h. v.

— Τὰς δ' Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι] In vita Arati perperam legitur Δαΐδας. Sed locum illum jam emaculavit Scaliger, ad Euſebium d. l.

— Ἐπικλυσθῆναι τῆς Κωπαΐδος] Puto addita præpoſitione legendum ὑπὸ τῆς Κωπαΐδος.

— Ὡς Ἀρριανός] In Periplo Ponti Euxini pag. 3. & Procopius principio lib. III. Gothic.

ἌΘΛΙΒΙΣ πόλις Αἰγύπτου.

— Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου ἐν τῇ πρὸς Ἀδριανὸν γράφων διὰ τοῦ ρ φησὶν Ἄθρειβις] Sic non ſolum Nicanor ille & Strabo, ſed & reliqui omnes anti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

antiqui, Ptolemæus, Hierocles & Subſcriptiones Conciliorum. Nomen hoc corruptum eſt apud Euſebium lib. IX. de Præparat. Euang. cap. 3. ubi male Βαθελβίτης nomus ſcribitur, pro Ἀθελβίτης. Neque enim aliam præfecturam illic intelligi oſtendunt Buſiritis & Leontopolites nomi, qui proxime illi junguntur. Hujus nomi mentio infra in Ψενακώ. Ἄθελβις vero legitur in Ἀφροδίτης. In Etymologico M. ſcribitur, Ἀθελβὴς & pro quarto caſu Ἀθελβὴν.

ἈΘΜΟΝΟΝ οὐδετέρως, δῆμος τῆς Κεκροπίδος. — Τὸ ἐθνικὸν Ἀθμονεύς] Sic ex veteri columna in agro Attico Cyriacus Anconitanus, ΔΑΜΩΝ ΔΙΟΝΥϹΟΔΩΡΟΥ ἈΘΜΟΝΕΥΣ.

ἈΘΎΡΑΣ ἐπίνειον καὶ ποταμός] Locum hunc egregie illuſtrat Suidas: cujus verba propterea apponere operæ pretium erit. Μελαντίας. ἡ νῦν παρὰ πολλοῖς λεγομένη Μελιτίας. κώμη τῆς Θρᾴκης, δύο καὶ ἑκατὸν σταδίους διεστῶσα τοῦ Βυζαντίου. παραρρεῖ δὲ αὐτὴν Ἀθύρας ποταμός. ὃς ὀλίγον τι προελθὼν, καὶ ἐπὶ ἄνεμον καικίαν ὀλίγον τι ἠρέμα ἐκκλίνας, ἐς Προποντίδα τὸν ῥοῦν ἀπερεύγεται. ἔνθεν καὶ τὸ πρὸς ἀκτῇ ἐπίνειον, τὸ ἀπ' αὐτοῦ φέρεται προσηγορίαν. *Melantias. illa quæ nunc vulgo Melitias vocatur. Thraciæ pagus* CII *ſtadiis Byzantio diſtans. Eum autem Athyras fluvius præterfluit, qui paulum progreſſus & verſus cæciam ventum ſenſim declinans in Propontidem fluxum eructat. Hinc & illud navale, quod eſt in illo littore, nomen ab ipſo fert acceptum.*

— Ἔστι δὲ καὶ Σκυθίας ποταμὸς Ἀθύρας] Iſ. Caſaubonus pro Σκυθίας legit Σικελίας.

ἌΘΩΣ, ὄρος Θρᾴκης, ἀπὸ Ἄθω γίγαντος, ὡς Νίκανδρος πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας] Citatur ſub hoc titulo *Nicandri* opus etiam ab Apollonii Scholiaſte, & Athenæo lib. VII. pag. 296. Νίκανδρος δὲ ἐν τρίτῳ Εὐρωπείας, Νηρέως ἐρώμενον τὸν Γλαῦκον ἱστορεῖ γενέσθαι, quod interpres vertit miſerrime, *Nicander tertio Colophoniacorum ab Europia Nereïde Glaucum amatum fuiſſe prodidit.* Nec felicior in interpretando hoc loco fuit Iſaacus Caſaubonus, dum pro Εὐρωπείας legendum conjicit Εὐρωπιακῶν, aut ἐπεροιουμένων.

— Οὐ δὴ θέντος] Οὐδηθέντος.

— Ἀναπεῦν] Ἀν' Ἄθους.

— Ἀκτῆς] Forte ſcripſit *Nicander* ἄκρης. ut Apollonius lib. I. v. 599.

Κλίτεα Παλλήναια Κανάστραιον ὑπὲρ ἄκρην
Ἤνυσαν.

Colles Pallenæos ſuper Canaſtræum promontorium
tranſierunt.

— Βάλλει δὲ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους ἐπὶ σταδίους τετρακοσίους] Apollonius lib. I. v. 604. de Athonis umbra.

Ἀκροτάτη κορυφῇ σκιάει καὶ ἐσάχρι Μυρίνης.
Altiſſimo faſtigio inumbrat & uſque ad Myrinam.

& notiſſimum Sophoclis ſenarium:

Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός.

— Ἄθος, ὡς τὸ Κῶς Κόος] Quidam ex ſcriptis Ἀθῶος ὡς τὸ Κῶς Κῶος. Et Ἀθῶος Græcum quidem eſt, ſed non ſignat montem, ſed τὸ ἐν τῷ Ἄθῳ ὄρει τιμώμενον. vel ſimile quid ad locum pertinens, uti docent Etymolog. M. & Euſtathius ad Homeri Iliad. Β. pag. 358. MS. optimus habet Ἄθως ὡς τὸ Κῶς Κόως, atque ita ſine dubio eſt legendum. Ab hoc Ἄθως extat genitivus Ἄθοω apud Homerum Iliad. Ξ. v. 229.

Ἐξ Ἄθοω δ' ἐπὶ πόντον ἐβήσατο κυμαίνοντα.
Ex Atho autem ad pontum deſcendit fluctuantem.

ad quem locum vide omnino quæ notantur ab Euſtathio: Lectionem enim ex MS. propoſitam reddunt indubitatam. Herodianus, ne hoc omittam, perperam putat accentum poni in voce Ἄθοω apud Homerum, legitque Ἐξ Ἀθόω. uti teſtatur Etymol. M.

— Ἡ κλίσις διττὴ, καὶ Ἄθος, καὶ Ἄθως] Palatini ambo legunt, Διττὴ ἡ κλίσις καὶ Ἄθωος καὶ Ἄθω. quod verum eſt.

— Τοπικὸν Ἄθωος] Vide Euſtathium ad Iliad. Β. pag. 358.

— Τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διχάζει] Videtur legendum καὶ δίχα ζει. ita enim Euſtathius ad Homerum Iliad. Β. pag. 218. Ζοῦς Ἄθωος προπαροξυτόνως, ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ τιμώμενος μετὰ προσγραφῆς ζει, πρὸς διαστολὴν ζει, ἀθῷος ὁ ἀζήμιος. Sed Herodianus contrario modo ſcribebat teſte eodem pag. 358. Ἀθῷος μὲν γὰρ κατά τινας προπερισπωμένως, ὁ ἀζήμιος. Ζοῦς δὲ Ἄθωος προπαροξυτόνως, ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ τιμώμενος, ὃν φασὶν ἐστι καὶ ἀθώϊον κατὰ διαίρεσιν εἰπεῖν, ὁμοίως τῷ ἄρειος ἀρήϊος. κατὰ μέντοι ἑτέρους, ὧν ἐστι καὶ Ἡρωδιανὸς, ἀνάπαλιν. Et citatur Ἡρωδιανὸς περὶ Παθῶν apud auctorem Etymologici M. in Ἐξ ἀθόω. quem ſi volumus ſecutum fuiſſe hoc loco Stephanum, ut ſæpe illum ſequitur alibi, vulgata lectio ſollicitanda non eſt.

— Ὁ πολίτης Ἀθωΐτης] Nummus apud Goltzium habet, ΑΘΩΙΤΩΝ.

ΑἸ̃Α πόλις Κόλχων, κτίσμα Αἰήτου] Apud Herodotum lib. VII. cap. 193. ubi de Argonautis: ὅτ' ἐπὶ τὸ κῶας ἔπλεον ἐς Αἶαν τὴν Κολχίδα. male reddit Valla, *dum in terram Colchidem ad vellus navigarent*, & paullo poſt cap. 197. ἀπικόμενος οὗτος ὁ Κυτίσσωρος ἐξ Αἴης τῆς Κολχίδος: *Cytiſſorus iſte è terra Colchide veniens.*

— Ἣν περιρρέουσι δύο ποταμοὶ Ἵππος καὶ Κυάνεος] Si *Æa* eadem cum *Dioſcuriade*, uti infra h. v. affirmat, non dubito, quin *Cyaneus* fluvius ſit idem, qui à Scylace Γυηνὸς, à noſtro Τυῆνις & Πυῆνις infra dicitur. Salmaſius tamen exiſtimat Κυάνεον hic vocare fluvium qui ab aliis Γλαυκὸς dicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Ἔοικε δὲ τοὐναντίον ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰήτης] Recte. Hinc *Æam* à Seſonchoſide Ægyptiorum Rege antiquiſſimo conditam diu ante *Æetam* tradit Apollonii Rhodii Scholiaſtes ad lib. IV. v. 271.

ΑἸΑΜΗ'ΝΗ Ναβαταίων χώρα, ὡς Οὐράνιος ἐν Αἰακιδῶν δευτέρῳ] Scribe, ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. quod Uranii opus paſſim citatur: & mox in Αἰανῖτις Salmaſius quoque hoc monuit.

ΑἸΑΝΗ' πόλις Μακεδονίας] Hunc locum Suidas verbotenus deſcripſit.

— Ἰχναῖος] Ἰχναῖος.

— Ἐδεσαῖος] Ἐδεσσαῖος.

— Βερροιαῖος] Βεροιαῖος.

ΑἸΑΝΙ'ΤΙΣ Ναβαταίων χώρα.

— Ἐν πρωτοτύπῳ διὰ διφθόγγου] Vide infra in Αἰγινήτης. Salmaſius hic diſtinguit ante διὰ, & ſequentibus adjungit διὰ διφθόγγου. Sed locus eſt mutilus omnino & corruptus.

— Δίχα τοῦ ν.] Lege δίχα τοῦ ι. & ita Salmaſius.

ΑἸΒΟΥ'ΤΑΙ, νῆσοι πέντε τῆς Βρεττανικῆς] MSS. Πρεττανικῆς.

ΑἸΒΟΥΡΑ πόλις Ἰβηρίας.

— Κόλουρα Κολουραῖος, πόλις περὶ Πελήνην] Facile eſſet reſcribere Πυρήνην, ſi circa illam urbs hoc nomine inveniretur. Nunc cum non inveniatur, *Colura* alibi quærenda eſt. Exiſtimo autem eandem eſſe cum Κόλουσα, quæ ab Scylace ad Pontum ponitur in Paphlagonia inter *Stephanen* & *Cimolin*. Favet huic conjecturæ Mela lib. I. cap. 19. *Tum Cimolis & Colliris, & quæ Paphlagoniam finit Armene.* ita enim habent MSS. pro quo in vulgatis ex Hermolai Barbari interpolatione legitur perperam, *Tum Cimolis accolitur.* Pro illo autem *Colliris*, quod Codices ſcripti præferunt, legendum videtur *Coluſa* vel *Colura*. Quod ſi hæc vera ſunt, ut videntur, pro Πελήνην hic apud Stephanum legendum, Ἀρμένην, vel Σινώπην. Videant docti.

ΑἸΓΑ'ΤΗΣ Αἰολίδος ἄκρα] Legendum Αἰγατῆς Αἰολίδος ἄκρα. Strabo lib. XIII. pag. 615. incuſat eos, qui Αἶγα accuſandi caſum faciunt à recto Αἴξ, Αἰγᾶν potius dicendum eſſe hoc *promontorium* dicens.

— Οὐκ ἀναλόγως] Potius lege: οὐκ ἂν ἀλόγως.

— Καὶ τὸ πέλαγος] Solinus cap. XI. *Inter Tenedum & Chium, qua Ægæus ſinus panditur, ab dextra Antandrum navigantibus ſaxum eſt: hoc enim verius quam inſula meruit cognominari. Id quoniam viſentibus procul capræ ſimile creditur, quam Græci* αἶγα *nuncupant, Ægæus ſinus dictus eſt.*

— Οὕτως ἐστὶ καὶ πόλις Φοινίκων] Intelligo *Pœnos* in Africa, ad quos pertinuit inſula, vel inſulæ *Ægates*, ad quas finis bello Punico primo impoſitus nobili de Pœnis reportata victoria navali per Romanos, anno U. C. DXII.

ΑἸΓΑΙ'ΟΝ ΠΕ'ΛΑΓΟΣ] Originem nominis duplicem adfert Suidas, unam ab *Ægeo* Atticæ rege, quem iſto in mari ſubmerſum eſſe tradit fabula: alteram à concitatione fluctuum majori, quæ in iſto mari regnat, quoniam αἶγες Græcis τὰ μεγάλα κύματα. Primum vide in Αἰγαῖον πέλαγος. Poſterius in Αἶγες apud Suidam.

— Αἰγαῖος πόντος] Dicitur etiam Αἰγεία θάλασσα Suidæ teſtimonio, quamvis mallem Αἰγαία ſcribere.

— Ἔστι καὶ Αἰγαῖον πεδίον συνάπτον τῇ Κίρρᾳ] Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. v. 1165. αἱ μὲν γὰρ Αἰγαί, ἔνθεν τὸν Ποσειδῶνα παραγίνεσθαί φασι, καὶ Πελοποννησόν εἰσιν, ἐν τοῖς περὶ Κρίσαν τόποις. Atque inde haud dubie huic *Ægæo* mari nomen. Κίρρα autem & Κρίσα eadem. Vide eundem Scholiaſten etiam ad lib. I. v. 831. ejuſdem poëtæ Αἰγαίῃ ὅσοι ἐν ἁλὶ ναιετάουσι.

— Λέγεται παρὰ αἶγα, ποτὲ φερομένην] Iſ. Caſaubonus ad Strabonem lib. I. pag. 41. legit, Αἶγαν ποταμὸν φερόμενον, ex Euſtathio, qui ad Dionyſii Perieg. pag. 22. Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον πέλαγος Αἰγαῖον, ἀλλὰ καὶ πεδίον τι περὶ τὴν Φωκίδα γῆν ἱστορεῖται καλούμενον Αἰγαῖον ἐκεῖνο παρὰ τὸν ἐκεῖ ῥέοντα Αἶγαν ποταμόν. Præclare quidem. Certe hanc Caſauboni lectionem MSS. Palatini confirmant.

ΑἸΓΑΙ' ΠΟΛΛΑΙ', πόλις Κιλικίας] Scribe, ΑἸΓΑΙ' πόλεις πολλαὶ Κιλικίας, Μακεδονίας &c.

— Μακεδονίας] ΑἸΓΑΙ' Μακεδονίας in excerptis Diodori Siculi lib. XXII. pag. 266. Αἰγέαι vocantur: ἥτις ἦν ἑστία τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας. In nummo Tiberii in corona, ΕΠΙ ΚΟΤΛΕΩΝΟΣ ΑΙΓΕΑΙΩΝ. apud Illuſtrem Equitem Puteanum. in nummo Hadriani apud Franc. Gotifredum circum aquilam legitur, ΑΙΓΕΑΙΩΝ, qui forte Ciliciæ. in alio M. Opelii ſub capra, ΑΙΓΕΩΝ. Sic in alio Helagabali ſub capite Bacchi, ſub quo capella. In alio apud Franc. Angelonum circum figuram muliebrem haſtatam & turritam cum cornu copiæ, ΑΙΓΙΕΩΝ. Sic etiam in nummo Juliæ Mamææ apud Triſtanum Tom. II. pag. 431. circum Deam Nemeſin cum ſcutica, rota & cornu Amalthææ, ΑΙΓΙΕΩΝ ΜΗΤΡΟ, quem ille de Ægieo Achaiæ explicat. In nummo S. M. Ducis circum Victoriam gradientem ΑΙΓΑΕΩΝ. in averſa caput Minervæ, vel Romæ. In nummo Septimii Severi apud Franc. Gotifredum circum caput Homeri, ΑΥΤ. ΚΑΙ. Λ. ΣΕΠ. ΣΕΥΗΡΟΝ ΕΠΤΣΜ.. Δ.. ΑΝΩΝΑΙΓΕΑΙΩΝ.

— Τῆς Θρακησίων Χερρονήσου] Cave credas hanc eſſe Thraciam Cherſoneſum, quæ ad Helleſpontum: intelligitur enim *Pallene*, *Cherſoneſus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſoneſus Macedonica inter Toronaicum & Thermaicum ſinus, quæ prius *Phlegra* eſt dicta. Inter hujus *Cherſoneſi* urbes recenſetur ab Herodoto lib. 7. cap. 123. Αἰγὴ, quæ proculdubio hic intelligitur. Hanc autem *Cherſoneſum* cur appellet Θρακησίων, diſces infra v v. Μηκύβερνα & Παλλήνη.

— Καὶ ἡ ἐν Μυῤῥίνῃ] Scribe Μυρίνῃ. vide infra h. v. Sic Strabo, Scylax, alii. Meminit hujus oppidi Galenus lib. de Boni malique ſucci cibis: Τοιοῦτος δέ ἐστιν οἶνος παρ' ἡμῖν ὁ ἐν Αἰγαῖς καὶ Περπερήνῃ. τῇ μὲν ὁμόρῳ Μυρίνῃ· τῇ δὲ Περγάμῳ. Unde apparet celebre fuiſſe olim optimum ob vinum, quod ibi proveniebat.

— Ἃς Ὅμηρος ἐν τῷ ν.] Lege ὡς, locus autem Homeri, cujus meminit, extat Iliad. N. v. 21. In his *Ægis* Neptuni equi ſtabulabantur. Vide Scholiaſten Pindari in Nemeis, pag. 373. ubi de Neptuno:

Ὃς Αἰγᾶθεν ποτὶ κλειτὰν.

Θαμὰ νίσεται Ἴσθμὸν Δωρίαν.

& Euſtathium ad Dionyſium pag. 22. Αἰγαῖον δὲ πέλαγος, ὥς τισι δοκεῖ, λέγεται παρὰ τὰς ἐν Εὐβοίᾳ Αἰγάς, τόπον οὕτω καλούμενον, ἔνθα τοὺς τοῦ Ποσειδῶνος ἵππους ἀναπαύει ὁ Ποιητής. Sed miror cur *Eubœa* potius, quam Achaiæ, eſſe illas velint, cum nullum apud Homerum ejus rei extet argumentum.

— Εὕρηται καὶ οὕτως, Αἰγεάτης] Forte, εὕρηται γὰρ καὶ οὕτως, Αἰγεάτης. nam & Αἰγεῖαι dicitur, vide Salmaſium in Exercitat. ad Solinum pag. 156. & Αἰγιεῦς, à Ciliciæ oppido. hinc Μάξιμος ὁ Αἰγιεὺς apud Philoſtratum.

ΑΙ'ΓΕΙΡΑ πόλις Ἀχαΐας.

— Καὶ ἔστιν Αἴγειρα] Cl. Salmaſius legit, καὶ τὴν Αἴγειραν, ut cum præcedentibus cohæreat. vel, καὶ ἔστιν Αἰγείρας τὸ ἐθνικὸν, ut cum ſequentibus.

— Παυσανίας δὲ ἕκτῳ] Immo, ἑβδόμῳ. eſt enim locus in Achaicis, & ita citatur infra v. Ὠρωπός.

— Φίλων δέ φησι Κιλικίας πόλιν εἶναι Αἴγειραν] Fortaſſis eadem, quæ ſupra Αἰγαὶ, & à Conſtantino Ἀγαῖα vocatur, Themate XIII. & in Notitia Provinc. MS. Αἴγειαν. Commonet. *Ægeas* vocat, hoc eſt, Αἰγείας. In Subſcript. Concilii Nicæni in Cod. Canon. pag. 15. *Tarcondimantus Ægirates* recte ſcribitur, ubi Edit. Rom. *Ægetanus*.

ΑΙ'ΓΕΙ'ΡΟΥΣΑ πόλις τῆς Μεγαρίδος, ὡς Στράβων. λέγεται καὶ Αἴγειρος] Vide Suidam. h. v.

— Σκολουσαῖος] Σκολοσαῖος. infra. h. v.

— Πιτυοῦσιος] Πιτυοῦσιος. infra. h. v.

— Ὡς Ἡρόδοτος] Lib. I. cap. 149. Sed ibi Αἰγιρόεσσα vocatur.

ΑΙ'ΓΕΣΤΑΙ'ΟΙ, οἱ Θεσπρωτοὶ ἀπό τινος Αἰγέστου στρατηγοῦ] *Ægeſta* Siciliæ urbs ab *Ægeſte* condita. vide Tzetzem ad Lycophronem pag. 83. & 154. Hinc Αἰγεσταῖοι Herodoto lib. V. cap. 46. Æliano lib. II. V. H. cap. 33. ſed Polybius lib. I. pag. 24. Αἰγεσεῖς vocat.

ΑΙ'ΓΗΙ'Σ φυλὴ τῆς Ἀττικῆς] Attica hæc tribus in aliquot antiquis reperitur Inſcriptionibus apud Cyriacum Anconitanum. Diverſi ab hac Αἰγεῖδαι. Thebani, de quibus Scholiaſtes vetus Pindari Iſthm. pag. 477.

ΑΙ'ΓΗΛΟΙ' ἔθνος Μηδικὸν] An Αἰγλοὶ, quorum mentio apud Herodotum.

ΑΙ'ΓΙΑΛΟ'Σ, μεταξὺ Σικυῶνος καὶ τοῦ Βουπρασίου καλούμενος τόπος, ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ Ἰνάχου] Tzetzes ad Lycophronem pag. 38.

— Ὅμηρος] Iliad. B. v. 855.

— Κρῶμναν, Κρωβίαλόν τε] Euſtathius ad hunc Homeri locum pag. 362. καὶ σκοπητέον μήποτε αὕτη ἐστὶν ἡ νῦν Ἡονόπολις. λέγει δὲ ὁ γεωγράφος, καὶ ὅτι τὸ Ὁμηρικὸν τὸ, Κρῶμναν τ' Αἰγιαλόν τε, γράφουσι τινὲς Κρῶμναν, Κωβίαλόν τε. καὶ ὅτι μετὰ Αἰγίαλον Κάραμβις. τίς δε ἡ Κάραμβις δηλοῖ ὁ περιηγητής. Ἀπολλώνιος δὲ γράφει ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, Κροβίαλον Κρῶμνάν τε καὶ ὑλήεντα Κύτωρον. λέγει δὲ ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, πολίχνιον πρὸς τῇ Ποντικῇ τὴν Κρωβίαλον.

ΑΙ'ΓΙΚΟ'ΡΕΩΣ, οὐκ ἔστι δῆμος τῆς Ἀττικῆς.

— Ἀπὸ Ἴωνος] MSS. ἀπόγωνος.

— Τελέοντες] MSS. Γελέοντες, probante Salmaſio.

— Ὁπλῖται] MSS. Ὅπλητες.

ΑΙ'ΓΙΛΙ'Α δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς] Scholiaſtæ Theocriti ad Idyll. A. pag. 23. dicitur, Αἴγιλος, δῆμος τῆς Ἀττικῆς ἀπό τινος φυλῆς ἥρωος Αἰγίλου.

— Ὁ δημότης, Αἰγιαλεὺς] Videtur ſcribendum Αἰγιλιεὺς, vel Αἰγιλεύς.

— Αἰγιάλεια] Lege Αἰγίλεια, ita certe vocatur Herodoto lib. VI. cap. 107. infra eadem hæc inſula Ὤγυλος dicitur, ΑΙΓΙΑΛΕΑΣ nummus exſtat apud Goltzium, & Αἰγιάλεια tota Peloponneſus dicta fuit, teſte Euſtathio, ab *Ægialeo* primo Sicyniorum Rege.

ΑΙ'ΓΙ'ΛΙΨ πλησίον Κροκυλείας] Suidas civitatem eſſe affirmat Cephalleniæ, quæ inſula eſt Epiro adjacens. Euſtathius in Homeri loco, cujus auctoritate Αἰγίλιψ civitas dicitur, Τρηχεῖαν exiſtimat loci nomen, αἰγίλιπα vero illius epitheton. & ſic aliis in locis hæc vox ſumitur. ut Iliad. I. v. 15. Π. v. 4. Suidas utrumque agnoſcit Αἰγίλιψ πόλις Κεφαλληνίας. σημαίνει δὲ καὶ πέτραν ὑψηλήν. & ſic etiam Heſychius.

— Ὅμηρος] Iliad. B. v. 633.

— Εἴληχε δὲ τὴν προσηγορίαν διὰ τὸ μετεωρώδη εἶναι] Πετρώδη.

ΑΙ'ΓΙ'ΜΟΡΟΣ νῆσος Λιβύης] Straboni lib. XVII. pag. 834. Αἰγίμουρος.

ΑΙ'ΓΙΝΑΙ τρεῖς. νῆσος μία τῶν Κυκλάδων] Strabo lib. VIII. & Euſtathius ad Iliad. B. pag. 288. dicunt *Æginam* quoque ſecundum nonnullos eſſe locum τῆς Ἐπιδαυρίας, ut hæc

ſecunda ſit, quam innuit Stephanus. Tertia autem illa in Ponto, cujus ipſe, ſequenti voce meminit. Quæ hic vel omiſſæ ſunt vel exciderunt. Falſum autem quod illa, quam enumerat, è Cycladibus una ſit. Nullius enim unquam Auctor eo loci illam poſuit. Sed culpa omnis penes librarios: nam ex voce Οἰνώνη apparet Stephanum ſcripſiſſe Αἰακιδῶν.

— Ἥτις Οἰνώνη ἐκαλεῖτο] Tzetzes ad Lycophronem pag. 37. Ἡ γὰρ Αἴγινα πρότερον Οἰνώνη ἐλέγετο, ἀπὸ Οἰνώνης τῆς Βουδίωνος θυγατρὸς, καθά φησι Πυθαίνετος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Αἰγινητῶν. Pindarus etiam Nem. Od. IV. & V. ibique Scholiaſtes antiquus Dicebatur etiam Οἰνοπία. Sic idem Pindarus Iſthm. Od. VIII. νᾶσον Οἰνοπίαν vocatam ait antequam Jupiter *Æginam* Aſopi filiam eo deduceret. Et ſic Ovidius lib. VII. Metamorph. v. 473.

Oenopiam veteres appellavere: ſed ipſe
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.

— Ὕστερον δὲ Αἴγινα ἀπὸ τῆς Ἀσώπου μὲν θυγατρὸς Αἰγίνης, Αἰακοῦ δὲ μητρός] *Ægina* Æaci uxor, Pelei mater Orpheo dicitur, vocat enim Argonaut. v. 128

Πηλέα τ' Αἰακίδην Αἰγίνης ἀγλαὸν υἱόν.
Peleaque Æacidam, Æginæ celebrem filium.

— Αἰγινήτης] Et Αἰγινάτης, ut infra v v. Βεμβῖνα. Βίλβινα. Καπίννα.

— Αἰγινήτου] Salmaſius legit, Αἰγινητικός. & mox, ὡς τοῦ Ῥοδίου. Sed de poſſeſſivis agit in fine, nec puto bis idem poſuiſſe.

— Κέρμος] Salmaſius legit, κέραμος. Iſ. Caſaubonus κέρμα. Vide Etymol. M. v. Αἰγιναῖα.

— Ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ποθέου ξενίας] Lege, Πυθέου. citatur autem hæc *Dinarchi* contra *Pytheam* oratio Dionyſio Halicarnaſſenſi & ipſius *Pytheæ* etiam meminit Harpocratio.

— Ἔστι δὲ τρύπανον αἰπολικὸν Κεραμιήτης] Iſ. Caſaubonus Theocrit. Lection. cap. I. locum hunc ita reſtituit: ἔτι δὲ κατὰ τρόπον Αἰολικὸν Κεραμιήτης.

— Τὸ δὲ πολιήτης πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η.] Homerus Iliad. B. v. 806.

Τῶν δ' ἐξηγείσθω κοσμησάμενος πολιήτας.
Illos ad pugnam educat inſtructos cives.

& Apollonius Rhodius lib. I. v. 867. feminino genere: ὀνοσσάμενοι πολιήτιδας.

— Ὡς τὸ Μυθιήτης] Cl. Salmaſius legit Μυλιήτης, aut Βυθιήτης.

— Τὸ δὲ Βαρδηλιήτης καὶ Μασσαλαΐτης τέτραπται] An non legendum Βαργυλιάτης, ut infra h. v. ſed & ſequens vox mihi ſuſpecta, pro qua Salmaſius legit Μασσαλιήτης. Henricus Valeſius ad Excerpta Appiani pag. 77. Τὸ δὲ Βαργυλιήτης καὶ Μασσαλιήτης τέτραπται. nam in Excerptis illis diſertim Μασσαλιήτου ſcribitur.

ΑΙΓΙΝΗΤΗΣ πολίχνιον καὶ ποταμὸς Παφλαγονίας] Arriano in Periplo Ponti Euxini corrupte dicitur Αἰγινῆτις. in nummo Heliogabali apud Franc. Gotifredum circum gladiatorem, ΑΙΓΕΙΝΗΤΩΝ.

— Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, διὰ τὸ τοῦ πρωτοτύπου ἀρχήν] Vide ſupra in Αἰανῖτις.

ΑΙΓΙΝΙΟΝ, πόλις Τυμφαίων] Epiro accenſetur à Strabone lib. VII. pag. 327.

ΑΙΓΙΟΝ πόλις Ἀχαΐας] Polybius lib. V. pag. 350. docet in hac urbe ex legibus Concilium Reip. Achæorum fuiſſe convocatum.

— Ὁ πολίτης Αἰγιεύς, ὡς ὁ χρησμός. Ὑμεῖς, &c.] Euſtathius locum hunc exſcripſit ad Iliad. B. pag. 292. ΑΙΓΙΕΩΝ autem nummus extat apud Goltzium.

ΑΙΓΟΣΘΕΝΑ πόλις Μεγαρίδος, οὐδετέρως.

— Ἀρκάδιος δὲ Αἰγοσθένειαν αὐτήν φησι] Sic & Ptolomæus.

ΑΙΓΟΥΣΑ νῆσος Λιβύης] Polybius lib. I. pag. 61. ἔπλευσε πρὸς τὴν Αἴγουσαν νῆσον τὴν πρὸ τοῦ Λιλυβαίου κειμένην. *Æguſam inſulam Libybæo oppoſitam navigavit.*

— Κατὰ Λίβυας λεγομένη Καπρία] Nunquid forte Καπρία? nam αἶξ, unde Græcum inſulæ nomen deductum eſt, *capram* ſignificat. Hauſit hæc ſine dubio ex antiquo ſcriptore, qui Græci nominis ſignificationem Latina voce exprimere voluerat. Noſter autem Grammaticus Romani ſermonis ignarus Africanam eſſe vocem exiſtimavit.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ καὶ ἡ χώρα καὶ ὁ ποταμός.

— Ἐκλήθη ἀπὸ Αἰγύπτου, ὡς Χάραξ, Βήλου παῖς] Lego, ὃς Βήλου παῖς. vide infra v. Θάσος.

— Ὡς ἔχει τὸ Ἰαμβεῖον· Δεινοί] Ex Æſchylo citat hoc ſenarium vetus Ariſtophanis Scholiaſtes ad Ἐπίρρημα Act. III. Scen. IV. Nubium.

— Καὶ Ἀερία] Apollonius Rhodius lib. IV. v. 267.

Ἤμος ἔτ' Ἠερίη πολυλήϊος ἐκλήϊστο
Μήτηρ Αἴγυπτος προτερηγενέων αἰζηῶν.
Tunc adhuc Aëria vacabatur illa frugifera
Mater Ægyptus primorum hominum.

vide de hoc Ægypti nomine Seldenum Syntagm. I. de Diis Syris cap. 4.

— Καὶ Ποταμίτης] Lege Ποταμῖτις, ut ex præcedenti liquet.

— Καὶ Ἑρμοχύμιος] Plutarchus libello de Iſide pag. 364. *Ægyptum* à nigredine ſoli Χημίαν appellatam ſcribit, ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν: ab eadem origine hanc quoque appellationem non dubito deducere; idque ſequens vox Μελάμβωλος teſtatur. חום, *Chum* enim Hebræis *nigrum* denotat. Cophtitæ autem *Ægyptum* nunc quoque *Chemi* appellant.

— Καὶ Μελάνβολος] Lege Μελάμβωλος. Euſtathius ad Dionyſium Periegetem pag. 35.

καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ναὶ μὴν ἡ Α'ελία, ἔκ τινος Ἰνδοῦ Α'ετοῦ καλουμένη. ἡ Ω'γυγία δὲ, ἡ Μελάμβωλος ἡ Ἡφαισία. & ſic Scaliger Appollodorum emendat ad Euſebium pag. 34.

ΑΙ'ΓΥΣ πόλις Λακωνικὴ, ὡς Εὐφορίων. οἱ πολῖται Αἰγύται] Vide infra vv. Αἶπυ. Κώβρυς. Πίναμυς.

— Ω'ς Παυσανίας] Lib. III. pag. 83.

— Καὶ Α'λεξάνδρῳ, Δηϊφόβῳ γαμηθεῖσα] Lege: καὶ Δηϊφόβῳ. γαμηθεῖσα.

ΑΙ'ΔΗΨΟΣ πόλις Εὐβοίας. Στράβων ἐννάτῳ] Hoc nomen corruptum eſt apud Plutarchum lib. IV. Conv. Quæſt. q. 4. ubi vulgo male Γάληψος legitur pro Αἴδηψος. Locus Strabonis eſt lib. IX. pag. 425.

— Λουτρὰ Ἡρακλέους] Deeſt in Strabone vox λουτρά.

— Ἦν δὲ ἡ σιδηρᾶ, καὶ χαλκᾶ μέταλλα κατ' Εὔβοιαν] Leg. σιδήρου ἡ χαλκοῦ. vide Euſtathium ad Dionyſium pag. 100.

— Καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἥρας κατέλιπον] Cl. Salmaſius pro Ἥρας legit Ῥέας.

— Ο' πολίτης Αἰδήψιος] Nummus apud Goltzium habet, ΑΙΔΗΨΙΩΝ.

ΑΙ'ΔΟΥ'ΣΙΟΙ σύμμαχοι Ῥωμαίων πρὸς τῇ Κελτικῇ Γαλατίᾳ· Α'πολλόδωρος ἐν Χρονικῶν δ.] Proculdubio *Ædui* ſunt. Strabo lib. IV. pag. 192. οἱ δὲ Ἔδουοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο, καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. *Hedui Romanorum cognati appellati, primique Gallorum amicitiam & ſocietatem eorum amplexi ſunt. Apollodorum* vero, qui verſu *Chronica* ſcripſit, metri neceſſitate compulſum fuiſſe exiſtimo gentis nomen ut ſic formaret.

ΑΙ'ΖΙΚΗ' Θρᾴκης μέρος. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ] Nunquid ita legit apud *Hecatæum* pro Α'σικὴ, quæ regio Thraciæ circa Anchialum?

ΑΙ'ΘΑΙ'Α πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατόν.

— Τὸ ἐθνικὸν Αἰθαιεύς. Θουκυδίδης πρώτῃ] Lib. I. pag. 66. Sed Αἰθεεῖς vocat per ε, non Αἰθαιεῖς, per αι, ut hic dicitur.

ΑΙ'ΘΑ'ΛΗ νῆσος Τυρσηνῶν.

— Φίλιστος δὲ ἐν ε Σικελικῶν Αἰθάλιαν αὐτὴν καλεῖ] Sic etiam vocat Scylax in Periplo pag. 2. & Ariſtoteles περὶ Θαυμ. Α'κουσμ. bis. *Ilua* Latinis dicitur. quæ autem Ariſtoteles ibi narrat de calculis maculoſis, quos ita tinctos eſſe ex deſtillationibus liquorum, quibus ſe Argonautæ unxiſſent, poëtæ tradiderunt, illos ipſe non ſine admiratione in portu hujus inſulæ & juxta Salinas, quæ ſunt à tergo Caſtelli Majoris, vidi

— Πολύβιος δὲ ἐν τριακοστῇ τετάρτῃ λέγει Αἰθάλειαν τὴν Λῆμνον καλεῖσθαι] Vide Etymologicum M. v. Αἰθάλη.

— Α'φ' ἧς ἦν ὁ Γλαῦκος, εἰς τὴν τοῦ κόλλησιν σιδήρου εὑρόντων. δύο γὰρ ἦσαν] Mire omnia confundit iſte conſarcinator. Herodotus lib. I. cap. 25. refert Alyatten Lydium Delphis dedicaſſe, ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων. Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε. *Pateram ex ferro parvulam, compactilem, ſpectatu dignam, inter omnia quæ ſunt Delphis dona: opus Glauci Chii, qui ſolus omnium compactionem ferri excogitavit.* Ecce Herodoto *Chius*, qui huic *Samius*, iſthic ſolus ferruminationis auctor celebratur, hic ſocius ei adjungitur. Hic ipſe donarium Delphis ſtatuiſſe dicitur, iſthic Alyattes. Herodotum ſequitur Pauſanias lib. x. pag. 637. qui ſuo tempore hoc ὑπόθημα τοῦ Α'λυάττου κρατῆρος Delphis extitiſſe refert. Suidas tamen cum noſtro *Glaucum* hunc facit *Samium*, in Γλαῦκ ἴπλαι.

— Ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἡ πόλις ἴσως ἐκ τῶν ἀναδιδομένων τοῦ Ἡφαίστου κρατήρων] Euſtathius ad Periegetem pag. 74. Τὴν Λῆμνον, κραναὸν πέδον Ἡφαίστου καλεῖ Διονύσιος, ἀκολούθως Ὁμήρῳ, διὰ τοὺς ἐκεῖ ποτε τοῦ πυρὸς κρατῆρας. Nam Αἰθάλη *cinerem, carbonem & fuliginem* ſignificat, ut docet Heſychius.

— Οἱ πολῖται Αἰθαλεῖς] Ab *Æthalia* etiam gentile fœmininum formatur *Æthalis*. Sic enim Ovidius lib II. Epiſt. ex Pont. 3.

Excepit lacrymas Æthalis Ilva genis.

ut egregie locum illum emendavit Nicolaus Heinſius.

ΑΙ'ΘΗ'Ρ, ὁ ὑπὲρ τὸν αἰθέρα πεπυρωμένος τόπος] Lego, ὑπὲρ τὸν ἀέρα. & ſic legit etiam Salmaſius.

— Καὶ τοῦ αἰθέρος] Euripides, Νὺξ τᾶς διφρεύουσ' αἰθέρος ἱερᾶς. loquitur de nocte.

ΑΙ'ΘΙΚΙ'Α ὡς Κιλικία.

— Τὸ ἐθνικὸν Αἴθικες] Heſychius: Αἴθικες, ἔθνος παρὰ τὴν Θεσσαλίαν, ὅ ἐστιν Δολοπία. eorumque meminit bis Plutarchus Quæſt. Græc. pag. 293. & 297.

— Μαρσύας δὲ μέσον τῆς Τυμφαίας] Heſychius: Τυμφαῖον ἔθνος, ἄθεον ἔθνος.

— Τὸ δὲ ἔθνος, ἐπιεικῶς παράβολόν τε καὶ βάρβαρον] *Populum projectæ profligataque audaciæ & barbarum.*

ΑΙ'ΘΙ'ΟΨ ὡς Κίλιξ.

— Αἰθίοπες τοὶ] Verſus eſt Homeri ex Odyſſ. A. 23.

— Εἰσὶ δὲ καὶ τὸ ὄψ καὶ τὸ μέροψ] Et εὐρύοψ. nam εὐρύοπα Jovem paſſim vocat. Sic αἶθοψ, νῶροψ, οἶνοψ apud eundem Homerum occurrunt.

— Αἰθιοπίδος γῆς ἡνίκα τακῇ χιών] Prius in proſa etiam occurrit apud Ælianum lib. II. Hiſt. Animal. cap. 21. Poſteriora hujus verſus Anonymus de Nilo legit, ἡνίκ' ἂν τακῇ χιών.

— Ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αἰτίους τούτων Μίθραν καὶ Φλεγύας] Cl. Salmaſius legit Φλεγύαν.

— Ω'ς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Ὡς φαβωρῖνος περὶ τοῦ Αἰθιόπιον πλατύτερον ἐν τοῖς τῶν ἐθνικῶν Προτεχνολογήμασιν εἴρηκεν] Poſt Προτεχνολογήμασιν, diſtinguendum, & pro εἴρηκεν legendum εἴρηκα. niſi de ipſo Stephano velimus Epitomatorem loqui.

ΑἸΘΙΟ΄ΠΙΟΝ, χωρίον Λυδίας] Suidas: Αἰθιόπιον χωρίον τῆς Βοιωτίας. quod ſequentia confirmare videntur: MSS. Αἰθόπιον.

— Παρὰ Ὕλλῳ] *Hyllus* eſt Lydiæ fluvius in Hermum defluens, ut teſtatur Strabo lib. XIII. pag. 626. MSS. autem legunt, περὶ ὕλλον.

— Πλησίον τοῦ Εὐρίπου] Legendum, πλησίον τοῦ Σιπύλου.

— Ἀφ᾽ οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία] MSS. Ἄρτεμις Αἰθοπία.

ἈΓΙΛΑΝΟΝ πόλις Ἀραβίας] Salmaſius ad Solinum pag. 284. docet frequentius Ἄϊλανα dictum, num. plur. ſcilicet. Urbis hujus nomen corruptum eſt apud Euſebium lib. IX. Præpar. Euang. cap. 30. ubi ἐν Ἀχάνοις pro ἐν Ἀϊλάνοις legitur.

— Ἧς ὁ πολίτης Ἀϊλανίτης] Infra in Ἔγρα occurrit Ἀϊλανίτης κόλπος.

ΑἼΛΙΑ πόλις Παλαιστίνης] Aliam quoque *Æliam* memorat Tzetzes, quæ & *Hadrianopolis Thraciæ* dicitur, & ante dicebatur *Oreſtias* Chil. VIII. cap. 247.

— Διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφων τὸ Αἰλία] Ergo ſcribatur, Αἴλεια.

[— Σιγειδεύς] Iſ. Caſaubonus ſcribit Σιγιδεύς. Certe ita ſequitur ex illis, quæ præmittit Stephanus.

— Παρὰ μίαν γὰρ συλλαβὴν εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα] Mox v. Αἴνεια locus hic clarius exponitur, unde videtur hoc loco addendum, ἐνδεῖν τοῦ πρωτοτύπου.

— Εἰ γὰρ παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἦν ἂν Ἀλεξανδρεύς] MSS. PP. εἰ δὲ παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἦν, Ἀλεξανδρειεὺς ἂν ἦν· recte.

ΑἹΜΟΝΙ΄Α ἡ Θετταλία ἀπὸ Αἵμονος] Vetus Scholiaſtes Apollonii Rhodii lib. III. v. 1089. Αἱμονία τὸ πρότερον ἡ Θεσσαλία ἐκαλεῖτο· καὶ ἄλλας δὲ ἔσχον ὀνομασίας. ἐλέγετο δὲ καὶ Πυῤῥοδία ἀπὸ Πύῤῥας τῆς Δευκαλίωνος. ἡ Θεσσαλία ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Πύῤῥα· ὡς Ῥιανός. & lib. II. v. 92. Αἱμονίης τῆς Θεσσαλίας, ἀπὸ Αἵμονος, υἱοῦ Ἄρεως.

— Ὡς Ῥιανός] Inſignes ſunt verſus Riani de diverſis Theſſaliæ nominibus, quæ temporum ſucceſſione habuit, apud Scaligerum ad Euſebium pag. 19. ex Scholiaſte Apollonii loco paullo ante adducto deprompti: ſunt autem ſequentes:

Πύῤῥαν δή ποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον,
Πύῤῥης Δευκαλίωνος ἀπ᾽ ἀρχαίης ἀλόχοιο
Αἱμονίην δ᾽ ἐξαῦτις, ἀφ᾽ Αἵμονος, ὅν ῥα Πελασγὸς
Γείνατο φέρτατον υἱόν. ὁ δ᾽ αὖ τέκε Θέσσαλον Αἵμων.
Τοῦ δ᾽ ἄπο Θεσσαλίην λαοὶ μετεφημίξαντο.

— Ἔχει προκατάρχοντα κυρίων, τούτοις ἐπιεικῶς ὁμοφωνεῖ τὰ ἐθνικά] MSS. pro κυρίων habent, κύρια. Salmaſius vero pro ἐπιεικῶς legit, ἐπιτοπλεῖστον.

— Ὡς Κράννων] Scribe Κράνων, uti infra & aliis vocatur: licet mox in Αἴσων eodem modo ſcribatur, alio quamvis accentu.

— Τὸ Τεῦκρος ὡς τριγενὲς ὠξύνθη] Τευκρὸς ſupra in Ἀβαντίς.

— Κάμιμος καὶ ὁ κτίσης καὶ ἡ νῆσος ὁμοίως] Suſpicor legendum Κάμιρος. quod eſt oppidum inſulæ Rhodi. ὁμώνυμον conditori ſuo, ut teſtatur Strabo lib. XIV. pag. 654.

ΑἽΜΟΣ, ὄρος Θρᾴκης.

— Καὶ Ὠρειθύας] Cl. Salmaſius legit Ὠρειθυίας.

ΑἼΝΕΙΑ τόπος Θρᾴκης, ὡς Αἴπεια, Ζέλεια ἀπὸ Αἰνείου. Θέων Αἰνειάδας ταύτην καλεῖ] *Theo* iſte eſt Scholiaſtes Lycophronis, ex quo ſua bona deprompſit Tzetzes.

— Αἰνείας δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν] Similia his refert apud Photium Cod. CLXXXVI. Conon, Narratione XLVI. ſed multa ibi confunduntur: Θερμὸς ſeu Θερμαῖος κόλπος cum Melano; urbs Αἴνεια cum Αἴνῳ.

— Ὄρειαι Ὀρεάτης] Num legendum, Ὄξειαι Ὀξεάτης. harum enim inſularum mentio fit infra in Ἀρτέμιτα. ſed legendum omnino Ὀρνειαὶ Ὀρνεάτης, ut patet in vv. Ἀρνεαὶ, & Ἀσέα. Et *Orneas* deſcribit Strabo lib. VIII. pag. 382.

— Καὶ πόλις Τυῤῥηνίας, ἧς οἱ οἰκήτορες Αἰνεῖοι] Scholiaſtes Apollonii ad lib. II. v. 297. adducit verſum Heſiodi de Zete & Calai:

Ἔνθ᾽ οἵ γ᾽ εὐχέσθην Αἰνηΐῳ ὑψιμέδοντι.

mox addit: ἔστι γὰρ καὶ Αἶνος ὄρος τῆς Κεφαλληνίας, ὅπου Αἰνησίου Διὸς ἱερόν ἐστι. Subjunctique auctores, qui hujus fani meminere, Λέων ἐν Περίπλῳ, καὶ Δημοσθένης ἐν ταῖς Λιμέσιν.

ΑἸΝΙ΄Α διὰ τοῦ ι, πόλις Περῤαιβῶν. καὶ Αἰνιᾶνες οἱ οἰκοῦντες] Vide inſignem locum de his *Ænianibus* apud Heliodorum Æthiop. lib. pag. 122. & ſeqq. in quo ſæpius corrupte Αἰνειᾶνες ſcribitur pro Αἰνιᾶνες. Herodoto lib. VII. cap. 185. dicuntur Ἐνιῆνες.

— Καὶ Αἶνιος ποταμὸς αὐτῆς] Vide mox in Αἶνος.

— Ὡς Μηλιεῖς] Puto excidiſſe καὶ ante ὡς. ſic Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 335. vide etiam Scylacem Caryandenſem.

— Στράβων δὲ ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ φησὶν ἐν τῷ Πόντῳ Αἰνιᾶνας ἄλλους εἶναι, οὓς καλεῖσθαι νῦν Παρσίους] Locus hic mirum in modum corruptus & truncatus eſt. Strabonis ille, quem innuit, non extat libro XIV. ſed XI. error natus ex notis ΙΑ, quæ mutatæ in ΙΔ. deinde apud Strabonem, non Αἰνιᾶνες, ſed Αἰνειᾶνες per ει diphthongum ſcribitur. tertio, non Παρσίους, ſed Παῤῥασίους eam Ponticam gentem ibidem vocat Strabo, quam recte, mox diſpiciemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ciemus. Quod autem *Ænianas* illos *Parſios*, ſive *Parrhaſios* à Strabone vocari ſcribit, ea ſumma eſt oſcitantia, cum Strabo nihil minus dicat. Verba Strabonis hæc ſunt pag. 508. Οἰκεῖ δὲ τὴν παρωρείαν ταύτην μέχρι τῶν ἄκρων ἀπὸ θαλάττης ἀρξαμένοις, ἐπὶ μικρὸν μὲν τῶν Ἀλβανῶν τὸ μέρος, καὶ τῶν Ἀρμενίων, &c. Φασὶ δὲ Παῤῥασίων τινὰς συνοικῆσαι τοῖς Ἀναριάκαις, οὓς καλεῖσθαι νυνὶ Παῤῥασίους. Αἰνειᾶνας δὲ ἐν τῇ Οὐιτίᾳ τειχίσαι πόλιν, ἣ νῦν Αἰνιᾶνα καλεῖται. *Hanc autem ad ima montium porrectam regionem, ſi ab extremis mare verſus pergas, non ita multum pars Albanorum & Armeniorum incolit*, &c. *Ferunt quoſdam de Parrhaſiis habitaſſe cum Anariacis & nunc eos Parrhaſios vocari. Ænianes autem in Uitia muniviſſe urbem, quæ nunc dicatur Æniana.* Quibus verbis duas diſtinctas gentes Græcas, ſedes iſthic locorum fixiſſe oſtendit. Ego, ut, quod res eſt, dicam, librariorum culpam totam eſſe exiſtimo, qui integrum Strabonis locum à Stephano allatum ſuo more contruncarunt, quod frequenter hoc in opere factum paſſim oſtendimus in aliorum quoque auctorum locis in eodem adductis. Illam vero ſcripturam, Παρσίους Stephani, præferrem alteri Strabonis: nam Strabo manifeſte indicat illud *Parrhaſiorum* nomen in aliud quoddam vicinum tranſmutatum, dixiſſet enim alias illud nomen adhuc ſervari. Polybius lib. v. pag. 389. regionem ipſam Παῤῥασίαν appellat. apud Ptolemæum lib. vi. Geogr. cap. 18. in Paropamiſadis *Parſii* commemorantur, & *Parſia* oppidum: licet nos in vulgatis Græcis codicibus nunc male Πασίοι legamus: ſed Πάρσιοι legerunt interpretes veteres, & oppidi nomen in ea gente ſic legendum evincit; quamvis non ignorem hoſce *Parſios* Ptolemæi longius ab *Anariacis* Strabonis & *Amariacis* ejuſdem Ptolemæi, & Polybii *Ariaracis* diſtare.

— Μὴ ὁμοφωνοῦντος τοῦ Τεῦκρος καὶ Γυναικός] Lege omnino cum Cl. Salmaſio, καὶ Γραικός. nam Τεῦκρος & Γραῖκος, ut propria virorum nomina circumflectuntur, ut gentis, oxytona ſunt. vide infra in Τευκροί.

ΑἸΝΟΣ, πόλις Θρᾴκης, Ἄψινθος καλουμένη] MS. Vat. Αἶνος, πόλις Θρᾳκική. ὁ ἀπὸ ταύτης Αἴνιος. καὶ Αἰνόθεν τοπικὸν ἐπίῤῥημα. Cæterum Αἶνος etiam eſt Cephalleniæ mons, in quo Jovis Αἰνησίου fanum erat, teſtibus Strabone lib. x. pag. 456. & Scholiaſte Apollonii lib. II. v. 297.

— Καὶ κλίσμα Κυμαῖον] Suidas in Αἶνος & Ἀλωπεκόννησος, dicit hanc urbem conditam fuiſſe à Græcis primo quidem Alopeconneſiis eo deductis, deinde etiam Mitylenæis & *Cumæis*. Unde forte quis putet legendum hic Κυμαίων.

— Αἶνος ποταμός] An non Αἴνιος ποταμὸς, ut voce præcedente?

— Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Αἴνου τοῦ Γουνέως ἀδελφοῦ δευτέρα. Ἔστι καὶ πόλις] Videtur legendum, Ὁ δὲ vel οἱ δέ. deinde mutata diſtinctione Δευτέρα ἐστὶ καὶ πόλις. Hæc enim nomina ordinalia δευτέρα, τρίτη, τετάρτη, πέμπτη, ad ſequentia locorum vocabula, mutata diſtinctione, referenda ſunt, non ad præcedentia. Exiſtimo autem prius fuiſſe notas tantum, & hinc natum errorem.

— Τὸ ἐθνικὸν Αἴνιος] Et Αἴνειος apud Harpocrationem ex Demoſthenis Orat. contra Ariſtocratem (male enim iſthic legitur ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους, pro ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους) ad quem locum obiter moneo, virum eruditum, qui Harpocrationem poſtremo edidit, male eum divellere, & ut ſententiam ſuam nobis probet, neſcio quos Αἰνίτας ex Mitylene & Cyma fingit contra Stephani, &, ut reor, omnium auctorum reliquorum mentem. Vide Suidam in Ἀλωπεκόννησος. Eſt & aliud ab hac urbe gentile Αἰνιάτης, quod occurrit in Gloſſis Hippocrat. Galeni. Αἰνιάτης ὁ ἀπὸ Αἴνου τῆς ἐν Θρᾴκῃ πόλεως.

— Ταύτην Ἀπολλόδωρός φησιν ὠνομάσθαι Πολυμβρίαν] Immo Πολτυοβρίαν, ſi Straboni credimus lib. vii. pag. 319.

ΑἸΞΩΝΙ'Α, πόλις Μαγνησίας.

— Ὡς εἰώθασι πολλῶν τῶν δήμων] Iſ. Caſaubonus, ἐπὶ πολλῶν τῶν δήμων.

— Καὶ αἰξωνεύεσθαι τὸ κατηγορεῖν] Forte ſcripſit, κακηγορεῖν. certe ſi Harpocrationem ſequimur: qui in Αἰξωνεῖς, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον.

ΑἸΟΛΙ'Α, νῆσος Αἰόλου.

— Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως] Ita *Æolium Pontum* Silius Italicus appellat, in quo *Æoliæ* ſitæ ſunt inſulæ. Quidam autem ſcriptorum auctius: οἱ νεώτεροι τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως.

— Ἀλλὰ καὶ Αἰολεώτης] Scribe, Αἰολιώτης. Nam Αἰόλιαι νῆσοι dicuntur Latinis *Æoliæ*. Herodotus de vita Homeri: ἡ πάλαι Αἰολιῶτις Κύμη.

— Οἱ τὴν Λέσβον οἰκοῦντες Αἰολεῖς] Hinc Αἰολὶς fœmininum, & Αἰολίδες νῆσοι, de quo videndus Euſtathius.

— Ἀφ' ὧν αἱ Αἰολικαὶ ἀποικίαι] MSS. ἡ Αἰολικὴ ἀποικία.

ΑἸΌΛΙΟΝ, τῆς Θρᾴκης Χεῤῥονήσου πόλις] Salmaſius legit, ΑἸΌΛΕΙΟΝ, & in MS. P. præponitur ſuperiori voci Αἰολία. & exempla gentilis oſtendunt ſic legendum, ut Ῥοίτειον, Ῥοιτειεύς.

ΑἼΠΕΙΑ, πόλις Λακωνικῆς] Catalogus urbium MS. in Bibliotheca Vaticana, Αἴπεια, ἡ νῦν Κορώνη.

— Οὕτω καὶ ἡ Κύπρου] MS. Κύπρος. ſed Euſtathius ad Iliad. I. pag. 743. ἔστι καὶ ἑτέρα Κύπρου, legit jam olim.

— Ὑϐρεάτης] Lege Ὑδρεάτης. vide infra in Ὑδρέα.

ΑἼΠΥ, πόλις Μεσσηνίας] Scholiaſtes Homeri Mediceus MS. ad Iliad. Β. v. 297. Αἶπυ. τοῦτο κύριόν ἐστι. περὶ ἧς φησι πόλις Αἰπεῖα κολώνη. Ἡρωδιανὸς δὲ ἀναλογωτέραν φησὶ τὴν βαρεῖαν εἶναι τάσιν. ἴσως δὲ ἀπὸ τοῦ Αἰπύτου. κατὰ ταύτην δὲ τὴν πόλιν ποσὶ περατός ἐστιν ὁ Ἀλφειὸς κἂν σφόδρα ῥύῃ.

— Τὸ ἐθνικὸν Αἰπύτης] Aliud gentile occurrit apud Pauſaniam lib. VIII. pag. 498. ſed legitur corrupte Αἰγυπτίων pro Αἰπυτίων, niſi forte Αἰπυτῶν ſcribendum: nam eodem libro Αἰπύτις regio ſive ipſe ager vocatur.

ΑἼΣΑ, πόλις Θρᾴκης, προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ] Etymologicum M. Epirum ſic olim vocatam ſcribit: ejuſque incolas Αἰσιόυς. Ego exiſtimo hanc Αἶσαν eſſe, quæ Λισαὶ dicuntur Herodoto lib. VII. cap. 123. Nam ad ejus verba Stephanus manifeſte alludit, atque hoc veriſſimum eſſe teſtatur vocabulum Γίγωνος, quod iiſdem verbis, quibus hic Αἶσα, ex eodem Herodoti loco infra deſcribitur.

ΑἼΣΩΝ, πόλις Θεσσαλίας ἀπὸ Αἴσωνος] Scribe Αἴσονος, ut ex ſequentibus manifeſtum eſt, & Apollonio lib. I. v. 331.

Τοῖσιν δ' Αἴσονος υἱὸς ἐΰφρονέων μετέειπεν.

Illis verò Æſonis filius prudens allocutus eſt.

— Οὗ τὸ ὄνομα διὰ τοῦ ο κλίνεται] MS. Vetuſt. τοῦ ω. ſed male.

— Ἡσίοδος. τὸ δὲ] Locus Heſiodi in verbis τὸ δὲ Αἰσονίδης videtur latere, & forte eſt v. 999. in Theogon. Αἰσονίδης καί μιν θαλερὴν ποιήσατο ἄκοιτιν. *Æſonides & ipſam floridam fecit uxorem.*

— Ἀπὸ τοῦ Αἴσονος ἢ δὲ Φέρητα ἀεί] Locus Homeri mutilus ex Odyſſ. Λ. v 258. ubi ſic legitur: Αἴσονα τ' ἠδὲ Φέρητ' Ἀμυθάονα θ' ἱππιοχάρμην. Forte autem ſic legendus Stephani locus: τὸ γὰρ Αἰσωνὶς ἀπὸ Αἴσονος. καὶ Ὅμηρος Αἴσονα τ', ἠδὲ Φέρητα. & delendum illud ἀεί.

— Τὸ δ' Αἰσωνίς, ἀπὸ τοῦ γυνικῆς τοῦ ἀρσενικοῦ] Apollonius Rhodius lib. I. v. 411.

Κλῦθι ἄναξ Παγασάς τε πόλιν τ' Αἰσωνίδα ναίων,

Ἡμετέροιο τοκῆος ἐπώνυμον.

Audi Rex Pagaſas & civitatem Æſonidem incolens

A patre meo appellatam.

Ubi Scholiaſtes antiquus: Αἰσωνὶς, πόλις τῆς Μαγνησίας, ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἰάσονος, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι καὶ Φερεκύδης.

— Κραννών] De hac voce jam diximus ſupra in Αἱμονία.

— Οὔλπων] Puto legendum, Οὐίϐων.

ΑἼΤΝΗ, πόλις Σικελίας ἀπὸ Κατάνης] Salmaſius, ὑπὲρ Κατάνην, quam tamen lectionem ſibi non ſatisfacere teſtatur.

— Ἱέρωνος κτίσμα] *Ætnam* conditam fuiſſe ab *Hierone* eo tempore, quo Æſchylus apud eum commorabatur, auctor eſt is, qui ex veteribus Æſchyli vitam conſcripſit. Idem etiam in fine vitæ Pindari dicitur. & hinc Pindarus ſic exorſus fuerat carmen ad *Hieronem*: ut eſt apud Scholiaſtas Ariſtophanis & Pindari: Ξύνες ὅτι λέγω ζαθέων ἱερῶν ἐπώνυμε Πάτερ κτίστορ Αἴτνας. quod Ariſtophanes ex Pindaro tranſtulit in Avibus. pag. 585.

— Ὁ οἰκήτωρ, Αἰτναῖος] In antiquo nummo ΑΙΤΝΑΙΩΝ legitur. & Αἰτναίῳ Διῒ aras à Romanis poſitas auctor eſt Diodorus in Excerptis Conſtant. Porphyr. pag. 373.

ΑἸΤΩΛΊΑ, χώρα, ἀπὸ Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος] Idem habes apud Pindari Scholiaſten Græcum ad Olymp. Od. III. pag. 31. unde Pindaro, Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὁ Ἠλεῖος dicitur, & Elei *Ætoli*. & hinc forte *Ætolia* Peloponneſi oppidum ab Androtione commemoratum.

— Ὃς ἐκπεσὼν ἀπὸ Πίασης] Lege, ἀπὸ Πίσης infra h. v.

— Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Αἰτωλίς] Lege Αἰτωλος. Euſtathius ad Iliad. Δ. pag. 488. Ὁ δὲ Αἰτώλιος διφορεῖται ὁμοίως τῷ Δάρδανος Δαρδάνιος. Κάπρος Κάπρειος. Καῦρος Καύρειος. ἔκτοπος ἐκτόπιος. ὁ καὶ ἀφορμὸς παρὰ Σοφοκλεῖ. ἔγχωρος, οὗ χρῆσις παρὰ Λυκόφρονι ἐγχώρειος.

— Ἣν συγκαταλέγει ταῖς Λακωνικαῖς πόλεσιν Ἀνδροτίων ἐν Ἀτθίδος] In MS. legitur καὶ Ἀτθίδος. & ſic legendum cenſet Cl. Salmaſius.

— Καὶ τὸ Μαυσωλός] Euſtathius, qui totum hunc locum deſcripſit, ad Iliad Β. pag. 311. ita habet: διὸ καὶ τὸ Μαύσωλος προπαροξύνεται ὡς μὴ ἔχον τὸ τ. quare neceſſario dicendum erraſſe Hermolaum, dum contra Stephani mentem ſcripſit Μαυσωλὸς pro Μαύσωλος.

— Λέγονται καὶ Αἰτωλιταί] Lege Αἰτωλισταὶ, ut Ἀττικισταὶ, ſimiliaque; & ſic Salmaſius.

ἈΚΑΔΗΜΕΙΑ, γυμνάσιον Ἀθήνησιν] *Academiam* deſcribit Diogenes Laërtius in Platone non longe à principio.

— Οὗ οἱ Ἀκαδημαϊκοί] Cl. Salmaſius, ἀφ' οὗ οἱ Ἀκαδημαϊκοί.

— Γράφεται δὲ διὰ τοῦ ε Ἐκαδήμεια, περὶ οὗ ἐν τῷ ε λεξόμεθα. διὸ καὶ ἡ πλείων χρῆσις οὕτως] Pro teſtimonio auctori ſit Photius in Bibliotheca, & poſteriores ubique.

ἈΚΑΚΉΣΙΟΝ, πόλις Ἀρκαδίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀκακήσιος] Callimachus Hymno in Dianam, & Scholiaſt. pag. 19.

— Ἀκαλησσοῦς] Deeſt aliquid.

— Τυμησσοῦς] Lege Τυμνησσοῦς, vide ſupra v. Ἀγορησσός.

— Ἀκαλήσιος] MS. ἀκαλήσσιος.

ἈΚΑΜΆΝΤΙΟΝ, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας.

— Παρ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Παρθένιος δ' ἐν Ἀφροδίτῃ Ἀκαμαντίδα αὐτὴν φησι] Haud dubie ab *Acamante* promontorio Cypri, quod eſt apud Ptolemæum: vel *Acamanto* Cypri monte, qui apud Heſychium.

— Καὶ φυλὴ Ἀκαμαντίς] Suidas: Ἀκαμαντὶς καὶ Ἀκάμας. μία τῶν δέκα φυλῶν, ἀπὸ Ἀκάμαντος τοῦ Θησέως. Ab hac etiam montem *Acamantum* in Cypro denominatum auctor eſt Heſychius.

ἌΚΑΝΘΟΣ, πόλις Θρᾴκης ἀκάνθαις περιεργασμένη ὑπὲρ τὸν Ἄθω] Salmaſius legit, περὶ τὸν Ἄθω pro ὑπὲρ. ſed nihil mutandum: nam reſpectu loci, ubi ſcripſit Stephanus, ita jacet.

— Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ] Conjungantur hæc cum ſequentibus deleta diſtinctione.

ἌΚΑΝΘΟΣ, Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι] Vide quæ de hac urbe & loco notat Cl. Salmaſius in Exercitat. ad Solinum pag. 532.

— Δευτέρα τῆς Ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς ἄλσος] MS. καὶ δευτέρα, & ſic Salmaſius, qui mox addit de conjectura: ἐν ᾗ τῆς Ἀκάνθης. pro quo ego quondam: ἐνταῦθα τῆς Α. vel: καὶ τὸ τῆς Α. ut ſint verba Strabonis ex libro XVII. pag. 809.

— Ἔστι καὶ ἡ Ἀθαμανίας] Melius, ἔστι καὶ ἄλλη Ἀθαμανίας.

ἌΚΑΝΝΑΙ, ἐμπόριον περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν.

— Καὶ Γεραῖος] Lege Γερραῖος. vide infra v. Γέῤῥα.

ἈΚΑΡΝΑΝΊΑ, χώρα κεχωρισμένη τῶν Κουρήτων.

— Ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου] MSS. τοῦ Κορίου. ſed Euſtathius Κούριον vocat ad Homeri Iliad. I. pag. 771.

— Ὡς καὶ χλαίνας ἑλκεχίτωνας] Aldina Editio habet ἰαίνας, unde legendum Ἰάονας, quomodo etiam legunt MSS. PP. eſt autem ex Homero Iliad. N. v. 685.

Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ, καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες.

— Ὑπὸ Περσέως] Puto, Περσῶν. & ſic etiam legebat Salmaſius: contra quos pugnarunt Græci duce Leonida ad Thermopylas.

— Αἰζάν] Lege Ἀζάν. & ſic Salmaſius.

— Περὶ τοῦ Διύμαν] Lege Δυμᾶν cum MSS. & Salmaſio. vide infra h. v.

ἈΚΑΡΑΣΣΟΌΣ, πόλις Λυδίας] Vide quæ notavi infra ad v. Ναρκασός. Hierocli Ἀκρασὸς, qui *Lydiæ* tribuit. In nummo Septimii Severi apud Franc. Gotifredum circum figuram Æſculapii, ΑΚΡΑϹΙΩΤΩΝ. In Subſcriptionibus tamen Concilii Chalced. occurrit Patricius Ἀκρασοῦ, & Nicolaus Ἀκαρασσοῦ, ille inter *Lydiæ*, hic inter *Lyciæ* Epiſcopos. Ἀκαλισσὸς autem Lyciæ civitas eidem Hierocli, quæ Stephano Ἀκαλησσὸς paullo ante, quamvis locus mutilus veſtigium tantum in gentili ſervet. Sed Notitia Leonis apud Leunclavium & alia in Appendice Geographiæ Sacræ, præter *Acraſum Lydiæ*, aliam ejuſdem nominis commemorant in *Lycia*, diverſam quoque ab *Acaliſſo*. Diſtinguendæ itaque Ἀκρασιὸς *Lydiæ*, Ἀκαρασσὸς & Ἀκαλισσὸς *Lyciæ*.

— Καὶ Ἀκαρασσεύς] Ἀκαρασσέων Epiſcopus interfuit Concil. Chalced. Act. I. in Subſcript. Act. VI Ἀκαρασσαίων ſcribitur, ſed male.

ἌΚΑΡΡΑ, πόλις Ἀχαΐας] An non Ἀσίας, ut in Etymologico? exempla tamen ſunt Græciæ.

ἈΚΕΆΛΗ, πόλις Λυκίας.

— Δούλης τῆς Ὀμφαλίδος] Δούλη Ὀμφαλὶς; pro δούλη τῆς Ὀμφαλῆς.

ἈΚΕΣΑΜΕΝΑῚ, ὡς Ἀλαλκομεναί] Legendum: Ἀλκομεναί. vide infra h. v. & ſic quoque Salmaſius.

ἈΚΈΣΤΗ, πόλις Σικελίας ὡς Ἄγεστα] Scribendum Ἔγεστα. vel, Αἴγεστα.

ἌΚΗ, πόλις Φοινίκης] Sic Etymologicum, Harpocratio, Suidas. Euſebio dicitur Ἀκχὼ libro περὶ τοπικῶν ὀνομάτων τῆς θείας γραφῆς, & Hieronymo ejus interpreti: apud quem alibi hoc nomen in vitio cubat, videlicet Epiſt. XXVII. quæ eſt de vita S. Paulæ, ubi male hactenus editur: *per arenas Tyri pervenit ad Coth, quæ nunc Ptolemais dicitur.* reſcribendum omnino ex ipſo Hieronymo, *pervenit Accho*. MS. Catalog. urbium Vat. Ἄκη, πόλις ἐν Φοινίκῃ, ἡ νῦν Πτολεμαΐς. οἱ δέ φασιν ἰδίως τὴν ἀκρόπολιν Πτολεμαΐδος Ἄκην καλεῖσθαι.

— Αὕτη Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο] Immo prius *Ace* vocabatur, poſtea *Ptolemais*. Etymologicum: Ἀκὴ, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν καλουμένη Πτολεμαΐς. & ſic infra in Πτολεμαΐς.

— Κλαύδιος δὲ Ἴουλος ἐν πρώτῃ Φοινίκων] Lego, Ἴουλιος. & ſic citatur infra v. Λάμπη. deinde cum Xylandro, Φοινικικῶν.

— Χαλεπωτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ἐπιταγαῖς ἄθλων προαχθεὶς, τῷ τῆς Λερναίας] MS. legit: χαλεπωτάτου γὰρ ὑπάρχοντος Εὐρυσθέως ὑποταγεὶς ἄθλου. Unde Salmaſius: χαλεπωτάτων γὰρ ὑπ' ἄρχοντος Εὐρυσθέως ἐπιταχθέντων Ἄθλων τῷ τῆς Λερναίας. Mallem ſimpliciter χαλεποτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ἐπιταγαῖς ἄθλων προαχθείς.

— Μέχρις ἂν τύχῃ] MSS. recte, ἐντύχῃ.

— Ἧς ὁ καρπός] MSS. ὁ καυλός.

— Ταῖς κεφαλαῖς] Cl. Salmaſius, addita copula, legit: καὶ ταῖς κεφαλαῖς, & ſic jam ante Caſaubonus.

— Κολοσσαῖον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν] Lege cum Iſaaco Caſaubono κολοκάσιον, quem vide ad Athenæum lib. III. cap. I.

— Ὄψιν ἰδίαν] Forte, ἡδεῖαν.

ἈΚΚΑΒΙΚῸΝ ΤΕΙ͂ΧΟΣ, πόλις περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας] Vide infra v. Καρικὸν τεῖχος.

— Ἐν τῷ περὶ Σαλμύνης] Lege Σαλμύκης, uti patet infra h. v.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Ὡς εὑρήσομεν] Iſ. Caſaubonus, εἰρήσομεν.

Α'ΚΜΟ'ΝΙΑ, πόλις Φρυγίας] Apud Pyrrhum Ligorium in nummo Heliogabali circum mulierem ſtolatam, capite turrito, quæ ſiniſtra cornu copiæ, dextra clavum tenet, legitur, ΑΚΜΩΝΕΩΝ. Unde apparet, gentile fuiſſe ipſis Α'κμωνεὺς, quicquid contra diſputet Stephanus. Ego deinde ipſum illum eundemque nummum Heliogabali vidi apud Illuſtriſſimum Comitem de Bucheim Labacenſem Epiſcopum, in quo diſerte ſcriptum eſt, ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Sic quoque in ſimili nummo Alexandri Severi apud Equitem Caſſianum à Puteo legitur, ΑΚΜΟΝΕΩΝ. Item in antiquiſſimo nummo Græco circum Æſculapium, ΑΚΜΟΝ ΘΕΟ ΜΕΝΕΛΑ. in averſa caput virile laureatum, forte Menelai.

— Ε'στι καὶ ἄλλο Α'κμόνιον λεγόμενον] Puto legendum: ἔστι καὶ ἄλσος Α'κμόνιον. Eſtque idem plane cum ſequenti illo Apollonii: cujus interpres pag. 113. ad illum locum (lib. II. v. 994.) Pherecydem quoque auctorem citat. Apud eundem Scholiaſten pag. 86. male legitur Α'λκμων pro Α'κμων.

— Τοῦτο δέ μοι εἴρηται] Supra v. Αἰλία.

— Ὡς Α'πολλώνιος ἐν δευτέρῳ] Lib. II. v. 994.

— Ε'ν τῷ περὶ Γ'αυλον πεδίῳ] Lege: ἐν τῷ περὶ Δοίαντος πεδίου. vide quæ notata infra ad hoc vocabulum.

Α'ΚΟ'ΝΑΙ, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας] Vide Salmaſium ad Solinum pag. 881. Nicander in Alexipharm. v. 41. de Aconito: ἐν δ' ἀκοναίοις Θηλείῃ ἀκόνιτον ἀνηέξησεν ὀρόγκοις. ubi Scholiaſtes recte explicat, non de uno aliquo loco proprie ſic dicto, ſed in genere de iis, ἐν οἷς γίγνονται αἱ ἀκόναι. *cotes* autem iſtas naſci ſecundum alios prope *Heracleam*, ſecundum alios Hermionæ, ſecundum alios Tanagræ. Prope Heracleam fuit etiam collis Α'κόνιτος dictus, ſi Nicandri Scholiaſtæ credendum ad v. 13.

— Οὕτω γάρ τις νῆσος, διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ Πατρικίῳ, καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ Μαγίστρῳ Πέτρῳ] Meminit hujus *Petri* Suidas: Fuit autem *Patricius* & ſimul *Magiſter*. Extat adhuc hodie ejus effigies Pariſiis in S. Capella Palatii, inter theſauros Conſtantinopoli allatos.

— Ὡς Α'θηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ] Locus eſt apud Athenæum lib. III. pag. 85.

— Κληθῆναι δέ φασι διὰ τὸ προσφύεσθαι] Rectius φύεσθαι, ut apud ipſum Athenæum.

— Ε'ν τόπῳ Α'κόναις καλουμένῳ, ὄντι περὶ Ἡράκλειαν] De loco videndum Etymologicum v. Α'κόνιτον & Euſtathius ad Periegeten v. 788. Theophraſtus vero lib. IX. Hiſt. Plant. cap. 16. corrigendus, apud quem male Περιανδύνων, pro Μαριανδύνων legitur. Adde & Antigonum Hiſt. Mir. cap. 131.

Α'ΚΟ'ΝΤΙΟΝ, πόλις Α'ρκαδίας, ἀπὸ Α'κοντίου τοῦ Λυκάονος.

— Ὡς Δολιχεὺς, Σκελεὺς] Lege Δουλιχιεὺς, Σκυνιεὺς. vide de his vocabulis & in Πολίχνιοι.

Α'ΚΟΥ'ΤΤΕΙΑ, πόλις Ι'βηρίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Α'κουτανοί] Lege cum Iſ. Caſaubono Α'κουιτανοί, quem viſe ad Strabonis lib. III. pag. 152.

Α'ΚΡΑ, Ι'απυγίας πόλις] Nomen hoc locum dedit parœmiæ, de qua vide Heſychium, Βάλλ' ἐς Α'κραν.

— Κατά τινας Υ'δροῦσα λεγομένη] Lege, Υ'δροῦς. ut infra h. v. unde gentilia Υ'δρουσαῖος & Υ'δρόασιος.

— Ε'στι καὶ ἐν Ι'ταλίᾳ] Forte ἔστι δέ.

— Τρίτη ἐστι Συρακουσίων κτίσμα] Quæ Α'κραι plurali numero dicitur Thucydidi lib. III. unde hæc deſumpta.

— Εὐβοίας] Locus mutilus: nam quarta & quinta evanuerunt.

— Ε'κτη Σκυθίας] Triſtanus Tom. II. pag 94. nummum Severi Imperatoris, in cujus averſa circum Æſculapium legitur, ΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ, male ad hanc *Scythiæ* Α'κραν refert. Pertinet enim ad Α'κρασα oppidum Lydiæ, quod apud Ptolemæum vitioſe Νάκρασα ſcribitur. Hierocli autem in Notitia Α'κρασσὸς dicitur.

— Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Α'κραῖος] Α'κραῖος Ζεὺς legitur in Veſpaſiani nummo à Smyrnæis cuſo apud Triſtanum Tom. I. pag. 291.

— Α'κραΐτης ἢ, οἱ ἐξ αὐτῆς ἐκαλοῦντο] Exiſtimo ſcribendum Α'κραΐται. Sic nummus Caſſii Severi in Sereniſſimi Magni Ducis Theſauris circum Æſculapium habet, ΑΚΡΑΙΤΩΝ. & ſic plane habent MSS. PP. Pauſanias lib. III. pag. 183. refert Spartæ fuiſſe Α'πόλλωνος Α'κρίτα βωμόν. & lib. IV. pag. 282. Α'κρίτα promontorium ponit in Meſſenio ſinu. quæ nomina proculdubio ab Α'κρα derivantur. Α'κραν promontorium Argivæ regionis memorat Pauſanias lib. II. pag. 150.

Α'ΚΡΑΙΦΊΑ, πόλις Βοιωτίας, οἱ ἢ Α'κραίφιον. Παυσανίας ἢ Α'κραίφνιον] Ut Pauſanias ita etiam Suidas, apud quem: Α'κραίφνιον, ὄνομα πόλεως.

— Καὶ ὄρος κληθῆναι ἀπὸ Πτώου παιδὸς αὐτοῦ καὶ Εὐξίππης] Plutarchus de Orac. Defect. pag. 414. *Ptoi* meminit, ut loci, ubi antiquitus edita ſunt oracula. Hic locus dictus à *Ptoo*, quem Apollinis filium facit Stephanus. At Tzetzes ad Lycophronem pag. 52. ipſum Apollinem ita dictum ait: Πτῷος ἢ ὁ Α'πόλλων οὕτω λέγεται. Λητοῖ ἐν Δήλῳ γυναικός Α'ρτεμιν καὶ Α'πόλλωνα σὺς μέγας ἄγριος ἐφάνη. ἰδοῦσα ἢ τοῦτον ἐπτοήθη καὶ Πτῶα ἐκλήθη. ὁμοίως ἢ καὶ ἡ Α'ρτεμις καὶ ὁ Α'πόλλων Πτῷος.

— Ο'Κά-

— Ὁ κάπηλος ἐπλόησε] MSS. delent hoc loco articulum; unde recte legit Salmaſius, τεκεῖν κάπηλος ἐπιφανεὶς ἐπτόησε.

ἈΚΡΟΘΥΝΟΙ, πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω] Cl. Salmaſius in Exercit ad Solin. pag. 184. legit Ἀκροάθωοι. infeliciter. Nam legendum cum MSS. PP. Ἀκρόθωοι. & ſic ex Thucydide jam emendaverat noſtrum Iſaacus Caſaubonus in Caſtigat. ad Strab. lib. VII. in fine. Herodotus lib. VII. cap. 22. appellat Ἀκρόθωον. Hujus oppidi cives inter Macrobios referuntur ab Æliano lib. IX. Var. Hiſt. cap. 10.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθυνος, καὶ Ἀκροθυνίτης] Lege, Ἀκρόθωος, καὶ Ἀκροθωΐτης. Ἀκροθωϊτῶν meminit Simplicius ex Theophraſto in Epictetum. pag. 70.

— Ἔστι δὲ παρὰ τὸ Κῶος] Lege cum Caſaubono, Κρωῒς, ut patet infra v. Κρῶς.

ἈΚΡΟΚΟΡΙΝΘΟΣ, ἀῤῥενικὸν] Oreſtæ Epigramma ineditum:

Εἰς Ἀσωπίδα τὴν κρήνην καὶ Πηγασίδα.
Ἀσωπὶς κρήνη καὶ Πηγασὶς, ὕδατ' ἀδελφὰ
Ἵππου καὶ ποταμοῦ δῶρα ποδοῤῥαγέα.
Χὠ μὲν ἔκοψ' Ἑλικῶνος, ὁ δὲ φλέβας Ἀκροκορίνθου
Ἔπληξ'. ὦ πτέρνης εἰς ἴσον εὐστοχίη.

— Λέγεται δὲ καὶ Κορίνθιος] Puto ſcribendum Κόρινθος. Vocabatur etiam Ἐπώπη, teſte Euſtathio ad Iliad. Β. pag. 290.

ἈΚΡΟΠΟΛΙΣ, πόλις Λιβύας] Albaniæ quoque commemorat Dion Caſſius princ. lib. XXXVII.

ἈΚΡΩΡΕΙΑ, ἄκρον ὄρους.


— Ἐλιμάτου ἐκαλεῖτο] Locus mutilus, quem ſanari poſſe putabat Caſaubonus, ſi adderetur Διόνυσος. Certe Εἴραφιος, quod mox ſequitur, ὁ Διόνυσος redditur apud Heſychium.

— Ἀπολλόδωρός φησιν] Videtur excidiſſe particula, ὡς, ante Ἀπολλόδωρος.

ἈΚΤΗ, οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο] Harpocration. Ἀκτὴ, ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς. ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τὴν Ἀττικὴν οἱ μὲν, ἀπό τινος βασιλέως, οἱ δὲ διὰ τὸ τὴν πλείω μοῖραν τῆς χώρας ἐπιθαλάττιον εἶναι.

— Ἀπὸ Ἀκταίου τινός] Hic *Actæus* αὐτόχθων dicitur Euſtathio ad Periegeten pag. 60. & βασιλεύων Etymologico: quanquam ibi Ἀκταίων, non Ἀκταῖος, vocetur. quomodo etiam apud Tzetzem ad Lycophron. pag. 88. Unde dubitanter Euſtathius d. l. ἀπὸ Ἀκταίωνος, ἢ ἀπὸ Ἀκταίου αὐτόχθονος. Pauſanias tamen lib. I. pag. 4. Ἀκταῖον vocat.

— Αἱ συννεύουσαι ὑπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχάνουσι] An non legendum ἐπὶ τὸ Σούνιον. mentem meam & rem ipſam ob oculos ponit figura adjuncta.



ut enim lineæ α γ. & β γ. συννεύουσι ἐπὶ τὸ γ. ſic latera Atticæ maritima συννεύουσι ἐπὶ τὸ Σούνιον.

— Καὶ Ἀκθίς] Iſ. Caſaubonus Ἀκτίς.

— Ἐξ οὗ τὸ Ἀκτίτου πέτρα] Suidas meminit Ἀκτίτου λίθου, in Ἀκτή.

— Ἔστι καὶ Ἀκτὴ Αἰγέως] *Ægeus* in diviſione totius Atticæ regionis à Pandione inter quatuor filios facta, τὴν Ἀκτὴν obtinuit. qua de re Strabo eleganter Sophoclis verſus adducit, ſub ipſius *Ægei* loquentis perſona: quos vide apud illum lib. IX. pag. 392. inde igitur Αἰγέως Ἀκτή.

— Δημάγητος] MSS. Δαμάγητος.

— Ὡς Θουκυδίδης] Non memini *Actam* in Peloponneſo ponere Thucydidem: ſed lib. IV. pag. 325. Ἀκτὴν, oram maritimam, proprie ſic dictam commemorat circa montem Athonem, cui ſex oppida tribuit.

ἌΚΤΙΑ, πόλις Ἀκαρνάνων] Strabo, unde hic locus deſcriptus, lib. X. pag. 451. appellat Ἄκτιον. Thucydides etiam lib. I. pag. 21, denique ſic MSS. & ipſe auctor in fine, quare ſine ulla hæſitatione reſcribendum ἌΚΤΙΟΝ.

— Διὰ τετραετηρίδος] Immo ſingulis quinquenniis. Strabo lib. VII. pag. 325.

— Ὁμωνύμως δὲ λέγεται καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος] Verba ſunt Strabonis ex lib. X. de quo ante.

— Καὶ ἡ πόλις, καὶ ὁ Ἀπόλλων, καὶ ὁ πολίτης] In quatuor nummis apud Goltzium invenio, ΑΚΤΙΩΝ.

— Καὶ Ἀκταῖος Ἀπόλλων] Idem ἐπάκτιος vocatur ab Orpheo Argonaut. v. 1296. quamquam ipſe hujus templum in Corcyra ponere videatur. In nummo Neronis circum caput Apollinis laureatum cum pharetra & ſtella ante collum, ΑΚΤΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ.

— Καὶ Ἀκτιακός] Epigramma ineditum Philippi, in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Barberini habet hoc ἐθνικόν.

Λευκάδος αἰπὺν ἔχων ναύταις τηλέσκοπον ὄχθον,
Φοῖβε, τὸν Ἰονίῳ λουόμενον πελάγει,
Δέξαι πλωτήρων μάζης χειροτυρέα δαῖτα
Καὶ σπονδὴν ὀλίγῃ κιρναμένην κύλικι,
Καὶ βραχυφεγγίτου λύχνου σέλας ἐκ βιοφειδοῦς
ΟΙΤΤΗΣ ἡμιμεθεῖ πινόμενον στόματι.
Ἀνθ' ὧν ἠλίκοις, ἐπὶ δ' ἱστία πέμψον ἀήτην
Οὔριον Ἀκτιακοὺς συνδρομον εἰς λιμένας.

Sed *Actii* & *Leucadis* mentio me monet, ut Harpocrationis locum obiter vitio liberem, in voce Λευκάς. ubi Strabonem de hac Leucade *Actiaca* omnium optime ſcripſiſſe ait. lib. X. male enim ibi Ἀττικῆς pro Ἀκτιακῆς vulgo adhuc legitur. Strabo enim Atticam lib. IX. deſcribit, *Leucadem* vero, cum reliqua ora

Atticæ lib. x. quem Harpocration recte laudat. Aberat autem *Leucas* ab *Actio* CCXL ſtadiis, hoc eſt, XXX M. P. Et tunc, teſte eodem Strabone, Nicopoli cum aliis circumcirca oppidis attributa fuit ab Auguſto.

— Καὶ Ἀκλαιώτος] Sine dubio legendum, Ἀκλαιῶτις, uti etiam Salmaſius vidit.

ἈΚΥΛΗΓΑ, πόλις Ἰταλίας] Catalogus MSS. urbium Vat. Ἀκυλήϊα, ἡ Βενετία.

— Μεσάπεια, Μεσάλεια] An non Μεσαπία & Μασσαλία legendum, ut legitur infra his vocibus: aut ſane non percipio, cujus rei gratia adducantur hæc exempla.

ἈΚΥΦΑΣ, πόλις μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως] Sic Strabo lib. IX. pag. 427. & Marcianus in Περιηγήσει v. 591. Ἀκύφαντα autem, teſte Strabone d. l. nonnulli appellaverunt illam *Tetrapolis Doricæ* urbem, quæ alio nomine *Pindus* dicebatur. *Erineus* enim, *Boium*, *Pindus*, *Cytinium* urbes ſunt quatuor hujus regionis juxta Strabonem. Tzetzes ad Lycophronem pag. 157. Ἡ Δωρὶς ἓξ πόλεις ἔχει. Κάλινον (lege Κυτίνιον) Βοῖον, Λίλαιον, Κάρφαιαν, Δρυόπην καὶ τὴν Ἐρινεόν. Apud ipſum Tzetzem dein pag. 202. rectius ſcribitur Κύτινον. Herodotus lib. I. cap. 144. auctor eſt, *Dorienſes* ex Hexapoli Pentapolin factos, occaſione, quod Halicarnaſſum, quæ ſexta erat Dorienſium civitas, quinque reliquæ à communione ſacrorum excluſerint. Sunt autem quinque civitates juxta Herodotum, iſtæ: Λίνδος, Ἰήλυσος, Κάμειρος, Κῶς, Κνίδος. Aliam diverſitatem vide infra v. Ἀραί.

ἈΚΧΗΝΟΊ, ἔθνος Ἀράβιον] Infra hi ipſi dicuntur Σακχηνοί.

ἈΛΑΒΑΝΔΑ, πόλις Καρίας, ἡ ποτὲ Ἀντιόχεια. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀλαβάνδου] Cicero lib. III. de Natura Deor. cap. 15. *Jam vero in Græcia multos habent ex hominibus Deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem.* & ibidem cap. 19. *Alabandenſes quidem ſanctius Alabandum colunt, à quo eſt urbs illa condita, quam quemquam nobilium Deorum.* Alibi Græcum gentile ſervat, ut lib. XIII. Famil. Ep. 56. *Mylaſeis & Alabandeis pecuniam Cluvio debent*, mox: *quare peto à te, ut & eos, & Alabandeis jubeas ecdicos Romam mittere.* Et in Bruto cap. 95. *Hierocles Alabandeus.* Sic Vitruvius lib. VII. cap. 5. *Apaturius Alabandeus*, & mox: *tum Licinius Mathematicus prodiit, & ait, Alabandeos ſatis acutos ad omnes res civiles haberi.* Incertus libellus de Munificentia Conſtantini, Tom. I. Concil. gemmarum meminit *Alabandenarum.* In nummo Auguſti & Liviæ apud Franc. Gotifredum ſub tribus capitibus Cæſarum ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. alium Claudii Britannici Cæſaris cum eadem inſcriptione profert Triſtanus Tom. I. pag. 200. in quo *Alabandus*, patrium numen cum equo. Ita quoque in nummo Caracallæ circum arborem laurum apud S. M. Ducem. Ligorio nummus laudatur, cui impreſſus, ΖΕΥϹ ΑΛΑΒΑΝΔΙΚΟϹ. Sic *marmor Alabandicum* laudatur Iſidoro lib. XVI. Orig. cap. 5.

— Τοῦ Εὐίππου] Non eſt nomen proprium viri, ſed adjectivum, ut ſequentia probant, quæ repetuntur iterum infra v. Ὑλλούαλα. Triſtanus Tom. I. pag. 201. proprium eſſe putat, ſed perperam.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Καρῶν] Unam tantum hoc nomine urbem cæteri auctores agnoſcunt, ſed noſter ſuo agit more, cum aut ex una plures, ut hic, aut ex pluribus facit unam.

— Βάνδον τὴν νίκην φασίν] Βάνδον ſignum militare ſignificat, teſte Suida. Ideo βάνδον τὸ σίγνον φασίν hic legit Cl. Salmaſius. Sed eſt error Stephani. vetus gloſſarium corrupte habet Βάνδον Λίγνον, pro Σίγνον. Britanni victoriam ἀνδάτην vocabant, teſte Xiphilino in Nerone pag. 281.

— Οὕτως ἀναγράφεται] Hic aperte aliquid deeſt. voluit enim indicare clarum aliquem virum *Alabandenſem*, ut paſſim ſolet. Suppleo igitur: Ἀπολλώνιος ὁ μαλακὸς καὶ Μόλων οὕτως α. citatur & Λέων Ἀλαβανδεὺς ἐν τρίτῳ, ab Heſychio v. Βαιᾶγις. & apud Ciceronem & Strabonem *Menecles* & *Hierocles* fratres, Rhetores *Alabandenſes.*

ἈΛΑΒΑΣΤΡΑ, πόλις Φρυγίας. Ἡρόδοτος] Vel Herodoti locus nunc corrupte editur, vel mala fide à Stephano refertur. Neque enim dubito quin locum lib. VIII. cap. 136. intelligat, ubi de Amynta: τῷ δὴ ἐκ βασιλῆος τῆς Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νέμεσθαι. *cui ab rege Phrygiæ data erat incolenda urbs magna Alabanda.* hoc, inquam, loco Stephanus Ἀλάβαστρα olim legit pro Ἀλάβανδα. tum illa τῆς Φρυγίης ad poſteriora retulit, non ad priora, ut nunc faciunt interpretes, qui *Phrygiæ* regem Amyntæ *Alabanda* dediſſe volunt: Cum tamen Phrygum dominatus à Crœſo extinctus ad Lydos primum, mox ad Perſas pervenerit. Itaque præſtat abſolute magnum Perſarum Regem hic intelligere, qui tum ſolus in Aſia rerum potiebatur. Neque enim veroſimile videtur, Phrygiæ Tyrannum *Alabanda*, Cariæ urbem, Amyntæ conceſſiſſe, quæ nihil ad Phrygiam pertinebat. Videndum igitur, an alia fuerit Ἀλάβανδα τῆς Φρυγίης, alia autem Ἀλάβανδα τὰ ἐν Καρίῃ, quorum Herodotus meminit lib. VII. cap. 195. præſertim cum Stephanus diſerte duas hoc nomine civitates commemoret ſupra in Ἀλάβανδα. An potius apud Herodotum Ἀλάβαστρα legendum ex Stephano, præſertim cum *Alabaſtrum* Troadis fluvium ex Ida orientem Plinius agnoſcat. Sed ſi tum πόλις μεγάλη fuerit,

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ut teſtatur Herodotus, cur non ab aliis commemoratur? De *Alabaſtris* Ægypti vide Salmaſium in Excercit. ad Solinum pag. 240. & de hoc Stephani loco pag. 559. ſed mihi ipſius conjectura haudquaquam ſatisfacit; cur enim Herodotum ad teſtimonium citat Stephanus? Hic nodus ſolvendus erat.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλαβαςρίτης] Sabinæ Tranquillinæ Auguſtæ nummum vidit Pyrrhus Ligorius, in quo Iſis & Harpocrates ſpicas dextra tenens, cum inſcriptione, ΑΛΑΒΑΣΤΡΙΤΩΝ.

ἈΛΑΒΟΎΡΙΟΝ, πόλις Συρίας] Pyrrhus Ligorius, ΑΛΑΒΟΥΡΙΩΝ nummum Heliogabali Imp. adducit cum triplici figura; Solis radiati, Lunæ corniculatæ, & Cybeles ſive Iſidis dextra tympanum, ſiniſtra cornu Amalthææ tenentis, habitu muliebri ſtolato. Talis eſt ſtatua triplex Alexandri VII. P. M. Unde apparet Ligorium tertiam illam figuram minus recte delineaſſe, quæ non Iſidis, ſed Anni cum clave & involucro funis.

ἈΛΑΒῺΝ, πόλις καὶ ποταμός] Vaſconum oppidum hoc nomine apud Ptolemæum legitur. apud Heſychium corrupte ſcribitur, Ἀλαβὼς, pro Ἀλαβών.

ἈΛΑΖῺΝ, ἔθνος ὅμορον τοῖς Σκύθαις] Ἀλαζόνας quoque Herodotus lib. IV. cap. 52. vocat hos populos, qui ab interprete tamen redduntur *Alizones*; inducto proculdubio, ut ſic verteret, Strabonis loco, & Homeri, ad quem vide Euſtathium Iliad. Β. v. 363. Sed Strabonis locus in vitio cubat, verſio autem nauci non eſt. Utrique medicinam facere conabimur. Et primo quidem ex Euſtathio, hoc Stephani loco, tum Herodoto ſic reſtituo Strabonem lib. XII. pag. 550. Οἱ μὲν μεταγράφουσιν Ἀλαζώνων, οἱ δὲ Ἀμαζόνων ποιοῦσι· τὸ δὲ ἐξ Ἀλύβης, ἐξ Ἀλόπης, ἐξ Ἀλόβης. Τοὺς δὲ Σκύθας Ἀλαζώνας φάσκοντες, &c. Ita autem verto hunc locum: *Quidam ſcriptura mutata Halazonas legunt, alii Amazones inde faciunt: & pro Alybe, Alopa vel Aloba. Scythas quidem Halazonas atque Callipidas ſupra Boryſthenem commemorant, aliaque ejus generis ingentia gentium nomina, quæ Hellanicus, Herodotus & Eudoxus nobis confinxerunt. Amazonas autem*, &c. *quæ, ut Ephori mens eſt, non procul à Cuma ipſius patria. Callipidæ* ergo populus Scythicus. Nunc *Callipidam* ſcriptorem mira metamorphoſi iſthinc nobis confingunt: cui vir eruditiſſimus nuper inter Hiſtoricos ſuos quoque locum fecit. *Callipidæ* deſcribuntur Herodoto lib. IV. cap. 17. Melæ lib. II. cap. 1.

ἉΛΑῚ ἈΡΑΦΗΝΊΔΕΣ] MSS. Ἀχαραφανίδες male.

— Καὶ Ἁλαὶ Αἰξωνίδες] Callimachi Interpres male ζωνίδες v. Αἰξωνία pag. 20.

— Καὶ ἀληθένδε] MSS. ἀληθέσδε.

— Ὡς Ληναῖος Ληναιεύς] Ergo etiam Ἁλαιεὺς dictum. quod extat apud Harpocrationem, quem nonnulli male corrigunt.

— Ἔστι δὲ ὁ δῆμος τῆς Ἀραφηνίδος] Salmaſius hic quoque putat legendum, Ἀχαραφανίδος.

— Μεταξὺ Φηγέως] Φηγούντιος dicendum. vide infra in Φηγοῦς.

— Ἔστι καὶ λίμνη ἐκ θαλάσσης] Hæc de *Halis Æxonidibus* intelligenda, de quibus Xenophon lib. II. Hiſt. Græc. pag. 477. οἱ μὲν ἐξεώθησαν εἰς τὸν ἐν ταῖς Ἁλαῖς πηλόν. *alii in lutum, quod eſt propter Halas protruduntur.* Alii Λιμνοθάλασσαν vocant.

ἉΛΑΊ, πόλισμα Βοιωτίας] Euripides Iphig. in Tauris, non longe à fine, Atticæ tribuit, ſed in confiniis *Bœotiæ*. v. 1450.

Χῶρός τις ἔστιν Ἀτθίδος πρὸς ἐσχάτοις
Ὅροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
Ἱερὸς, Ἁλάς νιν οὑμὸς ὀνομάζει λεώς.

Eſt quidam locus in extremis Atticæ
Finibus, vicinus littori Caryſtio,
Sacer, quem meus populus nunc vocat Halas.

Hic locus de *Halis Araphenidibus* intelligendus, quæ extremo Eubœæ promontorio & Caryſtiorum regioni objacent. Meminit hujus loci Plutarchus in Sulla, ſed Ἁλαίας vocat, non Ἁλάς· oppidanos autem Ἁλαίους. Idem enim locus, à Sulla cum Anthedone & Larymna dirutus. Apud Strabonem lib. IX. pag. 405. mendoſe hujus loci nomen ſcribitur. nam pro καὶ ἔτι ἐπέκεινα ἄλλαι ὁμώνυμοι τοῖς Ἀττικοῖς δήμοις. Legendum omnino eſt: Ἁλαὶ ὁμώνυμοι τοῖς Α. δ. Quod Caſaubonus de aliis Athenis & Eleuſine in Bœotia divinando conjectat, plane nihil ad rem facit. Sed & iterum eodem libro pag. 425. nomen hoc corruptum extat in his verbis: Ἐφεξῆς τοίνυν τὰς ἄλλας εἰς ἃς κατέληξεν ἡ Βοιωτικὴ παραλία ἡ πρὸς Εὐβοίᾳ. Lege meo periculo: Ἐφεξῆς τοίνυν τὰς Ἁλάς· nam ſuperiorem illum locum innuit, ubi erat collimitium Atticæ & Bœotiæ.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα κατάντιον Μάσητος] Vide infra in Μάσης.

— Ἀπὸ δὲ τούτου Ἀλήϊον πεδίον] De hoc vide infra v. Ταρσός. & Etymologicum v. Ἀλήϊον.

— Πρὸς τῇ Αὐγούσᾳ] Vide infra v. Αὐγοῦσαι.

ἈΛΑΛΚΟΜΈΝΙΟΝ, πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ τοῦ Ἀλαλκομενέως] Plutarchus Quæſt. Græc. pag. 301. Ἀλαλκομένειον vocat.

— Ὃς καὶ ἵδρυσε τὴν Ἀθηνᾶν Ἀλαλκομενηΐδα] Extat hoc Minervæ Epitheton apud Homerum Iliad. Δ. v. 8. ad quem locum conſulendus Euſtathius pag. 439. vide etiam Etymologicum h. v. Apud Ælianum τῆς Ἀθηνᾶς τῆς καλουμένης Ἀλαλκομενηΐδος ſimulacrum ſpontanea flamma Thebis conflagraſſe dicitur, Alexandro exercitum ad urbem illam admovente lib. XII. cap. 57.

— Τοῦ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Τοῦ δὲ Ἀλαλκομενή, Ἀλαλκομεναῖος] Et numero plurium Ἀλαλκομεναὶ, quod pro exemplo adducitur ſupra in Ἀκεσαμεναί. & extat apud Plutarchum Quæſt. Græc. loco paullo ante allegato. Eadem noſtro paullo poſt una ſyllaba truncata Ἀλκομεναὶ dicitur. Etymologus plurali oppidum appellat, Ἀλαλκομενὰς, Ἀλαλκομένιον autem Minervæ fanum.

ἈΛΑΡΟΔΙΟΙ, ἔθνος περὶ τὸν Πόντον, ὡς Ἡρόδοτός φησιν] Sic appellantur Herodoto lib. III. cap. 94. at iidem duplici λλ ſcribuntur, Ἀλλαρόδιοι, lib. VII. cap. 79. apud eundem.

ἈΛΑΝΟΣ, ὌΡΟΣ ἉΡΜΑΤΊΑΣ] Lege ΣΑΡΜΑΤΊΑΣ. ſic Marcianus & Euſtathius ad Dionyſium v. 305.

ἌΛΒΑ, πόλις Ἰταλίας.

— Ἐν ᾧ ἱεροποιΐαι ἐγένετο] MSS. ἐγένοντο.

ἈΛΒΑΝΊΑ, χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν] *Albanum* civitas Armeniæ, ubi paſſus legitur S. Bartholomæus. De hac Decii nummum accipiendum exiſtimat Pyrrhus Ligorius, in quo circum caput turritum Iſidis, ſive Lunæ legitur, ΑΛΒΑΝΩΝ. ΜΗΤ.

ἈΛΓΙΔΟΣ, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος] Gentile Ἀλγίδιος analogiam ſequitur, non ἐγχώριον formandi modum: debebat enim eſſe Ἀλγιδεύς, vel Ἀλγιδιεύς. Nam apud Plinium lib. XIX. cap. 5. *Algidenſes raphani.* & in veteri lapide Sutrino apud Manutium de Orthographia pag. 50. *Algidienſis* legitur.

ἈΛΕΑ, πόλις Ἀρκαδίας.

— Ἔστι καὶ Θετταλίας] Catalogus Urb. MS. Vat. Ἀλέα, πόλις ἐν Θετταλίᾳ, ἧς οἱ πολῖται Ἀλεεῖς. Harpocration: Ἀλέας, Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. ἔστι δὲ πόλις Θεσσαλική. οἱ δὲ πολῖται Ἀλεεῖς.

— Ἀλέα ἐπὶ τῆς θερμασίας] Etymologicum: Ἀλέα, ἡ θερμασία· Ἀλέα, λέγεται ὁ τόπος, ὁ ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινόμενος.

— Ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς ὀξύνεται] Ἀλαίης Ἀθηναίης νηὸν Tegeæ fuiſſe docet Herodotus lib. I. cap. 67. at Pauſanias in Arcadicis pag. 530. Ἀθηνᾶς Ἀλέας meminit; cui ludi celebrabantur Ἀλαῖα. Interpres Pindari vetus *Aleæ Junoni* templum ab Adraſto dicit conditum.

— Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀλεοῦ, λέγεται καὶ Ἀλιαῖος] Ἀλαῖα Feſti nomen apud Pauſaniam d. l. quod Pindari Scholiaſtæ Ἀλέαια.

ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, πόλεις ὀκτωκαίδεκα.

— Ἰάσων δὲ, &c. ἐν τέσσαρσι βιβλίοις] MSS. rectius: ἐν δ' βιβλίῳ.

— Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ] Homerus *Pharum* πελαγίαν νῆσον vocavit, de quo Strabo lib. XII. pag. 536. qua ratione, egregie docet idem lib. I. pag. 36.

— Ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις] Promontorium juxta *Alexandriam* hoc nomine commemorat Clemens Alexandrinus Admonitione ad Gentes. Strabo ſuo tempore ſic appellatam urbis partem ait, navalibus imminentem. Tacito lib. IV. Hiſt. cap. 84 loci nomen eſt prope Alexandriam, ubi Jovis Sinopenſis templum à Ptolemæo fuit exſtructum. Pauſanias lib. V. pag. 329. ſic appellatum eſſe oppidulum auctor eſt, in eo loco, in quo poſtea Alexandria eſt condita. Cyrillus lib. I. contra Julianum pag. 13. Plutonis templum Ῥάκωτιν Ægyptiis dicit appellatum.

— Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν ἡ πόλις] Euſtathius ad Homeri Iliad. Β. pag. 239. Ὥσπερ δὲ, ὅπως τὴν Τροίαν δίχα τινὸς ἐπιθέτου πόλιν ὠνόμασε. καὶ γέγονεν ἀρχὴ τῷ φιλομήρῳ Ἀλεξάνδρῳ, τοῦ μὲν κατ' αὐτὸν Ἀλεξάνδρειαν οὕτω καλέσαι.

— Ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται οὖρβ] *Roma, urbs.*

— Ἐκλήθη δὲ ἐπὶ τῶν ῥωμαϊκῶν Σεβαστή] Nummus Goltzii, ALEX. AUG. COL.

— Καὶ Ἀλεξιωτηεία] MS. Ἀλλεξεντηρία. alius Ἀλλεγξεντηρία.

— Πρὸς τῇ Λακεδαιμονίᾳ] Num Μακεδονίᾳ ſcribendum? ita quoque legebat Salmaſius.

— Τετάρτη, πόλις Νεαρβῶν] Lege, Ὠρειτῶν. vide Plinium lib. VI. cap. 23. & infra in Ὠρεῖται.

— Πέμπτη, ἐν τῇ Ὀπιανῇ] Salmaſius in Exercit. ad Solinum. pag. 794. legit Ἀρειανῇ. ſed ego, mutata tantum literula; Ὠπιανῇ. quæ lectio proculdubio vera eſt. vide infra in Ὦπιαι.

— Ἐνδεκάτη, κατὰ Βάκτρα] Hæc Ἀλεξάνδρεια Ὠξιανὴ Ptolemæo cognominatur lib. VI. Geogr. cap. 12.

— Τρισκαιδεκάτη, ἐν Μακαρήνῃ, ἣν παραρρεῖ ποταμὸς Μαξάτης] Forte legendum Μαξαρήνῃ. Μάξηραι enim gens Hyrcaniæ ſunt Ptolemæo: & in eadem Μάξηρα fluvius: quare mox pro Μαξάτης reſcribo, Μαξάρης. Salmaſius ad Solinum pag. 794. pro Μακαρήνῃ, conjicit Σακαστήνῃ, pro Μαξάτης, Γαζάρτης ex Iſidoro Characeno. ſed noſtra veriora videntur, cum in una tantum litera à vulgata lectione diſcrepent.

— Τεσσαρεσκαιδεκάτη, παρὰ Σωριανοῖς Ἰνδικῷ ἔθνει] MS. Pal. recentior, παρὰ Σαριανοῖς. Unde quis poſſet conjicere hos eſſe *Syrienos*, vel *Syrianos*, Indicam gentem, quorum meminit Plinius lib. VI. cap. 20. & cap. 16. ſed MS. vetuſtior Palat. habet, παρὰ Σαρισωνοῖς. Unde conjicio legendum, παρὰ Σακαστανοῖς. Certe in ea gente Iſidorus Characenus & Ἀλεξάνδρειαν ponit, & Ἀλεξανδρόπολιν. *Sacæ* autem, Scythica gens, *Sacaſtanam* incolebant provinciam, ut ex deſcriptionis apparet ordine, Indis proximam. Nequaquam autem hæc regio confundenda eſt cum Συραστρήνῃ Ptolemæi, quam ille ad Indi oſtia ponit. Diverſa quoque regio eſt Σιρακηνὴ, Hyrcaniæ, apud eundem Ptolemæum, cui Σίρακα oppidum nomen dedit: nam male apud Ptolemæum lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

lib. VI. cap. 9. Σίνακα ſcribitur. *Sacaſtana* autem illa etiam *Parœtacene* dicitur Iſidoro, Ariis Drangiſque vicina, quam Parthi *Indiam Albam* vocabant.

— Ἑπτακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, παρὰ Παροπανισάδαις] *Septima decima Alexandria in Sogdiana apud Paropamiſadas.* Hæc imperite confunduntur potius, quam conjunguntur, cum inter *Sogdianam* & *Paropamiſadas* Bactriana interjaceat. Habuit autem utraque regio ſuam *Alexandriam*, ſed illa trans Oxum, hæc cis Paropamiſum fuit. Pro Παροπανισάδαις autem ſcribe, Παροπαμισσάδαις. Certe ita ſcribit auctor infra v. Παροπάμισσος. & alii. Rurſus alii per ſimplex ſcribunt ſigma.

— Ὀκτωκαιδεκάτη, ἐπὶ τοῦ Τανάϊδος, αὐτοῦ κλίσμα] *Octava decima Alexandria, ad Tanain*, ſed falſo ita dictum, qui vero nomine erat *Jaxartes.* Hæc autem eadem eſt, quam ante in Sogdiana poſuit. αὐτοῦ κλίσμα, ſupple *Alexandri.* Curtius lib. VII. cap. 6.

— Ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος ἀποφαίνεται] Eum puto, qui de Alexandri rebus ſcripſit, & toties ad teſtimonium citatur ab Arriano.

— Ὡς Μύρλεια, Μυρλειανός] Scribe, Μυρλεανός. infra h. v.

— Οὐ μὲν τοι τὸ Ἀλεξανδρεώτης] Apud Lucianum περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Ἀλεξανδρεωτικὸς ἀνθρωπίσκος.

— Ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη] Vide de hoc loco Salmaſium ad Solinum pag. 402. Heſychius: Ἀλεξάνδρειος, εἶδος βοτάνης.

— Παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρεα, ἐξ ἧς ἐστέφετο Ἀλέξανδρος] Non Magnus, ſed Paris. ita Salmaſius ad Solinum pag. 404.

— Τινὲς δὲ Δανάην αὐτὴν καλοῦσιν] Dioſcorides lib. IV. cap. 237. vide etiam Theophraſtum.

— Οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον] MS. optimus: οἱ δὲ ἐπιφυλλάκανθον, ἢ φυλλόκαρπον. Sed de hoc toto loco vide diſputantem Salmaſium d. l. ad Solinum.

ἈΛΗΣΙΟΣ, τῆς Ἤλιδος] Puto Ἀλήσιον. ut Homerus Iliad. B. v. 617.

Πέτρη τ' Ὠλενίη καὶ Ἀλήσιον ἐντὸς ἐέργει.

Petraque Olenia & Aliſium intus continet.

— Πέτρης τῆς Ὠλενίης καὶ Ἀλησίου] Lege: Πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλησίου. Eſt autem Homeri ex Iliad. Λ. v. 756. & ſic recte citatur ab Etymologo voce Ἀλείσιον. niſi quod ibi, ut & apud Homerum, ſcribatur per diphthongum; de qua diverſitate vide Euſtathium ad utrumque Homeri locum. per η autem ſcribitur etiam apud Pauſaniam, in oraculo Theſſalis dato, lib. IX. pag. 563.

Λεῦκτρά τε μοι σκιόεντα μέλει καὶ Ἀλήσιον οὖδας.

Et Leuctra umbroſa eſt mihi curæ & ſolum Aleſium.

Oleniæ petræ meminit etiam Heſiodus: Ὤκεε δ' Ὠλενίην πέτρην ποταμοῖο. Vide infra v. Ὤλενος.

— Ἀπὸ Ἀλησίου τοῦ Σκηλλοῦντος υἱοῦ] Euſtathius ad Iliad. B. pag. 304. apud noſtrum olim hoc loco legit Σκιλλοῦντος.

— Ὡς Συμπρασιεύς] Leg. Βουπρασιεύς. Nam & Homerus proxime antecedenti verſu Βουπρασίου meminit Iliad. B. Cæterum ad *Aleſium* forte ſpectat Hadriani nummus, apud Triſtanum Tom. I. pag. 500. ubi circum Imperatorem equo decurrentem cum haſta legitur Α. ΗϹΕΙΩΝ, pro ΑΛΗϹΙΕΩΝ. erat enim *Aleſium*, teſte Strabone, inter Elidem & Olympiam, ita ut ad Olympicos ludos nummus iſte pertineat.

— Ἵνα πήγνυται πολὺ ἅλας] MSS. PP. ἵνα πηγνυμένου πολλοῦ ἁλός.

ἈΛΘΑΙΑ, πόλις Ὁλκάδων] Suidas h. v. noſtrum deſcripſit.

— Οἱ δὲ Ὁλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας] Infra h. v. ἔθνος Ἰβήρων τῶν ἐντὸς Ἴβηρος τοῦ ποταμοῦ.

— Ἣν ἐκάλουν καὶ Καινὴν πόλιν] Polybius lib. II. pag. 101. Τήν τε παρὰ μέν τισι Καρχηδόνα, παρὰ δέ τισι Καινὴν πόλιν προσαγορευομένην κατασκευάσας. *tum urbe condita, quam alii Carthaginem, alii Novam urbem nuncupant.* Salmaſius, verba, ἣν ἐκάλουν καὶ Καινὴν πόλιν. ſcioli gloſſam eſſe putat. ad quod non opus confugere, cum Epitomator ipſe ſatis ineptus ſit.

— Ἐν ταῖς Γραφαῖς] MSS. PP. συγγραφαῖς, recte.

ἉΛΙΑΡΤΟΣ, πόλις Βοιωτίας· ἀρσενικόν] Etymologicum Magnum: Ἁλίαρτος, ἡ πόλις. ἢ ὅτι ἐκ τῶν ἁλιέων καὶ τοῦ ἀρτου. τὸ ἐθνικὸν, Ἁλιάρτιος. Euſtathius ad Hom. Iliad. B. pag. 268. & Stephani & Etymologi meminit occaſione generis τοῦ Ἁλίαρτος, in quo illi diſcrepant. Apud Pyrrhum Ligorium nummus fuit, in cujus una parte Jovis caput, ab altera Jovis templum cum inſcriptione, ΑΛΙΑΡΤΙΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Civitas expugnatione memorabili à Lucretio capta.

— Ὅμηρος] Iliad. B. v. 503.

— Ποιήενθ' Ἁλίαρτον] Hinc reſtituendus alter Poëtæ locus, hymno in Apollinem v. 243.

Ἔνθεν δ' εἰς Ἁλίαρτον ἀφίκεο ποιήεντα.

Hinc vero Haliartum veniſti herbidam.

ubi perperam vulgo Ἄμαρτον legitur.

— Ἀρμενίδας δ' ἐν τῷ ρ, Ἀρίαρτόν φησι] Scripſit enim *Armenidas* Θηβαϊκὰ, citatus Scholiaſtæ Apollonii ad lib. I. Ἀρμενίδας ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς. ubi fruſtra Gerardus Voſſius, cui hic locus non obſervatur, *Antimenidem* ſubſtituere conatur. Pro verbis autem δ' ἐν τῷ ρ, puto, δὲ τῷ ρ. vel, δὲ καὶ τῷ ρ ſcribendum.

ἉΛΙΕΙΣ, πόλις Λακωνικῆς, παραθαλασσία.

— Καὶ ποῖ τὺ καθίξω] Salmaſius κατήξων. & mox pro ἔχων, legit ἥξων.

ἉΛΙΖΩΝΕΣ, ἔθνος. Ὅμηρος] Iliad. B. v. 856.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Αὐτὰρ Ἁλιζώνων ὁ Διὸς καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον.

— Ἔφορος οἰκῆσαί φησι τοὺς Ἁλιζῶνας τὸ μεταξὺ Μυσίας] Apud Euſtathium ad hunc locum Εὔφορος legitur. male. Deprompta autem hæc ſunt ex Strabone lib. XII. pag. 550. Τὰς δ' Ἀμαζόνας, μεταξὺ Μυσίας, καὶ Καρίας, καὶ Λυδίας, καθάπερ Ἔφορος νομίζει πλησίον Κύμης τῆς πατρίδος αὐτοῦ. qui locus perperam ab interprete Latino eſt verſus, uti jam ante oſtendimus.

— Καὶ Καρίας καὶ Λυδίας κειμένην] Addit Euſtathius ad Homeri locum hic adductum pag. 363. τὴν παραλίαν τὴν μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυδίας.

— Ἴσως δὲ διὰ τοῦ ὑπερήφανον τοῦ πλούτου]. Aliam rationem aſſignat Suidas, Ἁλιζῶνες· οἱ Βιθυνοί. ὅτι ἡ γῆ αὐτῶν θαλάσσῃ διέζωσαι, καὶ οἱονεὶ χερσόννησός ἐστιν ὑπὸ Εὐξείνου καὶ τῆς Προποντίδος διεζευγμένη. quæ eadem etiam extant apud Etymologici auctorem. De *Halizonibus* vide prolixe diſſerentem Euſtathium dicto loco, & Ortelium in *Chalybes*.

ἉΛΙΚΑΡΝΑΣΣΟΣ, πόλις Καρίας] In nummo Septimii Severi apud Franc. Gotifredum figura virilis demiſſis manibus quaſi ſtolata inter duos ramos, quibus aviculæ inſident, conſpicitur, cum inſcriptione, ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Fuit autem Metropolis Doridis. nam Alexander M. Doridi ſex attribuerat oppida, quæ Plinius enumerat lib. v. cap. 29.

— Ἄνθης φησίν] Locus omnino mutilus & corruptus. Xylander inter auctores refert hoc nomen, ſed perperam: fuit enim conditor urbis *Anthes*, unde Ἀνθεάδαι dicebantur *Halicarnaſſenſes*. vide infra v. Ἀνθάνα.

— Ἀπὸ τοῦ Ἁλίᾳ περιέχεσθαι τὴν Καρίαν] Forte: ἀπὸ τοῦ ἁλὶ περιέχεσθαι τὴν Καρίαν.

— Καὶ Ζεφύρεια] Lego Ζεφυρία ex Strabone lib. XIV. pag. 656. & ſic quoque legebat Salmaſius.

— Ἁλικαρνάσιος] Lege, Ἁλικαρνάσσιος.

ἉΛΙΚΥΑΙ, πόλις Σικελίας] ΑΛΙΚΥΑΙΩΝ nummum cum capite Dianæ vidit Ligorius, in cujus averſa caput Apollinis.

— Μεταξὺ κειμένη Ἐντέλλης καὶ Λιλυβαίου] Vide infra h. v.

ἉΛΙΚΥΡΝΑ, κώμη Ἀκαρνανίας] Hoc nomen corruptum deliteſcit apud Scylacem, in Ætolia, ubi Μύκαρνα legitur pro Ἁλύκαρνα, quod idem eſt cum Ἁλίκυρνα.

ἉΛΙΜΟΥΣ, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.

— Ὁ δημότης Ἁλιμύσιος] Scribe Ἁλιμούσιος, & ne dubites vide ſupra v. Ἀγνοῦς. Corrige igitur Suidam v. Ἀγασικλῆς, ubi Ἁλιμουσίνοις perperam legitur pro Ἁλιμουσίοις. Sic Epitaphium Thucydidis apud Marcellinum in ejus vita:

Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

Thucydides Olori jacet hoc Alimuſius antro.

Sic in cæteris hujus generis. Vide etiam Suidam ipſum in Ἁλιμούσιος, ubi idem illud narratur, quod in Ἀγασικλῆς, ſed abſque menda, niſi quod ibi Ἁλιμούσιος per aſpirationem ſcribatur.

ἊΛΙΝΑ, πόλις Καρίας] Infra voce Κρύα legitur Ἀλίνα· ſed tam ibi, quam hic, mendoſe. Legendum autem, ἊΛΙΝΔΑ. uti ex gentili apparet & Ptolemæo lib. v. Geogr. cap. 2. vidit hoc etiam Salmaſius.

— Ἀλινδεύς] In nummo Auguſti apud Franc. Gotifredum in corona populea circum clavam Herculis cum pharetra legitur, ΑΛΙΝΔΕΩΝ. infra in v. Ἀρύκανδα hoc gentile leviter corruptum eſt. Ἀλιωδεύς enim ibi legitur pro Ἀλινδεύς.

ἈΛΙΣΑΡΝΑ, πόλις Τρωάδος χώρας] Xenophonti ſub finem lib. VII. Ἀναβάσεως dicitur Ἑλισάρνη. Apud Franc. Gotifredum in nummo Juliæ Domnæ circum hominem Delphino vectum, qui dextra victoriolam, ſiniſtra coronam geſtat, legitur COL. JUL. CON. CΑΥCΑΡΜΑ. qui nummus forte huc pertinet, ut locus ille ob victoriam navalem à Julia Auguſtæ coloniæ dignitatem nomenque obtinuerit. in alio Veſpaſiani apud Goltzium legitur, ΑΛΙCΑΡΝΑΙΩΝ. Habet & Pyrrhus Ligorius nummum, in quo ſub imagine Apollinis Sminthii excuſum eſt, ΑΛΙCΑΡΝΑΙΩΝ.

— Τὸ ἐθνικὸν ὁ αὐτός] Poſſet quis velle: ὡς ὁ αὐτός. ſed non eſt opus mutatione.

ἈΛΙΦΕΙΡΑ, πόλις Ἀρκαδίας] Ex eo, quod in fine dicit auctor, ſequitur eum ſcripſiſſe ἈΛΙΦΗΡΑ, & mox Ἀλιφηρεύς. & hoc etiam probatur infra v. Βάσιλεια.

— Διὰ διφθόγγου] MSS. δίφθογγος.

ἈΛΚΟΜΕΝΑΙ, πόλις ἐν Ἰθάκῃ τῇ νήσῳ] Ἀλαλκομεναὶ vocatur ſupra v. Ἀκεσαμεναί, & v. Ἀλαλκομένιον. Atque ita Plutarchus Quæſt. Græc. pag. 301. Sed ΑΛΚΟΜΕΝΑΙΩΝ ſe reperiſſe in quodam nummo Pyrrhus Ligorius in Collectionibus ſcribit.

ἈΛΛΑΛΙΑ, πόλις ἐν Κύρνῳ τῇ νήσῳ] Ἀλαλίη vocatur hæc *Corſicæ* urbs apud Herodotum lib. I. cap. 165. Ἀλερία apud Ptolomæum lib. III. Geogr. cap. 2. & in veteri inſcriptione de *Aleria* apud Salmaſium ad Solinum pag. 29.

— Κτίσμα Φωκέων] Lege ex Herodoto Φωκαέων. vulgatus hic error eſt, & Salmaſio quoque notatus.

ἈΛΛΑΝΤΗ, πόλις Μακεδονίας καὶ Ἀρκαδίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλλάντιος, ὡς Κυλλήνιος] Lege Παλλάντιος, aut exemplum non quadrat.

ἈΛΛΩΡΙΑ, πόλις τῆς Κρήτης] MSS. Ἀλλαρία. recte.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλλωριάτης] Scribendum Ἀλλαριώτης.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ελώτης. ita enim aliquoties legitur in veteri Inſcriptione apud Gruterum pag. DV. in qua Κόσμοι ΑΛΑΡΙΩΤΑΝ fœdus cum Pariis percuſſiſſe legimus. Nullum certius teſtimonium ad probandam hanc formationem afferri poteſt. Præterea poſtulat eam natura deſinentium in ια, ut docetur infra v. Ἀμβρακία.

ἈΛΜΩΠΊΑ, χώρα τῆς Μακεδονίας, ἣν ᾤκουν Ἄλμωπες] In Lycophrone, cujus auctoritas hic adducitur, hodie legitur, ἈΛΜΩΝΊΑ. Et ſic olim etiam ibi lectum à Tzetze, ut ex illius apparet Scholiis, in quibus Ἀλμώνιον, πόλις Μακεδονίας dicitur.

Λυκόφρων·

— — — Ἐκ δ' Ἀλμωπίας

Παλιμπλανήτην] Locus in Alex. v. 1238. legitur autem ibi, ut dixi

— — — — Ἐκ δ' Ἀλμωνίας

Πάλιν πλανήτην, &c. non, παλιμπλανήτην.

ἈΛΌΠΗ, πόλις Θεσσαλίας] Euſtathius ad Iliad. B. pag. 320. noſtrum deſcripſit. Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. v. 51. *Alope* eſt Θεσσαλίας πόλις ἢ Μαγνησίας. Extat etiam apud Orpheum Argon. v. 132.

— Ἀπὸ Ἀλόπης τῆς Κερκύονος] Scholiaſtes Ariſtophanis ad Aves. pag. 568. Ἀλόπη Κερκύονος θυγάτηρ. ᾗ καὶ Ποσειδῶνος υἱὸς Ἱπποθόων συνεῖν. Idem tradit Pauſanias lib. I. pag. 8.

— Ὅμηρος τὴν μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυκίας παράλιόν φησιν] De hac vide Etymologicum, & Euſtathium ad Iliad. B. pag. 320.

— Ἔλθοντ' ἐξ Ἀλόπης, &c.] Iliad. B. v. 682.

— Ἔστι δὲ καὶ Ἀλπεύς] Lege Ἀλοπεύς, & ita Euſtathius d. l.

ἉΛΌΝΗΣΟΣ, περὶ ἧς Φίλιππος καὶ Ἀθηναῖοι διεφέροντο] Philippi & Athenienſium de hac inſula contentionem exhibet nobis Oratio Demoſthenis *De Haloneſo* inſcripta. Catalogus Urbium MS. Vat. Ἁλόννησος, νησύδριον ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει. & per duplex ν etiam ſcribitur Straboni lib. XIV. pag. 644.

— Ὡς Προικόννησος] Infra h. v. legitur Προκόννησος. Sed frequens quoque per diphthongum uſus.

ἍΛΟΣ, πόλις Ἀχαΐας καὶ Φθιώτιδος] Apud Herodotum lib. VII. cap. 173. & paullo poſt iterum, legitur, ἐς Ἄλον. quod Interpres *ad Algas & littoralia* male vertit. Apparet autem ex noſtro maritimum fuiſſe oppidum. Caſtiganda eadem verſio etiam in præcedentibus, ubi, κατὰ θάλασσαν τὴν ἐσβολὴν perperam reddit, *ad maris ingreſſum cuſtodiendum*. Intelligit enim τὴν Ὀλυμπικὴν ἐσβολὴν, de qua paullo ante ſermonem habuerat.

— Ὑπὸ τῷ πέρατι τοῦ Ὄθρυος] MSS. τῆς Ὄθρυος, & ſic Strabo. Conſiderandum igitur an hæc ſit Ἄλος Scholiaſtæ Apollonii Rhodii, quam ille inſulam facit & ad *Othryn* ponit: notavimus Scholiaſtæ locum ſupra ad v. Ἀθαμανία.

— Ἀπέχει δὲ Ἴτωνος ὡς ἑξήκοντα σταδίους] Strabo, unde hic locus deſumptus legit, Ἰτῶνος lib. IX. pag. 433. ſed utrumque dixerunt, Ἴτων & Ἴτωνος. vide infra h. v.

— Ὅτι Ἄλος, θεράπαινα ἦν Ἀθάμαντος] Scholiaſtes Apollonii lib. I. v. 482. Ἄλον, quam Ætoliæ adſcribit, ὑπὸ Ἀλωέως conditam ſcribit, qui *Aloidarum* fuit pater.

— Μαλλιακόν] Μαλιακόν.

— Τὸν δὲ, ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ] MSS. Codices hoc loco legunt, τὸν δὲ ὑπὰρ τ Πρωτεσιλάου. Unde Salmaſius legebat, τὸν δὲ Ὑπερέων, vel Ὑπερέα Πρωτεσιλάου. Nam Ὑπερησία Achaiæ oppidum Ὑπέρεια quoque dicta, cujus ἐθνικὸν Ὑπερεύς. Sed nihil mutandum aut tentandum cenſeo; cum Euſtathius ad Iliad B. pag. 32. ſic legat, ut editur.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἁλεύς] Unde pluralis, Ἁλεῖς, apud Demoſthenem in Oratione *De Falſa Legat.* & ex ea apud Harpocrationem in v. Ἁλέας. cujus urbis gentile hoc perperam faciunt Harpocration & Suidas, cum ſit hujus, ut dextre oſtendit Mauſſacus ad Harpocrationem.

ἌΛΠΕΙΑ, ἠϊὼν πρὸς ἄρκτον τῆς Τυρρηνίδος καὶ Ἰωνίας θαλάσσης] Quodnam hoc littus ſit quæres fruſtra apud Geographos. Adeo ut hic procul dubio aliquis lateat error: cujus videor mihi originem inveniſſe. Apud Lycophronem pag. 171. Caſſandra de ſemet ipſa ſic vaticinatur:

Ναὸν δέ μοι τεύξουσι Δαυνίων ἄκροι,
Σάλπης παρ' ὄχθαις.
Templum mihi ædificabunt Dauniorum principes,
Apud Salpes ripas.

quo loco per *Salpes ripas* intelligit *Salapiam*, quæ nunc etiam *Salpe* vocatur, Apuliæ oppidum ad Superi Maris littus. Idem poſtea pag. 199. *Alpes*, Σάλπια ſive Σαλπίους πάγους vocat:

— — — — χθόνα
Πᾶσαν καθειργάσαντο, τὴν Ὄμβρων πέλας,
Καὶ Σαλπίων βεβῶσαν ὀχθηρῶν πάγων.
— — — — *Terram*
Omnem ſubegerunt prope Umbros ſitam,
Et Alpium collocatam ſuper turgidos colles.

Sive id errore factum in tanta adhuc rerum Romanarum apud Græcos ignorantia; ſive quod revera Lycophron putaverit ἀπὸ τῆς Σάλπης montes illos vocari; ſive potius quod veteres Græci promiſcue hujuſmodi voces cum Σ aut ſine Σ efferrent, uti jam olim ad Strabonem docuit & exemplis probavit V. CL. Iſaacus Caſaubonus. Puto igitur veteres Lycophronis Scholiaſtas, quos multis in locis Stephanus laudat, Σάλπια & Ἄλπια ab oppido *Salpe* deduxiſſe & pro littore accepiſſe, ſic ut Ἄλπεια ὄρη cum Σάλπης ὄχθαις confunderent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Καὶ Ἄλπεια ὄρη] Vide Suidam in Ἀλπεῖον.

ἈΛΠΗΝΟΊ, κώμη πλησίον Θερμοπυλῶν· Ἡρόδοτος. Ἔστι καὶ μητρόπολις Λοκρῶν] Ἀλπηνός, *Locridis* urbs, occurrit apud Herodotum lib. VII. cap. 216. Ἀλπηνοὶ autem eodem lib. cap. 176. & 229. Eadem eſt, & male à Stephano diſtinguitur. Valde autem oſcitanter Herodotum legit noſter, qui ex verbis, πρώτην ἐοῦσαν τῶν Λοκρῶν τῶν πρὸς Μηλιέων, fecit *Locrenſium Metropolin*, cum Herodotus ſitu intelligat primam, non dignitate.

ἈΛΠΩΝΟΣ, πόλις καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων] Hæc, niſi omnia me fallunt, eſt Ἀλπηνὸς Herodoti.

ἈΛΤΟΣ, πλησίον Θεσσαλονίκης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλτῖος] Alius erat Ζεὺς Ἄλτιος in Elide, de quo Pindari Scholiaſtes Olymp. Od. x. pag. 100. quamvis rectius ibi Ἄλτιν legi exiſtimo: nam quæ de *Jove Eleo* Scholiaſtes ex Didymo & Callimacho adfert, certiſſima ſunt.

ἈΛΎΒΑΣ, τόπον οἱ μὲν Μεταπόντιον ἤκουσαν τῆς Ἰταλίας] Vetus Scholiaſtes Homeri ad Odyſſ. Ω. v. 302. Ἀλύβας, πόλις Ἰταλίας τὸ Μεταπόντιον, ἢ μᾶλλον Μεταπόντιον, ἥντινα ἐν τῷ καταλόγῳ Ἀλύβην ἔφη. Similia vel potius eadem habet Euſtathius ad Odyſſ. Ω. pag. 1961. Pro Μεταπόντιον autem Μεταποντῖνοι, vel Μεταποντίων, videtur ſcribendum.

— Τινὲς δὲ Θρᾴκης πόλιν] His verbis ſubjiciunt MSS. ὡς Ὅμηρος. Sed Salmaſius putat hæc verba ad ſequens vocabulum transferenda, legendumque mox: Ἀλύβη πόλις, ὡς Ὅμηρος. Sed tam hoc, quam illud, ex Homero eſt, ut jam vidimus.

ἈΛΎΒΗ] Conjungenda hæc ſunt cum præcedentibus, uti ex Scholiaſte antiquo & Euſtathio ad Odyſſ. Ω. locis paullo ante adductis, colligitur.

— Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης] Homeri eſt Iliad. B. v. 857.

— Παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέαν, τὸν Δία φέρουσαν] Salmaſius ex veſtigiis calamo exaratorum legit, Ῥέα λέγεται τὸν Δία φέρουσα.

— Οἱ νῦν Χαλδαῖοι] Duo MSS. Χαλαῖοι, an non olim ſcriptum Χάλυβαι? vide Strabonem lib. XII. pag. 550.

— Εὐφορίων ἐν Ἀραῖς] *In Diris.* quales *Diræ* Catonis, & Ovidii *Ibis*, Horatii Ode in arborem, cujus lapſu penè oppreſſus fuiſſet, lib. II. Od. 13. Tibullus lib. II. El. 6.

— — — *Tu me mihi dira precari*
Cogis, & inſana mente neſanda loqui.

hoc Græcis eſt ἀρᾶσθαι.

— Ὅστις μοι κέλλην Ἀλυβηΐδα] Pro Κέλλην lege κελέβην cum Iſaaco Caſaubono cap. 3. Lect. Theocrit. & MSS.

— Μῦνος ἀπύρας] Lege cum eodem Caſaubono ibidem pro ἀπύρας, ἀπήυρας.

ἈΛΥΖΕΙΑ, πόλις Ἀκαρνανίας, ἀπὸ τοῦ παιδὸς Ἰκάρου] An hic *Icarius* pater Erigones vel Penelopes, quem Ovidius aliique promiſcue *Icarum & Icarium* vocant? Boëthius ad Ibin pag. 112.

ἌΛΥΚΟΣ, πόλις Πελοποννήσου.

— Εἰς Ἀσίνην, Ἀλυκόν τε καὶ ἀμπελιν Ἑρμοινίων] Repone Ἑρμιονίων. & ita Caſaubonus & Salmaſius.

ἈΛΎΧΜΗ, ἐν ᾗ τιμᾶται Ἄλυχμος Ἑρμῆς] MSS. Ἀλύχμιος Ἑρμῆς.

— Ὡς τοῦ Βοίβη Βοιβαῖος] Infra inter gentilia τοῦ Βοίβη legitur etiam Βοιβαῖος· ſed aut exemplum hoc ἀπροσδιόνυσον plane eſt, aut ſcribendum Βοίβιος, quomodo etiam judicavit Salmaſius. Infra quoque ab hoc maſculino Βοιβία λίμνη vocatur.

ἈΛΩΊΟΝ, πόλις Θεσσαλίας, ἐπὶ τῶν Τέμπεων, ἣν ἔκτισαν οἱ Ἀλυάδαι] Num Ἀλωεῖδαι;

ἈΛΩΝΗ, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ] Infra v. Βέσβικος ſcribitur Ἀλόνη.

ἈΛΩΠΕΚΊΑ, νῆσος· Στράβων ἑνδεκάτῃ] Lib. XI. pag. 493.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλωπεκεύς] Reſcribe, Ἀλωπεκιεύς, ex Harpocratione & Suida: & de ſententia pariter Caſauboni & Salmaſii.

ἈΛΩΠΕΚΌΝΗΣΟΣ, πόλις τῆς Ἑλλησποντίας] Etymologicum inſulam facit, inepte. Egregius eſt locus Demoſthenis in Orat. cont. Ariſtocratem *de Alopeconeſo*: οὐ γὰρ ἤλθομεν οὐδαμῇ τῆς Θρᾴκης· ἀλλ᾽ ἐπ᾽ Ἀλωπεκόννησον, ἣ Χεῤῥονήσου μέν ἐστι, καὶ ἦν ἡμετέρα, ἀκρωτήριον δ᾽ ἀνέχον πρὸς τὴν Ἴμβρον ἀπωτάτω τῆς Θρᾴκης. *Nec enim uſquam in Thraciam venimus, ſed in Alopeconeſum cogitabamus, quæ ad Cherroneſum pertinet, & noſtra fuit, & promontorium verſus Imbrum eminens, longiſſime à Thracia remotum.* Catalog. Urb. MS. Vat. Ἀλωπεκόννησος, πόλις τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλωπεκονήσιος] Repone, Ἀλωπεκοννήσιος.

— Ἀλώπηξ σκύμνον ἄλλοθεν φέρουσα κατετίθετο] Infra voce Κάλαρος. ὅτι ἐκεῖ εἶδον σκύμνους φέρουσαν καὶ καταθεῖσαν ἀλώπεκα.

ἌΛΩΡΟΣ, πόλις Μακεδονίας. Ἔστι δὲ τὸ μυχαίτατον τοῦ Ἑρμαίου κόλπου] Lege, Θερμαίου. vide Melam, & ad eum Pintianum.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλωρίτης, ἢ Ἀλωρῖτης] Tranſpoſitæ voces & accentus, ſcribendumque Ἀλωρίτης ἢ Ἀλωρῖτις. vide infra vv. Ἄωρος. Δίζηρος. Πίλωρος. ΑΛΩΡΙΑΤΩΝ nummus cum effigie Jovis extat in Collectionibus Pyrrhi Ligorii, in cujus averſa vitis conſpicitur cum uvis. pertinuerat prius ad Theſſalos, quibus Philippus eam eripuit, teſte Theopompo.

ἈΜΑΖΌΝΙΟΝ, τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ] MS. melior Palat. Ἀμαζόνειον. recte.

— Ἔνθα Θησεὺς τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησεν] De hoc

hoc bello vide Plutarchum in Theſeo, & Lyſiam in funebri Orat.

— Τὸ ἐθνικὸν Μαζαιεύς] Salmaſius ſcribit Μαζαεύς. recte.

— Ὡς Μιδακεύς] Idem corrigit, Μιδαρεύς. vide infra h. v.

ἈΜΑΖΟ'ΝΕΣ, ἔθνος γυναικεῖον πρὸς τῷ Θερμώδοντι, ὡς Ἔφορος. ἃς νῦν Σαυρομαλίδας καλοῦσι] Dionyſius v. 655. & ad eum Euſtathius, item Herodotus lib. IV. cap. 110. & ſeqq. ubi de *Sauromatis* agit. Cæterum vox *Sauromatides* reſtituenda vetuſto Juvenalis Scholiaſtæ, principio Sat. II. *Sarmatæ ultimi ultra Pontum ſunt, vicini Amazonum, unde Sauromatides appellantur.* male editur *Sauromatibus*.

— Ἐγὼ δὲ φυσικὰ νομίζω] MSS. φυσικὸν νομίζω.

— Οἱ γὰρ Σαυρομάται ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην στρατεύσαντες] Similis extat diſſertatio de Amazonibus apud Procopium.

— Ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Σαυροπάτιδες, παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν καὶ ἐσθίειν] Ita Thraciæ quidam populi Καπνοπάται ſunt appellati, quaſi *fumo viventes*, qui perperam in editis Strabonis exemplaribus lib. VII. pag. 296. & alibi καπνοβάται dicuntur, & ſine ullo ſenſu *fumi ſcanſores* redduntur.

— Ἢ διὰ τὸ ἐν τῇ Σαυρομαλικῇ Σκυθίᾳ οἰκεῖν] Cl. Salmaſius recte cenſet, ἢ Σαυρομαλίδες, διὰ τὸ, &c. eſſe ſupplendum.

— Λέγεται καὶ Ἀμαζὼν ἀρσενικῶς] Tunc *pauperem* ſignificat. Etymol. M. Ἀμαζόνες. Λέγονται οὕτω καὶ οἱ πένητες, οἱ μάζαν οὐκ ἔχοντες.

ἌΜΑΘΑ, οὐδετέρως, τῆς Ἀραβίας χωρίον.

— Κέκληται ἀπὸ τῆς Ψάμμου] Potius ergo, ἄμμου.

ἈΜΑ'ΘΗ, πόλις Φοινίκης] Joſephus lib. III. Antiq. Judaic. cap. 13. vocat Ἀμαθήν, incolas lib. 5. cap. 1. pag. 142. Ἀμαθεῦς, ſed Ἀμαθαίους ſcribendum ex Stephano.

— Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀμαθαίπων, κύριον] Cl. Salmaſius ex ingenio reponendum cenſet: ἔστι καὶ Σικελίας Ἀμαθαὶ πληθυντικόν, optima certe conjectura.

ἈΜΑΘΟΥ͂Σ, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη.

— Ἀπὸ Ἀμάθου τοῦ δὲ Ἡρακλέους] Tacitus lib. III. Annal. cap. 62. *Amathuntem* Aëriæ filium fuiſſe ſcribit, qui Veneri *Amathuſiæ* inter Cyprios templum poſuit. *Amathuſiam* etiam Venerem vocat Catullus. Ovidius lib. x. Metam. v. 227.

Lactantes vitulos Amathuſiaſque bidentes.

Gentile enim Ἀμαθούσιος. Hipponax apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 305. Βέκος καὶ Ἀμαθουσίων πυρῶν. Sic nummi duo apud Goltzium, ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ.

ἈΜΑΛΗΚΙ͂ΤΑΙ, ἔθνος Ἑβραϊκόν] Joſephus lib II. Antiq. Jud. cap. I. pag. 36.

ἈΜΑΜΑΣΣΟ'Σ, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τιμᾶται Ὑλάτης Ἀπόλλων] Vide infra v. Ὕλη.

ἌΜΑΝΟΝ, ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ.

— Τὸν Ὀρέστην σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν κομίσαντα] MSS. poſt τὸν Ὀρέστην addunt, ἀπὸ Ταύρων. & ſic olim etiam hic legit Suidas, qui, mutata parumper verborum ſtructura, noſtrum transſcripſit.

— Εἰσὶ καὶ Ἀμμανῖται, διὰ δύο μμ, γένος τῶν Ναβαταίων Ἀράβων] Vide locum Eupolemi apud Euſebium lib. IX. Euang. Præparat. pag. 263.

— Ἀπὸ Ἀμμάνου τοῦ παιδὸς Λώτου, καὶ τῆς νεωτέρας θυγατρός] Pro καὶ τῆς νεωτέρας lege, ἐκ τῆς νεωτέρας. Ex majori enim natus eſt Moab, ex minori *Amman*. Vide Joſephum lib. I. Antiq. Jud. cap. 12. ubi ab utroque gentem derivatam ſcribit, Cœleſyriæ incolas.

ἈΜΑΝΤΙ'Α, Ἰλλυριῶν μοῖρα, πλησίον Ὠρικοῦ καὶ Κερκύρας] Vetus nummus apud Franc. Gotifredum, in cujus una parte caput Jovis, ſive Neptuni, conſpicitur, in altera circum ſerpentem involutum in gyrum habet, ΑΜΑΝΤΩΝ.

— Καλλίμαχος Ἀμαντίνην αὐτήν φησιν] Vide ſupra in Ἄβαντις.

— Καὶ Ἄβαντας αὐτούς φησιν] Apollonius Rhodius lib. IV. v. 1214.

κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων
Οὔρεα.

Vide infra in Εὔβοια & Χαονία. De his *Abantibus* intelligendum Epigramma vetus, in quo Apolloniates Illyrici ob devictos *Abantes* ponunt donarium; in Appendice Anthologiæ Græc. Epigr. Ἐπίγραμμα βάθρῳ τινὶ λιθίνῳ ἐπιγραφέν, ὑπὸ τῶν Ἀπολλωνιατῶν ἀνατεθέντι, ἐφ' ᾧ θεῶν τινῶν ἀγάλματα.

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα· τὰν ἐνὶ Πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας.
Οἱ γὰρ τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος, ἐνθάδε ταῦτα
Ἔστασαν, σὺν τοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

Urbis Apolloniæ ſunt hæc monimenta, quam ad Pontum
Ionium condidit Phœbus comatus.
Illi qui ceperunt oras Abantidis, inde hæc
Poſuerunt cum illis ex Thronio decimam.

Extat etiam hoc Epigramma apud Pauſaniam in Eliacis pag. 331.

ἈΜΑΞΙΤΟ'Σ, πολίχνιον τῆς Τρωάδος· Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ] Lib. XIII. pag. 612.

ἈΜΑΡΑΝΤΟΙ', ὀξυτόνως, Κολχικὸν ἔθνος] Videatur Etymologus h. v. Scholiaſtes Apollonii ad lib. II. v. 401. Ἀμαραντῶν δὲ προπαροξυτόνως, ὥς φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου. ἔστι δὲ Ἀμαραντὸς πόλις ἐν Πόντῳ. Ὡς δὲ αὐτός φησιν, ὄρη τῆς Κολχίδος, ἐξ ὧν ὁ Φάσις ποταμὸς καταφέρεται. Unde apparet, Stephanum magnam operis ſui partem ex Herodiano transſcripſiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ἈΜΆΡΥΝΘΟΣ, νῆσος Εὐβοίας] Videtur ſcriptum à Stephano, πόλις νήσου. Nam à Ptolemæo inter urbes inſulæ *Eubœa* recenſetur lib. III. cap. 15.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαρύνθιος] Hinc Ἀμαρύνθια, ludi, de quibus Scholiaſtes Pindari ad Olymp. Od. XIII. pag. 123. quæ & Ἀμαρύσια Heſychio, de quibus, ſi lubet, viſe Meurſium de *Feſtis Græcorum*.

— Ὡς Τελκαρύσιος] Scribe, Τελκορύσιος. Vide infra in Τελκόρυνθον.

— Παυσανίας ἐν πρώτῃ] Nam ille Ἀμαρυσίαν *Dianam* vocat, quam Strabo lib. X. Ἀμαρυνθίαν. Livius lib. XXXV. cap. 38. *Amarynthida.*

— Ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ διὰ τοῦ σ] Iſ. Caſaubonus legebat, διὰ τοῦ θ.

ἈΜΆΣΕΙΑ, πόλις Ποντική] In nummis antiquis apud Occonem & Goltzium ſcribitur Ἀμάσια, cum his cognominibus, ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑCΙΑ. apud Goltzium in nummis Alexandri Severi pag. 420. & 421. Et eodem modo nummus ejuſdem Alexandri, quem vidi apud Caſſianum de Puteo, ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑCΙΑC. ΜΗΤΡΟΠΟΛ.

— Ἀφ' ἧς Στράβων ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος] Intelligitur is, cujus libros Geographicos habemus, de quo vide Caſaubonum ad *Strabonem.*

ἌΜΑΣΤΡΙΣ, πόλις Παφλαγονίας] In jure Græco-Romano, quod Leunclavius edidit, pag. 300. Ἄμαστρις inſula dicitur. Nummus argenteus Franc. Gotifredi, in cujus uno latere caput muliebre conſpicitur laureatum; in altero circum figuram muliebrem ſedentem cum haſta & dextra victoriolam ſuſtinentem, pro inſcriptione habet, ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. quod imprimis notandum ob formationes à Stephano notatas.

— Ἡ πρότερον Κρῶμνα] Minus accurate auctor: nam ex quatuor oppidulis, ſive pagis, ex quibus *Amaſtris*, Dionyſii uxor, urbem hanc conſtituit, *Cromna* una fuit, ergo non poteſt dici abſolute ante appellata eſſe *Cromna.* Vide Strabonem lib. XII. pag. 544. ex quo, quæ hic dicuntur, hauſta ſunt. Quatuor oppida fuere *Seſamus*, *Cytorus*, *Cromna*, *Tejum.* Hinc ab Scholiaſte Apollonii *Seſamus* Ἄμαστρις poſtea appellata dicitur, nam ſic legendum, non Δάματρις. ad lib. II. v. 943. & à Plinio lib. VI. cap. 2. *Seſamum oppidum, quod nunc Amaſtris.*

— Κρῶμνάν τ', Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθείας] Verſiculus Homeri Iliad. Β. v. 855.

— Ἡ συνῴκησε Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ] Strabo lib. XII. pag. 544. dicit urbem hanc nomen habuiſſe, ἀπὸ τῆς συνῳκικυίας. & mox, ἐκείνη μὲν οὖν ἐκ τεττάρων κατοικιῶν συνῴκισε τὴν πόλιν. & Anonymus Periegetes, ὡς συνήγαγεν. Ergo debuiſſet auctor ſcribere: ἡ συνῴκισε γυνὴ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαστριανός] Lapis apud Manutium in Orthographia pag. 51.

D M
M. AELI. CAESONI
ANO. DIONYSIO. PP
AMASTRIANO. EX
EL. R. ANN. LXX. PA
TRONO. INCOMPA
RABILI. CAESONIA
NI. HYACINTHUS
ET. APULUS. LIBB
P. M. FECERUNT.

Sic nummus M. Aurelii in inſtrumento nummario Franc. Gotifredi circum figuram Æſculapii, ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ. & Fauſtinæ circum figuram Hygeiæ, ab uno latere, ΥΓΕΙΑ ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ, ab altero, ΦΑΥCΤΕΙΝΑ ΝΕΑ CΕΒΑCΤΗ. & alius M. Aurelii, circum figuram Abundantiæ, ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ. alius Antonini Pii, circum Jovem ſtantem cum haſta & aquila, ΖΕΥC CΤΡΑΤΗΓΟC ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ. alius ejuſdem Antonini, circum Mercurium, ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ. Denique in Cimelio Sereniſſimi Magni Ducis à me notatus eſt nummus, in cujus una parte circum Dianam Epheſiam, ΑΜΑCΤΡΙΑΝΩΝ ΕΠΑCΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. in altera, ΔΟΜΕΤΙΑ CΕΒΑC...

— Πλείστη δὲ καὶ ἀρίστη φύεται πύξος κατὰ τὴν Ἀμαστριανήν] Hinc Catullus in Phaſelum.

Amaſtri Pontica & Cytore buxifer,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Phaſelus.

— Καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρον] Strabo lib. XII. Κύτωρον, ut Stephanus. MSS. περὶ τὰ Κύτωρα. & ita quoque apud Theophraſtum legendum lib. III. cap. 15. ubi in nonnullis editionibus male τὰ Κύπερα ſcribitur.

— Ὡς Κάλαλις, Καλάλιος, Καλαλία] Iſ. Caſaubonus pro Καλαλία legit, Καλαλιανός.

— Τὰ γὰρ τοιαῦτα] Puto poſt hæc verba excidiſſe: ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ιος γενικῶν.

ἌΜΒΑΣΟΝ, μητρόπολις τῶν Φρυγῶν.

— Ὁ πολίτης, Ἀμβασίτης] Sic nummus Claudii apud Goltzium, ΑΜΒΑCΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ.

ἌΜΒΛΑΔΑ, πόλις Πισιδίας] De infelici hujus loci ſitu vide Philoſtorgium lib. V. Hiſt. Eccl. pag. 78. Hieroclis Notitia Lycaoniæ tribuit. Apud Ptolemæum lib. V. cap. 4. corrupte Ἄβδαδα editur; ſed Palatini codices & Barberinus, Ἄμβλαδα diſerte legunt. ΑΜΒΛΑΔΙΕΩΝ nummum laudat Pyrrhus Ligorius ſub Alexandro Severo cuſum, in quo Bacchus cum lynce expreſſus, dextra

dextra cantharum tenens, ſiniſtra thyrſo innixus.

— Εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι, καὶ τῇ Καρίᾳ, Τιάβα, καὶ Σίνδα] MSS. Τάβαι καὶ Ἴσινδα καὶ Ἄμβλαδα. Egregie. Ex quibus pariter reſtituenda Straboni, unde hæc deprompta, ſua lectio lib. XII. pag. 570. apud quem male hodie: Τιάβα καὶ Σίνδα καὶ Ἄμβλαδα. pro Τάβαι καὶ Ἴσινδα. Vide noſtrum infra his vocibus.

ἈΜΒΡΑΚΊΑ, πόλις Θεσπρωτίας, ἀπὸ Ἀμβράκου τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λαοκόωντος] Lege, τοῦ Λυκάονος. ut infra v. Ἔφυρα.

— Ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αἰγέου θυγατρός] An hic Ἄκτος Αἰγοῦς, de quo ſupra v. Ἀκτή. Apud Scholiaſten Græc. Epigr. in fine lib. III. pag. 428. legitur Αἰγαίου, & quidem ex auctoritate Stephani. Apud Euſtathium vero ad Dionyſium v. 493. Αὐγέου legitur: unde & hoc loco ita legendum ſuſpicor. Antoninus Liberalis cap. IV. Metamorph. *Ambraciam* Melanei filiam dicit, Apollonis neptem.

— Καὶ Ἀμβρακιώτης] Sic in nummo Goltzii ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ. & apud Thucydidem lib. I. pag. 19.

— Καὶ τὸ Ἀμπρακιώτης] Vide infra v. Θεσπρωτία.

ἌΜΒΡΑΚΟΣ, πολίχνιον τῆς Ἠπείρου] *Ambraci* ſitum accurate deſcribit Polybius lib. IV. pag. 326.

— Ὁ οἰκήτωρ, Ἀμβράκιος] Poſſeſſivum Ἀμβρακικός. Nam Athanadas in Ἀμβρακικοῖς citatur Antonino Liberali in lemmate cap. IV.

ἈΜΈΡΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας, ὡς Ῥήγιον] Ἀμερία Straboni lib. V. qui ſic & alia format. Porphyrio in vita Plotini: Ἀμερία civitas τῆς Τουσκίας dicitur, è qua oriundus fuit Amelius Philoſophus, qui propterea Ἀμέριος potius quam Ἀμέλιος dici malebat.

ἈΜΙΚΟΥΣΊΑ, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσῃ] Iſ. Caſaubonus Ἀμικουσίας, quod non probo; puto potius ſcribendum Ἀμίκου νῆσος. nam & Ptolemæus Ἀμίκου νῆσον vocat lib. IV. cap. 8. licet in editis hodie deſideretur.

ἈΜΙΣΌΣ, πόλις ἀξιόλογος διέχουσα Σινώπης σταδίους ἐννακοσίους] Liberam civitatem fuiſſe apparet ex nummo Caracallæ apud Sereniſſ. M. Ducem, in quo, circum Imperatorem quadrigis vectum, legitur, ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡ. Et in alio ejuſdem Caracallæ apud Franc. Gotifredum, circum Victoriam bigis vectam, ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ. ſubtus, ΕΤ. ϹΝΕ. Vide quæ de hac urbe commentetur Salmaſius in Exerc. Plin. pag. 889.

— Ἔστι δὲ ἐν τῷ Πόντῳ] Vide Euſtathium ad Hom. Iliad. B. pag. 361.

— Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, Ἀμισηνός] Neceſſum aliquid hic deeſſe, cum hæc non cohæreant.

ἈΜΜΩΝΊΑ, ἡ μεσόγειος Λιβύης. καὶ αὕτη δὲ πᾶσα ἡ Λιβύη] Scaliger ad Euſebium legit, καὶ αὐτὴ δὲ πᾶσα ἡ Λ. & ſic MSS. recte, neque enim de ſola *Mediterranea* loquitur. Vide infra v. Λιβύη.

— Τὸ δὲ Ἀμμωνεῖον] Scribo: Ἀμμωνιεῖον.

ἈΜΝΙΣΌΣ, πόλις Κρήτης] Callimachus Hymno in Dianam. v. 15.

Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας.

Ad quem verſum vetus Scholiaſtes: Ἀμνισός, ποταμὸς Κρήτης· ἀφ᾽ οὗ Κρηνικάς. qui locus videri poſſet mutilus, ſupplenduſque hoc modo: ἀφ᾽ οὗ Κρηνικὰς Νύμφας Ἀμνισίδας λέγουσι. ſed idem Scholiaſtes tam abrupte etiam alibi loquitur ad eundem Hymnum v. 81. Κυδώνιον, ἔθνος Κρήτης· ἀφ᾽ οὗ Κρηνικόν. Dionyſius Ἀμνισὸν pro *Creta* ponit in Periegeſi v. 498. ubi Euſtathius partem *Cretæ* proprie ſic appellatam dicit. Ego vero, ne quid diſſimulem, omnino exiſtimo, pro πόλις, ab Stephano hic ſcriptum fuiſſe ποταμός. Suidas, Ἀμνισός, ποταμὸς Κρήτης.

— Αἱ τούτου νύμφαι Ἀμνισιάδες] Cl. Salmaſius ex veſtigiis ſcriptorum codicum legit: αἱ Κρηνικαὶ ἀπὸ τούτου νύμφαι Ἀμνισιάδες. Callimachus Hymno in Dianam. v. 162.

— Καὶ Ἀμνισίδες] Callimachus ibidem v. 15.

ἈΜΟΡΓΌΣ, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην] Suidas in v. Σιμμίας. Μινώαν, Αἰγίαλον, Ἀρκεσίμην. iſte enim poëta Samiorum coloniæ dux fuit. Infra tamen in Ἀρκεσίνη, loco Αἰγιάλης ponitur Μελανία. Quod ſuſpicionem movere poſſet, quaſi vox Αἰγιάλη corrupta eſſet. Sed nihil plane mutandum eſt, cum, præter Suidæ auctoritatem, noſtro adhuc tempore ejus nominis veſtigia ſervet locus *Hyali* dictus, uti Sophianus, Bordone aliorumque Inſularia teſtantur.

— Νικόλαος δὲ Ἀμόργην αὐτὴν καλεῖ] MSS. δὲ Μόργην. ita Μόργοι apud Porphyrium de vita Pythagoræ. Ita quoque πληδὼν & ἀπληδών, Παισὸς & Ἀπαισός, Τάρνα & Ἄταρνα, Σπόδελον & ἀσπόδελον, Μάρδοι & Ἄμαρδοι, aliaque multa. Similiter βοῦσος ἔβουσος. Ἄξος Ὄαξος. Vide Suidam vv. Μόργους, Μολγός, Ἀμοργοί.

— Τὸ δὲ Ἀμόργινος χιτών, χρώματος ἴδιον] Et Ἀμόργινον. De veſtimento Suidas: Ἀμόργινον, ὅμοιον βύσσῳ, καὶ πολυτελές. Idem Ἀμόργεια, χρώματος εἶδος, ἀπὸ νήσου Ἀμοργοῦντος. In quo loco hæreo, neſcius apud quem auctorem Ἀμοργοῦς pro Ἀμοργὸς repererit; niſi quis legendum exiſtimet: ἀπὸ Ἀμοργοῦ νήσου ὄντος, quod tamen, ut verum fatear, mihi non ſatisfacit. ipſe enim Suidas v. Σιμμίας, ut noſter Ἀμοργὸν vocat.

ἈΜΟ-

ἈΜΌΡΙΟΝ, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀμοριεύς] In nummo..... Imperatoris, circum Herculem cum clava & leonina pelle, diſertiſſimis literis ſcriptum vidi, ΑΜΟΡΙΑΝΩΝ. Nummus erat Illuſtriſſimi Epiſcopi Labacenſis. Et Pyrrhus Ligorius Claudii Imp. vidit nummum, in quo, circum Deam Phrygiam turritam, ΑΜΟΡΙΑΙΩΝ legebatur.

— Ὡς Νολιαεύς] Lege, Νολιεύς, ut patet infra h. v.

ἊΜΠΕΛΟΣ, πόλις τῆς Λιγυστικῆς.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα ἄκρα τῆς Σάμου] Heſychius *Mycalæ promontorium* hoc vocat. ſed verba Heſychii parum ſana ſunt: Ἄμπελος, ἡ μηχάνη καὶ ἄκρα Μυκάλης. ἤγουν ὄρους. Κυρηναῖοι δὲ, Αἰγιαλὸς καὶ πόλις Θρᾴκης. καὶ ἡ Ἄμπελος.

— Καὶ ἄλλη ἐν Κυρήνῃ] Meminit hujus *Ampeli* Scylax, qui triginta ſtadiis ab Api abeſſe dicit pag. 44. Salmaſius autem ad Solinum pag. 370, legit, καὶ ἄλλη ἐν Κυρηναίᾳ.

— Ἀχροίτας] *Achrœtas* edidit *Rerum Lybicarum* libros, ex quibus tertium citat Apollonii Scholiaſtes ad lib. IV.

— Τῶν δὲ λοιπῶν, δυνατὸν Ἀμπελήτην εἶναι] Iſaacus Caſaubonus legit, Ἀμπελίτην. apud Suidam v. Σίλφιον ſcribitur Ἀμπελιῶται· quod fortaſſe hinc reformandum ſcribendumque Ἀμπελῖται.

ἊΜΠΗ, πόλις πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσῃ· Ἡρόδοτος ἕκτῃ] Lib. VI. cap. 20. ubi male hodie ἐν Ἀμπιπόλι editum legitur, verſio recte, *in urbe Ampa.*

ἈΜΥΔΩ͂Ν, πόλις Παιονίας] Eſt eadem cum *Abydone*, vide ſupra h. v.

ἈΜΥ͂ΚΛΑΙ, πόλις Λακωνικὴ τῶν ἑκατὸν πόλεων] Eadem habes apud Euſtathium ad Dionyſ. pag. 59. & Homerum Iliad. B. pag. 295.

— Ὡς Σιμίας] Scribe, Σιμμίας. & ſic quoque Salmaſius, qui nunc Rhodium illum eſſe exiſtimat.

— Ἔστι πόλις Ἀμύκλαιον ἐν Κρήτῃ καὶ ὅρμος] Ἔστι καὶ legendum ex Euſtathio ad Hom. d. l.

ἊΜΥΜΝΟΙ, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Ῥιανός] Videtur ſcribendum Ἀμύμνονες, qui occurrunt infra in Χαονία. Ita potius quam Ἀμύμονες, ut apparet ex gentilibus, quamquam & illi occurrant infra in Παραύαιοι, ſed mendoſe, ut puto, in Rhiani verſu, è libro IV. Theſſalicorum:

Σὺν δὲ Παραυαίοις καὶ Ἀμύμνονας Ὀμφαλιῆας.

quem ſuſpicor eundem eſſe, qui hic deſideratur. Certe Salmaſius in eadem cogitatione fuit.

— Λέγεται καὶ Ἀμυμναῖος] Vide ſupra v. Ἀγεσαῖοι.

ἈΜΥ͂ΡΓΙΟΝ, πέδον Σακῶν] Scribe, πεδίον Σακῶν.

— Ἑλλάνικος Σκύθαις] Salmaſius ſcribit, Σκυθῶν. recte.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀμύργιος] Σκύθαι Ἀμύργιοι occurrunt apud Herodotum lib. VII. cap. 64.

— Ὡς αὐτός φησιν] Forte: ὡς ὁ αὐτός φησιν.

ἊΜΥΡΟΣ, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ ἑνὸς τῶν Ἀργοναυτῶν] Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. v. 596. Ἄμυρος, Θεσσαλίας ποταμὸς ἐκρέων μετὰ τὴν Μελίβοιαν κείμενος· προσαγορευόμενος ἀπὸ Ἀμύρου τοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος. Ἔστι καὶ πόλις αὐτόθι.

— Πολυβότρυος ἀντ᾽ Ἀμύροιο] Eſt ἐκ τῶν Ἠοίων Heſiodi. Euſtathius.

— Καὶ πο * θηλυκόν] Reſtitue: καὶ ποταμός. uti ex Apollonii Scholiaſte probatur, loco ante adducto. MSS. tamen, καὶ πόλις. Forte olim fuit: Καὶ ποταμός· πόλις δὲ θηλυκόν. Quod verbis ſequentibus comprobari videtur.

— Ἄδηλον δὲ τὸ Ἡσιόδειον] Nam in his illum exiſtimo ſenſum eſſe, Ἄμυρον & oppidum & fluvium eſſe, ubi pro oppido ſumitur feminini generis eſſe, ubi pro fluvio, maſculini. At in Heſiodi verſu, quoniam cum adjectivo communis generis jungitur, dubium utrum de fluvio, an de oppido capiendum. Cl. Salmaſius legebat: ἄδηλον δὲ ἡ Ἡσιόδειον, exiſtimans, quoniam verſus hic ex eo Heſiodi opere, quod Ἠοίας Μεγάλας appellabant, depromptus ſit, de quo inter Grammaticos diſputatum, an genuinus Heſiodi partus ſit, auctorem per hæc verba in illud Grammaticorum certamen intendere voluiſſe.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀμυρεύς] Infra v. Ὠλίαρος occurrit etiam Ἀμύρος.

— Εὔπολις δὲ Ἀμύρους αὐτοὺς λέγει, πλησιοχώρους τῆς Μολοττίας] Hinc Ἄμυρον ὄρος ſupra Chaones. Infra in Δεξάροι, ubi perperam in vulgatis legitur Ἄμηρον.

ἈΜΦΑΝΑΙ͂, πόλις Δωρική.

— Θεόπομπος Ἀμφαναίαν αὐτὴν καλεῖ] Et Euripides Herc. Fur. v. 392. Cycnum appellat Ἀμφαναίας οἰκήτορ᾽ ἄμικτον, *Amphanææ habitatorem inhoſpitalem.*

ἈΜΦ᾽ ἊΞΙΟΝ, δύο μέρη λόγου, ποταμός] Hæc mutila ſunt.

ἊΜΦΕΙΑ, πόλις Μεσήνης] Μεσσήνης.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀμφεύς] Scribe Ἀμφειεύς. ultimam enim literam Arcades in εὺς mutant, ut Δέρεα Δερεεύς. Ἀραιθύρεα Ἀραιθυρεεύς. & alia.

ἈΜΦΙΓΈΝΕΙΑ, πόλις Μεσσηνιακή.

— Μενέλαος δέ φησι, καὶ Ἀμφιγένειαν εἰρῆσθαι] Lege, Ἀμφιγένειον ex MSS. & ſic Euſtathius ad Iliad. B. pag. 297.

ἈΜΦΙ͂ΚΑΙΑ, πόλις Φωκίδος] Sic Herodotus lib. VIII. cap. 33.

ἈΜΦΙ͂ΛΟΧΟΙ, καὶ Ἀμφιλοχικοὶ, ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους] MSS. multo auctius legunt: Ἀμφίλοχοι, πόλις Ἀκαρνανίας, οἱ καὶ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος κληθέντες, ἀπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου. καὶ Ἀμφιλοχία ἡ χώρα. Οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι καὶ Ἀμφιλοχικοὶ ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους. quæ

omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

omnia editis exemplaribus addenda ſunt. Urbis hujus nummos vidit Pyrrhus Ligorius: in quorum uno, circum cornu copiæ, ΑΜΦΙΛΟΧ. ΑΡΓΟϹ. ΜΗΤΡ. in alio, in quo equus marinus cum delphine & tridente Neptuni expreſſus erat, ΑΜΦΙΛΟΧ. ΑΡΓ. ΜΗΤΡΟΠ. Apud Goltzium duo adferuntur nummi, in quibus, ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ.

Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην] Catalogus Urb. MSS. Vat. Ἀμφίπολις, ἡ νῦν Χρυσόπολις. αὕτη πρότερον ἐκαλεῖτο Ἐννέα ὁδοί· καὶ πόλις Ἄρεως καὶ Ἄκρα. διὰ δὲ τὸ περιοικεῖσθαι Ἀμφίπολις ἐκλήθη. Suidas. πόλις δ᾽ ἐστὶ Μακεδονίας Ἀμφίπολις, ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Ἐννέα ὁδοί. in voce Ζώιλος, qui *Amphipolitanus* fuit, & de patria ſua tres libros conſcripſit. Apud Ligorium extat nummus, in cujus una parte figura fluvii conſpicitur cum epigraphe circum, ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΥΤΩΝ ſubtus ΣΤΡΥ, in averſa caput Jovis cum fulmine expreſſum eſt cum his tribus literis, ΜΩΝ. In alio Hadriani Imperatoris circum caduceum Mercurii, ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ. Thracum Αὐτονόμων meminit etiam Arrianus lib. I. de Exped. Alex. ſub princip. ſed diverſo ſitu, circa Hebrum videlicet ſub Hæmo monte. *Amphipolis* meminit Antipatri Epigramma ἐπιτύμβιον ineditum, in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, δυσνόητον καὶ ἐσφαλμένον, ut notatur in MS.

Στρύμονι καὶ μεγάλῳ πεπολισμένον Ἑλλησπόντῳ
Ἤελον Ἠδώνης φύλλιδος Ἀμφίπολι
Λοίπαλοι Ἀνθιόπης βραυρωνίδος ἴχνια νηῶ
Μίμνει, καὶ ποταμοῦ τ᾽ ἀμφιμάχητον ὕδωρ.
Τὴν δέ ποτ᾽ αἰγείδεσιν μεγάλην ἔριν ὡς ἁλιανθεὶς
Τρῦχος ἐπ᾽ ἀμφοτέραις δερκόμεθ᾽ ἠΐοσιν.

Aliud Epigramma Dioſcoridis, ſed editum, lib. III. Anthol. cap. 6. pag. 314. *Amphipolin* Στρυμονίην cognominat.

— Ἥτις Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο] Ita etiam Thucydides lib. I. pag. 66. & lib. IV. iterum Harpocration paullo aliter: Ἐννέα ὁδοί, τόπος ἐν Θρᾴκῃ περὶ Ἀμφίπολιν.

— Κεκλῆσθαι δὲ Μυρκίνην καὶ Ἠϊόνα] Lege, Μύρκινον, vel Μυρκινίαν. nam infra mendoſe Μύρκιννος & Μυρκιννία ſcribitur, ut ibi monebimus. Sed *Eionem* XXV. ſtadiis ab *Amphipoli* fuiſſe diſſitam Thucydides auctor eſt lib. IV. pag. 324. ubi *Myrcinus* & *Eion*, vicina oppida, ſed ab *Amphipoli* diverſa recenſentur.

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κράδεμνα] Hinc puto Ariſtotelis Κεδρόπολιν apud Antigonum Hiſt. Mirab. cap. XXXIV. effictam, vel potius hoc nomen ex illorum lectione, quæcumque tandem vera ſit, deformatum. Meurſius ad iſtum Antigoni locum Κεκροπίδι ſubſtituere conatur. Sed potius ex hoc Stephani loco veram lectionem inveſtigandam cenſeo, nec alium puto deſignari locum, quam quem Thucydides princip. lib. V. vocat Κερδύλιον.

Ἄμφισσα, πόλις Ὀζόλων Λοκρῶν] Herodotus lib. VIII. cap. 32.

— Ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ ἐμπεριέχεσθαι τοῖς ὄρεσι τοῖς περικειμένοις] Sic Harpocration & Suidas.

— Παρηγώγως δὲ, ὡς ἐκ τοῦ ἀντὶ Ἄντισσα, καὶ τοῦ ἐπὶ Ἔπισσα] Similia notat Euſtathius Iliad. A. pag. 75. Ex περὶ Πείριμος, ex ἀμφὶ Ἄμφιος propria nomina. ex ὑπὸ Ὕπιος fluvius, ex ἀνὰ Ἄνιος.

— Ὡς Στράβων ιϛ] MSS. ια.

Ἀμφιτρόπη, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς.

— Καὶ Ἀμφιτρόπης, ἐν τόπῳ] Iſ. Caſaubonus Ἀμφιτρόπησι ἐν τόπῳ.

— Ἀμφιτροπαῖος] Salmaſius, Ἀμφιτροπαιεύς. quod omnino probo.

Ἄμφρυσος, πόλις Φωκίδος] Eadem habes apud Scholiaſten Apollonii lib. I. v. 54. quod fluvius etiam hoc nomine fuerit dicit Scholiaſtes Callimachi Hymno in Apoll. v. 48. Unde Apollo *Paſtor ab Amphryſo* Virgilio princ. lib. III. Georg.

— Τινὲς διὰ τοῦ β φασίν] Idem docet Apollonii Scholiaſtes ex Dionyſio, loco paullo prius allegato. Plura ſi lubet, adi Frid. Sylburgium ad Pauſaniam pag. 275.

— Εὐρυαμπίων] MSS. εὐρὺ ἄμπιον.

— Ἔστι καὶ Ἀμφρυσσεύς] Goltzii nummus, ΑΜΦΡΥΣΙΕΩΝ ΚΑΙ ΔΑΥΛΙΔΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.

Ἀναγυροῦς, δῆμος Ἐρεχθηΐδος φυλῆς.

— Λέγεται καὶ Ἀναγυράσιος] Sic Lyſias Orat. XII. pag. 219. & Plato in Theag. pag. 127.

— Ὡς Ῥαμνούσιος] Bene quod *Anagyruntem Rhamnunti* comparet, uterque enim à frutice dictus locus. de *Anagyri* Dioſcorides lib. III. cap. 167. de *Rhamno* infra videbimus.

— Ἀλλ᾽ ἔοικε τὸ ρ αἴτιον] Iſaacus Caſaubonus legit τὸ υ αἴτιον. vere, ut puto. Nam & dantur voces ſine ρ, in quibus eadem terminatio obſervatur: quales Φυλὴ Φυλάσιος, Μυσία Μυσάσιος· modo ultimum huc trahi poſſit.

Ἀναζαρβά, πόλις Κιλικίας] Suidæ Ἀνάζαρβος. Ammiano lib. XIV. *Anazarbus*. ad quem locum vide quæ notat Henr. Valeſius pag. 39. In nummo Corneliæ Paulæ Auguſtæ apud Triſtanum Tom. II. pag. 346. Metropolis dicitur, ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΑΜΚ. Hierocles in Notitia notat Ciliciæ Secundæ fuiſſe Metropolin. Videtur autem de primatu contendiſſe cum Tharſo, idque indicant literæ, ΑΜΚ, hoc eſt, Α Μητρόπολις Κιλικίας, *Prima Metropolis Ciliciæ*. nam Triſtani illa explicatio de *Amanica Cilicia* minus mihi probatur.

— Κέκληται ἀπὸ τοῦ περικειμένου, ἢ ἀπὸ Ἀζάρβα τοῦ κτίσαντος] Iſaacus Caſaubonus in ſui codicis mar-

margine optime emendavit : ἀπὸ τοῦ προκειμένου ὄρους. erat enim hoc loco *Zarbus* mons, cui & aliæ civitates adjacebant; ut videre eſt ex Epiſtola S. Ignatii ad Mariam, τῆς ἐκ Κασοβηλων, vel ut Stephanus & Ptolemæus Κασταβάλων· cui ſcribit εἰς Νεάπολιν τὴν πρὸς τῷ Ζαρβῷ. & ipſa Maria, in literis hactenus non editis, petit ab Ignatio mitti Marin Epiſcopum, ut ipſa ait, τῆς ἡμεδαπῆς Νέας Πόλεως, τῆς πρὸς τῷ Ζαρβῷ.

— Καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Ἀναζαρβεύς] Scripſit hic *Aſclepiades* Πάτρια Ἀναζαρβοῦ, de quibus extat vetus hoc epigramma ἀδέσποτον nondum adhuc editum :

Κωνσταντινιάδης Ἀσκληπιάδης ἄστυ γεραίρων
  Γράψεν Ἀναζαρβοῦ Πάτρια κυδαλίμης.

— Ὁ πολλά τε καὶ ἄλλα, καὶ περὶ ποταμῶν γράψας βιβλίον] Forte ex hoc libro ſunt ea, quæ infra v. Νάξος de fonte vinoſo traduntur : ejuſdem enim teſtimonium ibidem paullo ante de partu octimeſtri Naxinarum mulierum adductum fuerat. quod ſi verum, mallem pro ποταμῶν, hic legere βοτανῶν.

ἈΝΑΙ'Α, παροξυτόνως, &c. Ἔστι δὲ Καρίας.

— Ἐντεῦθεν ἦν Μενέλαος] Apud Suidam occurrit Μενέλαος Αἰγαῖος, ἐποποιὸς auctor Thebaïdis, quæ ſub ejus nomine citatur infra in Τέμμιξ. Unuſne igitur & idem *Menelaus* poëta & hiſtoricus, legendumque apud Suidam Ἀναῖος pro Αἰγαῖος ? Non me expedio. Voſſius diverſos putat.

ἈΝΑ'ΚΗ, ὡς Ἀνάφη, πόλις Ἀχαΐας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀνακαῖος] Pyrrhus Ligorius vidit nummum cum effigie Jovis, in cujus averſa fulmen, cum inſcriptione, ΖΕΥΣ ΑΝΑΚΑΙΟΣ.

ἈΝΑΚΤΟ'ΡΕΙΑ, Ἀκαρνανίας πόλις, οὐδετέρως.

— Τὸ θηλυκὸν, Ἀνακτόριος καὶ Ἀνακτορία ἡ γῆ] Lege, τὸ ἐθνικὸν Ἀνακτόριος, καὶ θηλυκὸν, Ἀνακτορία ἡ γῆ. Thucidides lib. I. pag. 21.

— Σοφοκλῆς δέ φησι διὰ τοῦ ι] Sic Harmenopulus pag. 184.

ἈΝΑΡΙΑ'ΚΗ, πόλις πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ] Apud Strabonem lib. XI. pag. 508. Ναβάρκη corrupte adhuc legitur, licet Xylander dudum ex hoc loco emendaverit. bis enim ibidem gentis nomen Ἀναριάκαι recte ſcribitur. Apud Ptolemæum lib. VI. cap. 2. mendoſe quoque Ἀμαριάκαι, pro Ἀναριάκαι. & eodem capite Ἀνδριάκα pro Ἀναριάκα. Nec minus ſincere apud Polybium lib. V. pag. 389. Ἀριάκαι pro Ἀναριάκαι. Tam corruptelæ obnoxium fuit hoc vocabulum.

— Ἐν ᾗ δείκνυσθαί φησι μαντεῖον κοιμωμένων] Deprompta hæc ſunt ex Strabonis dicto loco, in quo Iſ. Caſaubonus ex verbis corruptis, ἐν κοιμωμένων, quomodo ibi legitur, dextre facit, ἐγκοιμωμένων. quod hic omnino etiam eſt reſtituendum.

Ἄ'ΝΑΥΑ, πόλις Φρυγίας, ὡς Ἡρόδοτος.

— Ἐπειδὴ χαίρουσιν εἰς ὗς οἱ Φρύγες] Iſ. Caſaubonus legebat, τοῖς εἰς ὗς.

ἈΝΑ'ΦΗ, νῆσος μία τῶν Σποράδων, πλησίον Θήρας] Philo lib. de Mundi Ἀφθαρσίᾳ pag. 743. male hoc nomen Delo inſulæ tribuit; atque eo ipſo homo Judæus parum ſe in Græcorum fabulis verſatum oſtendit : confundit enim utriuſque inſulæ hiſtoriam.

— Ἥτις ἀπὸ Μεμβλίαρος] MS. ἀπὸ Μεμβλιάρου, & ſic legendum. Vide infra h. v.

— Τοῖς δ' Ἀργοναύταις ὑπὸ χειμῶνος τευχομένοις] Vide apud Photium Cononis narrationem XLIX. ubi egregie idem narrat. Sed perperam ibi τοὺς ἐν τῇ Ἀργοῖ vertunt *Argivos*, cum debuiſſent *Argonautas*. Idem de hac inſula etiam narrat Apollonius lib. IV. v. 1712. & ſeqq. ubi Scholiaſtes non longe à *Thera* ſitam ſcribit, eodem modo, ut hic Stephanus. Idem Orpheus Argon. v. 1354. Sed in Cononis narratione notandus eſt Photii error, quod *Anaphen* Lacedæmoni vicinam facit, cum inde diſtet longiſſime verſus orientalem Cretæ partem & Doricam Aſiæ Cherroneſum. Verba hæc ſunt : ἐν Ἀνάφῃ τῇ νήσῳ (αὕτη δ' ἐστὶν ὑπὲρ νήσου Θήρας, οὐχ ἑκὰς τῆς Λακεδαιμονίων) ἱερὸν Ἀπόλλωνος Αἰγλήτου ἵδρυται. verba parentheſi incluſa, in quibus latet error, procul dubio ſunt à Photio. in eum autem inductus eſt, ut ſuſpicor, à male intellecto Callimachi loco, quem Strabo adducit lib. X. pag. 484. Περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶ νῆσοι, Θήρα μὲν ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων· καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν. λέγει δὲ καὶ Καλλίμαχος ποτὲ μὲν οὕτως,

Αἰγλήτην, Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ.

Circa Cretam inſulæ ſunt Thera Cyrenæorum metropolis, Lacedæmoniorum colonia : & vicina huic Anaphe, in qua Ægletæ Apollinis eſt templum. De hac ſic canit Callimachus :

Ægletam & Anaphen Spartanæ proximam Theræ.

Nam errandi anſa præbita Photio ex hoc verſu, dum *Theram* Lacedæmoniorum coloniam cum ipſa Lacedæmone confundit.

— Καὶ σκοτουμένη ἀναφανεῖσα, Ἀνάφη ἐπικέκληται] Lege, ἐν σκοτουμένῃ. vel κατὰ σκοτουμένην.

ἈΝΔΑΝΙ'Α, πόλις Μεσσήνης, ὁμώνυμος τῇ χώρᾳ.

— Διὰ τὸ μὴ ἁνδάνειν αὐτοῖς] MSS. αὐτούς.

— Ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ] MSS. τοῖς Μεσσηνιακοῖς.

— Καὶ Ῥιανός] Qui Meſſeniacum bellum, quod Ariſtomenis ductu geſtum, conſcripſit, de quo vide Pauſaniam lib. IV. pag. 226.

Ἄ'ΝΔΕΙΡΑ, πόλις, οὐδετέρως] Epitome Strabonis, Ἄνδηρα. male.

— Ἐν ᾗ λίθος, ὃς καιόμενος σίδηρος γίγνεται] Hæc omnia ex Strabonis, qui mox allegatur, lib. XIII. pag. 610. verbotenus ſunt tranſcripta.

— Τὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνδειρηνός] Nummus Gordiani Junioris apud Ligorium circum Deam Phrygiam habet, ΑΝΔΕΙΡΗΝΩΝ. Dea autem illa capite turrito eſt, navem habens ad pedes, dextra tenens palmam, ſiniſtra ſitulam.

— Οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ τῶν θεῶν] Strabo lib. XIII. pag. 614. Ὑπὸ δὲ τοῖς Ἀνδείροις ἱερόν ἐστι μητρὸς θεῶν Ἀνδειρηνῆς ἅγιον. *ſub Anderis delubrum eſt Matris deorum Anderenæ ſacrum.*

ἈΝΔΡΊΑ, πόλις Ἠλείας.

— Τούπαλος ὁ γράψας Ἰλιακά] MSS. Ἠλειακά. rectius.

ἌΝΔΡΟΣ, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.

— Καὶ Ἀνανίου παῖδα] MS. optimus Palatinus, Ἀνίου π. & ſic omnino legendum. Ovidius lib. XIII. Metamorph. v. 649. *Anio* filium dat *Andrum*. Conon apud Photium Narr. XLI. Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης Ἄνιος γίνεται, παρὰ τοῦδε Ἄνδρος, ὃς μίαν οἰκήσας τῶν νήσων, τὸ ὄνομα λείπει τῇ νήσῳ. *Ex Apolline atque Creuſa gignitur Anius & ex hoc Andrus, qui unam inſularum inhabitans nomen quoque ſuum inſulæ reliquit.* Meminit quoque Tzetzes ad Lycophronem. pag. 98.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἄνδριος] Lexicum Medicum Erotiani: Ἀνδρεῖος οἶνος ὁ αὐτονος, ἢ ὁ ἀπὸ Ἄνδρου τῆς νήσου· ὡς Λέσβιος, ὁ ἀπὸ Λέσβου, οὕτω καὶ Ἀνδρεῖος, ὁ ἀπὸ Ἄνδρου. Sane Medicum hunc parum accurate obſervaſſe oportet Grammaticorum analogias.

— Ὡς Λύνδιος] Λίνδιος.

ἈΝΕΜΩΡΕΙΑ, πόλις Φωκίδος, ἡ νῦν Ἀνεμώλεια. Ὅμηρος] Iliad. Β. v. 521.

— Οἵτ' Ἀνεμώρειον] MSS. Ἀνεμώρειαν. & ſic legitur apud Homerum.

— Πάτραν, Λίλαιαν, Ἀνεμωρείας πέδον] Apud Lycophronem pag. 166. legitur Κ' Ἀνεμωρείας, & ſic pariter infra in Λίλαια. quare ſic repone. Tzetzes ſic dictum ſcribit, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ψυχρὰν καὶ ἀνεμώδη.

— Ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος] Citat hunc locum Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 274. fin. apud quem multo melius legitur, quam nunc apud noſtrum. ὠνόμασται μὲν φασιν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους. ὑπέρκειται γὰρ αὐτῆς, τὸ καλούμενον Κατοπτήριον χωρίον, ἐξ οὗ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται πανταχόθεν.

— Καταιγιζόμενον] MSS. καταιγίζεται· & ſic legit olim Euſtathius, ut jam monuimus.

— Ὁ πολίτης Ἀνεμωρεύς] Salmaſius, Ἀνεμωρεύς. ſic videtur, aut exemplum non quadrat. niſi Epitomator, quod ei non infrequens, duo diverſa loca confuderit; *Anemoriam* ſcilicet *Phocidis*, & *Anemurium Ciliciæ*, ſive, ut Hierocles habet, *Iſauriæ*. Hujus enim gentile Ἀνεμουρεύς. Unde in duobus nummis Franc. Gotifredi, uno Alexandri, altero Valeriani, circum templum Deæ Fortunæ, ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ legitur.

ἈΝΗΤΟΥΣΣΑ, ὁ πολίτης Ἀνητουσσαῖος] Pyrrhus Ligorius nummum ſibi viſum refert Auguſti Imperatoris, in quo circum Jovem & Apollinem & ſigna quædam militaria legebatur, COLONIA. ANETUSSA. AUGUSTA. LATINA.

ἈΝΘΑΝΑ, πόλις Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν.

— Ἔγραφεν] Ἔγραψεν.

— Χάραξ Ἀνθήνην αὐτὴν φησιν] Sic etiam illam vocat Thucydides lib. v.

ἌΝΘΕΙΑ, πόλις Πελοποννήσου, πλησίον Ἄργους.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνθεύς] In collectionibus Pyrrhi Ligorii extat Septimii Getæ nummus, in cujus averſa caput Cybeles & Attidis, cum inſcriptione, ΑΝΘΕΙΕΩΝ.

— Ἔστιν Ἄνθεια καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου πόλις] MSS. τοῦ πόντου πόλις & ſic Euſtathius ad Iliad. I. pag. 743. Rectius. Sita enim fuit paullo ſupra Thyniada oppidum & promontorium.

ἈΝΘΕΜΟΥΣ, πόλις Μακεδονίας] Harpocration Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονική. καὶ οἱ ἀπ' αὐτῆς Ἀνθεμούντιοι.

— Καὶ Συρίας] Pyrrhus Ligorius Heliogabali nummum profert cum inſcriptione, ΑΝΘΕΜΟΥCΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ circum Deam Syriam ſedentem turritam, cum Luna corniculata poſt humeros, & fuſo Parcarum in manu dextera, tympano autem ſub cubito ſiniſtro, aſſidente hinc inde leone cathedræ ejus: Deæ antiſtat ipſe Heliogabalus armatus, quippe Syria oriundus.

— Ἣν Ἀπολλώνιος διαλύσας ἐν Ἀργοναυτικῇ, Ἀνθεμοεισίδα φησίν] Lib. II. v. 726. & ibi Scholiaſtes.

ἈΝΘΗΔΩΝ, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος] Iliad. Β. v. 508.

— Καὶ Ἄλκης τοῦ Ἄβαντος] MSS. Ἀλκυόνης τοῦ Ἄβαντος. Sed legendum Ἀλκυόνης τοῦ Ἄτλαντος. Pauſanias lib. II. pag. 142. τοὺς δὲ ὕστερον βασιλεύσαντας οὐκ ἴσασιν, ἄχρις Ὑπέρητος καὶ Ἄνθα. Τούτους δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἄτλαντος θυγατρός. *Poſteriorum vero regum uſque ad Hyperetem & Anthan neminem norunt. Hos quidem Neptuni ferunt & Alcyones Atlantis filiæ ſanguine cretos.*

— Ἀστῶν σύνοικος Θρηϊκίας] Hodie apud Lycophronem v. 754. legitur Θρακίας. ſed Euſtathius Θρηϊκίας, ut Stephanus, quem vide ad Hom. Iliad. Β. pag. 271.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις πλησίον Γάζης] Sic quoque Chronicon Alexandrinum pag. 460. Poſtea *Agrippias* dicta, ut ex Joſepho docet Tzetzes ad dictum Lycophronis locum pag. 121.

— Ἀνηνίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος] MSS. ἀνηγορεύθη Νίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος. Præclare. Nam Euſtathius, qui noſtrum ſolet transſcribere, loco paullo ante adducto:

 ἀνηγο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ἀνηγορεύθη δέ φασι Νίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος.

ἈΝΘΗ´ΛΗ, κώμη· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Ἡρωδιανὸς δὲ πόλιν αὐτὴν φησι] Immo ipſe Herodotus, libro, quem citat, cap. 176. urbem vocat: ἀρχῆς Ἀνθήλης πόλιος. poſtea cap. 200. *vicum*: κώμη τέ ἐστι τῇ οὔνομα, Ἀνθήλη.

ἌΝΘΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας] Catalogus Urb. MS. Ἄνθιον, πόλις ἀπέχουσα Ῥώμης σταδίων λ´, ὁ ἀπὸ ταύτης, Ἀντιάτης.

ἌΝΘΥΛΛΑ, πόλις Αἰγύπτου] Ἄντυλλα ſcribitur apud Athenæum lib. I. pag. 25. & ex eo apud Euſtathium Iliad. B. pag. 258. Ἄντυλα.

— Ἐς ὑποδήματα ἐξαιρέτως] Scribendum, ut ſenſus conſtet: ἐξαίρετος δίδοται. qui adhuc clarior erit, ſi reliqua Herodoti verba adjiciantur ex lib. II. cap. 28. ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικί. (*Harum urbium Anthylla, quæ eſt inſignis) datur peculiaris in calceamenta uxori ſemper ejus qui in Ægypto regnat.* Notavit hoc etiam Salmaſius.

ἌΝΝΑ, πόλις τῆς Ἰουδαίας ὑπὲρ Ἱερουχοῦντα] Ἱεριχοῦντα.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀνναΐτης] Ἀννίτης.

— Ἀπὸ τοῦ Ἀννανία] Salmaſius partim ex MSS. partim ex conjectura legebat, Ἀννία.

ἌΝΤΑΝΔΡΟΣ, πόλις ὑπὸ τὴν Ἴδην] Herodotus lib. VII. cap. 42. Ἄντανδρον τὴν Πελασγίδα vocat, hanc ipſam intelligens ſub monte *Ida* ſitam. De nominis origine adi Servium ad lib. III. Æn. v. 6.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀντάνδριος] Sic nummus M. Aurelii Imperatoris apud Franc. Gotifredum circum Dianam Epheſiam verubus ſuffultam inter duos cervos, ΑΝΤΑΝΔΡΙΩΝ. Regionem adjacentem Myſo-Macedonum Strabo lib. XIII. pag. 612. Ἀντανδρείαν vocat; niſi forte rectius τὴν Ἀντανδρείων ibi legatur, uti in aliis locis loqui ſolet, ut pag. 613. ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ. Sed hæc exigui momenti ſunt.

— Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὀνομάζεσθαι Ἠδωνίδα Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη] Locus mutilatus, quem MSS. ita integritati reſtituunt: Ἠδωνίδα, διὰ τὸ Θρᾷκας Ἠδωνοὺς ὄντας οἰκῆσαι· ἢ Κιμμερίδα Κιμμερίων. Neque dubium eſt καὶ Κιμμερίαν vel Κιμμερίδα ante Κιμμερίων deeſſe, cum Plinius expreſſe teſtetur, eam prius *Edonidem*, dein *Cimmeridem* fuiſſe dictam, idque ſequentia manifeſte clament.

— Τῆς δὲ Κιμμερίας Κιμμέριοι] MSS. Τῆς δὲ Κιμμερίδος Κιμμέριοι.

ἌΝΤΕΙΑ, πόλις Ἰταλίας.

— Ῥῶμος, Ἄντεια, Ἄρδεια] MS. Ἄρδειος. alius Ἄρδια.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀντιεύς] Et Ἀντιάτης. Harpocration: Ἀντιάταις, τοῖς ἀπὸ Ἀντίου πόλεως.

ἈΝΤΙΓΟ´ΝΕΙΑ, πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ] Ἀντιγόνια.

— Ὁ πολίτης Ἀντιγονεύς] Livio: *Antigonenſis*. ΑΝΤΙΓΟΝΕΩΝ duo nummi extant apud Goltzium. Duo alii apud eundem ad Macedoniæ pertinent *Antigoniam*.

— Ἔστι καὶ φρούριον τῆς Κυζικηνῆς, ἀπέχον τῆς προσεσπέρου θαλάσσης] Sic ἑσπέριος θάλασσα infra v. Ἀπία, quia regiones illas ab Occidente alluebat.

ἈΝΤΙ´ΚΥΡΑΙ, πόλεις δύο, ἡ μία Φωκίδος] Photius ex Helladio pag. 1591. Τὴν Ἀντίκυραν, ἐν ᾗ φασι γίνεσθαι τὸν λευκὸν ἐλλέβορον, οὐδενὸς χείρω τῶν ἀλλαχόθι γινομένων, Φωκικὴν εἶναι πόλιν λέγει. *Anticyram, ubi album helleborum naſcitur, nullo alibi creſcente deterius, urbem Phocenſem eſſe dicit.* Item ex Ptolemæo Hephæſtione pag. 474. Ἡ δὲ δευτέρα περὶ Ἡρακλέος, ὡς κατὰ τὴν μανίαν ἐλλεβόρῳ ὑπὸ Ἀντικυρέως, οὗ καὶ τὸ φάρμακον εὑρόντος τὸ ἐν Ἀντικύρᾳ τῆς Φωκίδος πλεονάζον. *Altero deinde libro de Hercule agit, ut à dementia helleboro ſit liberatus ab Anticyreo, qui hoc remedium Anticyræ Phocidis valde frequens primus reperit.*

— Ἡ δὲ ἐν Μαλιεῦσιν] Hujus meminit Herodotus lib. VII. cap. 198. Fuit hæc altera in *Maliaco* ſinu, ſive ad Sperchii fluvii oſtium.

— Ὡς Παλαιρεύς] Gentile τοῦ Πάλαιρος, quod Acarnaniæ oppidum, Straboni lib. X. pag. 459. memoratum, & procul dubio olim etiam Stephano, etſi hodie apud eum in lacuna ſit.

ἈΝΤΙΝΟ´ΕΙΑ, πόλις Αἰγύπτου, Ἀντινόου παιδός] Salmaſius ἀπὸ Ἀντινόου παιδός. Ammianus Marcell. lib. XXII. *Antinoon* vocat, quam Adrianus in honorem *Antinoi*, Ephebi ſui, condidit. Chronicum Alexandrinum pag. 598. & alii, de quibus conſule Lindenbrogium.

ἈΝΤΙΟ´ΧΕΙΑ, δέκα πόλεις ἀναγράφονται. Εἰσὶ δὲ πλείους] Omnium hocce nomine inſignitarum urbium celeberrima fuit, quam in Syria ad Orontem in patris *Antiochi* honorem ædificavit Seleucus. Hæc Metropolis Coloniæ titulis ſuperbit in nummis, ΜΗΤΡΟΚΟΛΩΝ. uti optime explicat Triſtanus Tom. II. pag. 397. Fuit, cum de hac Triſtani explicatione dubitarem, motus nummo, quem apud Henr. Jul. Blumium vidi, in quo circum caput muliebre ſive Antiochiæ, ſive Deæ Syriæ, legebatur diſerte, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΚΟΡΩΝ. ſed poſtea in Triſtani ſententia ſum confirmatus pluribus nummis. Uno Alexandri Severi Latino, in quo circum fluvium Orontem, vel potius Daphnen nympham cum cornu copiæ, ANTIOCH... ſubtus, ANTIOCH. COL. Altero Caracallæ apud Illuſtr. Equitem Puteanum, in quo circum mulierem turrito capite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

capite & cum copiæ cornu dextra equum tenentem, ΚΟΛ. ΑΝΤΙΟΧ. ΠΡΙΠ..... Tertio M. Julii Philippi, in quo circum caput muliebre turritum perſpicue, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΚΟΛΩΝ. Quarto Septimii Severi, in quo circum mulierem monti inſidentem, & dextra ſpicas porrigentem, ad cujus pedes Orontes fluvius geſtu viri natantis effictus erat, legebatur, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝΕΩΝ ΜΚΟΛΩ. Duos poſteriores ſpectandos mihi præbuit Alexander VII. Pontifex Maximus.

— Δέκα πόλεις] Sedecim urbes de nomine patris Antiochi condidiſſe Seleucum auctor eſt Appianus in Syriac. pag. 124. & ipſe auctor enumerat tredecim. Dicit autem, δέκα πόλεις ἀναγράφονται. ſcilicet per veterem aliquem auctorem, qui de Urbibus ſcripſit: & mirum ni is ſit Philo, quem alibi citat περὶ πόλεων. alibi ſimpliciter, non addito libro.

— Δευτέρα, ἐκλήθη ἀπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, Λυδίας] Ἀντιόχεια, ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ut illam vocat Phlegon Trallianus Hiſt. Mir. cap. VI. Hujus *Antiochiæ* nummum rariſſimum oſtendit mihi Alexander VII. Summus Pontifex ex cryptis ſepulcralibus hocce anno MDCLVIII. erutum, in Decii Imp. honorem cuſum, ut imago & inſcriptio docet: nam in una parte, ΑΥΤ. Κ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ. in altera ſupra pontem egregii operis flumen jungentem, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. infra, ΜΕΑΝΔΡΟϹ legitur.

— Τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη] Videtur ſcribendum Μυγδονίας. Certe ita apud Theodoretum legitur lib. II. Hiſt. Eccl. cap. 3. Νίσιβις, ἣν Ἀντιόχειαν Μυγδονίας τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐν μεθορίῳ κεῖται τῆς Περσῶν, ἢ Ῥωμαίων ἡγεμονίας. *Niſibis, quam Antiochiam Mygdoniæ quidam appellant, ſita eſt in Perſarum Romanorumque imperii confinio.* Apud Julianum Orat. II. quæ eſt de rebus Conſtantii Imperatoris pag. 114. circumſcribitur πόλις, ᾗ δὴ Μυγδόνιος ποταμῶν κάλλιστος τῆς αὐτοῦ προσέθηκε φήμην, οὕσηγε καὶ Ἀντιόχου βασιλέως ἐπωνύμῳ. *urbs, cui quidem Mygdonius fluviorum longe pulcherrimus nomen ſuum communicat & quæ ab Antiocho rege cognomen accepit.* Nomen dicit habere à fluvio *Mygdonio*. Cogitare ergo cœpi, an non potius hæc Ἀντιόχεια Μυγδονία fuerit dicta, ut hic apud noſtrum ſcribitur, & corrigendus ſit potius Theodoretus quam Stephanus. In quo confirmatus ſum, poſtquam ita etiam vocitatam reperi in Hiſtoria Tripartita lib. V. pag. 45. Confer hæc cum illis, quæ notat Dionyſius Petavius ad ſuperiorem Juliani locum pag. 260.

— Ἥτις παρὰ τῶν ἐπιχωρίων Ἀσίβη καλεῖται] Scribendum Νασίβη, & mox Νασιβηνός. Vide infra v. Νίσιβις.

— Ἥτις Νισίβη λέγεται, καὶ Νίσιβις] Puto, inſerta copulativa, legendum: ἥτις καὶ Νισίβη. Cæterum hæc tertia *Antiochia* videtur ea, quæ *ad Euphratem* vocatur Plinio lib. V. cap. 24. *Oppida alluuntur Epiphaniæ & Antiochiæ, quæ ad Euphratem vocantur.* & numiſmatibus antiquis; quorum unum profert Triſtanus in Septimii Severi honorem cuſum Tom. II. pag. 91. in quo circum Palladem legitur, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟϹ ΕΥΦΡΑΤΗΝ. licet Triſtanus de *Antiochia*, quæ cognominata *Aradus*, nummum pariter & Plinium interpretetur.

— Τετάρτη, Πισιδίας] Hanc Plinius lib. V. cap. 27. *Coloniam Cæſaream* cognominatam ſcribit. Hinc explicandus Caracallæ nummus apud Franc. Gotifredum, in quo COL. CAES. ANTIOCHIA. item Sept. Severi, & Antonini Pii. Triſtanus Tom. II. pag. 397. quamquam recte ad *Antiochiam Syriæ* metropolin referat nummos, in quibus, ΜΗΤΡΟΚΟΛΩΝ, ut jam oſtendimus, in eo tamen falſus, quod ad illam referat Alexandri nummum, qui ad hanc omnino pertinet, in quo COL. CAES. ANTIOCH.

— Ἑβδόμη, Πιερίας] Euſtathius ad Dionyſium pag. 119. *Pieriam* appellat, Ὄρος, ὃ προσεχὲς τῷ Ἀμανῷ ἐστιν.

— Ἀντιόχῳ γὰρ τῷ Σελεύκου τρεῖς γυναῖκες ἐπέστησαν ὄναρ] Extant hæc etiam, ſed paullo emendatius, apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 118.

— Ἀπὸ μὲν τῆς γυναικὸς Νύσης, Νύσαν] Euſtathius d. l. Νύσσης Νύσσαν.

— Περὶ ἧς Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ] Immo, ἑνδεκάτῃ. lib. XI. pag. 516.

— Τεσσαρεσκαιδεκάτη, ἡ Ταρσός] *Poſt hæc verba additum:* ιδ' Ἰσαυρίας, ἡ Λεμῶτις λεγομένη.

— Τὸ ἐθνικὸν πᾶν, Ἀντιοχεύς] Salmaſius pro πᾶν legit πασῶν.

— Καὶ Ἀντιόχαιος] MS. Ἀντιόχειος. Et ſic Salmaſius ad Solinum pag. 627.

ἈΝΤΙΠΑΤΡΙ'Σ, πόλις· Ἡρωδιανός] Hanc urbem antea Χαβαρζαβᾶ dictam fuiſſe teſtatur Joſephus lib. XIII. Antiq. Jud. cap. 23. pag. 462. Chronicon Alexand. Περσαβίνην. MSS. autem Ἀντίπατρις πόλις, Ἡρώδου κτίσμα· non Ἡρωδιανός. recte. Vide Hieronymum in Epitaphio Paullæ pag. 172.

— Κτίσμα ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος] Chronicon Alexandrinum pag. 460. Ἡρώδης Καισάρειαν εἰς ὄνομα Καίσαρος Αὐγούστου ἔκτισεν, Στράτωνος πύργον τὸ πρὶν καλουμένην. ὁ αὐτὸς Καριανθηδόνα ἐπικτίσας Ἀγρίππειαν ἐκάλεσεν. ἔτι καὶ Περσαβίνην εἰς ὄνομα Ἀντιπάτρου τοῦ πατρός. *Herodes ex Cæſaris Auguſti nomine condidit Cæſaream, quæ antea Stratonis caſtrum appellabatur. Idem Carianthedona inſtauravit & Agrippiam dixit. Idem Perſabenam refecit & ab Antipatro parente*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

nomen illi indidit. quod ſi verum eſt, ſcribendum omnino ἐπὶ Ὀκταουΐου Καίσαρος. MSS. perperam Ἀντωνίου. quomodo olim conjecerat Caſaubonus.

ἈΝΤΊΣΑΡΑ, ἐπίνειον Δαλίνων] Exiſtimo Stephanum ſcripſiſſe Δατηνῶν. Hi autem Thraciæ populus ab oppido *Dato*. de quo infra.

— Τινὲς δὲ Τισάρη γράφουσι] MSS. Ἀντισάρη. Athenæus tamen lib. I. pag. 31. Ἀρμενίδας δὲ τῆς Θρᾴκης φησὶ εἶναι χώραν τὴν Βιβλίαν, ἣν αὖθις Τισάρην καὶ Οἰσύμην προσαγορευθῆναι. *Armenidas Bibliam Thraciæ partem eſſe tradit, quam Tiſaram & Oeſymam vocant.* Ubi Caſaubonus ex noſtro, ἣν Ἀντισάρην ἢ Τισάρην legit. Quæ autem Βιβλία Athenæo, ea noſtro Βιβλίνη infra. Οἰσύμην & Δάτον etiam vicinas urbes in Thracia facit Scylax.

ἌΝΤΙΣΣΑ, πόλις Λέσβου, ἐφεξῆς τῷ Σιγείῳ.

— Ἀπὸ Ἀντίσσης τῆς Μάκαρος θυγατρός] Pauſanias in Phocicis pag. 685. hoc tribuit *Amphiſſæ* niſi tam *Antiſſa* quam *Amphiſſa Macaris filia* fuerit.

ἈΝΤΊΦΡΑ, πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγύς] Straboni, unde hic locus excerptus eſt, lib. XVII. pag. 799. Ἄντιφραι. Ptolemæo lib. IV. cap. 5. Ἀντίφρα κώμη dicitur. Videndum, an ſit Ἀντίφαρος, de quo Euſtathius ad Dion. pag. 38.

ἌΝΤΡΟΝ, τὸ σπήλαιον] Hinc Ἄντροθε Pindari Pyth. Od. IV. pag. 244.

— Εὐελπίδης ἐν Αἰξί] Joannes Meurſius libro de Fabul. Euripid. legit, ἐν Αἰγεῖ. & ſic alii ex veteribus citant hujus Tragœdiæ nomen.

ἈΝΤΡΩ͂Ν, πόλις Θετταλίας. Ζηνόδοτος δὲ γράφει, Ἀγχίαλον Ἀντρῶνα. . .] Apud Homerum Iliad. B. v. 6, 7. occurrit:

Ἀγχίαλον τ' Ἀντρῶνα.

Unde apparet hunc locum mutilum eſſe. Pomponio Melæ lib. II. cap. 3. dicitur *Antronia*, quod nolim temere mutari.

— Ἀντρώνιος ὄνος] Dixit & ſupra v. Ἀγκών.

ἌΝΥΣΙΣ, πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν Ἀνυσίτης] Apud Herodotum tamen lib. II. cap. 166. adfertur Ἀνύτιος νόμος inter plures νόμους, qui omnes forma gentilium terminantur.

ἌΝΩΛΟΣ, πόλις Λυδίας.

— Καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀνωλύας] Lege Ἀνωλιάς, & ſic Salmaſius.

ἈΞΊΑ, πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων.

— Τοῦ Ἀξίου] Salmaſius delet has duas voces, aut pro iis legit τούτου.

— Καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀξιάς] Apud Pyrrhum Ligorium in nummo circum caput Junonis legitur, ΗΡΑ ΑΞΙΑΣ. in averſa, circum caput Jovis, ΖΕΥϹ ΒΑϹΑΞΟϹ.

— Τῆς δὲ Ἰταλίας Ἀξιάτης] Heſychio, Ἀξιῶται, ἔθνος Τρῳάδος.

— Διὰ τὸν δυϊκὸν χαρακτῆρα] Iſ. Caſaubonus διὰ τὸν αὐτὸν χ. Ego nihil muto.

ἌΞΟΣ, πόλις Κρήτης, ὡς Ἡρόδοτος] Apud Herodotum lib. IV. cap. 154. legitur Ὀαξός. Et videtur primam literam pro articulo accepiſſe noſter.

ἈΞΟΥΜΊΤΗΣ, ἀρσενικῶς] Arrianus in Periplo maris Erythr. non multum abit à Stephano in urbis hujus nomine ſcribendo: vocat enim Ἀξωμίτην. Ptolemæo lib. IV. cap. 8. dicitur Αὔξουμη. & ſic etiam D. Hieronymo Epiſt. ad Ruſtic. ubi urbem *Auxumam* legendum pro urbem *maximam*. Nonnoſo apud Photium pag. 6. Αὔξουμις, πόλις μεγίστη, καὶ οἷον μητρόπολις τῆς ὅλης Αἰθιοπίας. *Auxumis permagna eſt civitas & quaſi Æthiopiæ totius metropolis.* & gentile eidem Αὐξουμίτης. B. Athanaſio Tom. I. pag. 540. Αὔξουμις & Ἄξουμις, Procopio l. I. Perſ. Αὔξωμις, idem. & inde Αὐξωμῖται. Apud Epiphanium lib. I. Panarii cap. 5. pag. 7. Ψοῦς τὰ Ἀξουμιτικὰ μέρη. *Pſus Axumiticum tractum.* ubi vulgo perperam, Ἀξιωματικά, & in Ancorato cap. 58. pag. 60. Nilus, quem putat Γεὼν eſſe Moyſis, prætervehi dicitur Æthiopiam Minorem Anubiticum tractum, Blemyas & Ἀξουμῖτιν. ubi vulgo pariter perperam Ἐζωμίτιν. Sed neutrum fugit eruditiſſimum interpretem. Rurſus cap. 115. ejuſdem Ancorati Αὐξομῖται ſcribitur.

— Μητρόπολις Αἰθιόπων] Ita Nonnoſus.

ἈΌΝΕΣ, ἔθνος Βοιωτίας, ἀφ' ὧν ἡ Ἀονία] Euſtathius Iliad. B. pag. 262. Ἱστέον δὲ ὅτι ἡ Βοιωτία καὶ Ἀονία ἐκλήθη ποτὲ ἀπὸ τῶν κατοικούντων Ἀόων. Ἔθνος δὲ Βοιώτιον οἱ Ἄονες. Antoninus liberalis cap. XXV.

— Καὶ Ἄων τὸ ἔθνος] Lege, τὸ ἐθνικόν.

ἈΌΡΣΟΙ, ἔθνος, περὶ οὗ Στράβων ἑνδεκάτῃ] Lib. XI. pag. 506.

ἈΠΑΙΣΌΣ, πόλις κατὰ τὴν Τρῳάδα. Ὅμηρος, Οἵ τ' Ἀδρήστειαν] Iliad. B. v. 828. ſed ibi legitur hodie Οἳ δ' Ἀδρήστειαν. non Οἵ τ' Ἀδρήστειαν.

— Ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ] Homerus Iliad. E. v. 612.

— Ὡς Ἄταρνα πόλις, καὶ Τάρνα] Sed hæ ſunt diverſæ civitates, ut docet Euſtathius ad Homer. Iliad. B. pag. 356.

— Ὅμηρος, Ὅς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος] Iliad. E. v. 44.

— Ἔστι καὶ Δαυνίας πόλις Παῖσος] Παῖστος procul dubio fuit in animo noſtri, quæ *Poſidonia* alias, unde *ſinus Pæſtanus*. Hanc memoriæ lapſu appellat Παῖσον.

— Παισῖνος διὰ τοῦ ι.] Iſ. Caſaubonus, διὰ τοῦ υ.

ἈΠΆΜΕΙΑ, Συρίας πόλις, ἀπὸ Ἀπάμας τῆς Σελεύκου μητρός] *Apame*, conjux fuit *Seleuci Nicatoris*, mater Antiochi Soteris. In hujus fœminæ honorem maritus *Apameam* Syriæ condidit, filius Phrygiæ. Appianus Nicatorem

tres

tres *Apameas* condidiſſe auctor eſt, è quibus hæc Syriæ maxime fuit illuſtris, in Syriac. pag. 124. Vide quæ de hac Syriæ & de illa Phrygiæ congeſta à Salmaſio, ad Solin. pag. 826.

— Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν τῇ Μεσηνῶν γῆς τῷ Τίγρητι περιεχομένη] Μεσηνοὶ hoc loco ſunt qui habitant τὴν ἐν μέσῳ τοῦ Τίγρητος Μεσήνην, de qua ſupra jam diximus in Ἀδιαβηνή, & dicemus amplius infra in Σπασίνου Χάραξ. Omnium autem optime è veteribus hanc inſulam inter duo Tigridis oſtia ſitam deſcribit Philoſtorgius lib. III. Hiſt. Eccl. cap. 7. In hac inſula ſita fuit *Apamea*, quæ propterea *Meſenes* oppidum cognominatur Plinio lib. VI. cap. 27. *Tigris enim acceptis ex Armenia fluminibus claris Parthenia ac Nicephorione, Arabas, Oroëos Adiabenoſque diſterminans &, quam diximus, Meſopotamiam faciens, luſtratis montibus Gordyæorum circa Apamiam Meſenes oppidum, citra Seleuciam, Babyloniam* CXXV. M. *paſſ. diviſus in alveos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit, Meſenem perfundens: altero ad ſeptentrionem flexus, ejuſdem gentis tergo campos Cauchas ſecat.* Unde non dubito, quin ita etiam appellata fuerit ab Ammiano Marcellino lib. XXIII. pag. 251. ibique reſcribendum ſit: *Apamia Meſenæ cognominata*; pro *Meſene*. Ad quem locum notandus error viri eruditi, putantis ex male intellecto Plinii loco *Meſenen* civitatem eſſe, & ex hac falſa hypotheſi Plinium facientis Ammiano contrarium: cum ambo idem dicant.

— Ἐν ᾗ σχίζεται ὁ Τίγρης ποταμὸς, καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ περιέρχεται ποταμὸς Δέλας] MSS. Σέλλας. recte. Iſidoro Characeno Σίλλας. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 698.

— Ἔστι καὶ τῆς μικρᾶς Φρυγίας] Hæc Ἀπάμεια πρὸς Μαιάνδρῳ cognominata fuit, uti videre eſt apud Euſebium lib. V. Hiſt. Eccl. cap. 16. & Κιβωτὸς, ut apud Strabonem lib. XII. pag. 576. Ἀπάμεια ἡ Κιβωτὸς λεγομένη. & apud Ptolemæum lib. V. cap. 2. Ἀπάμεια Κιβωτός. qui ambo Phrygiæ Màjori illam attribuunt, contra quam hic fit. Utrumque cognomen reperitur in nummis. In uno Hadriani apud Franc. Gotifredum circum figuram fluminis legi, ΚΙΒΩΤΟΣ ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡΣΥΑΣ. In alio Tiberii apud eundem circum Dianam Epheſiam, ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ. Notandum autem obiter ad hanc urbem Sibyllinorum carminum figmentum, quæ ex eo, quod hæc urbs Κιβωτὸς, ſive *Arca* cognominata eſt, conſtanter aſſeverant Noachi arcam in *Celænarum* monte reſediſſe; quod figmentum jam ab aliis eſt exploſum.

— Ἥτις ἐκαλεῖτο Κελαιναί] Hinc Plinius *Apameam* & *Celænas* urbem facit eandem lib. V. cap. 29. *Tertius conventus Apamiam vadit, ante appellatam Celænas, dein Ciboton.* Eumque ſecutus Solinus. Verum Strabo lib. XII. pag. 577. diverſa oppida fuiſſe docet, & *Celænas* poſitas fuiſſe in tumulo quodam Κελαινῶν, atque inde Antiochum Soterem incolas tranſtuliſſe *Apameam*. Hunc tumulum Πρῶνα Κελαινίτην vocat Archias in Epigrammate in Marſyam lib. III. Anthol. Græc. Epigr. cap. 8. pag. 321.

— Τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης, Ἀπαμεύς] Salmaſius malebat, Κελαινεὺς, Ἀπαμεύς. ΑΠΑΜΕΩΝ valde notabilem nummum profert Triſtanus Tom. II. pag. 526. In cujus uno latere Gordiani Tertii effigies cum epigraphe, ΑΥΤ. Κ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟС СΕΒ. In altero, Diana Epheſia inter Mæandrum & Marſyam fluvios repræſentata eſt, ad cujus humeros ſedent duæ Nymphæ cum urnis, dexteriori adſcriptum ϘΕΟ, ſiniſtræ ϘΟ. circum legitur ΠΑΥ. ΒΑΚΧΙΟΥ. ΠΑΝΗ. ſub Mæandro & Marſya, ΑΠΑΜΕΩΝ. De quibus omnibus erudite diſſerit Triſtanus. In uno tantum à viro doctiſſimo diſſentio, quod per literas, quæ retrogrado ordine leguntur, Nymphis adſcriptas, ϘΕΟ ϘΟ, exiſtimem *Orgam* & *Obrimam* fluvios denotari, qui ambo apud *Apameam* in Mæandrum cadunt, non Nymphas *Oreadas*. & procul dubio lineola erecta, ex qua *beta* illud inverſum conſtitit, in numiſmate aut à tempore deleta fuit, aut à ſculptore non eſt animadverſa, legendumque ϘΒΟ. In nummo etiam Getæ circa Marſyam rupi inſidentem dextra cornu, ſiniſtra tibias tenentem in Theſauris Sereniſſimi M. Ducis legi, ΑΠΑΜΕΩΝ. Videtur tamen pro more Orientis & Ἀπαμηνὸς hinc formatum. Unde apud Avienum:

Apamenæ jugera terræ.

— Ἔστι καὶ Βιθυνίας, κτίσμα Νικομήδους τοῦ Ἐπιφανοῦς] *Apameæ Bithyniæ* extat nummus in Collectionibus Pyrrhi Ligorii, in quo figura Iſidis ſedens cum ſiſtro, & ſpicis & Sphynge conſpicitur, adſcriptum, ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΒΙΘΥΝ. In nummo Commodi rariſſimo circum leonem gradientem cum thyrſo & ciſta, ΙΕΡΑС ΑΠΑΜΕΩΝ. ſubtus, ΠΑΡΑ ΣΤΡΑΤΙ. ΝΙΚΙΑΝΟΡ. Apud Franc. Gotifredum vidi nummum, in cujus una parte circum caput muliebre turritum, ΑΠΑΜΕΙΑ, in averſa tres conſpiciuntur ſtatuæ conjunctæ, Solis, Lunæ & Temporis (forma tali, qualis eſt ſtatua quam, habet Eminentiſſimus Cardinalis Antonius Barberinus) circum in margine legitur, ΙΕΡΑ.

— Ἐκαλεῖτο δὲ πρῶτον Μύρλεα] Lege Μύρλεια, uti infra h. v. & Euſtathius ad Hom. Iliad. Δ. pag. 449. Ἀπάμη Ἀπάμεια. οὐ μόνον κύριον,

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ πόλεως ὄνομα τοῦ τε περὶ τὸν Κιανὸν κόλπον κειμένης, ἥτις καὶ Μύρλεια ἐκλήθη.

— Ἔστι καὶ τῆς Περσαίας] Salmaſius ad Solin. pag. 698. legit Περσίας, ſed non ſatisfacit. Quid ſi Παρθυαίας ſcribamus. Certe eam commemorat Strabo lib. XI. pag. 514.

ἈΠΑΣΙΑΚΑΙ, Μασσαγετῶν ἔθνος] Apud Strabonem lib. XI. pag. 513. Ἀπασιάτραι vulgo legitur: ſed MSS. Ἀσπασιάται & Ἀσπασιάκαι. Ad quem locum Caſaubonus Ἀπασιακαὶ legit, inductus hoc Stephani loco, in quo Strabo citatur. Sed apud Polybium lib. X. pag. 619. ter quoque legitur Ἀσπασιάκαι. ut conſtanti tot locorum codicumque ſcriptura Epitomatorem potius erraſſe exiſtimem, quam Strabonem ex Epitomatore corrigendum. Nomen hujus gentis apud Pomponium Melam etiam corruptum eſt lib. II. cap. I. ubi perperam *Axiacæ* pro *Apaſiacæ* vel *Aſpaſiacæ* ſcribitur.

— Κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὤξου] MS. ἀνὰ μέσον Ὤξου καὶ Ταναΐδος.

ἈΠΕΝΝΙΟΝ, ὄρος διὰ μέσης Ἰταλίας τεταμένον.

— Τὴν μέντε μέσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει] Verſus ſunt Dionyſii in Perieg. 340.

— Οὔρεα] Οὔρεα. Dionyſius.

ἈΠΕΣΑΣ, ὄρος τῆς Νεμέας] De hoc monte Statius lib. III. Theb. v. 460.

Mons erat audaci ſubductus in æthera dorſo,
Nomine Lernæi dicunt Apeſanta coloni,
Gentibus Argolicis olim ſacer.

Vide quæ de hoc monte commentetur Petrus Gyllius lib. II. de Boſphoro Thracio pag. 60.

— Διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων] Etymologus: ὄρος τῆς Νεμέας Ἀπέσας, ἀφέσας τις ὤν. ὅθεν ἀφίενται οἱ ἵπποι εἰς τὸν δρόμον τοῦ Νεμείου ἀγῶνος.

— Κοὐχ ὠδαρείων τῷ Ἀπέσαντι παρ Διὶ ἔθυσεν Ἀρκάδας ἵππους] Verſus illi corruptiſſimi ſunt. Locutus eſt ibi Callimachus de ſacrificio Perſei *Jovi Apeſantio* facto, uti ex Pauſania videre eſt, cujus hæc ſunt verba in Corinthiacis pag. III. Καὶ ταύτῃ καὶ ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν· ἔνθα Περσέα Διὶ πρῶτον θῦσαι λέγουσι Ἀπεσαντίῳ. *Eſt ſupra Nemean Apeſus mons: in quo Perſeum primum Jovi Apeſantio rem divinam feciſſe tradunt.*

ἈΠΙΑ, οὕτως οἱ νεώτεροι τὸ Ἄργος.

— Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρῳ] Scribe: ἐν Ἀχαϊκῶν δ. ut alibi hi libri citantur.

— * Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορωνέως] Tollatur aſteriſcus, locus enim integer, ni fallor.

— Ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάπτε καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας] Scribe Ἀπιδανῆας. Dionyſius in Perieg. v. 415.

Καδδὲ μέσην νῆσον, κοίλην χθόνα ναιετάουσι
Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες.

& ibi Euſtathius, & ad Homeri Iliad. A. pag. 102. Apollonius lib. IV. v. 263.

οἷοι δ' ἔσαν Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες.

Callimachus Hymno in Jovem. v. 14.

Ὠγύγιον καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες.

— Ἀπιδόνες δὲ καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἀπὸ Ἀπιδόνος ποταμοῦ] Ἀπίδανον non Ἀπιδόνα hunc fluvium vocat Scholiaſtes Apollonii.

— Ἢ ἀπὸ τοῦ υἱοῦ Φορωνέως Ἀπιδόνος] Legendum Ἄπεως, quemadmodum ipſe noſter infra eum vocat in Πελοπόννησος. vel Ἄπιδος, ut Scholiaſtes Apollonii & Euſtathius.

— Δημήτριος δὲ καὶ ποταμὸν Ἀπιδανὸν τῆς Τρῳάδος φησὶν ἐκβάλλοντα εἰς τὴν Ἑσπέρειον θάλασσαν] Sic ſupra v. Ἀντιγόνεια, πρὸς ἑσπέρῳ θάλασσα. Salmaſius legebat: εἰς τὸν Ἑλλήσποντον.

— Ὡς Τιμοσθένης] Salmaſius legebat, Δημοσθένης, qui *Bithynica* ſcripſit, & citatur noſtro ſæpius. Sed Τιμοσθένης tamen citatur infra in Ἀρτάκη, & quidem ſimul cum *Demoſthene*. Nihil ergo mutandum.

— Ἴστρος Ἀπίας] Salmaſius Ἀπίους.

ἈΠΟΚΟΠΑ, οὐδετέρως, κόλπος ἐν τῷ Ἀραβικῷ μυχῷ. Μαρκιανός] Ex ipſo *Marciano* legendum, ἐν τῷ Βαρβαρικῷ. neque enim in *ſinu Arabico*, ſed extra eum in mari Erythræo erat Βαρβαρικὸν πέλαγος, uti ex Arriano, Ptolemæo, Marciano videre eſt, & ſic ipſe Stephanus infra v. Βάρβαρος. Vide Arrianum in Periplo Mar. Erythr. & Salmaſium in Exercit. ad Solin. pag. 799.

ἈΠΟΛΛΩΝΙΑ, πρώτη πόλις Ἰλλυρίας] Epigramma vetus, quod jam ante protulimus ſupra, v. Ἀμαντία.

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα· τὰν ἐνὶ Πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας.

Hinc Apollo in hujus urbis nummis conſpicitur. In penu nummario Franc. Gotifredi à me notatus nummus Neronis, in quo circum Apollinem legebatur, ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΙΤΩΝ.

— Διακοσίων Κορινθίων ἀποικία] Thucydides lib. I. pag. 19.

— Ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε] Γυλακείαν, infra h. v.

— Δευτέρα, ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ] MSS. non habent has duas voces, ἐν νήσῳ. Putavi aliquando legendum, ἐν Πόντῳ. Sed nihil mutandum eſt, nam Strabo partem urbis in inſula fuiſſe docet, & Solinus vocat *inſulam Apolloniatarum*. Vide Salmaſium in Exercit. pag. 214.

— Γ, Μακεδονίας] Catalogus Urbium MS. Vatic. Bibl. Ἀπολλωνία πρὸς τῷ Ἄθῳ ὄρει κειμένη, νῦν Ἱερισσὸς καλουμένη.

— Ζ, πλησίον Λεοντίνων] Lege, Ἀλοντίνων. vel Ἀλουντίνων cum Philippo Cluverio lib. II. Sicil. Antiq. cap. 4. pag. 294. quem viſe.

— Θ, πόλις Μυσίας ἐπὶ Ῥυνδάκῳ ποταμῷ] Ita hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

hanc Apolloniam cognominatam fuiſſe etiam Strabo ſcribit lib. XII. pag. 575. Facem huic urbi præfert Franc. Gotifredi nummaria ſupellex. In qua extat M. Aurelii nummus, in quo circum figuram fluminis, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. ſub fluvio, ΡΥΝΔΑΚΟϹ legitur. Item alius L. Veri, in quo circum figuram Apollinis columnæ innixi, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΠΡΟϹ ΡΥΝΔΑΚΩ. Item tertius, ſed magnus, Antonini Caracallæ, in quo circum templum Apollinis, in cujus medio ſtatua Imperatoris Caracallæ, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. ſubtus, ΠΡΟϹ ΡΥΝΔΑΚΩ. Illuſtrat quoque hanc *Apolloniam ad Rhyndacum* præclarus plane Gallieni nummus in Gazis S. M. Ducis à me conſpectus, ſed ab ærufcatore imperito miſerandum in modum interpolatus, in quo circum templum cum ſtatua Imperatoris haſtata, ΑΠΟΛΛΩΝΗΑΡΩΝ, pro ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. ſubtus ΛΥϹΡΚs. literis partim deletis, partim mutatis; ubi olim fuerat, ΠΡΟϹ ΡΥΝ. ut veſtigia elementorum oſtendunt. Item alius ibidem inſignis valde M. Aurelii Antonini, in quo circum Apollinem à Victoria coronatum juxta tripodem, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΠΡΟϹ ΡΥΝΔΑΚΩ.

— ΙΑ, Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπάρισσόν φησι, διὰ τὸ πολλάς] Aliter quam Didymus Scholiaſtes Homeri MS. in Bibl. Med. ad hunc Homeri locum Iliad. B. v. 519. Κυπάρισσος, ἡ νῦν Ἀπολλωνιὰς, ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ υἱοῦ Μινύου.

— ΙΕ, Λιβύης, ἡ Κυρήνη ἐκαλεῖτο] Immo ἐπίνειον, ſive navale erat Cyrenæorum, ut docent Strabo, lib. XVII. pag. 837. & Ptolemæus lib. IV. Geogr. cap. 4.

— ΙΖ, Πισιδίας, ἡ πρότερον Μορδιαῖον] Athenæo lib. III. pag. 81. hæc Apollonia ἡ Μόρδιος dicitur appellata, qui optima Cydonia ibi proveniſſe quondam refert. Τὰ δὲ Μορδιανὰ καλούμενα, γίνεται μὲν κάλλιστα ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Μορδίῳ λεγομένῃ. *Quæ Mordiana vocant, & optima ſpecioſiſſimaque naſcuntur Apolloniæ, quam Mordiam nominant.*

— Ἡ πάλαι Ἐλεύθερα, Κλίνου πατρίς] Exiſtimo legendum, Ἐλεύθεραι Λίνου πατρίς. Vide infra in Ἐλεύθεραι.

ἈΠΌΛΛΩΝΟΣ, νῆσος ἐν Λιβύῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀπολλωνησίτης] Iſ. Caſaubonus, Ἀπολλωνονησίτης.

ἈΠΌΛΛΩΝΟΣ, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.

— Δευτέρα, ἡ μεγάλη ἐν Αἰγύπτῳ] Ad Nilum ſita fuit, ubi Crocodilos venabantur & comedebant. Plutarch. in lib. de Iſ. & Oſyr. pag. 371.

ἌΠΡΟΣ, θηλυκὸν, πόλις Θρᾴκης] Ἄπρως Nicetæ Curopalatæ aliiſque, qui Notitias Epiſcopales ſcripſere. Catalog. Urbium MS. Vat. Ἄπρως, ἡ νῦν Θεοδοσιούπολις· παρὰ Ἄπρου τοῦ πενθεροῦ Κάρου κληθεῖσα. Colonia fuit facta temporibus Antonini Pii Imp. ut ex nummo ejus docet Pyrrhus Ligorius, in quo COL. APROS. TITIA. ÆLIA. HADRIANA. ANTONINA. AUGUSTA.

— Τὰ ἐθνικὰ, Ἀπραῖος] Salmaſius, Ἀπραῖος καὶ Ἄπριος.

ἌΠΤΕΡΑ, πόλις Κρήτης, ἀπὸ τῆς τῶν Μουσῶν καὶ Σειρήνων ἔριδος] Etymologus eadem dicit, quæ hic, ſed brevius. Ἄπτερα, πόλις Κρήτης· ὅτι αἱ Σειρῆνες ποτὲ πρὸς τὰς Μούσας εἰς ἔριν ἐλθοῦσαι καὶ ἡττηθεῖσαι, ἐκεῖ τὰ πτερὰ ἀπέβαλον. Tzetzes contra, ut ſolet, largius, quem de certamine Sirenum cum Muſis viſe ad Lycophronem pag. 107. Euſebius in Chronico n. 514. urbem hanc dicit conditam ab rege *Aptera*, Κρήτης ἐβασίλευσεν Ἄπτερος καὶ τὴν πόλιν ἔκτισεν. Pauſanias idem tradit in Phocicis pag. 618. niſi quod hunc conditorem appellet Πτεραν. quæ procul dubio fabulis præponenda ſunt. De *Aptera* Cretenſium Principe vide Parthenii Erotica cap. LXXXV.

— Αἱ δὲ πλησίον νῆσοι, Λευκαί. οἱ δὲ ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Κυρηναίου] Salmaſius quærit, utrum Λευκαὶ à Glauco nonnullis appellatæ fuerint, quia Heſychius Γλαυκὸς, λευκὸς interpretatur.

— Ὁ πολίτης, Ἀπτεραῖος] Corruptum eſt hoc gentile apud . . . . ubi hodie mendoſe αἰγεραίαν legitur pro Ἀπτεραίαν. Sed integrum extat apud Pauſaniam lib. IV. pag. 154. ubi τοξοτῶν Ἀπτεραίων. Memini etiam me vidiſſe nummum, in quo legebatur, ΑΠΤΕΡΑΙΩΝ.

— Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀπτερεύς] Apud Heſychium male legitur Ἀπταρεύς, pro Ἀπτερεὺς, ὁ ἀπὸ Κρήτης. Ἄπτερα γὰρ πόλις Κρήτης.

ἈΡΑΒΊΑ, ἡ χώρα, ὡς Αἰθιοπία.

— Ἢ διὰ τὸ μηδένα Ἑλλήνων διασκευάσασθαι τὴν αὐλητικήν] Hinc ὑβριστικὴ appellatur à Proclo, ideoque à Minerva repudiata.

— Διαχμῆς] Δραχμῆς.

— Ἀράβιος] MSS. Ἀράβιος καὶ Ἄραβος, & hoc poſtremo utitur Virgilius lib. VII. Æneid. v. 605.

Hyrcaniſque Arabiſque parant.

ἈΡΑΒΙΣ, ποταμὸς Ἰνδικῆς ἐν αὐτονόμῳ χώρᾳ] Hic fluvius infra vocatur Ἄρβις. & ſic etiam Euſtathio ad Dionyſ. pag. 134.

— Περὶ ὃν οἰκοῦσιν Ἀραβῖται] Arriano in Indicis: Ἀράβιες.

ἈΡΆΒΥΖΑ, πόλις τῆς Καυκωνίδος, ἥτις νῦν Πεσινῆς] MSS. Πεσινοῦς.

ἌΡΑΔΟΣ, νῆσος Φοινίκης.

— Τρίτη Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀράδιος] Reperi in nummo Titi apud Franc. Gotifredum, ſub tauro currente, ΑΡΑΔΙΩΝ. & ſupra, ΒΝΤ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ut & in alio Trajani apud S. M. Ducem, ſub ſigno Fortunæ, aut Providentiæ ſedentis, ſupra cujus dextram, ΔΩΤ. & in alio Heliogabali, apud eundem, circum arborem cupreſſum, ut videtur, ſive palmam, cum duobus leonibus duobuſque ſignis militaribus. Laudatur quoque in Collectionibus à Pyrrho Ligorio nummus Alfonſi Ducis Ferrariæ antiquus, in cujus parte antica conſpicitur caput muliebre turritum, in averſa Victoriæ ſignum, cum nomine, ΑΡΑΔΙΩΝ. & ante eam legitur, ΗΛΕΑΘΕΡ.

ΑʹΡΑΖΟΣ, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ] Ἄρακος Arriano, & ex eo Anonymo, licet vulgo apud eum vitioſe τὸ νάρακον edatur, pro τὸν Ἄρακον, uti expreſſe utrobique in MS. legitur.

— Ὡς Σαβάζιος] De hac voce monebimus infra in Σαβοί. Eſt cognomen Bacchi: pro quo legitur, ſed monſtroſe corruptum, etiam apud Ptolemæum.

ΑʹΡΑΙΘΥΡΕʹΑ, οὕτως ἡ Φλιοῦς πάλαι] Idem habet infra in Φλιοῦς, & Strabo lib. VIII. pag. 382. *Aræthyream*, poſtea *Phliaſiam* dicit appellatam.

— Ὅμηρος· Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινήν] Iliad. B. v. 571.

— Παυσανίας δευτέρῳ] Lib. II. pag. 107. Citat autem hunc Ethnicographi noſtri locum Euſtathius ad Iliad. B. pag. 291.

— Τούτους Φλιάσιοί φασι θήρας ἐμπείρους γενέσθαι] Apud Pauſaniam legitur: τούτους φασὶ Φλιάσιοι θηράσαι τε ἐμπείρους γενέσθαι. ſed ſenſus idem eſt.

— Καὶ Ἀραθυρέηθεν] Scribe, Ἀραιθυρέηθεν. quod extat apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 115.

Φλείας δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν Ἀραιθυρέηθεν ἵκανεν.

qui verſus dicto loco à Pauſania adducitur. Cæterum apud Scholiaſten Apollonii ad illum verſum male legitur: Φλιοῦσα, ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου καὶ Χθονοφύλης, pro Φλιοῦς, α ex ſequenti voce perperam repetito. Caſtigandus ibidem Scholiaſtes ipſe, quod Aſopum, Bœotiæ fluvium, ποταμὸν Θηβῶν in *Aræthyrea* naſci dicat. Illud enim niſi de Aſopo Peloponneſi, prope Sicyonem, verum eſſe non poteſt.

ΑʹΡΑʹΙ, Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς.

— Πρὸς τοὺς Πενταπολίτας] Vide, quæ notata ſupra in Ἀκύφας.

ΑʹΡΑʹΚΥΝΘΟΣ, ὄρος Βοιωτίας] Euſtathius ad Dionyſium pag. 62. dicit *Aracynthum* Ætoliæ montem. Αἰτωλικὸν ὄρος ὁ Ἀράκυνθος.

— Καὶ Ἀρακινθία] Ἀρακυνθία.

ΑʹΡΑΝΤΙʹΑ, πόλις, ἡ ὕστερον Φλιοῦς, ἀπὸ τινος Ἄραντος αὐτόχθονος] Hæc ſi libet cognoſcere, viſe Pauſaniam lib. II. pag. 107.

ΑʹΡΑΞΑ, πόλις Λυκίας] Concilio Chalcedonenſi interfuit, Leontius Ἀράξων.

ΑʹΡΑʹΞΗΣ, ποταμὸς Ἀρμενίας καὶ Θετταλίας] Locus hic male tranſcriptus eſt à Scholiaſte Epigr. Græc. pag. 436. ubi, Ἀράξης, ποταμὸς Ἀρμενίας καὶ πόλις Θεσσαλίας κατὰ Στέφανον. cum de urbe *Theſſaliæ* nihil apud noſtrum extet.

— Οὕτω γὰρ ὁ Πηνειὸς ἐκαλεῖτο] Thermodo n etiam appellatus *Araxes*, ſi fides Metrodoro apud Apollonii Scholiaſten lib. IV. v. 133. ὁ δὲ Ἀράξης, ποταμὸς Σκυθίας. Μητρόδωρος δὲ ἐν πρώτῳ τῶν περὶ Τιγράνην τὸν Θερμώδοντα Ἀράξην φησὶ λέγεσθαι.

— Ἐκ τοῦ ἀράξαντος] Forte legendum, ἐκ τοῦ ἀράσσειν. Etymologus. Ἀράξης, ποταμός· παρὰ τὸ ἀράσσειν. vide & infra, in Ἀσκάλων.

ΑʹΡΑΧΝΑΙ͂ΟΝ, ὄρος Ἄργους.

— Ἀμυχναῖον] Lege, Ἀμυκλαῖον.

ΑʹΡΑΧΩΣΙʹΑ, πόλις οὐκ ἄποθεν Μασσαγετῶν.

— Ἥτις καὶ Κωφὴν ἐκαλεῖτο] An hic eſt Κωφὴν fluvius, de quo Euſtathius ad Dionyſium pag. 136.

ΑʹΡΑΧΩΤΟΙʹ, πόλις Ἰνδικῆς, ἀπὸ ποταμοῦ Ἀραχώτου] Immo gens & regio integra. vide ſupra v. Ἀλεξάνδρεια.

ΑʹΡΒΑʹΚΗ, πόλις ἐν Κελτιβηρίᾳ, ὡς Ἴβας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρβακαῖος] *Arebaci* Plinio lib. III. cap. 3. & S. Hieronymo. Pyrrhus Ligorius *Arbacaorum* municipium ex Auguſti Cæſaris nummo commemorat, in quo taurus ad aram cum Duumviris M. Lubentio Surdino & C. Julio Torquato Criſpino.

ΑʹΡΒΑʹΝΙΟΝ, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ.

— Ἀρβάκιος ἀκτή] Legend. Ἀρβάνιος.

ΑʹΡΒΑΞΑΝΟΙʹ, ἔθνος Λιγυστικόν] Vide infra vv. Εὔοι & Ἰψίκουροι.

— Παρέπλεον δὲ τὴν χώραν τὴν μὲν πρώτην ἔρημον, ἣν ἐνέμοντο Ἰψίκοροι, καὶ Ἀρβαξανοί] Locus eſt Theopompi, ut colligitur infra in Ἰψίκουροι, ubi pars illius, addito Theopompi nomine, adducitur. Nam pro Ἰψίκοροι hic legendum Ἰψίκουροι, ut ibi ſcribitur.

ΑʹΡΒΕʹΛΗ, πόλις Σικελίας] Suidas. Ἀρβέλαι. πόλισμα Σικελικὸν ἡ Ἀρβέλη. οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ἐκεῖσε ἐδόκουν διεξαπάτητοι εἶναι. καὶ παροιμία· τί οὐ γενήσῃ ἰὼν εἰς Ἀρβέλας; *Arbelæ, oppidulum Siculum. Qui vero illic habitabant, facile decipi putabantur. Unde proverbium. Quid non evades profectus Arbelas?* & hinc forte corrigendus Heſychius, apud quem, Ἀρχυπνίς, ἑορτὴ Διονύσου ἐν Ἀρβήλῃ, pro Ἀρβέλῃ.

ΑʹΡΒΗΛΑ, πόλις Περσική, ἀπὸ Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως. Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ] In Strabonis loco lib. XVI. pag. 737. verſio Latina corrigenda eſt, in qua perperam Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμόνεως, quod hic etiam occurrit, *ab Arbelo Athmonei filio*, redditur; cum reddendum ſit, *ab Arbelo Athmonenſi*, vide ſupra v. Ἄθμονον.

ΑʹΡΒΙΣ, ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς] Idem hic fluvius ſupra Ἄραβις dicitur.

— Ἔθνος, Ἄρβιος ἢ Ἀρβίτης] Legendum, Ἄρβιες ἢ Ἀρβῖται. Arriano in Indicis pag. 184. Ἀράβιες. Dionyſio Ἄρβιες in Perieg. v. 1096.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Ῥείτας τ', Ἀρβάς τε, λινοχλαίνους τ' Ἀρραχώτας.

tranſpoſitione literarum ob verſum. ut apud eundem Κρέπαθος pro Κάρπαθος, aliaque ſimilia. Regio circa hunc fluvium Ἀραβικὴ Arriano dicitur in Periplo maris Erythræi pag. 13. ubi nollem Stukium conjeciſſe pro Ἀραβικῆς, quod genuinum, Ἀρακῆς legendum.

— Ἄρβιος] Ἄρβιον.

ἈΡΒΟΥΚΑΛΗ, πόλις μεγίστη τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ, ἣν μόλις εἷλεν Ἀννίβας] Scholiaſtes Græcus Anthologiæ ad Epigramma, quod eſt Ἰωάννου τοῦ Βαρβουκάλου in Beryti incendium lib. I. pag. 151. ineptit, ut Græculus: Βαρβουκάλου· ἐθνικόν ἐστιν ὄνομα. Βαρβουκάλη γὰρ πόλις ἐν τοῖς (ſcribe, ἐντὸς) Ἴβηρος τοῦ ποταμοῦ, Πολυβίου καὶ Στεφάνου μαρτυρούντων. non enim Βαρβουκάλη, ſed Ἀρβουκάλη legerat apud noſtrum.

— Ὡς Πολύβιος τρίτῃ] Princip. lib. III. pag. 169.

ἈΡΒΩΝ, πόλις Ἰλλυρίας] Pyrrhus Ligorius Claudii Imperatoris nummum ſibi viſum aſſeverat, in quo ſcriptum circum aram, COL. CLAUDIA. H. ARBONA. AUGUSTA. literam autem H. explicat *Hiſpala*. fides ſit penes ipſum.

ἈΡΓΑΙΟΥΣ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ.

— Ἔστι καὶ πρὸς τῷ Κανώβῳ μικρὰ νῆσος Ἀργαίου] Mox ſcribitur Ἀργέου νῆσος, quare & hic quoque Ἀργέου reponendum.

ἈΡΓΑΝΘΩΝΙΣ, ὄρος Μυσίας ἐπὶ τῇ Κίῳ] Scholiaſtes Apollonii pag. 58. Ἀργανθώνειον, ὄρος τῆς Κίου.

— Ἀπὸ Ἀργάνθωνος Ῥήσου γυναικός] Ἀργανθώνη dicitur Antonino Liberali Metamorph. cap. XXVI. Suidæ v. Ἀργανθώνη· Euſtathio ad Dionyſium pag. 46. ubi quidam Μυσὸς, υἱὸς Ἀργανθώνης τῆς γυναικὸς τῆς Ὀρεστείου, dicitur.

— Καὶ Ἀργανθὼν καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὸ ὄρος] Sic Etymologus h. v.

— Τὸ κτητικὸν, Ἀργανθώνειος] Sic Apollonius Rhodius lib. I. v. 1178.

Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο.

Infra v. Σίρβων occurrit & Ἀργανθώνιος. Orpheus v. 665.

— — ἀμφὶ δὲ κνάμος Ἀργάνθου κατέφαινε.

ἈΡΓΕΝΝΟΥΣΑ, νῆσος πρὸς τῇ Ἠπείρῳ τῆς Τρωάδος] Harpocration: Ἀργινοῦσαι, νῆσοι κείμεναι ἔναντι τῆς Λέσβου, ἀπὸ Ἀργίνου τινός. Strabo etiam Ἀργινούσας vocat, & numero tres commemorat lib. XIII. pag. 615. Suidæ ſingulari numero, & mutato accentus loco, Ἀργίνουσα νῆσος, dicitur. Similiter Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas pag. 211. Ἡ Ἀργίνουσα πόλις τῆς Αἰολίδος ἀντικρὺς δὲ Λέσβου κειμένη, καὶ Μανίας καλουμένης ἄκρας. & pag. 245. Ἡ Ἀργίνουσα κώμη ἦν τῆς Αἰολίδος.

— Παρὰ τὸ Ἀργεννὸν ἀκρωτήριον] Strabo lib. XIII. pag. 644.

— Ἀφ' οὗ Ἀργεννόεις· καὶ κατὰ συναίρεσιν, Ἀργεννοῦς] Hoc nomen Straboni reſtituendum exiſtimo lib. XIII. pag. 622. ubi Eleaticum ſinum inter Hydram & Ἀρμάτουντα promontoria incluſum docet. Ego Stephani auctoritate Ἀργεννοῦντα repoſuerim: certiſſimum enim, hoc eſſe Ἀργεννὸν promontorium Ptolemæi. Stephanus autem hoc loco teſtatur Ἀργεννὸν & Ἀργεννοῦντα unum eundemque locum eſſe.

— Καὶ Ἀργεννοῦσαι] Immo Ἀργίνουσαι. vide, quæ notata ante.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀργεννούσιος· Ἀνδροτίων ἐν τετάρτῳ διὰ τοῦ ι] Cl. Salmaſius volebat: διὰ τοῦ τ. nempe Ἀργεννούντιος, quod non probo.

ἈΡΓΙΛΟΣ, πόλις Θρᾴκης] Extat & apud Herodotum lib. VII. cap. 115. & in Collectionibus Pyrrhi Ligorii habetur nummus T. Ælii Antonini, in cujus averſa parte Fama alata, gradiens, pedibus itidem alatis & tubam inflans, & ſubtus: ἌΡΓΙΛΟΣ.

— Ὡς Θουκυδίδης ὀγδόῃ] *Thucydides* Libro quarto *Argiliorum* meminit: *octavo*, quod quidem obſervarim, non item.

— Ἐπειδὴ ὑπὸ Θρᾳκῶν ὁ μῦς Ἄργιλος καλεῖται] Heraclides in Excerpt. Polit. Ἄργιλον τὸν μῦν καλοῦσι Θρᾷκες, οὗ ὀφθέντες πόλιν κατὰ χρησμὸν ἔκτισαν καὶ Ἄργιλον ὠνόμασαν. *Thraces murem Argilum vocant. Itaque quod viſo mure, urbem ex oraculi monitu condidiſſent, Argilum eam dixerint.*

ἌΡΓΟΣ, διασημοτάτη πόλις Πελοποννήσου.

— Διὰ τὸ Ποσειδῶνι νομὴν ἵππων ἀποδειχθῆναι] Euſtathius ad Homeri Odyſſ. γ. pag. 1465. διὰ τὸ εἰς νομὴν ἵππων ἀνατεθῆναι τῷ Ποσειδῶνι.

— Εἶτα, Ἴασον] Lege, Ἴασος, infra v. Ἰασός· Ἴασος δὲ τὸ Ἄργος. ſic autem dictum fuit ab *Iaſo Ius* poſterioris patre, de quo vide, quæ ex Apollodoro & Pauſania notat Scaliger ad Euſebium pag. 29.

— Καὶ Δίψιον, διὰ τὴν δίψαν τῶν ὑδάτων] *Siticuloſum Argos.*

— Δευτέρα, Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν] Hoc eſt Ἄργος Πελασγικὸν Homeri, infra v. Πελασγία.

— Τρίτη, Θεσσαλίας] Catal. urbium MS. Vat. Ἄργος Θετταλικὸν, ἡ νῦν Λάρισσα.

— Ἑβδόμη, κατὰ Μακεδονίαν] Τὸ ἐν Ὀρεστείᾳ. unde Macedones olim Ἀργεάδαι dicti, teſte Appiano in Syriacis pag. 129.

— Ἑνδεκάτη, ἡ Φαιάκων Ὑπέρεια] *Corcyram* dictam fuiſſe *Argos* teſtatur Euſtathius ad Dionyſium pag. 70. Ἥ τε Φαιακὶς πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, περὶ ἧς καὶ τῷ Διονυσίῳ νῦν ὁ λόγος, ἡ καὶ Φαιακία καλουμένη, καὶ Σχερία, καὶ Δρέπανον, καὶ Ἄργος.

— Καὶ Ἀργειῶπις] Lege, Ἀργειώτης, & ſic Salmaſius.

— Ἐν μέσῳ τῷ νῦν] MSS. ἐν μέσῳ τῷ νῦν χρόνῳ.

— Ἡρακλεῖς τε] Caſaubonus & Salmaſius Ἡρακλεῖδαι.

ἌΡΓΟΥΡΑ, πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον Ἄργισσα] *Argiſſa* vocatur Homero Iliad Β. v. 738. ad quem locum adeundus Euſtathius. pag. 333. à quo & hæc Stephani verba adducuntur.

— Ἔστι καὶ τόπος τῆς Εὐβοίας Ἄργουρα] Harpocration Ἄργουσα, & ſic etiam Suidas: ſed Euſtathius, ut noſter, Ἄργουρα. Unde Mauſſacus recte apud Harpocrationem legendum contendit Ἄργουρα.

— Διὰ τὸ προσκυροῦν τὰ πεδία] Euſtathius d. l. τοῖς πεδίοις.

— Καὶ Ἀργούριος, τὸ ἐθνικόν] Pyrrhus Ligorius nummum Auguſti laudat, (modo tamen is fuerit genuinus) cum Apolline & Neptuno, cui inſcriptum, ΑΡΓΟΥΡΑΙΩΝ.

ἌΡΓΕΝΝΟΣ, υἱὸς τῆς Λεύκωνος] Ordo literarum poſtulat, ut legatur Ἄργυννος. Et MS. opt. & vetuſtiſſ. Ἄργυννος, υἱὸς τῆς Πισιδικῆς τῆς Λεύκωνος. ſed ἀργεννὸν, τὸ λευκὸν, ab ἀργὸς, ut docet Euſtathius ad Iliad. Γ. ubi bis reperitur. Vide etiam Etymologicum. Ἄργυννος autem hic legendum patet ex Athenæo, lib. XIII. pag. 603. Ἀγαμέμνονά τε Ἀργύννου ἐρασθῆναι λόγος, ἰδόντα ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ νηχόμενον, ἐν ᾧ καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν (συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο) θάψας, εἵσατο καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἀφροδίτης Ἀργυννίδος. *Argynnum in Cephiſſo natantem Agamemnon cum vidiſſet, ejus amore correptum fuiſſe fama percrebuit, frequenter enim in eo ſe flumine abluebat. Itaque vita functum ad Cephiſſum illum humavit Agamemnon & ibidem Veneris Argynnidis templum ædificavit.* Denique Clemens Alexandr. Admonit. ad Gent. pag. 24.

— Ἀφ' οὗ Ἀργεννίδα τὴν Ἀφροδίτην ἐτίμησε] Lege, Ἀργυννίδα. Vide Paullum Leopardum lib. IV. Emend. cap. 4.

ἈΡΓΥΡΙΝΟΙ, ἔθνος Ἠπειρωτικόν] Suidas Ἀργυρῖνοι. Tzetzes ad locum Lycophronis, qui paullo poſt adducitur, pag. 161. reprehendit Interpretes, qui *Argyrinos*, cum deberent in *Sicilia* ponere, in *Epiro* collocant, neſcientes, inquit, ὅτι τὸ Ἀργύρρυον πολίχνη Σικελίας ἐστίν, ὅθεν ἦν ὁ συγγραφεὺς Διόδωρος.

ἈΡΓΥΡΙΠΠΑ, πόλις τῆς Δαυνίας κατὰ τὸν Ἰώνιον Κόλπον. Λυκόφρων] In Alexandra pag. 99.

— Διομήδης μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰλίου ἐτείχισε] De Diomede videnda, quæ congeſſit Pindari, Scholiaſtes Nemeis, pag. 416.

— Καὶ μετωνόμασεν Ἄργος Ἵππιον] Idem tradit Strabo lib. VI. pag. 283. aliique. Apud Tzetzem ad dictum Lycophronis locum mendoſe legitur Ἄργος Ἵππειον, pro Ἵππιον.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀργυριππανός] Infra tamen v. Χρύσιππα, legitur Ἀργυριππανός· quomodo hic reſcribendum exiſtimo ob ſequens, Ἀργυριππηνός· & illud Χρυσιππανός. Polybius lib. III. pag. 239. regionem circum *Arpos* appellat Ἀργυριππανὴν, uti recte reſtituit Philippus Cluverius lib. IV. Ital. Antiq. cap. 12. & ante illum Paullus Leopardus lib. V. Emendat. cap. 16. pro Ἀργυππανὴν, quod in Caſauboni editione legitur.

ἈΡΔΕΑ, κατοικία τῆς Ἰταλίας.

— Αὕτη Τροία ἐλέγετο, ὡς Χάραξ] Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. I. Antiq. pag. 43. teſtatur caſtra, ſive χάρακα, quæ apud Laurentum, in Italia, primo poſuit Æneas, *Trojam* ab eo fuiſſe appellata. Unde neſcio, an non ejus locum reſpexerit, & male detruncaverit hic Stephanus.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδιαῖος] Apud Strabonem lib. VII. non ſemel mutatum perperam hoc gentile in Σαρδιαῖος, uti notabimus infra v. Σάρδος.

ἈΡΕΘΟΥΣΑ, πόλις Συρίας] Apud Epiphanium Hær. LXXIII. cap. 22. occurrit Marcus Epiſcopus Ἀρεθουσίας.

— Ἔστι καὶ Ἰθάκης] Hujus meminit & Plutarchus, libello: *Philoſopho cum Principibus viris eſſe diſputandum*, pag. 776.

— Παρ' Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ] Homeri ex Odyſſ. Ν. verſus 408. quem locum de fonte Sami explicat Theocriti Scholiaſtes ad Idyll. I. pag. 20. aliter atque hic.

— Αὕτη Κύπαιρα ἐλέγετο] Aliter Heſychius, qui de *Arethuſa Sicilia*: Κύπαιρα, ἡ ἐν Σικελίᾳ κρήνη Ἀρέθουσα.

— Ἀρέθουσαι δέ εἰσιν ὀκτὼ] Scholiaſtes vetus ad dictum Homeri locum tantum quatuor enumerat: Ἀρέθουσαι δὲ τέσσαρες, ἐν Συρακούσῃ, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, καὶ ἐν Ἰθάκῃ. Stephanus hic ènumerat quinque, quibus ſi addas τὴν ἐν Σμύρνῃ, cujus meminit Didymus, modo is verus ſit, ſex erunt. Τῆς ἐν Σμύρνῃ meminit etiam Euſtathius ad dictum Odyſſeæ locum pag. 1746.

— Πᾶσα κρήνη ἐπιθετικῶς οὕτω λέγεται] Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. I. pag. 20. affirmat idem ex Epaphrodito· Χαριέντως δὲ καὶ Ἐπαφρόδιτός φησιν, ὅτι Ἀρεθούσας καλοῦσι τὰς κρήνας.

ἌΡΕΙΑ, &c. καὶ τόπος] Eſt magna Perſidis provincia verſus Indiam, de qua Iſidorus Characenus, Ptolemæus, Strabo, aliique; ejus autem gentile non ſolum Ἄρειος, ſed & Ἀρειανός, uti patet infra vv. Κάσπειρος & Σώτειρα.

ἌΡΕΙΟΣ ΠΑΓΟΣ, ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν] Πάγος hic non eſt Latinorum *Pagus*, ſed *Rupes*, *Saxum*: Æſchylo Πέτρα, qui in Eumenidibus. v. 692.

Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἐστ' ἐπώνυμος
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος.

Marti autem ſacrificarunt, unde nomen obtinet
Petra & Areopagus.

quod exprimere voluit Ennius pariter in Eumenidibus, apud Varronem l. VI. de L. L. ſed non ſatis feliciter, ſi vera Scaligeri conjectura: vult enim ſcripſiſſe Ennium, *Areopagiticam ea de re vocant petram.* Ovidio *Scopulus* lib. VI. Metam. v. 70.

Cecropia Pallas ſcopulum Mavortis in arce
Pinxit, & antiquam de terræ nomine litem.

Stephano recte Ἀκρωτήριον. Fuit enim Ἄρειος Πάγος Athenis, quod Ἀκροκόρινθος Corinthi, Ἰθώμη Meſſenæ, *Saxum Tarpejum* Romæ. Tzetzes Πάγον etiam Ἀκρωτήριον reddit ad Lycophronem. Apud Lucianum in *Bis accuſato*, ubi Mercurius cum Juſtitia iter faciens Athenas, ſic cum illa loquitur: ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἤδη πλησιάζομεν τῇ Ἀττικῇ. ὥστε τὸ μὲν Σούνιον ἐν δεξιᾷ καταλείπωμεν, ἐς δὲ τὴν Ἀκρόπολιν ἀπονεύωμεν ἤδη. καὶ ἐπείπερ καταβεβήκαμεν αὐτὴ μὲν ἐνταυθοῖ που ἐπὶ τοῦ πάγου καθῆσο τὴν Πνύκα ὁρῶσα καὶ περιμένουσα ἐς ἂν κηρύξω τὰ παρὰ τοῦ Διός. *Sed dum ſic loquimur Atticæ jam appropinquamus. Quare, Sunio ad dextram relicto, ad Acropolin jam hinc declinemus. Ac poſtquam deſcendimus, ipſa quidem alicubi hic in rupe conſide, Pnycem verſus proſpiciens exſpectanſque donec ea, quæ ſunt à Jove mandata, proclamavero.* ſic enim ἐπὶ τοῦ πάγου vertendum, non, ut male interpretes, *ſuper vicum*, aut *ſuper campo*. Sic in Elide fuit Κρόνου ſive Κρόνιος πάγος. Pindarus Olympiis Od. X. καὶ πάγον Κρόνου προσεφθέγξατο. *& rupem Saturniam appellavit.* quem Od. VI. πέτραν ἀλίβατον Κρονίου· *rupem excelſam Cronii.* & Od. VII. Κρόνου λόφον· *Saturni collem* appellat. Fluxiſſe hinc denominationem τοῦ *pagus* apud Latinos, auctor Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. IV. Antiq. pag. 220. quod Servius Tullius, diviſo in certas portiones agro, conſtitutiſque in montanis natura munitis tumulis tutis refugiis, quo ſeſe agreſtes ſub adventum hoſtium ex agris reciperent, illa loca munita, ſive caſtella, in montibus poſita Græca appellatione *pagos* dixerit. Sed conſule de vero ſignificatu hujus nominis Franciſcum Guillimannum lib. I. Helv. cap. 2. additis, quæ de Areopago notavit Joſephus Scaliger ad Euſebium pag. 31.

— Θυγατέρα. τὸ ἐθνικὸν ἐστὶ Ἀρειοπεδιεύς] Adde poſt Θυγατέρα ex MSS. τὸ ἐθνικὸν ἐκ δύο ἕν, Ἀρεοπαγίτης. ἔστι δὲ ἐν Ῥώμῃ Ἄρειον πεδίον. τὸ ἐθνικὸν ἐστὶ Ἀρειοπεδιεύς. Henricus Valeſius agnovit hanc lacunam, & explere conatus eſt in notis ad Excerpta Polybii pag. 35.

— Ἀλλ' οὐχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος] Immo Ἀθηναίοις. annotaverat in Codicis ſui ora Iſaacus Caſaubonus.

ἌΡΕΟΣ ΝΗ͂ΣΟΣ, περὶ τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἄρειος, ἐξ ἑνὸς τοῖν δυοῖν παρηγμένων] Immo contrarium, ἑνὸς ἐκ δυοῖν παρηγμένος.

ἈΡΗ͂ΝΑΙ, δύο πόλεις Μεσσήνης καὶ Τελφυλίας] Scholiaſtes vetus Apollonii ad lib. I. Argon. v. 471. Ἀρήνη πόλις Πελοποννήσου. νῦν δὲ Γεράνα λέγεται, ὥς φησι Πείσανδρος. Conſule eundem ad lib. I. v. 152. & Euſtathium ad Homeri locum, qui mox adducitur pag. 296. apud quem verſu ultimo corrupte legitur Μηνυῶν, pro Μινυῶν. Adeundus ſuper hac urbe Pauſanias in Meſſeniacis pag. 218.

— Ὅμηρος] Iliad. B. v. 591.

— Τὸ τοπικὸν, Ἀρηνῆθεν] Extat hoc τοπικὸν bis apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 152. & 471.

ἌΡΗΣ, Ἄρητος, ὡς Μένδητος, χωρίον Εὐβοίας.

— Ἀγχήσιος] Puto ſcripſiſſe, Φαγχήσιος· aut Ἀγορήσιος. quamvis alterum pro exemplo aptius ſit: Φάγχης enim Φαγχήσιος, ab Ἀγορησὸς autem Ἀγορήσιος. Φάγχης igitur ut Ἄρης.

ἌΡΙΑ, θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως, Περσικὴ χώρα.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἄρειοι] Et Ἀρηνοί, ut patet infra vv. Κάσπειρος. Ῥοίπα. Σώτειρα. Utrumque adſtruit Euſtathius ad Dionyſii Periegeſin pag. 135.

ἈΡΙΑΡΆΘΕΙΑ, πόλις πλησίον Καππαδοκίας] *Armeniæ Secundæ* adſcribitur in Notitia Hieroclis & Concilio Chalced. meminit illius & Baſilius M. Epiſt. 237. ſed Ἀραραθίαν vocat: ubi & poſſeſſivum occurrit Ἀραραθινός. Adſcribitur etiam *Armeniæ Secundæ*, in L. 10. Cod. de Agricolis & Cenſitis & Colonis. *Comanenſium & Ariaratenſium Armeniæ Secundæ, Amaſenorum Helenoponti & Diocæſarienſium Cappadociæ Secundæ urbes.* Nam ſic omnino legendum, non uti vulgo editur, *Ariaratenſium & Armeniæ Secundæ*; interjecta perperam copulativa.

ἈΡΊΝΔΗΛΑ, τρίτης Παλαιστίνης] Ordo literarum poſceret, ut ſcriberetur Ἀρινδηλα vel Ἀρίδηλα. ſed apud Hieroclem, & in alia Græc. Notitia Orientis MSta. Ἀρίνδηλα quoque legitur. In actis Conciliorum Epheſ. & Chalced. varie vitiatum legitur hujus urbis nomen, & modo Ἀρίβηλα, modo Ἀρίβδηλα dicitur. Rurſus in antiquiſſimo codice MSto. Verſionis Latinæ *Ariadila* appellatur: in Notitia vero Utriuſque Imperii Dignitatum pag. 216. *Arieldela.*

ἈΡΊΚΕΙΑ, πόλις Λατίνων· Διονύσιος ἐν πέμπτῃ ἐπιτομῆς ς.] Delenda nota ς. male repetita ex præcedentis vocis ultima litera.

— Ὁ πολίτης, Ἀρικηνός] Immo, Ἀρικῖνος.

ἌΡΙΜΑ, Ὅμηρος] Locus eſt in Iliad. B. v. 783.

— Οἱ μὲν ἐν Κιλικίᾳ, οἱ δὲ ἐν Συρίᾳ, οἱ δὲ ἐν Πιθηκούσαις περὶ Τυῤῥηνοῖς φασι μυθεῖσθαι τὸν μῦθον] Similia his, vel potius eadem occurrunt apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Euſtathium ad iſtum Homeri locum pag. 346. vide etiam Tzetzem ad Lycophronis Alexand. pag. 133. Cæterum eorum ſententia procul dubio vera eſt, qui in Syria ponunt *Arima.* Syria enim in SS. literis perpetuo *Aram* dicitur, inde Syri *Aramæi*: *Arimi* vero ab Homero, ut Poſidonius apud Strabonem putat. Vide, quæ de hac re commentetur Joannes Seldenus in Prolegom. de Diis Syris. Tertiam vero ſententiam ſequuntur Poëtæ Latini: ſed illi non Ἄριμα vocant inſulam hanc aut montem, ſed *Inarimen.* Virgilius lib. IX. Æn. v. 715.

Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile
Inarime, Jovis imperiis impoſta Typhœo.

Ovidius lib. XIV. Metam. v. 89.

— — orbataque præſide pinus
Inarimen, Prochytenque legit.

Lucanus lib. V. v. 101.

Conditus Inarimes æterna mole Typhœus.

Nec Poëtæ tantum, ſed & Plinius lib. III. cap. 6. *Ænearia, ipſa à ſtatione navium Æneæ, Homero Inarime dicta.* Unde apparet Latinos Homericum illud, εἰν Ἀρίμοις, tamquam unam vocem legiſſe: ſed non ſic Græci, uti apparet ex noſtro.

ἈΡΙΜΑΣΠΟΊ, ἔθνος Ὑπερβορέων] Herodoto lib. IV. cap. 27. etiam appellantur Ἀριμασποί. καὶ ὀνομάζομεν, inquit, αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς. *& Scythice appellamus illos Arimaſpos.* Orpheo autem dicuntur Ἀριμάσποι Argonaut. v. 1096. Perperam enim legitur vulgo,

Ἀρσωπούς τ' Ἀριμάσθας ἔθνη πολυπήμονα λαῶν.

pro Ἀριμάσπας. deinde illud, Ἄρσωπας, haudquaquam diverſum gentis nomen, ſed *Arimaſporum* epitheton videtur, ſcribendumque pro eo, Ἄργωπας· quod *oculos albos ſeu cæruleos haberent*, aut quod *altero oculo carerent*, ut vult Herodotus, vel per eum videndi munere deſtituti eſſent. Niſi quis Ἄρσωπας retineri poſſe exiſtimet, ſed pro epitheto, ut ſit *maſcule* vel *torve tuentes.* Æſchylus μονώπας, vel μονῶπας eoſdem vocavit. Apud Pomponium Melam lib. II. cap. I. in vulgatis codicibus legitur *Arimaſpi*, ſed MS. quo ſum uſus, *Arimaſpæ* habet, argumento, populos hos utroque modo à veteribus, appellatos, *Arimaſpos* & *Arimaſpas.*

ἈΡΊΝΘΗ, πόλις Οἰνότρων, ἐν Μεσοποταμίᾳ] Illud ἐν Μεσοποταμίᾳ plane ineptum huic loco. cogitabam forte ſcriptum à noſtro, ἐν μέσῳ ποταμῶν. aut potius ἐν μεσογείῳ, quemadmodum ſimiliter in Κόσσα & Νίναια loquitur.

ἈΡΊΣΒΗ, πόλις τῆς Τρῳάδος, Μιτυληναίων ἄποικος] Arrianus lib. I. de Geſt. Alex. pag. 13. dicit non longe ab *Ilio* fuiſſe. Ἐξ Ἰλίου δὲ ἐς Ἀρίσβην ἧκεν. *Alexander ex Ilio ad Ariſben movit.* Strabo autem lib. XIV. pag. 635. ex ſententia Anaximenis Lampſaceni recenſet *Ariſbam* inter colonias *Mileſiorum.*

— Ἧς οἰκισαὶ Σκαμάνδριος, καὶ Ἀσκάνιος υἱὸς Αἰνείου] Horum mentio infra etiam voce Ἀσκανία, qui locus ex Nicolao Damaſceno deſumptus, ſed mutilus eſt. Meminit & Strabo lib. XIII. pag. 607.

— Ἑλλάνικος δὲ Ἄτειαν αὐτὴν φησιν] Salmaſius legebat Βάτειαν. & ſic ante eum jam legit Meurſius ad Lycophr. Adſtruitur hæc lectio infra v. Βατίεια.

— Ἔφορος δὲ Μέροπος αὐτὴν γενεαλογεῖ, καὶ πρώτην Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμηθῆναι] Apollodorus ipſi *Priamo* eam nupſiſſe tradit lib. III. Biblioth.

— Ἡρόδοτος δὲ καὶ Γάζων Ἀρίσβην καλεῖ, ἐν πρώτῃ] Ἀρίσβαν legitur hodie apud Herodotum lib. I. cap. 151. & ſic etiam illam vocat Strabo lib. XIII. pag. 590. Apud Homerum tamen Iliad. Β. v. 836. Ἀρίσβην.

— Ἔστι καὶ ποταμὸς Θρᾳκῶν Ἄρισβος] Euſtathius addit eum in Hebrum incidere ex Strabone lib. XIII. pag. 590.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀρισβαιεύς] Legendum Ἀρισβεύς. & ſic etiam Salmaſius MSS. Ἀρισβαῖος.

ἈΡΚΆΣ, Ἀρκάδος, ἀφ' οὗ Ἀρκάδιος, καὶ Ἀρκαδία.

— Ἐκλήθη δὲ καὶ Παῤῥασία, καὶ Λυκαονία] Conſule ſuper his variis *Arcadiæ* appellationibus Homeri Interpretem Euſtathium ad Iliad. Β. pag. 300.

— Καὶ Πανίαν] Heſychius: Πανία· ἡ Πελοπόννησος. infra tamen v. Πανία tacet.

— Ἵππυς δὲ ὁ Ῥηγῖνος λέγεται πρῶτος καλέσαι Προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας] Scholiaſtes Apollonii ad lib. IV. v. 264. varias enumerat opiniones, cur *Arcades* Προσέληνοι dicti fuerint: ex quibus unam & item alteram, quod maxime veroſimiles, apponam. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ φησὶν ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν, οἵτινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων ἐπιθεμένων αὐτοῖς, πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην· διὸ καὶ ὠνομάσθησαν Προσέληνοι. Δεῖνις δὲ ἐν πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Μακεδονικῶν Ἀρκάδα φησὶν, ἀφ' οὗ ἡ Ἀρκαδία καλεῖται, Ὀρχομενοῦ υἱόν. Διὸ καὶ πόλιν τῆς Ἀρκαδίας Ὀρχομενόν· τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης· ὅθεν καὶ Προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας κληθῆναι. quæ deſcripſit verbotenus, ſed laudatis auctoribus, Lycillo Tharræo, Sophocle & Theone (qui ſunt auctores optimorum iſtorum Scholiorum ad Apollonium, quæ adhuc exſtant.) Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nubes pag. 150. Conſule etiam Cenſorinum de Die Natali cap. XIX.

— Καὶ τὸ ἄστρον λέγεται ἐν τῷ Ἀρκνῷ τότε ἄρκτος κληθῆναι, ἣ ἄμαξα ἐλέγετο] An non legendum, ἐν τῷ Ἀράτῳ. Certe digitum intendere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

tendere videtur in hunc Arati locum, Phænom. v. 26.

— — Δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι
Ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι· τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι.
— — *Duæ autem ipſum circumtenentes*
Urſæ, una currunt: eoque vocantur plauſtra.

Niſi potius ad Homeri verſum reſpexiſſe velis, Iliad. Σ. v. 487.

Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι.
Urſamque, quam & plauſtrum cognomine vocant.

Unde Cl. Salmaſius legebat, ἐν τῷ οὐρανῷ. Conſule Euſtathium ad Iliad. B. pag. 300.

— Ἴστρος δέ φησιν, Θεμιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο] Ὅτι omiſſum ante Θεμιστοῦς obſervavit Salmaſius. Verum, quem Stephanus ex *Iſtro* Θεμιστοῦς filium vocat, cæteri omnes Καλλιστοῦς perhibent, & ita forte hoc loco legendum; quamvis in MSS. conſtanter altera lectio ſervetur. Conſule Scholiaſten Græcum ad Theocriti Idyll. 1. pag. 21.

— Ὀνομασθῆναι] Ὁμοιωθῆναι.

— Τὸ πατρωνυμικὸν, Ἀρκεσίδαι] Lege, Ἀρκασίδαι, uti mox ex fæminino Ἀρκασὶς conſtat. & ſic MS, ſic Callimachus Hymno in Dianam v. 216.

Κούρην Ἰασίοιο συοκτόνον Ἀρκασίδαο.

— Ἔστι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις] Poſtea etiam provincia, ut in Notitiis videre eſt.

ἈΡΚΕΣΙΝΗ, μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ.

— Ἦσαν γὰρ Μελανία, Μίνωα, Ἀρκεσίνη] Supra v. Ἀμοργὸς, pro Μελανία, ponitur Αἰγιάλη.

ἌΡΚΗ, πόλις Φοινίκης] Pyrrhus Ligorius teſtatur ſe vidiſſe nummum, in quo Sol oriens cum quadrigis, appoſitum autem, ΑΡΚΗ. Eſt & alia Armeniæ Secundæ civitas Ἄρκα, Hierocli dicta numero plurium, Ἄρκαι. Hujus gentile Ἀρκηνὸς apud Baſilium Magnum exſtat Epiſt. 355. Sed & alterius *Arcæ* idem gentile fuiſſe videtur; unde *Arcena urbs* Lampridio, in principio Alexandri Severi, qui hinc oriundus fuit.

— Ἰώσηπος ἐν πέμπτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας] Immo, ἐν ἑβδόμῳ. lib. vero IV. Antiq. pag. 110. *Petram* Arabiæ Metropolin antea Ἀρκὴν dictam ſcribit.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκαῖος] In nummo Tiberii, ſub ſigno Victoriæ, apud Pyrrhum Ligorium, ΑΡΚΑΙΩΝ.

ἈΡΚΙΡΟΈΣΣΑ, πόλις ἐν Πόντῳ, Ἡρακλείας ὑποτελής.

— Ὡς Πιτυουσσαῖος] Forte, Πιθηκουσσαῖος. Vide v. Τάφος. Πιτυοῦσσαι enim Πιτυοῦσσιος faciunt. infra h. v.

ἈΡΚΌΝΗΣΟΣ, νῆσος Καρίας] MSS. Ἀρκόννησος. & ſic Strabo lib. XIV. pag. 656.

ἈΡΚΤΆΝΕΣ, ὡς Ἀνιᾶνες] Lege Αἰνιᾶνες. vide ſupra v. Αἰνία.

ἌΡΚΤΩΝ, νῆσος] MSS. Ἀρκτόννησος. Ἄρκτον ὄρος Apollonio lib. 1. v. 941.

Ἄρκτον μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες.
Arctum montem vocant accolæ.

Vide, quid paullo ante ibi dicat Scholiaſtes. Orpheo Ἀρκτῷα ὄρη Argon. v. 543.

Ἀρκτώοις ἐν ὄρεσσι τεθηπότες.

— Καὶ πόθεν, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ αὐτῆς] Non comparent amplius.

— Λέγεται καὶ συνθέτως, Ἀρκτόνησος] Mirum hanc inſulam non enumerari infra v. Βέσβικος.

ἉΡΜΑ, πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς.

— Ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου] Locus hic ſine dubio mutilus & corruptus eſt librariorum vitio, qui quomodo legendus ſit, ex Euſtathio apparet, ad Iliad. B. pag. 266. Ἐκλήθη δέ φασιν οὕτως, ἢ διότι ἐκεῖ κατεάγη τὸ τοῦ Ἀδράστου ἅρμα, ἢ ἀπὸ τοῦ ἅρματος Ἀμφιαράου καταφυγόντος ἐκεῖ, καὶ μὴ ἐκδοθέντος τοῖς διώκουσιν. Nam ſic quoque hoc loco quondam ſcriptum fuiſſe nullus dubito. Videndus autem eo in loco Euſtathius: nam quæ deinceps hic detruncata ſunt manu Hermolai aut librariorum, ibi pariter integra reperies. De Amphiarao autem ita Plutarchus in Parall. pag. 307. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πολεμούντων καί ἐκεῖνο κατεπόθη ὁ Ἀμφιάρεως τῷ ἅρματι, ἔνθα νῦν πόλις Ἅρμα καλεῖται. *Poſtridie bellum cum gereretur, eo loco Amphiaraus una cum curru terra hauſtus eſt, ubi Harma urbs nunc eſt, à curru ſic dicta.* De Amphiarao & Adraſto ſic Strabo lib. IX. pag. 404. Περὶ δὲ τοῦ Ἅρματος τοῦ Βοιωτικοῦ, οἱ μὲν φασιν ἐκπεσόντος ἐκ τοῦ ἅρματος ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὸν τόπον οὗ νῦν ἐστι τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, τὸ ἅρμα ἔρημον ἐνεχθῆναι περὶ τὸν ὁμώνυμον τόπον· οἱ δὲ τοῦ Ἀδράστου συντριβῆναι τὸ ἅρμα φεύγοντός φασιν ἐνταῦθα, τὸν δὲ διὰ τοῦ Ἀρείονος σωθῆναι. Φιλόχορος δ' ὑπὸ τῶν κωμητῶν σωθῆναί φησιν αὐτόν· διὰ τοῦτο ἰσοπολιτείαν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἀργείων ὑπάρξαι. *Sed, quod ad Harma Bœoticum ſpectat, ſunt, qui dicant, Amphiarao in pugna è curru prolapſo, ibi, ubi nunc ejus eſt ſacellum, currum vacuum delatum eſſe ad locum, qui ab eo Harma vocatur: alii Adraſti fugientis currum ibi confractum ajunt, ipſumque Arionis equi ope evaſiſſe. Philochorus à pagi ejus incolis ait ſervatum fuiſſe: ideoque eis jus civitatis apud Argivos eſſe.*

— Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς Ἅρμα περὶ τὴν Φυλήν] Vide infra h. v.

— Καλεῖται καὶ Λουτρὰ Ἀμφιαράου] Refer ad Bœotiæ oppidum, uti facit Euſtathius d. l. pag. 266.

ἈΡΜΈΝΗ, κώμη Παφλαγονίας] Occurrit apud Scylacem & Arrianum.

— Παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσεως, Ἀρμήνην διὰ τοῦ η] Lege, ἐν Ἀναβάσεως ς. reſtituta numeri nota, quæ abſorpta fuit à præcedentis vocis litera ultima, ſimilitudinis cauſſa. Occur-

rit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

rit enim locus iſte apud Xenophontem lib. VI. de Expeditione Cyri pag. 372. ſcribitur autem illic hodie Ἁρμήνη.

ἈΡΜΕΝΊΑ, χώρα πλησίον τῶν Περσῶν, ἀπὸ Ἀρμένου Ῥοδίου.

— Παρέχονται δὲ λίθον τὸν γλύφουσιν, καὶ τρυπῶσιν τὰς σφραγίδας] *Mittunt lapidem, quo gemmæ ſcalpuntur perforanturque.* Cl. Salmaſius olim legebat hic τυπῶσιν. ſed in Exercit. ad Solin. pag. 1101. recte vulgatam Stephani lectionem retinet & illuſtrat.

— Ἔστι καὶ Ἀρμένιον ὄρος, περὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ὑρκανίας] Euſtathius ad Dionyſii verſum, qui mox adducitur, hunc Stephani locum adducens, legit, περὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ὑρκανίας.

ἈΡΝΕΑΊ, πόλις Λυκίας μικρά.

— Ὡς Ὀρνεαί] Has deſcribit Strabo lib. VIII. pag. 382. ſupra v. Αἴνεια hæc vox corrupta eſt, ut ibi notavimus.

ἌΡΝΗ, πόλις Βοιωτίας] Thucydides lib. I. pag. 10. Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν, τὴν νῦν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην, ᾤκησαν, ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμὸς πρότερον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἀφ᾽ ὧν καὶ ἐς Ἴλιον ἐστράτευσαν. *Qui nunc Bœoti ſexageſimo ab everſione Ilii anno ex Arna ejecti à Theſſalis, incoluerunt terram, quæ nunc Bœotia, prius Cadmeis vocabatur, in qua pars eorum quondam fuerat, unde profecti ſunt ad Ilium cum exercitu.* Ad quem locum Scholiaſtes: Ἄρνη, πόλις Θεσσαλίας, ἀφ᾽ ἧς ὠνόμασται κατὰ μετοικίαν καὶ ἡ ἐν Βοιωτίᾳ Ἄρνη. ἡ δὲ Βοιωτία Ἄρνη νῦν Χαιρώνεια καλεῖται. *Arne, Theſſaliæ civitas, à qua nomen accepit Arne Bœotiæ alterius colonia. Arne vero Bœotiæ nunc Chæronea dicitur.* Confirmat hoc Pauſanias lib. IX. pag. 605. Λεβαδέων δὲ ἔχονται Χαιρωνεῖς. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ τούτοις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. Θυγατέρα δὲ εἶναι λέγουσιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην, ἀπὸ δὲ ταύτης κληθῆναι καὶ ἑτέραν ἐν Θεσσαλίᾳ πόλιν. *Lebadenſibus vicini ſunt Chæronenſes. Eorum urbs olim Arne eſt appellata: filiam Æoli Arnen fuiſſe dicunt, à qua urbs altera etiam in Theſſalia Arne ſit nuncupata.* Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 270. Τὰ δὲ χρόλια, γράφουσι καὶ ὅτι, Ἄρνη νῦν Χαιρωνείας. ubi lege Χαιρώνεια. Denique vide infra v. Χαιρώνεια.

— Ὅμηρος, Οἵ τε πολυστάφυλόν τ᾽ Ἄρνην ἔχον] Iliad. B. v. 507.

— Καὶ Λυκόφρων, Ἄρνης παλαιᾶς γέννα Τεμμίκων πρόμοι] Tzetzes ad hunc Lycophronis locum pag. 106. Τεμμίκων explicat, τῶν Βοιωτῶν, ἀπὸ ὄρους Τεμμίκου.

— Δευτέρα πόλις Θεσσαλίας] Non longe ab oppido Onthyrio, uti dicit infra v. Ὀνθύριον.

— Περὶ ἧς ὁ χρησμὸς, Ἄρνη χηρεύουσα μένει Βοιώτιον ἄνδρα] Exiſtimo omnino hic legendum, Ἄρνη Χαιρώνεια. Certe ipſe noſter infra v. Χαιρώνεια· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. Verum fundus hujus correctionis Pauſanias eſt lib. IX. pag. 605. Λεβαδέων δὲ ἔχονται Χαιρωνεῖς. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ τούτοις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. Θυγατέρα δὲ εἶναι λέγουσιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην. Qui locus paullo ante adductus eſt. Nam in illo ipſa occurrunt verba, quæ auctor hic & infra adducit, licet tacito Pauſaniæ nomine. Denique Euſtathius dubitare plane vetat ad Hom. Iliad. B. pag. 270. Nam citato oraculo, quod hic adducitur, addit: Τὰ δὲ χρόλια, γράφουσι καὶ ὅτι, Ἄρνη νῦν Χαιρώνεια. ſic enim ibi legendum, pro Χαιρωνείας. quomodo vulgo editur.

— Ἣ Κίερον καλεῖται] Ita *Arne Theſſalica* vocabatur, antequam Bœotos incolas acciperet ex *Arne Bœotica*. *Arne* autem *Bœotica* poſt Χαιρώνεια eſt dicta, uti jam oſtendimus. Sed juxta Stephanum *Arne Bœotica* poſt *Chæronea* dicta, nomen cum incolis *Arnæ Theſſalicæ*, quæ prius *Cierion* dicta fuerat, dedit: juxta Thucydidis Scholiaſten vice verſa *Theſſalica* dedit *Bœoticæ*. Et quod dicit Scholiaſtes, idem quoque ipſe Thucydides prodit eo loco.

— Τετάρτη, τῆς Ἐρασινίων] Ἐορδαίων. num Ἐόρδων. aut potius Δερσαίων.

— Τὸ θηλυκὸν, Ἀρναία] Infra vide v. Φιληνίερον.

ἈΡΌΗ, πόλις Ἀχαΐας.

— Λέγεται καὶ Πάτραι] Etymologus: Ἀρόη, κώμη πάλαι τῆς Ἀχαΐας, νῦν δὲ πόλις, ἡ καλουμένη Πάτρα.

ἉΡΠΆΓΙΑ, οὐδετέρως, τόπος περὶ Κύζικον] Suidas v. Μίνως refert, Minoëm amore captum Ganymedis, cum apud patrem ejus Troëm Dardani regem diverteret, in venatione ad amnem Granicum rapuiſſe puerum; addens: ὁ δὲ τόπος ἐκλήθη Ἁρπαγία. *locus vero* (ubi raptus contigit) *appellatus eſt Harpagia.* Athenæus vero lib. XIII. pag. 601. Ἐχεμένης γοῦν ἐν τοῖς Κρητικοῖς, οὐ τὸν Δία φησὶν ἁρπάσαι τὸν Γανυμήδην ἀλλὰ Μίνωα. Οἱ δὲ προειρημένοι Χαλκιδεῖς παρ᾽ αὑτοῖς φασιν ἁρπασθῆναι τὸν Γανυμήδην ὑπὸ τοῦ Διὸς, καὶ τόπον δεικνύντες Ἁρπάγιον καλοῦσιν, ἐν ᾧ καὶ μυρσίναι διάφοροι πεφύκασιν. *Echemenes in Creticis non à Jove Ganymedem raptum fuiſſe tradit, ſed à Minoë. Chalcidenſes, quos indicavimus antea, raptum apud ſe Ganymedem à Jove prædicant, ac ipſum locum oſtendunt vocatum Harpagium, egregiis myrtis conſitum.* Ergo & in Eubœa locus hoc nomine, ſed numero ſingulari.

ἍΡΠΑΣΑ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσου ποταμοῦ.

— Μύλα, Μυλασεύς] Lege, Μύλασα, Μυλασεύς. vide infra h. v.

ἍΡΠΙΝΑ, πόλις Ἤλιδος, ἀπὸ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ, ἀφ᾽ ἧς καὶ Ἄρεος Οἰνόμαος] *Arpinam Æſopi* filiam ex *Marte* peperiſſe *Oenomaum* auctor etiam eſt Pindari Scholiaſtes Olymp. Od. XIII. pag. 122. apud quem legas eandem perperam Ἁρπίνναν vocari Od. VI. pag. 55. pro Ἁρπίνην.

Cæte-

Cæterum Lucianus, in lib. *de Morte Peregrini* oppidum hoc viginti ſtadiis Olympia abfuiſſe docet.

ἌΡΡΑ, πόλις Ἰλλυρική.

— Καὶ Βεροαῖος] Scribe Βεροιαῖος, ut infra h. v.

ἈΡΡΗΧΟΊ, ἔθνος Μαιωτῶν. Στράβων ἑνδεκάτῃ] In allegato Strabonis loco male hodie Ἀῤῥιχοὶ legitur: quod Caſaubonus hinc recte emendat.

ἈΡΣΑΚΊΑ, πόλις Μηδείας ἐπίσημος, ἀναλογικωτέρα Μηδείας] Hæc ſine dubio civitas illa Ἀσαὰκ, apud Iſidorum Characenum, in provincia *Aſtavene*.

ἈΡΣΙΝΌΗ, πόλις Λιβύης, ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἀδελφῆς.

— Ἡ πρότερον Ταύχειρα] Idem teſtatur infra h. v.

— Ἡ περίμετρος αὐτῆς, στάδια ὀκτακισχίλια] Locus manifeſte corruptus, non enim hic urbis, ſed regionis eſt *circuitus*. Cl. Salmaſius legebat, στάδια ὀκτώ. natus error ex male expreſſa numeri nota.

— Ἑβδόμη, Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον] Idem dicit infra v. Μάριον.

— Ὀγδόη, Αἰτωλίας] Hanc Polybius in Excerpt. pag. 142. vocat Ἀρσινοΐαν.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοήτης] Videtur legendum, Ἀρσινοΐτης, uti infra vv. Μερόη & Ταύχειρα legitur: in Ῥοδόη tamen Ἀρσινοήτης extat pari ſcriptura ut hic.

ἈΡΣΥΣΙΆ, χωρίον τῶν Ψύρων, καὶ Χίου] Strabo, unde auctor hæc deſcripſit, Ἀριουσία χώρα habet lib. XIII. pag. 645. Non poſſumus autem dicere ita ſcripſiſſe Stephanum, ordine literarum impediente. Ergo in depravatos Strabonis codices incidiſſe dicendum eſt. MSS. autem Stephani habent χώρα, ut Strabo: qui tamen non dicit eſſe χώραν τῶν Ψύρων, ſed *Chii*. Τὰ Ψύρα autem parva inſula fuerunt apud *Chium*. Quod videtur moviſſe Iſaacum Caſaubonum, ut codicis ſui oræ adſcriberet, pro καὶ Χίου legendum τῆς Χίου. ſed nec ſic error tollitur, qui hic non penes librarios, ſed auctorem eſt.

— Ὅσον σταδίων τριάκοντα] Strabo d. l. τριακοσίων.

— Οἶνον ἄριστον ἔχουσα, καλούμενον Ἀρσύσινον] Debuit igitur dicere Ἀριούσινον. Romani hoc vinum appellavere *Arviſium*. Virgilius Ecl. v. v. 71.

Vina, novum fundam calathis Arviſia, nectar.

Plin. lib. XIV. cap. 7. *In ſumma gloria poſt Homerica illa, de quibus ſupra diximus, fuere* Thaſium *Chiumque. Ex Chio, quod Arviſium vocant.*

— Ἀρσυσινὸς, ἢ Ἀρσυηνός] Ἀρσυσιανὸς, ἢ Ἀρσυανός.

ἈΡΤΑΓΑ, Περσικὴ χώρα, ἣν ἐπόλισε Περσεύς.

— Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους καλοῦσι] Heſychius: Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις. Vide, quæ de hac voce Perſica notavit Seldenus Syntagm. I. de Diis Syris, cap. 6. Addenda autem hic ex MSS. vox, ἥρωας ante τὸ, καλοῦσι.

— Καὶ Μιλλάμωνες] Salmaſius legebat, Φιλάμμωνες.

— Ἡρωδιανὸς Ἀρτεάτας αὐτοὺς καλεῖ] Lege ex Codd. ſcriptis, Ἡρόδοτος. apud eum enim hæc habentur lib. I. cap. 125. & mox apud noſtrum v. Ἀρτεᾶται, Ἡρόδοτος, non Ἡρωδιανὸς adducitur.

ἈΡΤΆΚΗ, πόλις Φρυγίας, ἄποικος Μιλησίων.

— Ἀρτάκης τοῦτο μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς, τοῦτο δὲ νησίον ἐστίν] Salmaſius legit, Ἀρτάκη τοῦτο μὲν ὄρος, &c. *Artace partim mons Cyzicenæ, partim inſula eſt.*

— Καὶ Ἀρτάκιος] Sic κρήνη Ἀρτακίη Apollonio Rhod. lib. I. v. 957. ubi Scholiaſtes: Ἀρτακίη, κρήνη περὶ Κύζικον, ἧς καὶ Ἀλκαῖος μέμνηται καὶ Καλλίμαχος, ὅτι τῆς Δολιονίας ἐστίν. & Orpheus Argon. v. 524.

— — — ἐνθάδε Νύμφαι

Κρήνῃ ὑπ' Ἀρτακίῃ καλὰ νάματα πλημμύρουσιν.

ἈΡΤΑΞΑΤΑ, πόλις Ἀρμενίας] MSS. Ἀρταξιάσατα.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀρταξατηνός] Pyrrhus Ligorius nummum profert Auguſti, in quo circum Araxem fluvium jacentem, & ſiniſtra cornucopiæ & urnam, dextra temonem tenentem cum prora navis, legitur, ΑΡΤΑΞΑΤΗΝΩΝ. is ſi verus, exclamare licet.

Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

ἈΡΤΕᾶΤΑΙ, γένος Περσικόν.

— Ἡρόδοτος πρώτῃ] Lib. I. cap. 125.

ἈΡΤΕΜΊΣΙΟΝ, πόλις Οἰνωτρῶν ἐν Μεσογείᾳ.

— Φίλιστος δ' Ἀρτεμίτιον αὐτὴν καλεῖ, ἴσως Δωρικῶς] Ariſtophanes in Lyſiſtrata in perſona Laconis *Artemiſium Eubœæ* appellat Ἀρταμίτιον pag. 910.

Ὅκα τοὶ μὲν ὑπ' Ἀρταμιτίῳ

Πρόκροον θείκελοι

Ποτὶ τὰ καλά.

— Ἔστι καὶ πόλις Εὐβοίας] Harpocration: Ἀρτεμίσιον ἰδίως τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα, Ὑπερείδης Δηλιακῷ. λέγεται δὲ καὶ ἀκρωτήριόν τι τῆς Εὐβοίας, ὡς Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος.

ἈΡΤΈΜΙΤΑ, νῆσος Τυῤῥηνική, παρὰ τὴν Θάλειαν νῆσον] Legendum, παρὰ τὴν Αἰθάλειαν νῆσον. ut jam olim monuit Philippus Cluverius. vide ſupra v. Αἰθάλη. & ſic appellatur bis ab Ariſtotele, περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ.

— Ὡς δὲ Στράβων, πόλις Παρθυαίων] De hac Strabo lib. XVI. pag. 744. Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτεμίτα πόλις ἀξιόλογος διέχουσα πεντακοσίους τῆς Σελευκείας σταδίους. *Eſt autem Artemita inſignis civitas quingentis ſtadiis à Seleucia diſtans.* Hinc lib. XI. pag. 519. appellat eam Ἀρτεμίταν τὴν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ. *Artemitam Babylonia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Ὁ δὲ Ἀρτεμίδωρός φησιν, ὅτι χερρόνησος περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἀχελώου ποταμοῦ, λεγομένη Ἀρτέμιτα. Ἡ θηλυκὴ, Ἀρτεμίτας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρτεμιτηνός] Ἀρτεμία tamen vocatur Straboni lib.I. pag. 59. & *Riano* etiam, cujus verſus paullo poſt adducitur: modo is ſic ſcripſit, ut vulgo editur. Sed quid ſibi volunt: Ἡ θηλυκὴ Ἀρτεμίτας. an hoc ſcire juvat? ſcilicet ut ſciremus non eſſe neutrum plurale. Non placet. puto Stephanum reſpexiſſe ad locum Strabonis lib. XI. pag. 519. ubi Apollodorum ἐκ τῆς Ἀρτεμίτας teſtem laudat, quem bis eodem libro pag. 516. & 525. Ἀρτεμιτηνὸν, vel Ἀρταμιτηνὸν vocat: ſed apud Strabonem vulgo perperam Ἀδραμυττηνὸν legitur, quemadmodum Iſaacus Caſaubonus & ex MSStorum. veſtigiis, & ex ipſo Strabone oſtendit in Commentariis ad illa loca. Idem Strabo hunc Apollodorum vocat τὸν Ἀρτεμειτην lib. 11. pag. 118. quamquam, ut verum fatear, verear, ut is locus à menda ſit liber: hoc enim gentile nullam penitus analogiam habet, tum plane eſt contra regionis typum, & Strabo duobus iſtis locis, quæ allata ſunt, aliter format. Cæterum videmus facile, quonam ſequentia Stephani verba referenda ſint. Nam cum ab Ἀρτέμιτα regulariter formetur gentile Ἀρτεμιτανὸς, Strabo tamen, uti apparet ex veſtigiis corruptæ lectionis, in Codd. MSS. videtur dixiſſe Ἀρταμίτηνος. Invenitur enim in illis, teſte Caſaubono, Ἀρταμυθινός. Ex quibus apparet, quam miſere locus hic laceratus ſit atque tranſpoſitus ab imperitis librariis. Sequens illa *inſula Riani* eadem eſt cum *Artemidori peninſula* ad *Acheloi fluminis oſtium* ſita.

— Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀρταμιτηνός φησι, διὰ τοῦ α] *Apollodori* teſtimonium hic citari videtur, quaſi is non Ἀρτεμιτηνὸς, ſed Ἀρταμιτηνὸς dicendum affirmaſſet. ſed locus nimium eſt mutilatus: oſtenderat enim Stephanus Ἀρτέμιτα, Parthicum oppidum, potius Ἀρτάμιτα ſcribendum, quia *Apollodorus* nobilis rerum Parthicarum auctor à Strabone Ἀρταμιτηνὸς per α vocetur. Loca, ubi id facit Strabo, ante adducta ſunt.

— Ἔστι καὶ πλησίον τῶν Ὀξειῶν νήσων] Meminit harum inſularum Strabo lib. X. pag. 458. ubi dicit ab Homero appellari Θοάς. καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς ὁ Ποιητὴς Θοὰς εἶπε. quod auctor deſcripſit infra v. Δουλίχιον. Meminit & alibi Strabo.

— Νῆσος Ἀρτέμιτα] Inſula hæc *Dianium* Melæ, Plinio & Marciano Capellæ in Edit. Henrici Stephani vocatur.

— Ῥιανὸς, Οἱ Θεσσαλικῶν] Illud οἱ corruptum eſt, legendumque cum MSS PP. Ῥιανὸς ἡ Θεσσαλικῶν. *Rianus libro octavo Theſſalicorum.* Sæpius enim hoc *Riani* opus ab auctore citatur. Deinde ipſum *Riani* verſum ſic ſcribunt iidem codices:

Νήσοις Ὀξείῃσι καὶ Ἀρτεμίτῃ ἐπέβαλλον.

Non Ἀρτεμίῃ. Recte.

— Τὸ ἐθνικὸν τὸ αὐτὸ, ἢ Ἀρτεμιταῖος] Τὸ αὐτὸ, *idem*, quod ante poſuit, Ἀρτεμιτηνός. Sed quid hæc ſibi volunt? Parthicæ enim urbis gentile ante expoſuerat. Scopæ certe diſſolutæ.

ἈΡΤΎΜΝΗΣΟΣ, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ξανθίων.

— Τούτων δὲ τῆς] Videtur legendum: Τούτων δὲ τούς.

— Κατοικῆσαι, καὶ καλέσαι] Alterutrum ex his verbis videtur delendum cum Salmaſio.

— Τὴν πόλιν Πίναρον] Conſule infra v. Πίναρος.

ἈΡΎΚΑΝΔΑ, πόλις Λυκίας] Vetus Pindari Scholiaſtes ad Olymp. Od. VII. pag. 62. ἐν Λυκίᾳ δέ ἐστιν πόλις Ἀρύκανδα καλουμένη. ἧς πλησίον ἱερόν τι χωρίον. ὃ πρότερον μὲν Ἔμβολος ἐκαλεῖτο διὰ τὴν θέσιν τοῦ χωρίου.

— Ὡς Ἀλυνδοῦς] Lege, Καλυνδοῦς. de quo infra h. v. aut potius Ἀλινδοῦς, de quo ſupra v. Ἄλινδα.

ἈΣΒΎΣΤΑ, πόλις Λιβύης] Herodotus lib. IV. cap. 170. Γιγαμέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Ἀσβύσται· οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι· ἐπὶ θάλασσαν δὲ οὐ κατήκουσι Ἀσβύσται. *Gigamas ab occaſu contingunt Asbyſtæ, qui ſupra Cyrenen incolentes non pertingunt ad mare.* Hinc Dionyſio in Periegeſi v. 211.

Ἀσβύσται δ᾽ ἐπὶ τοῖσι μεσήπειροι τελέθουσι.

Asbyſtæ autem poſt hos mediterranei ſunt.

quem locum adducit Tzetzes ad Lycophronis Alex. pag. 138. Solino, Plinio & Ptolemæo Ἀσβύσται dicuntur. Conſule, quæ de his populis congeſſit Cl. Salmaſius in Exercit. ad Solin. pag. 381.

— Δύο δέ εἰσι Τρίτωνες· ὁ μὲν Λιβύης, ὁ δὲ Βοιωτός] Apollonii Scholiaſtes vetus etiam ponit tertium *Tritonem*, qui ipſi eſt *Nilus*. Sic enim commentatur ad lib. IV. v. 269. Ὁ δὲ Νεῖλος οὗτω τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο, Τρίτων μετωνομάσθη δὲ ἀπὸ Νείλου τοῦ Κύκλωπος, τοῦ Ταντάλου βασιλεύσαντος τῆς χώρας, ὡς Ἕρμιππός φησιν.

ἈΣΔΎΝΙC, νῆσος κατὰ τὴν Μυρίδος λίμνην] Nomen Regis Thebanorum, qui effodi curavit lacum illum admirabilem, *ſuperfluentis Nili receptacula*, ut Tacitus lib. II. ann. c. 61. diverſimode ſcribitur apud Herodotum: modo enim Μοῖρις appellatur & ejus lacus Μοίριος λίμνη, modo Μῦρις & Μύριος. Deſcribit lacum ipſum Herodotus lib. II. cap. 149. Ælianus autem lib. VI. cap. 7. de Animal. appellat, ut hic, λίμνην τὴν καλουμένην Μύριδος. Aliis Μοίριδος, quod amplexi ſunt Romani.

ἈΣΈΑ, κώμη τῆς Ἀρκαδίας, ἀφ᾽ ἧς ὁ Ἀλφειὸς ῥέει] Heſychius ſcribit Ἀσία. Ἀσιώτας. Ἀσία ἐστὶ

κώμη

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

κώμη Ἀρκαδίας. ὅθεν Ἀλφειὸς δοκεῖ τὰς πηγὰς ἔχειν. Dionyſius tamen in Periegeſi v. 412. de duobus fluviis, ut hic:

Οἵ τ' ἄμφω Ἀσέηθεν ἀναβλύζουσι ῥέεθρα.

Qui ambo ab Aſea emittunt fluenta.

Ad quem locum Euſtathius: ὁ Γεωγράφος δέ φησιν, ὅτι Ἀσέα κώμη τῆς Μεγάλης πόλεως, ἔχουσα δύο πηγὰς, ἐξ ὧν ῥέουσιν Εὐρώτας καὶ Ἀλφειός. Apud Strabonem nomen hoc corruptum extat lib. VI. pag. 275. admonitumque jam ab Iſaaco Caſaubono, pro Ἀβία ibi ſcribendum Ἀσέα.

ἈΣΊΑ, πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ] Similia his habes apud Suidam in Ἀσία.

— Διὸ καὶ Ἀσία ἡ Ἤπειρος] *Aſiam* videlicet *Minorem*, antea *Epirum* fuiſſe dictam docet etiam v. Παλλάδιον Suidas. ἐδόθη δὲ Τρωῒ τῷ βασιλεῖ κτίζοντι τὴν πόλιν, ὑπὸ Ἀσίου τινὸς φιλοσόφου καὶ τελεστοῦ. διὸ δὴ εἰς τιμὴν Ἀσίου τὴν ὑπ' αὐτοῦ βασιλευομένην χώραν, πρότερον Ἤπειρον λεγομένην, Ἀσίαν ἐκάλεσεν. *Datum Palladium Troï Regi condenti urbem, ab Aſio quodam Philoſopho & initiatore. Quamobrem etiam in Aſii honorem, regionem, quæ ſub ejus imperio Epirus dicebatur, Aſiam appellavit.* Idem notat Euſtathius ad Dionyſii Perieg. v. 627.

— Ἡ ἐκ τοῦ Προμηθέως γυναικός· ἢ ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν, τουτέστιν ἰλύν] Scholiaſtes vetus ad Apollonii lib. I. v. 444.

—— ἐπ' Ἀσίδος Ἠπείροιο.

Aſiam ſic dictam notat, vel ab *Aſia* Promethei matre (non *uxore*, ut hic apud Stephanum) vel ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν. Apollonium imitari videtur Ovidius lib. IX. Metam. v. 447. de Mileto:

—— *& in Aſide terra*
Mœnia conſtituis, poſitoris habentia nomen.

— Ἰσθμὸς ἄνω τέταται τις ὑπέρτατος Ἀσίδος Αἴης] Eſt Dionyſii Perieg. v. 20.

— Στράβων δεκάτῃ· ἣν δὲ ἐμπόριον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ τῶν Εὐρωπαίων] Lege, ἑνδεκάτῃ, pro δεκάτῃ· ſequentia enim verba ſunt Strabonis de *Tanaï emporio*, lib. XI. pag. 493. quem locum ideo adſcribam, quia mox adhuc aliud ulcus ejuſdem opera ſanandum eſt. Sic autem habet: Ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ, καὶ τῇ λίμνῃ πόλις ὁμώνυμος οἰκεῖται Τάναϊς, κτίσμα τῶν τὸν Βόσπορον ἐχόντων Ἑλλήνων, &c. ἣν δὲ ἐμπόρειον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ Εὐρωπαίων Νομάδων. *Supra flumen ad paludem Mœotidem urbs ſita eſt, Tanaïs ipſa quoque appellata, condita à Græcis Boſporum incolentibus, &c. Hæc commune fuit Europæorum Aſianorumque Nomadum emporium.*

— Καὶ Νομάδων] Delendum καὶ ante Νομάδων, uti in adſcripto paullo ante Strabonis loco manifeſtum eſt.

— Ἔστι καὶ Ἀσιανὴ πόλις] Salmaſius legit Ἀσία ἡ πόλις.

— Ἔστι καὶ Ἄσιος λειμών] Lege omnino, Ἀσίας λειμών. Euſtathius ad Dionyſii Perieg. pag. 99. ἢ ἀπὸ Ἀσίου τινὸς Λυδοῦ, ἐξ οὗ ὁ Ἀσίας λειμὼν, ὡς τὸ κοχλίας. exemplo enim τοῦ κοχλίας confirmat præcedens Ἀσίας. Sed apud Euſtathium totus hic locus multo integrior, quam nunc apud noſtrum extat. Pergit enim is: Ὡς καὶ Ὅμηρος, Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι· οὐ κατὰ δοτικὴν, τῷ Ἀσιανῷ· ἀλλὰ κατὰ γενικὴν Ἀσίου κοινῶς, ὡς κοχλίου· καὶ Ἰωνικῶς Ἀσίεω (ὡς καὶ παρὰ Ἡροδότῳ εὕρηται) καὶ συγκοπῇ, Ἀσίω· ὡς Ἑρμείεω, Ἑρμείω, καὶ Εὐμελίω Πελάμου.

— Ὅμηρος· Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι] Iliad. B. v. 461.

— Ἀντὶ τοῦ Ἀσίου] Sic & Euſtathius ad illum locum pag. 254. Cæterum, quod hic Ἀσίας λειμὼν *Pratum Aſias*. illud Ἄσος λειμὼν dicitur infra v. Ἄσος, perperam, ut reor.

— Καὶ Ἰωνικῶς Ἀσίεω καὶ Ἀσίω, ὡς ἐϋμελίω] Exemplum hoc eſt apud Homer. Iliad. Δ. v. 165.

Καὶ Πρίαμος, καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

Et Priamus, & copiæ bellicoſi Priami.

ἈΣΊΝΗ, πόλις Λακωνικὴ, ἀπὸ Ἀσίνης θυγατρὸς Λακεδαίμονος] Herodotus lib. VIII. cap. 73. *Hermionam* & *Aſinam* dicit Dryopum in Peloponneſo urbes: ex his Ἀσίνη, inquit, ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσιναῖος] Occurrit hoc gentile aliquoties apud Pauſaniam lib. IV. & apud Strabonem lib. VIII. pag. 359. Ἀσιναῖος κόλπος, adducitque idem ex Strabone Euſtathius ad Iliad. B. pag. 287. Θεόδωρος Ἀσιναῖος Philoſophus Platonicus, Porphyrii diſcipulus, citatur à Proclo lib. V. in Tim. pag. 314. qui ab eodem lib. III. in Tim. pag. 225. vocatur Θεόδωρος ὁ ἐκ τῆς Ἀσίνης φιλόσοφος. Bis tamen gentile hoc apud eundem corruptum extat pag. 183. & 187. in quorum uno loco γενναῖος, in altero Ἀθηναῖος perperam ſcribitur.

— Καὶ Ἀσινεύς] Hinc Etymolog. M. Ἀσινεῖς, οἱ Δρύοπες οἱ τὴν Ἀσίνην κατοικοῦντες, &c.

ἈΣΚΆΛΩΝ, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ.

— Ἄραξος Ἀράξης· ὡς ἀπὸ τοῦ χαράξω, χάραξος χαράξης] MSS. habent, Ἄρης Ἄραρος Ἀράξης. Unde Salmaſius putabat legendum, Ἄραρος Ἀράρης· ſed nihil temere mutandum exiſtimo. In ſequentibus autem corrige: ὡς ἀπὸ τοῦ χάραξ ὁ χάραξος, χαράξης.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσκαλωνίτης] Sic in nummo Titi apud Triſtanum Tom. I. pag. 304. circa Victoriam Navalem legitur, ΑϹΚΑΛΩΝΙΤΩΝ. Erat enim civitas libera & ſui juris, teſte Plinio lib. V. cap. 13. Pyrrhus Ligorius in Collectionibus ſuis exhibet nummum Hadriani, in quo circum caput muliebre turritum, ΑϹΚΑΛΩΝΕΙΤ. ΜΗΤΡ.

— Γραμματικοὶ δὲ, Πτολεμαῖος Ἀριστάρχου γνώριμος, καὶ Δωρόθεος] Suidas: Πτολεμαῖος· ὁ Ἀσκαλωνίτης Γραμματικός. ὃς ἐπαίδευσεν

δέδωσεν ἐν Ῥώμῃ. deinde numerat libros, quos ſcripſit.

— Καὶ ἡ μὲν πόλις, οὗ πρῶτόν φασι τὰ κρόμμυα γενέσθαι] An non legendum, οὗ πρῶτον. *ubi primum cæpas proveniſſe ajunt.* non eſt dubitandum. Vidit etiam hanc lectionem Salmaſius. qui pro Κρόμμυα præterea & hic, & paullo poſt legit Κεράμια ex MSS. Sed ego lectionem vulgatam præfero: celebris enim *cæpis* fuiſſe *Aſcalon* videtur ex Heſychio, apud quem Παλλάχανον, Κρόμμυον. Ἀσκαλωνίτῃ. & Athenæo, qui lib. II. pag. 68. Κρομμύου εἶδος Ἀσκαλώνιον commemorat.

ἈΣΚΑΝΊΑ, πόλις Τρωϊκή.

— Σκαμάνδριος Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης] *Scamandri* mentio etiam ſupra v. Ἀρίσβη.

— Καὶ τῆς Ἀσκανίας καλουμένης] Deleri poteſt aſteriſcus huic verſui appoſitus. Verba enim ſunt Nicolai Damaſceni, quæ non ulterius adſcripſit Stephanus, quoniam *Aſcaniæ* cauſſa tantum adduxerat, non *Scamandri.*

— Οὐ μόνον δὲ ἡ λίμνη] Λίμνην, ᾗ ὄνομα Ἀσκανία, *paludem Aſcaniam*, in qua ſine ope maris ſal naſcebatur, quo accolæ utebantur, ponit in Phrygia Arrianus lib. I. de Exped. Alex. pag. 28.

— Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε, καὶ Ἀσκάνιος θεοειδής] Locus apud Homerum Iliad. B. v. 863. ſed mutilatus hic ea parte, propter quam à Stephano fuerat adductus. Quare repone:

Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε καὶ Ἀσκάνιος θεοειδὴς
Τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης.

— Τοί δ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί] Iliad. N. v. 793. ſed ibi legitur:

Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί.
Qui ex Aſcania gleboſa venerant ſucceſſores.

Loquitur de Palmye & Morye Hippotionis filiis. Strabo legit: Οἵ δ' ἐξ Ἀσκανίης.

— Τῆς δὲ Μυσίας] Hæc tria verba poni debent, proxime ante præcedentem Homeri verſum hoc modo: Τῆς δὲ Μυσίας. Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί. Dixit enim Stephanus duas eſſe regiones *Aſcanias*, poſuitque unam ad *Phrygiam* pertinentem, confirmans hoc auctoritate Homeri. Igitur ſequi debebat altera ad *Myſiam* ſpectans, antequam ad iſtud probandum nova adduceretur Poëtæ auctoritas. Strabo lib. XII. pag. 564. Ὁμονύμως γὰρ τῇ λίμνῃ (Ἀσκανίῃ) καὶ ἡ χώρα ἐλέγετο. καὶ ἦν αὐτῆς τὸ μὲν Φρύγιον, τὸ δὲ Μύσιον· ἀπωτέρω δὲ τῆς Τροίας τὸ Φρύγιον. Καὶ δὴ καὶ οὕτως δεκτέον τὸ παρὰ τῷ Ποιητῇ. *Communi enim cum palude Aſcania nomine etiam regio appellatur: cujus pars Phrygia erat, alia Myſia: ſed Phrygia longius à Troja aberat. Atque ita etiam accipienda ſunt Homeri carmina.* quæ in ſequentibus adducuntur, eadem, quæ hic. Et eodem modo etiam commentatur Euſtathius ad priorem Homeri verſum Iliad. B. pag. 365. De *Aſcania* *Myſiæ* etiam locus lib. III. Epigr. Græc. ad quem vide, ſi lubet, Vincentium Opſopœum pag. 311.

— Καὶ τῆς μὲν Φρύγιον, τῆς δὲ Μύσιον] Locus procul dubio mutilus, cujus tamen ſenſum video. Voluit dicere non lacus tantum regioniſque nomen ὁμώνυμον eſſe, ſed & viri nomen: neque unum eundemque utrobique à Poëta *Aſcanium* intelligi, ſed priori loco *Phrygium*, poſteriori vero *Myſium* quendam.

— Ἔστι καὶ Ἀσκάνιος ποταμός] Antoninus Liberalis Narr. XXVI. Hylam in *amne Aſcanio* periiſſe ſcribit.

— Εὐφορίων χιλιάσι· Καὶ Ψιλοῖ Ἀσκάνιόν τε Ναυαίθοιο] MSS. habent. Καὶ Ψίλιν Ἀσκάνιόν τε καὶ δινάοντα Ναύαιθον.

— Ψιλῆς Μυσίας] Lege Ψίλις. de quo infra h. v. & ſic Salmaſius.

— Ναύαιθος, Ἰταλίας] Salmaſius legebat, Βιθυνίας. Fuit tamen Italiæ fluvius circa Crotonem, Straboni dictus Νέαιθος.

ἌΣΚΛΟΣ, πόλις Ἰταλίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσκλίτης] Ἀσκλάνων Ἐπίσκοπος occurrit in Act. IV. Synodi VI. Conſtantinopolitanæ.

ἌΣΚΡΗ, πόλις Βοιωτίας] De hujus ſitu videndus Proclus in Eudoxo ad B. Ἔργων Heſiodi, qui hinc fuit oriundus.

— Καὶ ἀπ' Ἀσκρῆθεν] Lege, ἀπὸ τόπου Ἀσκρῆθεν. & ſic Salmaſius.

ἌΣΟΣ, πολίχνιον Κρήτης] Putant eſſe Ἄσσον S. Lucæ I Act. cap. 27. v. 13.

ἈΣΠΑΛΑΆΘΕΙΑ, πόλις Ταφίων.

— Νίκανδρος ἑτεροιουμένων πρώτῃ· Ἀσπαλάθεια Βούρειος] Ex hoc numero apparet *Nicandrum* verſu ſcripſiſſe ſua Ἑτεροιούμενα.

ἈΣΠΑΛΑΘΙΣ, νῆσος Λυκίας. Λέγεται οὕτω διὰ τὰς ἐν αὐτῇ πεφυκυίας ἀσπαλάθους] Dioſcorides lib. I. cap. 19. ubi de *Aſpalatho* agit, dicit eum naſci in *Iſtro, Niſyro, Syria* & *Rhodo*, hoc eſt, inſulis, ut ego interpretor, Cariæ & Lyciæ objacentibus: nam *Iſtrum* hic accipio inſulam contra Triopium Cnidiæ, ut infra dicit, ſitam. *Niſyros* nota eſt. *Syria* eſt Σύρνα Stephani, Σύρος Pauſaniæ in fine lib. III. pag. 215. Vide infra v. Σύρνα. Verba Dioſcoridis, ſi deſideres, hæc ſunt: Ἀσπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος, γεννώμενος ἐν Ἴστρῳ καὶ Νισύρῳ καὶ Συρίᾳ καὶ Ῥόδῳ. *Aſpalathus, aliis eryſiſceptrum, frutex eſt lignoſus, ſpinis crebris aculeatus. Naſcitur in Iſtro, Niſyro, Syria & Rhodo.*

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσπαλαθίδος ὡς Ψωφίδος καὶ Αὐλίδος] Lege Ἀσπαλαθίδιος, ὡς Ψωφίδιος καὶ Αὐλίδιος, jubente analogia. Vide infra v. Ψωφίς.

ἌΣΠΕΝΔΟΣ, πόλις Παμφυλίας, Ἀσπένδου κλίσμα] *Aſpendi* ſitum accurate deſcribit Arrianus lib. I. de Expedit. Alex. pag. 26.

— Ὁ πο-

— Ὁ πολίτης Ἀσπένδιος] Hinc *Aſpendius* Citharœdus.

ἈΣΠΙ'Σ, πόλις Λιβύης] Quomodo capta à Romanis hæc Libyæ urbs, narrat Polybius lib. I. pag. 30. hi vero *Clypeam* illam appellavere.

— Ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη μεταξὺ Λεβέδου] De hac Strabo lib. XIV. pag. 643.

— Ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη, Ψύρων ἐγγύς] Videtur eadem, quæ præcedens.

ἈΣΠΛΗΔΩ'Ν, πόλις Φωκίδος.

— Γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ α] Vide Strabonem lib. IX. pag. 414. & Euſtathium ad Iliad. B. v. 511.

ἈΣΣΑΚΗΝΟΙ', ἔθνος Ἰνδικόν] An ab hac gente dicuntur in vulgari idiomate *Aſſaſſini?* Certe venit ad nos hæc vox ex Oriente. Unde Thuanus in quodam poëmate:

Notus & Eoo tantum Aſſaſſinus in axe,
Proh pudor! in noſtro viſitur orbe frequens.

ἈΣΣΗΡΑ, οὐδετέρως, πόλις Χαλκιδέων.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσσηρείτης] Horum ager mendoſe apud Ariſtotelem in vulgatis exemplaribus vocatur Ἀσυρεῖτις. lib. III. Hiſt. Animal. cap. 12. Οἷον ἐν τῇ Χαλκιδικῇ τῇ ἐπὶ τῆς Θράκης ἐν τῇ Ἀσυρείτιδι (lege ex hoc Stephani loco Ἀσσηρείτιδι) ἐποίει ὁ καλούμενος Ψυχρὸς ποταμός. *Uti in regione Aſſeritide agri Chalcidici in Thracia facit fluvius à frigiditate Pſychrus dictus.*

ἌΣΣΟΣ, πόλις Λυκίας, πλησίον Ἀτάρνης] Reſcribe Λυδίας pro illo Λυκίας, quod huic loco non convenit. Dicitur enim *Aſſos* propinqua *Atarnæ* fuiſſe: Ἀτάρνα autem mox à noſtro, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας πλησίον Λέσβου. Deinde ibidem ponitur à Strabone lib. XIII. & à Xenophonte qui lib. VII. de Exped. Cyri pag. 425. *Atarnam & Pergamum Lydiæ* facit civitates. Quod ita turbavit Joannem Leonclavium, ut pro *Lydiæ*, quod bis occurrit, ſemel *Aſiæ*, ſemel *Myſiæ* reponendum cenſuerit. Sed invita plane dea Critice: inchoat enim Xenophon *Lydiam* ab *Antandro*, extenditque *Pergamum* uſque.

— Ἐφ' ὑψηλοῦ καὶ ὀξέος καὶ δυσανόδου τόπου] Strabo lib. XIII. pag. 610. Ἔστι δ' ἡ Ἄσσος ἐρυμνὴ καὶ εὐτειχὴς ἀπὸ θαλάσσης, καὶ τοῦ λιμένος ὀρθίαν καὶ μακρὰν ἀνάβασιν ἔχουσα. *Natura & arte munita eſt Aſſus à mari & portu rectam & longam habens adſcenſionem.* Extat & Epigramma vetus de aquis in hanc urbem perductis per exciſas rupes lib. IV. Anthol. Græc. Epigr. pag. 509. unde ingenium ſitus, quem Stephanus dicit habuiſſe *Aſſum*, perſpicitur.

— Πρὸς ὃν Νικόστρατος κιθαριστὴς ἔλεγε παίζων, Ἄσσον ἴθ' ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι] Strabo auctorem hujus Hexametri vocat *Stratonicum*; pergit enim in loco mox adducto: ὥς τ' ἐπ' αὐτῆς οἰκείως εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ τοῦ Στρατονίκου τοῦ Κιθαριστοῦ· Ἄσσον, &c. *Ut convenire ei videatur Stratonici Cytharœdi: Aſſon*, &c. Jam quoniam hujus *Stratonici* Strabo & alibi meminit, & noſter Strabonem in hoc loco expreſſit, probabile pro Νικόστρατος hic reſcribendum eſſe Στρατόνικος. Sed, quiſquis etiam fuerit, qui de *Aſſo* hunc verſiculum primus jecit, notandum ex Homero eum deſumptum, apud quem, licet diverſa notione τοῦ Ἄσσον, extat Iliad. ζ. v. 143.

Ἆσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.
Propius accede, ut ocyus ad mortis metas pervenias.

— Δευτέρα πόλις Αἰολίδος κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον] Eſt eadem, quæ præcedens & quæ ſequens, ut apparet ex ſitu *Atarnæ*.

— Ἔστι καὶ λειμών] Fuit noſtro in animo Ἀσίας λειμὼν, ut jam monui ſupra v. Ἀσία.

— Ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας] Lege, Κιλβιανῷ ex Strabone lib. XIII. pag. 629. Euſtathius ad Iliad. B. pag. 254. ſcribit Κιλβανὸν, alio errore. Apud Ptolemæum pariter bis corruptum extat lib. v. cap. 2. ſed apud Plinium ſincere legitur lib. v. cap. 29. *Epheſus attollitur monte Pione, alluitur Cayſtro in Cilbianis jugis orto, multoſque amnes deferente & ſtagnum Pegaſeum, quod Phyrites amnis expellit.*

— Περὶ τὸν Καΰστρον] Alii auctores Græci hunc fluvium vocant Κάϋστρον, & Latini *Cayſtrum*: Homerus tamen Iliad. B. v. 461. ut hic, Καΰστρον.

ἈΣΣΥΡΙ'Α, χώρα περὶ Βαβυλῶνα.

— Εἰσὶ καὶ ἕτεροι παρὰ τοὺς Σύρους] Sic in Epigramm. Græc. lib. III. pag. 302. ἐν Ἀσσυρίοις Γαδάροις, pro ἐν Συρίοις.

ἈΣΣΩΡΟ'Ν, ὄρος Σάμου.

— Εὐφορίων Ἀρτεμιδώρῳ] Scholiaſtæ Apollonii & Tzetzi ad Lycophronem pag. 90. citatur Εὐφορίων ἐν Ἀπολλοδώρῳ. Unde jure merito locus hic Xylandro pro ſuſpecto fuit. Fuit quoque tempus, quo Cl. Salmaſius pro Ἀρτεμιδώρῳ putaret ſcribendum, Ἀρτέμιδος ὕμνῳ.

— Δαίμονος Ἀμφιλύσιον ῥόον] MSS. Δαίμονος Ἀμφιλύσσοιο ῥόον. rectiſſime.

ἈΣΣΩ'ΡΙΟΝ, πόλις Σικελίας, ταύτην τελουλαβῶς Ἄσσωρον καλεῖ Ἀπολλόδωρος] In Numiſmatibus Siciliæ Philippi Parutæ pag. 102. extat nummus, in cujus uno latere caput laureatum conſpicitur juvenis imberbis cum longiuſcula cæſarie, adſcriptum literis Latinis, ASSORU. in altero homo nudus, in cujus dextra urceus, in ſiniſtra cornu copiæ, additum, CRYSAS. qui nummus & lucem dat & accipit à Ciceronis loco lib. IV. in Verrem, cap. 44. *Chryſas eſt amnis, qui per Aſſorinorum agros fluit. is apud eos habetur Deus & religione maxima colitur. fanum ejus in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam. In eo Chryſæ eſt ſimulacrum præclare factum è marmore.* Item alius ibidem, in cujus una parte caput muliebre, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

altera duo boves jugati, cum epigraphe ASSORU. Nuſquam hi alibi extant.

ἈΣΤΑΙ, ἔθνος Θρᾴκης· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἐν ἑνδεκάτῃ] Lege, τῶν ἕνδεκα. ſic enim citatur hic *Artemidori* liber in vv. Δερτών. Κώθων. Λίγυρος.

ἈΣΤΑΚΟΣ, πόλις Βιθυνίας, &c. Ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας πόλις] Strabo lib. x. pag. 459. *Aſtacos* duas etiam agnoſcit, ut hic noſter; unam in *Bithynia*, alteram in *Acarnania*. Καὶ πόλις Ἀστακὸς, ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον. *Urbs Aſtacus cognominis ei, quæ apud Nicomediam & ſinum Aſtacenum.* Ex quo loco, quoniam Strabo perſpicue *Aſtacum Bithyniæ* à Nicomedia diſtinguit ponens illam περὶ Νικομήδειαν, & quoniam nonnulli ſunt de veteribus, qui *Nicomediam* prius *Aſtacum* dictam eſſe tradiderunt, Joſephus Scaliger in Notis ad Euſebium n. 1307. putavit duas *Aſtacos* in *Bithynia* fuiſſe. Sed non obſervavit vir magnus *Nicomediam* tunc ferme cœpiſſe, quum *Aſtacus* deſineret, atque ex *Aſtaci* ruinis creviſſe in loco non longe ab eo, in quo *Aſtacus* ſteterat. Notavit hunc Scaligeri errorem Salmaſius & in Exercitat. ad Solin. & in Notis ad Hiſt. Auguſt. quibus, ſi lubet, adde ex Memnonis Hiſtoriis locum apud Photium cap. XXI. pag. 722.

— Ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνικοῖς] Salmaſius legit, ἐν Βιθυνιακοῖς, & ſic citantur hi libri infra v. Βιθυνόπολις.

— Οἱ δὲ Κεφαληνίας ἄποικον] Catal. Urb. MS. Vat. Ἄστακος, πόλις Κεφαλληνίας.

— Πελαπυνός] Scribe, Πελαπηνός. uti legitur infra v. Πέλαπος.

ἈΣΤΑΠΑΙΟΙ, Λιβύης ἔθνος· Ἀππιανὸς ἕκτῳ] Non poſſum ſatis mirari auctoris noſtri oſcitantiam. Ἀστάπα inter illas Hiſpaniæ urbes enumeratur, ab Appiano, quæ à Scipione captæ ſunt, in Ibericis pag. 273. qui idem eſt locus, qui hic ab auctore adducitur. Nam uti ex Photio videre eſt, Iberica conſtituebant ſextum operis Appiani librum. Jacuit autem hæc urbs inter Carthaginem Novam & Fretum, uti ex Appiani narratione colligitur. Incolæ illius, qui pertinaciſſime partes Carthaginienſium tuebantur, aliquoties ibidem dicuntur Ἀσταπαῖοι. Nihilominus Stephanus inductus ab his Appiani verbis: Ἀστάπα δ' ἦν πόλις Καρχηδονίοις αἰεὶ διαμείνασα ὁμαλῶς. *Aſtapa autem urbs Carthaginienſibus perpetuo adhæſerat*: temere *Aſtapæos* in *Lybia* ſitos putavit, quaſi Carthaginienſium nullum fuiſſet extra *Lybiam* imperium.

ἈΣΤΑΡΤΗ, νῆσος ἐν Αἰθιοπίᾳ· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτῃ] Lege, ἐν περίπλων πρώτῃ.

— Ἀπὸ δὲ τοῦ Βαζίου ἄκρου] Apud Ptolemæum bis occurrit hoc promontorium, ſed utrobique, τὸ Βάζιον ἄκρον, dicitur lib. IV. cap. 5. & 7. Apud Marcianum hæc interiere, cujus procul dubio locus hic à Stephano adducitur.

— Ἐκδέχεται Τελόνωτον ὄρος] Ptolemæus lib. IV. cap. 7. Πελονωτὸν ὄρος ſcribit.

ἈΣΤΕΡΙΑ, πόλις Λυδίας] MSS. & Euſtathius ad Iliad. B. pag. 332. *Aſteriam* faciunt urbem Συρίας. perperam.

— Ἔστι καὶ νησίον Ἀστερία, μεταξὺ Κεφαληνίας καὶ Ἰθάκης] Sic dicitur Antonino Liberali cap. XXXV. Aliis vero Ὀρτυγία & Δῆλος. De variis hujus inſulæ nominibus vide infra v. Δῆλος. tum quæ notavit Tzetzes ad Lycophronis Alexandr. pag. 71.

ἈΣΤΕΡΙΟΝ, πόλις Θετταλίας. Ὅμηρος, Οἵ τ' ἔχον Ἀστέριον] Iliad. B. v. 735.

— Ἡ νῦν Πιρεσία] Sic appellatur Apollonio, apud quem Cometes lib. I. v. 37. dicitur,

Πιρεσίας ὄρεος Φυλληΐου ναίων.

Prope montem Phylleum Pireſiæ habitans.

ubi Scholiaſtes: τὸ Φυλλεῖον, ὄρος Μακεδονίας· ἡ δὲ Πιρεσία χώρα ἢ πόλις, ἧς ἐγγὺς ἦν τὸ Φυλλεῖον. Hanc autem Πιρεσίαν exiſtimo eandem eſſe quæ Πειρασία, à noſtro infra ſuo loco dicitur, & quæ occurrit apud Orpheum in Argon. v. 162.

Πειρησίην ὃς ἔναιεν ἐπ' Ἀπιδανοῖο ῥεέθροις.

& ipſum Apollonium lib. I. v. 584. quamquam plurali numero.

Φαίνοντο δ' ἄποθεν Πειρεσιαί.

Apparebant procul Pireſiæ.

nam ex his verbis colligitur in editiſſimo loco ſitas fuiſſe, quod hic de *Pireſia* teſtatur noſter. Et inducor per hunc Apollonii locum, ut credam, in altero quoque ejuſdem Poëtæ ſcriptum fuiſſe Πειρεσιὰς, numero plurali, accuſandi caſu. Vide etiam infra v. Φυλλοῦς. Ἀστέριος autem ille, à quo Stephanus *Aſterion* nomen accepiſſe exiſtimat, haud dubie is eſt, qui inter Argonautas recenſetur, Κομήτου filius, ab Apollodoro lib. I. Biblioth. Orpheo Ἀστερίων dictus, ut & Apollonio lib. I. v. 35.

— Οὕτω δὲ καλεῖται διὰ τὸ λαμπρὸν, ὅτι ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένη, τοῖς πόῤῥωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεται] Hic eſt *Phylleus mons*, ut ex Apollonio & ipſius Scholiaſte apparet.

ἈΣΤΕΡΟΥΣΙΑ, ὄρος Κρήτης πρὸς νότιον μέρος, ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν· ἀφ' οὗ καὶ πόλις ἐπὶ τὸ Καύκασον Ἰνδική Ἀστερουσία] Euſtathius hic olim legiſſe videtur Ἰνδικόν. dicit enim ad Iliad. B. pag. 332. ἔστι δὲ καὶ Ἀστερουσία Κρήτης φασὶν ὄρος, καὶ πόλις δὲ περὶ τὸν Ἰνδικὸν Καύκασον.

ἈΣΤΡΑΙΑ, πόλις Ἰλλυρίας· Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος α. Οἵ τ' ἔχον Ἀστραίαν τε Δόβηράν τε] MSS. habent Δόβηρά τε. quod probabat Salmaſius. Mihi rectius videretur Δόβηρόν τε. Infra enim Δόβηρος Pannoniæ urbs dicitur. Niſi Δόβηρά τε cenſeamus quarto caſu dictum à primo Δόβηρ, quomodo etiam dictam fuiſ-

ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſe hanc urbem ſuſpicari licet ex gentili Δόβηρες. quod & infra & aliquoties apud Herodotum legitur.

Ἄ Σ Τ Υ, ἡ κοινῶς πόλις.

— Φιλόχορος ἑνδεκάτῃ Ἀτθίδος] MSS. Φιλόχορος ιά Ἀτθίδος. Apud Etymologum, ubi idem *Philochori* locus adducitur v. Ἄστυ, legitur, ἐν πρώτῃ. & ſic quoque olim hic ſcriptum fuiſſe, Φιλόχορος ἐν ά Ἀτθίδος, valde eſt veriſimile. Certe apud alterutrum libri numerus corruptus eſt.

— Καὶ στῆναι ἐκ τῆς πλάνης εἰς τὰς κοινὰς οἰκήσεις] Similem τοῦ Ἄστυ etymologiam adfert Eumolpus apud Scholiaſten Apollonii lib. I. v. 696. Ἄστυ. Ἐτυμολογεῖ Εὔμολπος τὴν λέξιν, ἄστυ λέγων παρὰ τὸ ἄνω ἵστασθαι· ἐπὶ μετεώρου γὰρ κεῖνται αἱ πόλεις.

— Σοφοκλῆς ἀλ *] MSS. explent lacunam, Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ. recte. Nam *Sophoclis* Ἀλέξανδρος citatur etiam infra.

— Βατιῆρα] MSS. Βυτιῆρα.

— Τοιγὰρ ἐνθένδεθεν] MSS. τὸ γὰρ ἐνθένδεθεν. recte.

— Ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ. Εἴς τε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος] MSS. εἰ ὅτε δὴ, &c. Unde Salmaſius, εἴσοκε δὴ, aut ἐς τόδε τοῦ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ, legendum ſuſpicatur. Certe ἕδος manifeſtiſſimum gloſſema eſt, & à quolibet deprehendi poteſt. Cur autem *Eratoſthenes* Θορικὸν appellaverit ἄστυ, infra indicabimus v. Θορικὸς, ubi ab Hecatæo δῆμον Θορικὸν appellatum eſſe πόλιν, ob magnitudinem ſcilicet, auctor eſt Stephanus.

— Ὅτι δὲ δῆμος Θορικὸς, δῆλόν ἐστι καὶ κώμη πλησίον Κανώβου] Poſt δῆλόν ἐστι ponenda eſt τελεία στιγμή. Cætera enim de voce Ἄστυ intelligenda, & meminit hujus pagi Ægyptiaci Diodorus Siculus lib. I. pag. 17. ubi inter argumenta, quibus Ægyptii probabant Athenienſes coloniam Saïtarum eſſe, dicit fuiſſe, quod Athenienſes ſoli inter Græcos urbem ſuam appellarent *Aſtu*, ab *Aſtu* videlicet in Ægypto ſito.

Ἀ Σ Τ Υ Π Ά Λ Α Ι Α, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.

— Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀστυπαλαίας, τῆς Ἀγκαίου μητρός] Habes hoc apud Apollonii Scholiaſten ad lib. I. v. 185. ὁ μὲν Ἀγκαῖος, υἱὸς Ἀστυπαλαίας γὰρ ἦν τῆς Φοίνικος καὶ Ποσειδῶνος. & ipſius *Aſtypalææ* mentio apud Apollonium ipſum lib. II. v. 868. ubi de Ancæo

— ὃν Ἰμβρασίοισι παρ' ὕδασιν Ἀστυπάλαια
Τίκτε Ποσειδάωνι.

— *quem apud Imbraſi aquas Aſtypalæa*
Neptuno genuit.

ad quem locum idem Scholiaſtes: ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυπαλαίας τῆς Φοίνικος ὁ Σάμιος Ἀγκαῖος ἦν παῖς, ὃς ἐκυβέρνα τὴν ναῦν μετὰ τὴν Τίφυος τελευτὴν, καὶ Σιμωνίδης ὁ γενεαλόγος ὁμοίως τῷ Ἀπολλωνίῳ γενεαλογεῖ.

— Τετάρτη, πόλις ἐν Σάμῳ] De *Aſtypalæa Sami*, & ejus denominationis origine locus extat inſignis ex Themiſtagora, veteri hiſtorico, apud Etymologum. Habet autem ſic: Ἀστυπαλαία, μοῖρα τῆς Σάμου, οὕτω καλουμένη· ὅτι Πατροκλῆς καὶ Τεμβρίων ἀποικίαν στείλαντες εἰς Σάμον, πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας τοὺς Κᾶρας κοινωνίαν θέμενοι, ᾤκησαν παρὰ τὸν Σχήσιον ποταμὸν, καὶ εἰς δύο φυλὰς τὴν πόλιν διένειμαν· ὧν τὴν μὲν, Σχησίαν ὠνόμασαν, ἀπὸ τοῦ Σχησίου ποταμοῦ παρακειμένου τῇ πόλει· τὴν δὲ Ἀστυπαλαίαν, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἐκεῖσε ὄντος ἄστεος. Οὕτω Θεμισταγόρας ἐν τῇ χρυσῇ βίβλῳ.

Ἄ Σ Τ Υ Ρ Α, πόλις Μυσίας, οὐδετέρως, πρὸς τῇ Τρῳάδι] Meminit hujus urbis Scholiaſtes Nicandri ad Alexipharm. pag. 52. & Euſtathius ad Iliad. B. pag. 366. Strabo lib. XIII. pag. 591. Ἄστυρα ſupra Abydenum agrum in Troade ponit, oppidum dirutum, ſed quod olim aurifodinis, quæ exhauſtæ ejus tempore, fuerit dives.

— Ἔστι καὶ κώμη πλησίον τοῦ Ἀδραμυττίου] Strabo eodem lib. XIII. pag. 606. recenſum agens locorum veteris Geographiæ circa Trojam ad illuſtrationem Homeri & aliorum priſcorum, etiam hujus pagi meminit, ut diverſi à ſuperiore urbe, & quidem his verbis: Εἶτα Ἄστυρα κώμη καὶ ἄλσος τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἅγιον. Πλησίον δὲ εὐθὺς τὸ Ἀδραμύττιον, Ἀθηναίων ἀποικος πόλις, ἔχουσα καὶ λιμένα καὶ ναύσταθμον. *Sequitur Aſtyra pagus, & lucus Aſtyrenæ Dianæ ſacer. Non procul hinc eſt Adramyttium, Athenienſium colonia, portum habens & navium ſtationem.* & iterum pag. 613. Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον κώμην φασίν. ἣν δὲ πολίχνη ποτὲ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρήνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προεστατούμενον μεθ' ἁγιστείας ὑπὸ Ἀντανδρείων, ᾗ μᾶλλον γειτνιᾷ. *Myſiæ autem propinquum dicunt pagum Aſtyra, olim oppidum; in cujus luco templum Aſtyrenæ Dianæ eſt, cui Antandrii religioſe præſunt, quibus id eſt vicinius.* Ad quos duos locos hic reſpexit noſter.

— Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης κατὰ Ῥόδον] Lego, Κατ' Ἄραδον. Ἄραδος enim ſupra νῆσος Φοινίκης.

— Ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ ἈΣΤΥΡΊΣ, &c.] Perperam editio Xylandri ſeparavit Ἀστυρὶς ab Ἀθηνᾶ, quaſi urbis aut loci eſſet nomen novum, cum ſit τῆς Ἀθηνᾶς epitheton. Conjungendum igitur iterum, & diſtinguendum: ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ Ἀστυρίς. ἔστι καὶ Βοιωτίας. ſic MSS. ſic etiam Editio anterior.

— Ἔστι καὶ χώρα Ἰταλίας] Immo χωρίον· fuit enim prædium Ciceronis ad Pontinas paludes in ora maritima Latii, nunc pagus eodem adhuc nomine. Vide Philippum Cluverium lib. III. Ital. Antiq. cap. 7.

— Ἀφ' οὗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν] Meminit Strabo duobus locis, qui ſupra adducti ſunt.

Ἀ Τ Ά Β Υ Ρ Ο Ν, ὄρος Ῥόδου] Pindarus vocat Ἀταβύριον. Olymp. Od. VII. pag. 71.

— ὧ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— ὦ Ζεῦ πάτερ νώ-
τοισιν Ἀταβυρίου
μεδέων.

O Jupiter pater, cacumini Atabyrii dominans.

Ubi Scholiaſtes: ὁ νοῦς οὕτως ἔχει. ἀλλ᾽ ὦ Ζεῦ πάτερ τοῦ Ἀταβυρίου ὄρους βασιλεύων. & paullo poſt: νώτοισι δὲ, ἀντὶ τοῦ νώτων. εἰσὶ δὲ χαλκαῖ βόες ἐν αὐτῷ· αἵτινες ὅταν μέλλῃ ἄτοπόν τι γίνεσθαι, μυκῶνται. Adeo ut exiſtimem, & propter hunc locum, & propter montem ſequentem Siciliæ huic cognominem, hic ſcriptum fuiſſe olim, ἈΤΑΒΥΡΙΟΝ.

— Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον, ὡς Τίμαιος] Eadem fere verba occurrunt apud Scholiaſten Pindari d. l. ἔστι δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ ὄρος Ἀταβύριον, ὥς φησι Τίμαιος.

— Ἔστι καὶ Φοινίκης] Hanc urbem expugnaſſe Antiochum Epiphanem narrat Polybius lib. v. pag 413.

ἈΤΑΙΑ, πόλις Λακωνική.

— Ἡ Ἀταΐτης] Apud Triſtanum Tom. II. pag. 272. in nummo Getæ circum figuram Fluvii legitur, ΑΤΤΑΙΤΩΝ, per duo T T.

ἈΤΑΛΑΝΤΗ, ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων κληθεῖσα παρὰ Λοκροῖς· Θουκυδίδης δευτέρᾳ. Ἔστι καὶ νῆσος] Legendum: ἔστι δὲ νῆσος ex Thucydidis loco, quem citat, lib. II. pag. 119. vel etiam: ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη περὶ ... Catalogus Urbium Vat. MS. Ἀταλάντη φρούριον νῆσος οὖσα πέτρα ἐρήμη ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις ἐξ Ὀπούντος ἢ πλησιάζει. Strabo lib. IX. pag. 425. duas ejuſdem nominis inſulas diverſas deſcribit.

ἈΤΑΡΒΙΚΙΣ, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι νήσῳ] Procul dubio eſt Ægypti urbs, quæ Herodoto Ἀτάρβηχις dicitur lib. II. cap. 41. legendumque cum MS. optimo, ἐν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ. quomodo & vocatur Herodoto d. l. infra vero Προσωπὶς Ægypti urbs dicitur. ſed vix dubium eſt, quin eadem inſula, cum in illa fuerint urbes plures, ut Herodotus fatetur, habuerit & illam urbem ſibi cognominem.

ἈΤΑΡΝΑ, πόλις μεταξὺ Μυσίας] Suidas vocat regionem *Myſiæ* ad Helleſpontum, intellige territorium *Atarnæ*. Ἑρμίας ὁ εὐνοῦχος Ἀταρνεύς. χώρα δέ ἐστιν Μυσίας τῆς περὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ. à quibus non diſſentiunt, quæ tradit Herodotus lib. I. cap. 160. Τοῦ δὲ Ἀταρνέως τούτου ἐστὶ χῶρος τῆς Μυσίης, Λέσβου ἀντίος. *Atarneus autem locus eſt Myſiæ è regione Lesbi ſitus.* Notandum autem quod hæc urbs Ἀταρνεὺς appelletur non tantum Herodoto, ſed Plutarcho lib. de Malignit. Herodoti pag. 859. reſpicienti ad iſtum Herodoti locum Xenophonti lib. VII. de Exped. Cyri, pag. 425. Iſocrati, Straboni, Pauſaniæ, Harpocrationi, denique Catalogo Urb. MS. Vat. in quo legitur, Ἀταρνεὺς, πολίχνιον καταντικρὺ Λέσβου. quod ferme iiſdem verbis video eſſe apud Suidam v. Ἀταρνεύς. In ſitu autem hujus urbis conveniunt omnes, qui ſupra relati ſunt, cum Stephano. Photius ſolus ponit illam in Thracia Cod. CCLXXIX. pag. 1579. ubi excerpit Helladii libros Chreſtomathiæ. Τῆς δ᾽ Ἀταρνέως (πόλις δὲ αὕτη Θρᾳκίας) ἐκτομίας ὢν, καὶ δοῦλος, ἦρξεν Ἑρμείας. *Hermeas caſtratus & ſervus cum eſſet, Atarnei (quæ Thraciæ civitas eſt) rex fuit.* Sed verba parentheſi incluſa procul dubio ſunt à Photio per errorem addita.

— Ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς] Ab Ἀτάρνα fit Ἀταρνεὺς, ut à Δίπαια, Διπαιεύς. ſic Ὀδυσσεὺς & Πεδιεῖς infra ſuis locis. Ab Ἀταρνεὺς vero Ἀταρνείτης Callimachus in Epigramm. apud Diogenem Laërtium in Pittaco:

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνήρετο Πιττακὸν οὕτως
Τὸν Μιτυληναῖον, παῖδα τὸν Ὑρράδιου.

*Hoſpes Atarnenſis rogabat Pittacum ita
Mitylenæum, filium Hyrradii.*

& infra v. Σαλμώνη. Et Ἀταρνεῖται apud Pauſaniam in Achaic. pag. 400. & Ἀταρνεῖτις regio apud Herodotum lib. VI. cap. 29. Straboni vero oppidani *Atarnæ* vel *Atarnei* Ἀταρναῖται dicuntur, lib. XIII. pag. 611. Quibus omnibus addam nunc duos nummos, quos in Collectionibus Pyrrhi Ligorii reperio, unum M. Aurelii Imperatoris, in quo Diana venatrix cum inſcriptione novum gentilitium ſuggerente, ΑΤΑΡΝΑΙΩΝ. alterum Gordiani Tertii, in quo imago Apollinis, circum, ΑΤΑΡΝΕΩΝ.

ἈΤΑΦΥΝΟΙ, ἔθνος μέγα Ἀραβίας] MSS. Ἀταφηνοί. quæ procul dubio vera lectio, quoniam terminationi iſtius regionis convenit.

ἈΤΕΛΛΑ, πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας.

— Ὡς Ἀγυλλαῖος] Lege, Ἀγυλλαῖος. de quo ſupra v. Ἀγύλλα.

— Ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ, Ἀτέλλαι * παρέδοσαν αὐτοὺς] Salmaſius legit Ἀτελλανοί, vel Ἀτελλανοῖς pro Ἀτέλλαι, remoto aſteriſco.

ἈΤΗΝΗ, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. Φρύνιχος δὲ τῆς Αἰολίδος φησίν] Joannes Meurſius libro de Populis Atticæ pro Ἀντιοχίδος legit Ἀτταλίδος. Hujus autem *tribus* mox Stephanus meminit, & infra v. Βερενικίδαι.

— Πατροκλῆς] MSS. Προκλῆς.

— Διονύσιος Ἀτηνίαν τὸν δῆμον] Joannes Meurſius legit, Ἀτηνιᾶ, ut ſit accuſativus ab Ἀτηνιεύς, Ἀτηνιέα Ἀτηνιᾶ, ut Πειραιᾶ.

ἈΤΙΝΤΑΝΙΑ, μοῖρα Μακεδονίας] Apud Ariſtotelem lib. Θαυμασ. ἀκουσ. nomen hoc mendoſe ſcriptum eſt: ἐν δὲ τῇ Ἀπολλωνίᾳ τῇ πλησίον κειμένῃ τῆς τῶν Ταυλαντίων χώρας φασὶ γίνεσθαι ἄσφαλτον, &c. lege Ἀτιντάνων. *in Apollonia, quæ juxta regionem Atintaniorum ſita, naſci ajunt bitumen.*

— Οἱ οἰκήτορες, καὶ Ἀτιντᾶνες καὶ Ἀτιντάνιοι] Lycophron in Alexandra pag. 163.

Πέλας

Πέλας δὲ γῆς Ἀτιντάνων μολών.

Ad Atintanum terram accedens.

ad quem locum corrigendus Tzetzes, apud quem Ἀτιτάνοι, ἔθνος Ἠπειρωτικὸν perperam editur pro Ἀτιντάνιοι. Appiano autem hæc gens Illyrica dicitur, appellaturque Ἀτινζανοὶ in principio Illyricorum.

ἌΤΛΑΝΤΕΣ, ἔθνος Λιβυκόν.

— Ἔστι καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων] Salmaſius quondam legebat: ἔστι δὲ τὸ ὄνομα, &c. poſtea, ut apparet in Solinianis Exercitationibus pag. 410. maluit: ἔστι καὶ τὸ ὄνομα τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων. deleta præpoſitione ἀπό.

— Ῥιανὸς δὲ ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ] Euſtathius ad Dionyſii Perieg. pag. 15. emendandus quidem eſt ex noſtro: perperam enim apud illum editur Ἀῤῥιανὸς pro Ῥιανός. ſed ſequentia apud illum oſtendunt levi tranſpoſitione hic eſſe peccatum legendumque, Ἀτάραντας καὶ μετ' αὐτοὺς εἶναί φησι Ἄτλαντας. Ita enim, meo judicio, rectius apud eum legitur.

ἌΤΡΑΙ, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος] Ita & appellatur infra v. Λιβαναί. apud Dionem in Excerptis lib. LXXX. pag. 769. Τὰ Ἄτρα.

ἈΤΡΑΜΙ͂ΤΑΙ, ἔθνος εὐδαίμονος Ἀραβίας] Ἀτραμῖται, ſive Ἀτραμωτῖται, ut illos appellavit *Artemidorus*, videntur iidem, qui Χατραμωτῖται infra. quod Salmaſius multis rationibus & exemplis probat in Exercit. ad Solin. pag. 490.

ἌΤΡΑΞ, καὶ Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος μοίρας.

— Καὶ δευτέρους ἔπεμψαν Ἄτρακας λύκους] Verſus eſt 1309. Caſſandræ Lycophronis. Sed hodie in noſtris exemplaribus ibi legitur:

Καὶ δευτέρους ἔπεμψαν ἅρπαγας λύκους.

Quin & ſecundum miſerunt rapaces lupos.

& ſic jam olim in ſuis etiam invenit Euſtathius: unde de hac diverſitate lectionis ex Stephano monet ad Iliad. B. pag. 337.

— Ἔστι καὶ Ἀτρακὶς θηλυκόν] Et Poëtice Ἀτρακηΐς. Orpheus Argon. v. 158.

—— λιπὼν Ἀτρακηΐδα λίμνην.

—— *relinquens portum Atracium.*

ἈΤΡΉΝΗ, πόλις. Φιλοστέφανός φησιν, ἀπὸ Δαύσου καὶ Ἀτρῶνος καὶ Ἀτρηνησῶν] Puto ſcripſiſſe: Ἀτρήνης πόλις, Φιλοστέφανός φησιν ἀπὸ Δαύσου καὶ τῶν Ἀτρηνησῶν.

ἈΤΡΊΑ, πόλις Τυῤῥηνίας, Διομήδους κτίσμα, χειμῶνος πλεύσαντος] Salmaſius legit: Διομήδους κτίσμα, χειμῶνος πνεύσαντος. recte meo judicio.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεύς, καὶ Ἀτρεάτης] Legendum procul dubio cum Philippo Cluverio lib. I. Ital. Antiq. cap. 18. Ἀτρεὺς καὶ Ἀτριάτης.

ἈΤΡΟΠΑΤΊΑ, καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ τῆς Μηδίας δευτέρα μερίς.

— Ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος Ἀτροπάτου] Euſtathius ad Dionyſium pag. 129. Ἔτι δὲ καὶ οἱ Ἀτροπατηνοὶ, ἀπὸ ἡγεμόνος τινὸς Ἀτροπάτου καλούμενοι· ὧν Ἀτροπατία ἡ χώρα, δευτέρα μερὶς τῆς Μηδίας λεγομένη· πρώτη δὲ Μηδικὴ μερὶς, καθ' ἣν τὰ Ἐκβάτανα. Vide etiam Iſidorum Characenum.

ἈΤΤΆΛΕΙΑ, πόλις Λυδίας πρότερον Ἀγρόειρα] Videri poſſet, pro Λυδίας, legendum eſſe Λυκίας, quoniam D. Lucas in Actis cap. XIV. v. 24. Euthalius, Diaconus, Beda, Ptolemæus etiam lib. V. cap. 5. eam Pamphyliæ aſſignant, quæ ab occaſu *Lyciæ* contermina eſt. Sed nihil mutandum cenſeo. Exiſtimo enim duas hoc nomine urbes fuiſſe; unam in *Lydia*, conditam ab Attala Sadyattis filio notho, cujus meminit Nicolaus Damaſcenus in Excerpt. Conſtantini Porphyrogennetæ pag. 453. in qua ſententia eſt etiam Henricus Valeſius in notis ad illum locum: alteram in *Cilicia*, conditam ab Attalo, quæ eſt illa, cujus meminit Apoſtolus. Cilicia enim ſub Pamphylia cenſetur.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀτταλεύς] In duobus nummis Commodi apud Franc. Gotifredum, in quorum uno Pallas, altero Serapis expreſſa eſt, legitur, ΑΤΤΑΛΩΝ. Sed in alio Leonardi Auguſtini, qui ab una parte habet caput Palladis, ab altera Victoriam gradientem, plane ut hic, ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Sic in alio etiam Tiberii apud eundem Gotifredum ſub capite Palladis: & in alio Caracallæ, circum Solem bigis vehentem, ΑΤΤΑΛΕΩΝ.

ἈΤΤΆΛΥΔΑ, πόλις Λυδίας, κληθεῖσα ἀπὸ Ἄττυος.

— Ἀταλυδεύς] Ἀτταλυδεύς.

ἌΥΑΣΙΣ, πόλις Αἰγύπτου] Eadem, quæ Ὕασις, πόλις Λιβύης infra dicitur.

— Ταύτην δὲ καὶ Ὄασιν καλοῦσιν] Ὄασιν hanc urbem appellat Herodotus, qui illam ſeptem dierum per arenas itinere à Thebis dicit fuiſſe diſſitam, lib. III. cap. 26. ad quem locum reſpexit noſter.

— Ἡρόδοτος δὲ καὶ Δοῦρις Μακάρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον] Teſtatur hoc *Herodotus* d. l. & Olympiodorus apud Photium pag. 172. ubi multa inſuper de hac urbe traduntur.

ἈΥΓΆΣΙΟΙ, ἔθνος Μασσαγετῶν. Στράβων ἑκτῃ οὕτω φησίν *] Locus Strabonis, quem indigitat, legitur lib. XI. pag. 513. Τοῦ δὲ τῶν Μασσαγετῶν καὶ τῶν Σακῶν ἔθνους καὶ οἱ Αὐγάσιοι, καὶ οἱ Χωράσμιοί εἰσιν. *De Maſſagetarum & Sacarum gente ſunt & Augaſii & Choraſmii.* Ita enim illum locum in nominibus propriis legendum eſſe cum Iſaaco Caſaubono exiſtimo. Ex ultima autem voce, quæ in vulgatis Χωρασμουσινοὶ, facio Χωράσμιοί εἰσιν. Veroſimile enim librarium oſcitantem ſimilitudine vocum φησὶν & εἰσὶν totum Strabonis locum omiſiſſe.

ΑΥΓΕΙ'Α, πόλις Λοκρίδος] Lege: Αὐγειαί. ut eſt in loco Homeri, qui adducitur, & ſic hic legit olim Euſtathius.

— Ὅμηρος, -- Καὶ Αὐγειάς] Iliad. B. v. 532.

— Ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις *] Nihil videtur deſiderari, nam totidem fere verbis hæc adducuntur ab Euſtathio ad Iliad. B. pag. 277. Salmaſius tamen ex veſtigiis MSS. qui hic aliquam vocem poſt πόλις habuiſſe videntur, eruit, Μαλιέων.

ΑΥΓΙΛΑ, οὐδετέρως, πόλις Λιβύης.

— Τὸ ἐθνικὸν Αὐγιλίτης] Salmaſius putat διὰ τὸ ἐπιχώριον gentile ab Αὔγιλα eſſe Αὐγίλης, ut ab Ἄσβυστα Ἀσβύστης, Αὔσιγδα Αὐσίγδης. Vide illum ad Solin. pag. 411.

ΑΥΓΟΥ'ΣΤΑΙ, πόλις ἐν Κιλικίᾳ, καὶ Ἰταλίᾳ] Supra v. Ἀλαὶ appellatur ſingulari numero Αὐγοῦστα, & ſic etiam in Act. Concilii Chalcedonenſis. Et in nummo Getæ, in Theſauris S. M. Ducis, circum Cupidinem faci inverſæ innitentem, ΑΥΓ. ΤΡΑΙΑΝΗϹ. Apud Occonem etiam extat nummus Septimii Severi, & alius ejuſdem apud Triſtanum Tom. II. pag. 98. in quo circum templum Deæ Phrygiæ, ΑΥΓΟΥϹΤΗϹ ΤΡΑΙΑΝΗϹ. quam hic Trajanopolim Phrygiæ interpretatur. minus recte meo quidem judicio, neque enim dubito, quin ad *Auguſtam Ciliciæ* referendus ſit: multæ enim civitates, etiam extra Phrygiam, Magnam Deorum Matrem in nummis exhibent.

ΑΥΕΝΙ'ΩΝ, πόλις Μασσαλίας πρὸς τῷ Ῥοδανῷ. Τὸ ἐθνικὸν, Αὐενιωνήσιος· καὶ τῷ ἐπιχωρίῳ, Αὐενίτης, καὶ Ἕλληνι τύπῳ *] Puto legendum Αὐενιωνήσιος τῷ ἐπιχωρίῳ καὶ Αὐενίτης τῷ Ἕλληνι τύπῳ. Vide infra v. Καβελλίων.

ΑΥΛΑΙ', ἐπίνειον Κιλίκων.

— Οἱ οἰκοῦντες Αὐλεῶται] Suidæ dicuntur appellati Αὐλαιῶται v. Αὐλαί, quod, ut verius, videtur hic reponendum.

— Εἰσὶν Αὐλαὶ καὶ Λυκίας χωρίον] Ex Damaſcio in vita Iſidori apparet, fuiſſe circa Mæandrum, & ipſe quidem Cariæ tribuit: integro autem nomine vocabantur, Ἀπόλλωνος Αὐλαί, & vicinæ erant Aphrodiſiadi, uti ex Damaſcio apparet, quam Stephanus infra v. Ἀφροδισιὰς quinto loco commemorat.

— Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς η δισυλλάβων θηλυκῶν, ὀξυνόμενα μὲν διὰ τοῦ ε, &c.] Eandem hanc analogiæ regulam præſcribit infra v. Σίδη.

— Καρνίτης] Vide infra v. Κάρνη.

ΑΥΛΗ', ἡ ἔπαυλις.

— Χρυσῆς μὲν τ' αὐλῆς] Locus Homeri Iliad. E. v. 138. ad quem videſis Euſtathium.

— Αἱ δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκήσεις, Αὔλειοι] MSS. Αὔλειαι. ſed utram lectionem malis parum intereſt: nam ut & αὔλειος & αὔλεια θύρα dicitur, ita & αὔλειος & αὔλεια οἴκησις recte dicetur, niſi quis ex illo αὔλειαι potius αὐλαὶ legendum exiſtimet. Nam Heſychius procul dubio reſpicit ad Homeri locum ſupra à Stephano adductum, quando ſic explicat, Αὐλῆς, τῆς κατ' ἀγροὺς ἐπαύλεως λέγει.

— Καὶ οἱ ἄποικοι τούτων Θύραυλοι] Legendum omnino: Καὶ οἱ ἀποίκιτοι τ. θ. Heſychius Θύραυλοι, τῶν ποιμένων οἱ ἀποίκιτοι.

— Λέγεται καὶ αὖλις ὁ ἑσπέριος ἀστὴρ παρὰ τὸ ποιεῖν ἡμᾶς αὐλίζεσθαι] Idem habes apud Euſtathium ad Iliad. Λ. v. 831. & alludit Virgilius clauſula hac Eclogæ x.

Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ.

— Καὶ αὔλιον ἄντρον, παρὰ τὸ ἐκεῖ χορεύειν] Αὔλιον idem etiam quod αὖλις. utraque voce de Panis *ſtabulo* vel *antro* utitur Callimachus Hymno in Dianam. αὖλις v. 87.

——— ἵκεο δ' αὖλιν
Ἀρκαδικὴν ἐπὶ Πανός. ———

& de eodem αὔλιον v. 93.

Εἶλον ἔτι ζώοντας ἐπ' αὔλιον.

— Ὡς Ἀπολλώνιος] Locus eſt lib. II. apud Apollonium v. 909. ſed legitur ibi,

——— στήσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν.
——— *& duxiſſe choreas ante antrum.*

loquitur de Baccho. & mox ἄντρον illud αὔλιον appellat v. 912.

Ἢδὲ καὶ αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίην καλέουσιν.
Et antrum Aulium cognomine dicunt.

ΑΥΛΙ'Σ, πόλις Βοιωτίας κατὰ Χαλκίδα.

— Τρύφων παρὰ τὸ αὐλισθῆναι, Ἀλὶς καὶ Αὐλίς] Cl. Salmaſius legit ἁλισθῆναι. & ſic olim Tzetzes ad Heſiodum lib. Ἔργων, pag. 143. ſed utraque lectio Euſtathio adducitur ad Iliad. B. pag. 265.

— Τὸ ἐθνικὸν, ἠδύνατο Αὐλιδεύς] In nummo Commodi apud Pyrrhum Ligorium, in quo Diana cervum cornibus tenet, legitur, ΑΥΛΙΔΕΩΝ B. ΝΕΟΚ.

— Ἔστι δ' Αὐλίδος] Scribe, Αὐλίδιος. Vide infra v. Ψωφίς.

ΑΥΣΕΙ͂Σ, ἔθνος Λιβύης. Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ Περιηγήσεως] MSS. δευτέρᾳ περὶ γῆς. & ita ſemper. Vide ſupra v. Ἄβυλλοι.

ΑΥΣΙ'ΓΔΑ, πόλις Λιβύης, οὐδετέρως, ὡς Καλλίμαχος, Ἑκαταῖος δὲ νῆσον οἶδε] Bene *Hecatæus*. nam juxta *Auſigda*, quæ nunc *Zadra*, in optimis Chartis nauticis exigua quædam inſula collocatur, quæ non alia quam Μύρμηξ Ptolemæi; cui ob exiguam magnitudinem *Formicæ* nomen inditum facile crediderim. Sed cave credas Lycophroni, qui eam Cinyphe fluvio allui fingit. Verba ejus hæc ſunt:

Αὔσιγδα Κινύφειος ἣν τέγγων ῥόος
Νασμοῖς λιπαίνει.
Auſigda, quam Cinnypheus humectans fluvius
Aquis fœcundat.

Is enim ab occidentali latere Majoris Syrtis Nea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Neapolin verſus in mare ſe exonerat, ut ex cæteris Geographis apparet.

ἈΥΣΧΙΤΑΙ, ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Βάκης] Herodoto & aliis appellantur Αὐσχίσαι. deinde legendum, ὑπὲρ Βάρκης. Herodotus lib. IV. cap. 171. Ἀσβυστέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Αὐσχίσαι· οὗτοι ὑπὲρ Βάρκης οἰκέουσι, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν κατ᾽ Εὐεσπερίδας. *Asbyſtarum verſus occaſum confines ſunt Auſchiſæ, qui ſupra Barcam incolentes ad mare pertingunt ad Heſperides.*

ἌΥΣΩΝ, ὁ Ἰταλός. Λυκόφρων, Κτείνουσιν] Lycophron in Alexandra v. 922.

— Ἀφ᾽ οὗ Αὐσονιδῶς] Αὐσονιδῶς procul dubio hic à librariis omiſſum: inde enim, πλεονασμῷ τοῦ ι, διὰ δακτύλου συγκρότησιν, Αὐσονιδῶς. ut tradit Euſtathius ad Dionyſium pag. 17. qui hæc & multo plura ex noſtro ibi adducit, quæ nunc hoc loco deſiderantur.

— Ὁ αὐτὸς, Παρ᾽ Αὐσονίτην] Lycophron in Alexandra v. 593. cujus editiones vulgatæ ex hoc loco corrigendæ ſunt: legitur enim in illis:

παρ᾽ Αὐσονῖτιν Φυλαμὸν δομήσεται.

pro παρ᾽ Αὐσονίτην, ut in hoc loco. Et ſic iterum citatur infra v. Χαονία, quamquam ibi peccetur aliter.

— Ὁ αὐτὸς, Ὁ τῆς θαλάσσης] v. 44. Lycophronis.

ἈΥΤΑΡΙᾶΤΑΙ, ἔθνος Θεσπρωτικόν] Meminit horum Arrianus de Exped. Alex. pag. 5. unde apparet eos ad Illyricum potius pertinuiſſe, quam ad Epirum, quia Alexandrum Agrianes & Pæonas invaſurum ex latere nuntiabantur adorturi. Niſi eos procul à domo pugnaſſe velimus, quod illorum ignaviæ parum convenit. Sed ſitus eorum ex Scylace perſpicitur, qui eos ad fontes Naronis fluvii ponit; idque etiam ex Arriano patet, qui Langarum, Agrianum regem tamquam è propinquo regionem illorum vaſtaſſe ſcribit. In Illyrico ponit illos & Strabo & Appianus Princ. Illyric. cui & Αὐταρεεῖς dicuntur.

ἈΥΤΟΜΆΛΑΚΑ, χωρίον Λιβύης] Vide, quæ de hac voce notavit Cl. Salmaſius ad Solin. pag. 382.

ἈΥΤΌΜΟΛΟΙ, ἔθνος Αἰθιοπικόν] Heſychius: Μοχλοίονας τοὺς Αὐτομόλους Αἰθίοπες οὕτω καλοῦσι.

— Οἱ ἐξ ἀριστερᾶς χερὸς παρισάμενοι βασιλεῖ] MSS. pro χερὸς habent γλώσσης. inepte. Vide Herodotum lib. II. cap. 30.

ἈΦΆΝΝΑΙ, χωρίον Σικελίας ἄσημον] Heſychius, Ἀφάνναι· χωρίον τῆς Δαμαρίδος φυλῆς. πόῤῥωθεν. poſtremum vocabulum exiſtimo proverbium, quod Stephanus refert, reſpicere.

— Ἢ εἰς Ἀφάννας] MSS. ἢ εἰς Α. recte. ſc. παροιμία. ita ſupra v. Ἄβυδοι. εἰ μὴ, pro ἢ μὴ, ſimili errore in vulgatis codicibus editur.

ἈΦΆΚΗ, πόλις Λιβύης] Alia fuere Ἄφακα in Phœnice, de quibus Euſebius lib. III. de Vita Conſt. cap. 55. à quibus non longe aberat templum Veneris in parte verticis Libani, quod deſtrui juſſit Conſtantinus M. quæ inde Ἀφακῖτις eſt dicta. Zoſimus lib. I. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βύβλου, καθ᾽ ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. *Aphaca locus eſt inter Heliopolim & Byblum, ubi templum eſt Veneris Aphacitidis.* Vide omnino, quæ de hac Venere *Aphacitide* notavit V. Cl. Joannes Seldenus Syntagm. II. de Diis Syris, cap. 3.

ἈΦΕΊΔΑΝΤΕΣ, μοῖρα Μολοσσῶν, ἀπὸ Ἀφείδαντος βασιλέως] Melius dixiſſet μοῖρα Ἀρκάδων. Apollonius Rhodius vocat κλῆρον Ἀφειδάντειον lib. I. v. 162. de Aphidamante & Cnepheo Arcadibus:

Οἳ Τεγέην καὶ κλῆρον Ἀφειδάντειον ἔναιον.

Qui Tegeam agrumque Aphedanteum habitabant.

quod Scholiaſtes explicat: τὴν βασιλείαν τοῦ Ἀφείδαντος. ὁ γὰρ Ἀλεὸς ἱστορεῖται Ἀφείδαντος υἱὸς εἶναι τοῦ Ἀρκάδος. Ἀφείδας δὲ ὁ Ἀρκάδος, Ἀρχαῖος ἥρως ἐβασίλευσε Τεγέας· ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ χώρα Ἀρκαδία. *Aphedantis* mentio etiam apud Athenæum lib. III. pag. 96.

ἈΦΕΤΑΊ, πόλις τῆς Μαγνησίας· Ἑλλάνικος. Ὅτι ἐντεῦθεν δευτέραν ἄφεσιν ἡ Ἀργὼ ἐποιήσατο] Quia biduum iſtic *Argo* vento adverſo impedita tardaverat. Apollonius Rhodius lib. I. v. 59.

Τὴν δ᾽ ἀκτὴν Ἀφέτας Ἀργοῦς ἔτι κικλήσκουσιν.

Littus hoc adhuc Aphetas Argus vocant.

Vide ſimilem denominationem infra v. Ἀφόρμιον.

— Ἢ ὅτι ἐκεῖ οἱ Ἀργοναῦται τὸν Ἡρακλέα κατέλιπον] Hanc nominis cauſſam adfert Herodotus lib. VII. cap. 193. & Apollonii Scholiaſtes ad lib. I. v. 129.

ἌΦΘΑΛΑ, καὶ Ἀφθαία, ἡ Ἑκάτη] Salmaſius legit, Ἄφθαια καὶ Ἀφθαία.

— Ἔστι καὶ Αὐθίτης νόμος Αἰγύπτου] Salmaſius, Ἀφθίτης.

ἌΦΙΔΝΑ, δῆμος Ἀττικῆς, τῆς Λεοντίδος φυλῆς.

— Ἔστι καὶ πόλις Ἀφίδναι. ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς] An legendum, ἔστι δὲ τῆς Λακωνικῆς, ut ſermo ſit adhuc de iiſdem *Aphidnis*, quarum ante meminerat. An veriſimilius *Aphidnas*, urbem fuiſſe *Attices*, δήμῳ cognomini adjunctam, & ſic nihil mutandum. Certe Ἀφίδνας numero plurali vocat noſter, ſive δῆμον, ſive πόλιν *Attices*, infra v. Δεκέλεια. Et Strabo lib. VIII. pag. 362. numero plurium tamquam de oppido videtur loqui, lib. IX. pag. 396. numero ſingulari tamquam de δήμῳ.

— Ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκιππίδες, Φοίβη καὶ Ἱλάειρα] MS. Ἐλάειρα.

Α'ΦΝΕΙΟΝ, πόλις Φρυγίας, πλησίον Κυζίκου, ἢ Μιλήτου πόλεως] Scribe conjunctim, Μιλητουπόλεως. & vide de hac urbe infra v. Μιλητόπολις.

— Ἡ λίμνη, ἡ περὶ Κύζικον, Αὐνῖτις] Error operarum. Scribendum, Ἀφνῖτις. Meminit hujus lacus Strabo lib. XIII. pag. 587. ubi docet Zelitas ſive Zeliæ urbis incolas ab Homero Ἀφνειοὺς dici ab *Aphnitide* palude. Ἀφνειοὺς δὲ, inquit, ἀπὸ τῆς Ἀφνίτιδος νομίζουσι λίμνης· καὶ γὰρ οὕτω καλεῖται ἡ Δασκυλῖτις. *Aphnios dici cenſent ab Aphnitide lacu: nam ſic etiam appellatur Daſcylitis.* Eadem habes apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 354. ſed ex Strabone.

Α'ΦΡΟΔΙΣΙΑΣ, πόλις Κιλικίας, περὶ ἧς Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ.

— Γράφων καὶ ἱστορίας] Salmaſius conjiciebat pro his forte legendum: Στράβων ἐν ἱστορίαις. Ego contra nihil mutandum cenſeo. *Alexandrum* enim *Polyhiſtorem* in libro *de Cilicia* ex Zopyri ſententia hiſtoriam perſcripſiſſe dicit, cur urbi *Aphrodiſiadi* nomen à *Venere* inditum. Senſus ſibi conſtat. Niſi forte pro ἱστορίας, malis legere ἱστορίαν.

— Πέμπτη, μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας] Vide infra v. Νινόη.

— Ἡ Σκυθίας, παραλία, πρὸς τῇ Λησεία] MSS. πρὸς τὴν Λησείαν.

— Ἔστι καὶ Ἀλεξανδρείας] Πόλις τῆς Ἀφροδίτης dicitur Suidæ v. Ἀσκληπιόδοτος, qui Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος, cujus ingenio urbem illam refloruiſſe dicit.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀφροδισιεύς] In nummis non modo Ἀφροδισιεὺς, ſed & Ἀφροδεισιεὺς invenitur. Certe in magno nummo Gordiani in Gazis S. M. Ducis circum figuram muliebrem ſtolatam, capite modium ſuſtinentem, quam duo Cupidines cum facibus circumvolant, ΑΦΡΟΔΕΙCΙΕΩΝ. & in alio Decii, apud Eminentiſſimum Cardinalem Barberinum, circum Victoriam quadrigis vectam, ΑΦΡΟΔΕΙCΙΕΩΝ. Rurſus in alio Franc. Gotifredi circum ſignum Cupidinis, ΑΦΡΟΔΙCΙΕΩΝ.

Α'ΦΡΟΔΙ'ΤΗΣ, πόλις κατὰ Ἄθελβιν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ Θρᾴκην] Locus hic multo amplior extat in MSS. ex quibus lege: Ἀφροδίτης, πόλις ἡ καὶ Ἀφροδιτόπολις, τὸ ἐθνικὸν ἀμφοτέρων Ἀφροδιτοπολίτης· ἔστι καὶ πόλις κατὰ Ἄθελβιν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Θρᾴκην.

Α'ΦΥ'ΤΗ ἢ Α'ΦΥΤΙΣ, πόλις πρὸς τῇ Παλλήνῃ Θρᾴκης] MSS. ἢ Α'ΦΥΤΟC. ſed vulgatum rectius eſt. dicitur autem, πόλις πρὸς τῇ Παλλήνῃ. immo ut Scholiaſtes vetus Thucydidis ad lib. I. pag. 41. μία πόλις τῶν ἐν Παλλήνῃ ἡ Ἄφυτις. & ſic etiam Herodotus lib. VII. cap. 123. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω συντάμνων ἀπ' Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραῖον ἄκρην, τὸ δὴ πάσης τῆς Παλλήνης ἀνέχει μάλιστα, ἐνθεῦτεν νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε ἐκ Ποτιδαίης, καὶ Ἀφύτιος, καὶ Νέης πόλεος, καὶ Αἰγῆς, καὶ Θεράμβω, καὶ Σκιώνης, καὶ Μένδης, καὶ Σάνης. αὗται γάρ εἰσι αἱ τὴν νῦν Παλλήνην πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην νεμόμεναι. *Nauticus Xerxis exercitus à promontorio Ampeli præcidens mare uſque ad promontorium Canaſtræum totam fere Pallenam prætervectus eſt, illinc quoque & naves & milites ſumpſit, ex Potidæa, ex Aphyti, ex urbe Nova, ex Æga, ex Therambo, ex Scionia, ex Menda, ex Sana. Hæ ſunt urbes ſitæ in Pallena, Phlegra prius appellata.*

— Ἔσχε δὲ ἡ πόλις μαντεῖον Ἄμμωνος] MSS. μαντεῖον Ἀπόλλωνος. quomodo ante Xylandrum etiam fuit editum. Hic autem repoſuit Ἄμμωνος pro Ἀπόλλωνος, idque multis probat in annotationibus ad Plutarchi Lyſandrum; quem, capta in Thracia *Aphyti*, Ammonis cultum incolis præcepiſſe juxta nocturnum viſum, auctor eſt Plutarchus pag. 444. Vide etiam Jamblichum de Myſteriis Ægyptiorum cap. III.

— Ὁ πολίτης, Ἀφυταῖος] Apud Heraclidem, de Politiis, occurrit Ἀφυταίων.

— Θουκυδίδης α, ἐξ Ἀφύτιος ὁρμώμενος] Lib. I. pag. 41. ubi Scholiaſtes.

Α'ΧΑΙΓΑ, παρὰ τὸ Ἀχαιὸς κύριον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχαιός] Et fœmininum Ἀχαιὰς, apud Apollonium lib. I. v. 284. ubi Alcimeda:

Νῦν γε μὲν ἡ τοπάροιθεν Ἀχαιιάδεσσιν ἀγητή.

Nunc vero quæ olim eram admirabilis matronis Græciæ.

— Καὶ τόποι διάφοροι] Apud Scholiaſten Apollonii occurrit hoc nomine urbs Cretæ, ad lib. IV. v. 175. Ἀχαία ἐστὶ τῆς Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται Ἀχαιίνεαι λεγόμεναι ἔλαφοι, αἱ δὲ Σπαθιναῖαι καλοῦνται.

Α'ΧΑΙΜΕΝΙ'Α, ἡ Περσικὴ μοῖρα, ἀπὸ Ἀχαιμένους τοῦ Αἰγέως] Hinc Gratius in Cyneget. v. 315.

Sic & Achæmonio cecidiſti, Lydia, Cyro.

Hinc Ἀχαιμενίδαι enumerantur inter Perſicas gentes apud Herodotum lib. I. cap. 125. ἐν τοῖσι καὶ Ἀχαιμενίδαι εἰσὶ φρήτρη, ἔνθεν οἱ βασιλέες οἱ Περσεΐδαι γεγόνασι· *in quibus & Achæmenidarum tribus, unde reges Perſarum ſunt oriundi.* & lib. IV. cap. 43. occurrit Σατάσπης ἀνὴρ Ἀχαιμενίδης.

Α'ΧΑΡΝΑ, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς] Corrige igitur ex hoc loco Pindari Scholiaſten, apud quem Nem. Od. II. pag. 343. οἱ γὰρ Ἀχαρνεῖς τῆς Οἰνωπίδος φυλῆς εἰσι. perperam, pro Οἰνηίδος.

Α'ΧΕΡΔΟΥ'Σ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀχερδούσιος] Hinc domo erat Thucydides, non hiſtoricus, ſed poëta, cujus meminit Marcellinus in vita Thucydidis.

Α'ΧΕΛΩΟ'Σ, ποταμὸς Ἀκαρνανίας] Aliis ſcribitur, ΑΧΕΛΩΟΣ.

— Ἐκα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ ποταμός] Strabonis verba hic auctor reſpexit, qui lib. x. pag. 450. Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῶος πρότερον. *Achelous quondam Thoas fuit appellatus.*

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀχελωός] Dionyſio in Perieg. v. 433. Ἀχελώϊος, pro Ἀχελῷος ut ibi Euſtathius vult. Sic & Virg. lib. 1. Georgic. v. 9.

Poculaque inventis Acheloïa miſcuit uvis.

ἈΧΈΡΩΝ, Ἀχέροντος] Tzetzes ad Lycophronem pag. 73. Ἀχερουσία δὲ λίμνη ἐστὶν Ἡρακλείας τοῦ πόντου, ὡς καὶ ποταμὸς Ἀχέρων, ὃς νῦν καλεῖται Σωοναύτης, &c. & ſic alibi.

— Λέγεται καὶ Ἀχερόντειος] Et Ἀχερωνίδες ὄχθαι, apud Scholiaſten Nicandri pag. 52. & ἄκρης Ἀχερουσίδος ὅρμος, apud Apollonium lib. II. v. 730. & Ἀχερουσιάς, apud auctorem Carm. Sibyllin. pag. 212.

——— ὅθι οἱ πέλε κύματα μακρὰ
Λίμνης αἰενάου Ἀχερουσιάδος βαθυκόλπου.

ἈΧΊΛΛΕΙΟΣ ΔΡΌΜΟΣ, νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικήν] Straboni peninſula dicitur lib. VII. pag. 307. εἶτ' ὁ Ἀχίλλειος δρόμος ἀλιτενὴς χερρόνησος. *deinde eſt Achillius Dromus peninſula in mare porrecta.* ſic etiam aliis.

— Ἔστι καὶ πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ] Herodotus lib. v. cap. 204. meminit *Achillei & Sigei*, ut oppidorum vicinorum. Apud Scylacem in Troade corrupte legitur Ἀγχιαλεῖον, pro Ἀχίλλειον. Strabo ad *Sigeum* ponit *Achillis* ἱερὸν καὶ μνῆμα lib. XIII. pag. 596. & pag. 600. *Achilleum* pagum dicit exiguum Ἀχίλλειον δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ Ἀχιλλέως μνῆμα, κατοικία μικρά. Videſis Salmaſium ad Solinum pag. 869.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀχιλλειώτης καὶ Ἀχιλλείτης] Hinc Ἀχιλλεῖτις χώρα apud Diogenem Laërtium in vita Pittaci. & in Collect. Olympiadum, Olymp. XLIII. Περὶ τῆς Ἀχειλλίτιδος χώρας μαχομένων Ἀθηναίων καὶ Μιτυληναίων. ſcribendum Ἀχιλλείτιδος. Nam totus iſte locus verbotenus ex Diogene Laërtio deſumptus eſt.

ἌΨΥΝΘΟΣ, πόλις Θρᾴκης] In hac urbe parabatur οἶνος Ἀψυνθίτης, de quo Dioſcorides lib. III. cap. 26. Σκευάζεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ οἶνος ὁ λεγόμενος Ἀψινθίτης μάλιστα περὶ τὴν Προποντίδα καὶ Θρᾴκην, ᾧ πρὸς τὰ προειρημένα χρῶνται ἐν ἀπυρεξίᾳ. *Vinum denique ex eo paratur, quod Abſynthiten vocant, præſertimque in Propontide & Thracia: quo ad ante dicta utuntur, ſi febris abeſt.* Ἀψινθίους Thraciæ populos eſſe etiam docet Tzetzes ad Lycophronem pag. 73.

— Περὶ τοῦ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος] Xylander pro Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος legit, uti ex indice ejus apparet, Βῆλος admodum infeliciter. Nam & Suidæ auctor hic Βῶλος Δημοκρίτειος dicitur, & Scholiaſtæ Nicandri, v. Βυζάντιος. qui tamen corruptus eſt v. Χιλώνη, ubi legitur Ῥῶλος ὁ Δημοκρίτειος ἐν τῷ περὶ συμπαθῶν καὶ ἀντιπαθῶν. pro Βῶλος. Denique MSS. hic à vulgata lectione non abeunt.

— Τὰ πρόβατα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ, τὸ ἀψύνθιον νεμόμενα, οὐκ ἔχει χολήν] Ælianus refert ex Alexandro Myndio *oves* in Ponto pingueſcere ex amariſſimo *abſynthio* lib. v. Hiſt. Anim. cap. 27. & Dioſcorides idem teſtatur de Cappadociæ ovibus lib. III. cap. 27. Quod vero addit noſter, *oves abſynthio veſcentes bile carere*, teſtatur pariter ex Theophraſto Apollonius Hiſtor. Mirab. cap. XXXI. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Φυτῶν τὰ πρόβατά φησιν τὰ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ ἀψινθίον νεμόμενα οὐκ ἔχει χολήν. *Theophraſtus De ſtirpibus, oves in Ponto abſynthio veſcentes, ait, bile carere.*

ἈΨΥΡΤΊΔΕΣ, νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ] Συρτίδες pro Ἀψυρτίδες corrupte apud Tzetzem legitur ad Lycophronem pag. 36.

— Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ Ἄψαρος] Ex Arriani Periplo.

— Καὶ πολ * δὲ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ] MSS. καὶ πόλιν νῆσον Α. ι. Lego, καὶ πόλιν καὶ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ. *Artemidorus* ſcilicet.

ἌΩΡΟΣ, πόλις Κρήτης, ἐπὶ Ἀώρας νύμφης] Vide infra v. Ἐλευθεραί, ubi corrupte Σάωρος & Σαώρης νύμφης legitur.

— Μετωνομάσθη δ' Ἐλευθέρα] Sic Dio urbem hanc appellat principio lib. XXXVI. pag. 8. infra numero plurium Ἐλευθεραὶ dicitur.

B.

BABAÍ, πόλις Λιβύης. Μαρκιανός] Legend. BÁBA, ut Ptolemæus lib. IV. cap. I. unde *Marcianus* hauſerat. vel potius BÁBBA, ut infra v. Ῥάβα legitur, atque ita conſtanter habent Plinii codices lib. v. cap. I. *Altera Auguſti colonia eſt Babba, Julia Campeſtris appellata.*

BABÝΛH, πολ * ἐν Ὀδρύσαις γ.] MS. legit: Βαβύλη πόλις ἐν Ὀδρύσαις. ſine lacuna: ſed eſt contra ordinem literarum. Polybio Βαβύλα in Hiſpania ponitur.

BÁBPAΣ, πολίχνιον Αἰολίδος ἐγγὺς Χίου.

— Ἐν ἀστιγεῖ βιβλίῳ] Salmaſius, ἐν ἀρχνεῖ β.

BABYΛῺN, Περσικὴ πόλις, μητρόπολις, Σελευκία καλουμένη] Immo diſtinctæ erant urbes *Seleucia* ad Tigridis & Euphratis confluentes ſita, nunc *Bagded* vocata, & *Babylon*, quæ ſolo æquata ante aliquot ſæcula. Vide Scaligerum ad Euſebium pag. 130. & Petrum Texeram in Itinerario.

— Βαβυλῶνος ἀνδρὸς κτίσμα παλαίτατον σοφωτάτου παιδὸς Μήδου] MS. aliter & alio ordine: Κτίσμα Βαβυλῶνος ἀνδρὸς σοφοῦ παιδὸς Βήλου σοφωτάτου.

— Ὡς Ἑρράνιος] MSS. Ἐρένιος. & *Errenius*, ſive potius *Herrenius* alibi citatur non ſemel.

BAΓAΔAONÍA, μοῖρα Καππαδοκίας νοτιωτάτη.

— Τὸ ἐθνικὸν Βαγαδάονες] ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ duo nummi viſuntur apud Goltzium.

— Ὡς Κατάονες, τῆς Καταονίας *] MSS. explent lacunam, quam Xylander poſt hæc verba notare neglexit, adduntque: Καὶ ὄρος Βαγίστανον, τὸ ἐθνικὸν Βαγιστανός. & in MS. recentiori: Βαγίστανα.

ΒΑ'ΔΙΖΑ, πόλις τῆς Βρεττανίας. Πολ * τεσσαρεσκαιδεκάτῳ] Salmaſius legit Πολύβιος.

ΒΑΙ'Α, ὄρος Κεφαλληνίας, ἀπὸ Βαίου, κυβερνήτου Ὀδυσσέως] Tzetzes ad Lycophronem pag. 113. ὁ Βαῖος· οὗτος κυβερνήτης ἦν Ὀδυσσέως, ὃς τελευτήσας ἐτάφη περὶ Σικελίαν. ἀφ' οὗ φησι κληθῆναι Βαιὰς τὰς νήσους καὶ πόλεις καὶ τὸν Βαίου λιμένα παρὰ τὴν κατ' Ἰταλίαν ἄορνιν.

ΒΑΙΤΑΡ'Ρ'ΟΥ'Σ, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης. οἱ κατοικοῦντες, Βαιταρρηνοί. ἔστι καὶ πόλις Κελτική.

ΒΑΙ'ΤΑΡ'Ρ'Α, ἧς ὁ πολίτης Βαιταρρίτης] Male Βαίταρρα ſeparatum eſt à præcedentibus, cum quibus iterum deleta στιγμῇ τελείᾳ conjungendum: ἔστι καὶ πόλις Κελτικὴ Βαίταρρα, quod vidit etiam Cl. Salmaſius. Miſit ad me nummum Illuſtriſſimus Claud. Fabricius Peireskius, in vico quodam, cui nomen Muro Veteri, *Murveil*, Galliæ Narbonenſis prope *Beterrenſem* civitatem, vulgo *Beſiers*, anno MDCXXIX repertum, in quo legitur, ΒΗΤΗΡΡΑΤΩΝ. unde veterem veramque hujus urbis ſcriptionem perſpicimus, quæ nunc paſſim corrupta eſt apud Geographos. Straboni lib. IV. pag. 182. dicitur Βίλτερα. ſed in MSS. Βλίτερα, quod olim fuit Βαίτερα. Ptolemæo Βαιτίραι. Stephano Βαίταρρα. ſed huic nummo recte, ΒΗΤΗΡΡΑ. Sic Notitia vetus Galliarum, *Beterrenſium civitas*. ſic Plinius lib. XIV. cap. 6. *Beterrarum intra Gallias conſiſtit auctoritas.* loquitur de vinis, quæ apud *Beterras* proveniebant. Tabulæ Peutingerorum *Beteris.* à recto, *Betera.* Antonini Itinerarium *Beterræ.* & ſic habent omnes Codd. MSS. apud Plinium teſte Surita. & MSS. Codd. Pomponii Melæ, quos ego contuli.

ΒΑΙ'ΣΑΜΨΑ, πόλις ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ] *Bethſames* dicitur in Sacris literis.

ΒΑΚΚΑΙ'ΟΝ, Ἱσπανίας ἔθνος] Puto legendum, ΒΑΚΚΑΙ'ΟΙ, ut Suidas, aliique. *Vacceſes* Latinis.

ΒΑ'ΚΤΡΑ, πόλις.

— Καὶ Βακτρεία] Ita Cteſiæ dicitur in Excerptis.

ΒΑ'ΚΟΥΡΟΙ, καὶ Βακυρανοί, ἔθνος πρὸς Πάρθοις καὶ Μήδοις] Ex ordine literarum & ſequenti voce Βακυρανοὶ patet legendum, ΒΑ'ΚΥΡΟΙ. ſed haud dubie iidem, qui *Bactri* & *Bactriani*. Error procul dubio auctori natus eſt ex ſimilitudine formæ duarum literarum, Υ & Τ.

ΒΑ'ΚΧΟΥ νῆσος, ἡ Ἀντιβάκχου] Ἀντιβάκχου.

ΒΑΛΑΝΕ'ΑΙ, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λευκάς] Fuit civitas Epiſcopalis. Epiſcopi illius Euphraſionis meminit S. Aſtianus Apolog. pro Fuga. Et in Chalced. Concil. Act. I. occurrit Timotheus Βαλανέων. ubi verſio Latina male habet, *Balaneorum*, quam Syriæ Secundæ civitatem vocat.

— Ὁ πολίτης, Βαλανεώτης] Recte. Unde & in Goltzii nummo, ΒΑΛΑΝΕΩΤΩΝ, legitur.

ΒΑ'ΛΒΟΥΡΑ, οὐδετέρως, πόλις Λυκίας] Vide infra v. Βουβών.

— Τὸ ἐθνικὸν Βαλβουρεύς] Philippus Βαλβουρέων Epiſcopus occurrit in Concilio Chalcedonenſi.

ΒΑ'ΛΔΟΣ, πόλις Φοινίκης.

— Τολορδός] Lege diſtincte τὸ λορδός.

ΒΑ'ΛΙΣ, πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Κυρήνῃ, ἀπό τινος Βάλεως, οὗ καὶ ἱερὸν ἔχει] Hic eſt *Baal*, ſeu *Belus* Phœnicum, qui Punica lingua *Bal* dicebatur. de quo conſule Joannem Seldenum Syntagm. II. cap. I. de Diis Syris.

ΒΑ'ΛΟΙΟΝ, πόλις Μακεδονίας] Βαλοῖον Galeno. Gentile apud Hippocratem Βάλοιος.

ΒΑΝΑΥΡΙ'ΔΕΣ, Τυρρηνικαὶ νῆσοι] An non dicere debuit, ΒΑΛΙΑΡΙ'ΔΕΣ *Balearides*. vide infra v. Γυμνησίαι. Certe facilis lapſus, ΒΑΛΙΑ in ΒΑΝΑ.

ΒΑΡΒΑΛΙΣΣΟ'Σ, φρούριον τοῦ ἔσω τετειχισμένον] Ptolemæo & Notitiæ dicitur Βαρβαρισσός. In Euphratenſi provincia ponitur apud Procopium lib. II. de Ædific. Juſtin. ſed per ſimplex σ. Βαρβαλισός.

— Τὸ ἐθνικὸν Βαρβαλισσηνός] Apud Occonem, & ex eo apud Triſtanum Tom. I. pag. 94. adducitur Auguſti nummus, in quo hoc gentile miſere eſt inverſum in, ΒΙΡΡΑΝΑΤΗΝΩΝ. unde Triſtanus facit, ΒΙΡΘΑΜΑΤΗΝΩΝ. ſed in nummo fuit, ΒΑΡΒΑΛΙΣΣΗΝΩΝ.

ΒΑ'ΡΒΑΡΟΣ, οὐκ ἐπὶ ἔθνους, ἀλλ' ἐπὶ φωνῆς ἐλαμβάνετο.

— Ὡς Ὅμηρος τοὺς Κᾶρας βαρβαροφώνους] Καλεῖ, aut ſimile quid deſideratur.

— Ἔστι καὶ χώρα] Forte: ἔστι δὲ χώρα.

— Παρὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον Βαρβαρία] Salmaſius ad Solinum pag. 798. *Barbariam* ad ſinum Arabicum negat fuiſſe ſitam, ſed extra illum ponit poſt Troglodytas, Avalitas & Moſſulos, ſinus Arabici accolas. Verum non modo noſter aliter, ſed & Arrianus Princip. Peripli maris Erythræi. vide infra v. Ῥάπται.

ΒΑ'ΡΓΑΣΑ, πόλις Καρίας.

— Λάμος ὁ Ὀμφάλης καὶ Ἡρακλέους] Vide Cteſiæ Excerpta.

— Τὸ ἐθνικὸν, Βαργασηνός] In nummo.... apud Franc. Gotifredum circum figuram equeſtrem, ΕΠΙ ΑΥΡ. C.... ΟΝΟC ΒΑΡΓΑCΗΝΩΝ.

ΒΑ'ΡΓΥΛΑ, οὐδετέρως, πόλις Καρίας] Apud Strabonem lib. XIV. pag. 658. vocatur etiam Βαργυλία. ſed legendum Βαργύλια· ita enim Strabo lib. XIII. pag. 611. μέχρι Μύνδου καὶ Βαργυλίων. & ſic Polybius in Excerptis lib. XVII. pag. 769. Locus fuit maritimus.

— Ἔστι δὲ πλησίον Ἰάσου] Forte, Ἰάσσου. vel, Ἰασσοῦ. Nam ſic infra h. v.

— Ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ Βαργύλου] Salmaſius legit, ὠνομάσθη δέ. recte.

— Καὶ ἡ θάλασσα Βαργυλιακὸς κόλπος] Βαργυλιακὸς κόλπος dicitur Conſtantino Porphyrogennetæ lib. I. de Thematibus, cap. 14. καταλήγει δὲ πρὸς μῆκος ὡς δυσμὰς ἕως αὐτῆς Μηλίτου τῆς πόλεως καὶ τῆς Ἰασσοῦ καὶ τοῦ Βαργυλιακοῦ κόλπου. *Deſinit autem* (thema Cybyrræotarum) *in longitudine occaſum verſus, ad ipſam uſque urbem Melitum & Iaſſum & ad ſinum Bargyliacum.* Melæ *ſinus* hic *Iaſius* vocatur & urbs in illo *Bargylos* lib. I. cap. 16.

— Ἐξ αὐτοῦ ὁ πολίτης Βαργυλιάτης] Et Βαργυλιήτης Themiſtio Ep. XX. & ſupra v. Αἴγιναι. Apud Anonymum Collectorem Olympiadum, Olymp. CXXXVII. Μνεσθεὺς Βαρκυλίτης ſtadium vicit, ubi legendum exiſtimo Βαργυλιήτης. Apud Gruterum pag. 660. Inſcript. 8.

ΕΡΜΙΑΙ
ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΗΙ
Λ. ΑΤΕΙΛΙΟΣ
ΚΑΙ. ΣΕΙΛΙΑΝΟΣ
ΦΙΛΩΙ ΚΑΙ
ΤΡΟΦΙΜΩΙ.

Apud Ciceronem lib. XIII. Familiar. Ep. 56. *Bargyletæ* vocantur. Suſpicor etiam Βαργυληνὸς gentile fuiſſe. Nam Concilio Conſtantinopolitano ſub Flaviano ſubſcripſit Joannes Epiſcopus τῆς Βαρκαληνῶν πόλεως, ἐπαρχίας Καρίας. ubi Βαργυληνῶν corrigendum cenſeo: ut & paullo ante in ejuſdem Concilii Actis. In Actis autem Chalcedonenſis, quod paullo poſt habitum eſt, Ὑρκανῶν dicitur; quod Latina verſio reddit *Parthenopolitanus*, mendoſe, pro *Parthicopolitanus.* Nam Joannes Epiſcopus *Parthicopolis*, Macedoniæ Primæ, Concilio Chalcedonenſi interfuit. Sed ille Græcæ ſubſcriptioni ſub Flaviano non reſpondet: neque *Parthicopolis* ad Cariam pertinet. Plinius lib. v. cap. 29. *Macedones Hyrcanos* ponit circa Smyrnam: & *Parthenias* oppidum circa Clazomenem. Denique à *Bargyla*, *Bargyleticos campos* dixit Plinius dicto paullo ante loco.

ΒΑΡΗ'ΝΗ, πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Ἀγβατάνων] Ad verbum hæc leguntur in Excerptis Cteſiæ: niſi quod iſthic hodie Ἐκβατάνων legatur, male. Nam noſter ſupra v. Ἀγβάτανα Cteſiam per A urbis nomen ſemper ſcripſiſſe auctor eſt.

ΒΑΡΗ'ΤΙΟΝ, χωρίον πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ] *Valetium* Pomp. Melæ dicitur lib. II. cap. 4.

— Ὡς Βρεντεσῖνος] Βρεντησῖνος infra h. v.

ΒΑ'ΡΙΣ, πόλις] Heſychius: Βάρις· πλοῖον, ἢ τεῖχος, ἢ στοὰ, ἢ πύργος. & Suidas: Βάρεις· πλοῖα, τείχη, στοαὶ, αὐλαὶ, πύργοι, σφαῖραι.

ΒΑΡΚΑ'ΝΙΟΙ, ἔθνος τοῖς Ὑρκανοῖς ὅμορον] Meminit horum Cteſias in Excerptis.

ΒΑ'ΡΚΗ, πόλις Λιβύης, ἥ τις καὶ Πτολεμαΐς.

— Καὶ Βάρκαιον τῶν Λίβυων, φασὶ Βάρκαιον ἔθνος] Locus corruptus. MSS. K. B. T. Λ. Φ. Βάρκαιον ἔπος. & eodem modo editio prior: ut illud ἔθνος ſit è Xylandri correctione, in qua ſenſum deſidero. Sequentia enim non cohærent. Quid ſi legamus: καὶ Βάρκαιον ὄχον. & *Barcæum currum.* Cum quo optime conveniunt ſequentia: οἱ τὰς ἱπποτροφίας παρὰ Ποσειδῶνος, ἡνιοχεῖν δὲ παρὰ Ἀθηνᾶς ἔμαθον. *qui à Neptuno equorum alendorum rationem, à Minerva aurigandi artem didicerunt.* Heſychius: Βαρκαίοις ὄχοις· Λιβυκοῖς, οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἱπποτροφίαν. φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος· τὸ δὲ ἡνιοχεῖν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης. Sophocles in Electra pag. 114. μέτωπα συμπαίουσι Βαρκαίοις ὄχοις· *Frontes collidunt Barcæis curribus.* ubi Scholiaſtes: Βαρκαίοις· τοῖς Λιβυκοῖς. Βάρκη γὰρ πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Πτολεμαΐς καλουμένη. Vide Joannem Meurſium de Sophoclis Tragœdiis v. Αἰχμαλώτιδες.

ΒΑΡΥ'ΓΑΖΑ, ἐμπόριον Γεδρωσίας] Immo Indiæ, ut patet ex Arriani Περίπλῳ. Puto eamdem civitatem eſſe, quæ Straboni Βαργόση dicitur: uti pariter putavit Ortelius. Unde domo fuit Zarmanochagas Philoſophus, qui ſe vivum Athenis combuſſit, ſecundum patriam Indorum conſuetudinem. Vide Strabonem lib. 15. pag. 720.

— Βαρυγαζηνοί] Βαρυγαζηνοί.

ΒΑΣΑΝΙ'ΣΑΙ, ἔθνος Θρᾴκιον ἀπὸ τοῦ Βασανίσης ὁδοῦ θείας. Τινὰ δὲ τῶν βιβλίων Βανίσαι ἔχουσι τετρασυλλάβως] Forte pro Βανίσαι legendum, Βασσῖναι. ut & Salmaſio viſum. unde Βασσινῖτις χώρα apud Suidam.

ΒΑΣΤΑ'ΡΝΑΙ, ἔθνος ὑπὲρ τῶν Ἴστρον οἰκοῦν] Apud Appianum principio Illyricorum Βαστέρναι vocantur. Straboni *Baſtarnæ* dicuntur Germanici generis lib. VII. pag. 306. aliis vero Gallici. Sed res eodem redit. Galli enim & Germani permixti antiquitus. Vide, quæ de *Baſtarnarum* origine notavit Henricus Valeſius ad Excerpta Appiani apud Porphyrogennetam pag. 79.

ΒΑΣΤΑ'ΝΑΒΟΣ, Ἀραβίας σταθμός] Ordo requirit, ut legatur, Βατάναβος. Notavit hoc Laurentius Abſtemius.

ΒΑΤΑΝΕ'ΑΙ, συνοικία Συρίας, ἡ καὶ Βαταναία, ἑνικῶς] Videtur ſcripſiſſe, ΒΑΤΑ'ΝΕΙΑ. Sic enim appellavit hanc urbem ſupra v. Ἀγβάτανα.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ταναι. Deinde ipſum gentile, Βαζανεώτης hanc ſcripturam etiam aſſerere videtur: nam quæ ε habent ante ώτης ſunt ab illis, quæ in εια deſinunt, ut Ἡράκλεια, Ἡρακλεώτης. Ποδάλεια, Ποδαλεώτης. Ῥαφάνεια, Ῥαφανεώτης. Sed quemadmodum hic literæ ſunt transpoſitæ, ita pariter infra v. Ῥαφανέαι, nam ſupra v. Ἀγβάζανα ſcribitur Ῥαφάνεια.

— Ἔστι καὶ Βάζανα πρὸς τῷ Εὐφράτῃ] Regia fuit Mediæ, diverſa ab Ecbatanis, metropoli. Meminit illius Iſidorus Characenus.

ΒΑΤΕΤΑΡΑ, πόλις Λυγίων] Λιγύων.

ΒΑΤΙΕΙΑ, τόπος τῆς Τροίας ὑψηλός] De hoc loco ita Homerus Iliad. Β. v. 811.

Ἔστι δέ τις προπάροιθε πόληος αἰπεῖα κολώνη,
Ἐν πεδίῳ ἀπάνευθε περίδρομος ἔνθα καὶ ἔνθα·
Τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν.
Eſt vero quidam ante urbem altus tumulus,
In planitie ſeorſum circumvius undique,
Quem quidam homines Batiiam vocant.

— Κέκληται ἀπὸ Βατείας τινός] Hæc Batia Teucri Trojani filia fuit. Vide infra v. Δάρδανος.

ΒΑΤΗ, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ὅθεν ἦν Ἄβρων ὁ Καλλίου ἐξηγητής] Suidæ Ἄβρων, Φρὺξ ἢ Ῥόδιος γραμματικὸς dicitur, niſi is alius ſit.

— Τὸ ἐθνικὸν ἐπιρρηματικῶς, Βατῆθεν] Βατῆθεν, Heſychius h. v.

ΒΑΤΝΑΙ, πόλις τῆς Ὀρροηνῆς] Julianus Ep. XXVII. Αἶγε μὲν Βάτναι, βαρβαρικὸν ὄνομα τοῦτο, χωρίον ἐστὶν Ἑλληνικόν. quod interpres vertit ridicule: *Igitur Batnæ, nomen eſt illud barbarum, & caſeolum Græce ſignificat.* Sed pro χωρίον legit τυρίον, quæ ipſi cauſſa erroris, ut Petavius monet in notis. Deinde pro Ὀρροηνῆς hic apud noſtrum lege, Ὀσροηνῆς. Vide Procopium de Ædif. Juſtin. lib. II. pag. 22.

ΒΕΒΡΥΚΩΝ, ἔθνη δύο· τὸ μὲν πρὸς τῷ Πόντῳ, ἐν τῇ Ἀσίᾳ] Hinc Tzetzes Chil. I. v. 840. Βεβρυκίαν θάλασσαν vocat *Propontidem*:

Τὴν Βεβρυκίαν θάλασσαν εἰς μέσον περικλείων.

ubi male Βεβρικῆαν ſcribitur.

— Τὸ δὲ παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν, ἐν τῇ Εὐρώπῃ] Tzetzes ad Lycophronem ex Dione pag. 91. Δίων δὲ Κοκκειανὸς τοὺς Ναρβωνησίους Βέβρυκας λέγει, γράφων οὕτω· τῶν πάλαι μὲν Βεβρύκων, νῦν δὲ Ναρβωνησίων, ἐστὶ τὸ Πυρήναιον ὄρος. τὸ δὲ ὄρος τοῦτο χωρίζει Ἰβηρίαν καὶ Γαλατίαν. & pag. 193. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Βέβρυκες, ἔθνος Γαλατῶν, μεταξὺ Πυρήνης καὶ Κεραυνίων ὀρῶν καὶ Ἰβηρίας κείμενον, οἱ καλοῦνται Ναρβωνήσιοι. Copioſius hæc Euſtathius ad Dionyſii Perieg. pag. 106. Meminit & Marcianus Heracleota. ſed vide, quæ notavit Henricus Valeſius ad ſuperius adductum ex Tzetze Dionis locum in Excerptis ex Dione pag. 113.

ΒΕΛΒΙΝΑ, πόλις Λακωνική] Diverſo modo olim legit Stephanus, atque nunc apud Pauſaniam extat: nam dicto libro VIII. pag. 498. Βλένινα editur. libro autem III. pag. 203. Βελεμίνα. & ſic etiam poſtea lib. VIII. pag. 511. Ptolemæo Βλέμμινα & Straboni lib. IX. pag. 398. Βλεμινάτις χώρα. Rurſus apud Etymologum v. Αἴγινα, legitur Βέλινα, corrupte, ut arbitror. Sed apud Plutarchum in Cleomene bis Βελβίναν ſcriptum legitur. Inſulam quoque hoc nomine commemorat Strabo Atticæ objacentem, haud procul ab Ægina lib. IX. pag. 398. Polybius lib. II. pag. 139. Αἰγῖτιν & Βελμινάτιν χώραν ait ab Antigono occupatam & Megalopolitanis traditam. Huic ergo locus ipſe Βέλμινα.

— Τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης, ὡς Αἰγινίτης] Legendum videtur Αἰγινήτης, uti prolixe oſtendit ipſe ſupra h. v. & per conſequens etiam Βελβινήτης mutato ι in η. Niſi mavis auctorem ſui oblitum: conjungit enim interdum diverſa exempla; ut mox v. Βεμβῖνα. Βεμβινήτης ὡς Σταγειρίτης.

ΒΕΛΗΔΟΝΙΟΙ, ἔθνος παρ' Ὠκεανῷ. Παρθένιος ἐν Δήλῳ· Οὐδ' ἀπὸ τηλίστων τῶν πόρρω ἄκρα Βεληδονίων] Forte hæ duæ voces, τῶν πόρρω, gloſſema ſunt & interpretatio vocis, τηλίστων. ſine illis enim eſt pentameter:

Οὐδ' ἀπὸ τηλίστων ἄκρα Βεληδονίων.

ΒΕΛΙΤΡΑ, πόλις Ἰταλίας, οὐ Ῥώμης ἀπωτέρω] Philippus Cluverius Βελίτραι & mox pro Βελιτρανὸς legit Βελιτρῖνος· ita enim cæteri Græci Latinique Scriptores & oppidum & oppidanos vocant. Intermedia illa ſic lego: ὡς φησι Φλέγων ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ἑβδομηκοστῇ τετάρτῃ. qui ex notis Manuſcriptorum integras voces formaverunt, cum nec libri titulum intelligerent, chimæras iſtas effinxerunt: ὥς φησι Φλέγων ὀλυμπιάσιν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τέσσαρσι. Cluverius, qui de ſtadiis intervalli hæc accipit, alia loca, quibus *Phlegon* citatur, non inſpexit.

— Τὸ ἐθνικὸν Βελιτρανὸς, τῷ ἔθει τῆς χώρας] Ex hypotheſi auctoris legendum, Βελιτρανός. ſed verum gentile eſt Βελιτρῖνος.

ΒΕΜΒΙΝΑ, κώμη τῆς Νεμέας] Puto ſcribendum Βέμβινα, uti ſcribitur infra v. Σπῖνα. Apud Etymologum v. Αἴγινα legitur Βέμβελινα corrupte.

— Ὁ πολίτης, Βεμβινήτης] Theocritus Idyllio XXV. Βεμβιναίους vocat.

— Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης] Infra v. Καπίννα, Αἰγινιάτης καὶ Αἰγινήτης. ſed mendoſe.

ΒΕΝΕΒΕΝΤΟΣ, χωρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ] Legendum ΒΕΝΕΒΕΝΤΟΣ, πόλις. nam hoc ſequens articulus, ἡ, & adjectivum, ἄλλη, clare oſtendunt. Suidas: Βενεβεντὸς, ὄνομα πόλεως Καλαβρίας, &c.

— Οἱ, δὲ ὅτι κτῆμα Διομήδους] Legendum, κτίσμα Διομήδους. Vide Suidam d. l. & v. Διομήδειος ἀνάγκη. & ſic etiam legit Salmaſius.

— Ἡ καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Ἡ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο] Ita fuit appellata à Græcis primo, & inſerto digamma Æolico mutatoque genere, à Romanis *Maleventum*. Mox colonia eo deducta boni ominis cauſſa *Beneventum* dicta. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 64.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Καμπανίας, διὰ τοῦ δ.] Errat : eſt enim una ſola ſita in *Samnio*.

ΒΕ´ΝΝΑ, πόλις Θρᾴκης, καὶ δι' ἑνὸς ν, καὶ διὰ δύο. Καὶ ἡ γραφὴ διάφορος, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ε] *Per diphthongum* : ΒΑΙΝΝΑ ſcilicet. Sed & ΒΑΗΝΝΑ ſcribebatur : unde ΒΑΗΝΝΕΙΤΑΝ in nummo Gordiani apud Triſtanum Tom. II. pag. 523. in quo nomen τοῦ στρατηγοῦ ſive *prætoris* perperam expreſſum eſt, CT. AY. ΒΕΡΟΝΕΙΚΙΑΝ-ΦΥΤΟ Β. quod illic redditur, ΕΠΙ ΣΤΡΑΤΙΓΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΣΤΑΤΟΝΕΙΚΙΑΝΟΥ ΦΥΤΟΝΩC ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. *Sub Prætore Aurelio Stratoniciano Phytone ſecundo.* multiplici tam operarum, quam interpretis errore. Nam in nummo legendum : CT. AY. ΒΕΡΟΝΕΙΚΙΑΝΟΥ. ΤΟ. Β. vertendum : *Aurelio Veroniciano Stratego*, ſive *Prætore*, *iterum*. Fuit autem Thracia diviſa in *Strategias*, uti ex Ptolemæo videre eſt.

— Εἴρηται καὶ Βεννική] Sic Βεννικὴ στρατηγία apud Ptolemæum lib. III. cap. II.

ΒΕ´ΝΝΑ, μία βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέμπτη] Lege, πέντε. uti paullo poſt hac voce legitur.

— Ἐκ Τέω καὶ Καρίνης ἀποίκους ἔλαβον] Scribe, Καρήνης. Nam infra, Καρήνη, πόλις Μυσίας dicitur.

— Καρινοαίους] Καρηναίους.

ΒΕ´ΡΓΗ, πόλις Θρᾴκης, πρὸς τῇ Χερρονήσῳ] Immo Macedoniæ, circa Strymonem fluvium ſita.

— Ἐξ ἧς ὁ Βεργαῖος Ἀντιφάνης, ὁ κωμικός] Sed inſulſus iſte fabulator, *Antiphanes Bergæus*, non fuit *Comicus*, ſed *Antiphanes* Κιανὸς, vel Σμυρναῖος, vel Ῥόδιος, de quo Suidas. Stephanus autem hos duos in unum conflat. Notavit hunc Stephani errorem Henricus Valeſius ad Polybii Excerpta pag. 29.

ΒΕΡΕΚΥΝΤΟΣ, γενικὴ τῆς εὐθείας ἀῤῥήτου. Ἔστι δὲ πόλις Φρυγίας] Callimachus meminit, νομοῦ Βερεκυνθίου, Hymno in Dianam v. 246. ubi Scholiaſtes : μεταξὺ Λυδίας καὶ Φρυγίας.

— Καὶ ἡ χώρα Βερεκυντία] Βερεκύνθια χῶρον ex veteri Tragico vocat Plutarchus lib. de *Exilio* pag. 603. & iterum lib. *Philoſopho cum Principibus diſputandum.* pag. 778.

— Καὶ ἐθνικὸν Βερεκύνται] Occurrit aliquoties apud Strabonem.

ΒΕΡΕΝΙΚΙ´ΔΑΙ, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς.

— Ἀπὸ Βερενίκης τῆς Μάγα θυγατρός] MSS. τῆς Μέγα θ.

— Καὶ ἄλλα γὰρ ἐξηνέχθη πατρωνυμικά] Πατρωνυμικῶς.

ΒΕ´ΡΟΙΑ, πόλις Μακεδονίας, ἣν Φέρωνα κτίσαι φασίν] MS. Coll. Urb. Vatic. Βέῤῥοια τὸ νῦν Χάλεπ καὶ πόλις Μακεδονική.

— Φαλακρόν] MSS. delent hanc vocem.

— Ἄλλοι ἀπὸ Βεροίας τῆς Βέρητος, τοῦ Μακεδόνος] Hujus Βέρητος mentio fit & infra v. Μίεζα. Cæterum caſtigandus error, quem occaſione hujus vocis commiſit Scholiaſtes Græc. Epigramm. ad lib. I. cap. 70. pag. 151. ubi Βήρυτον ait Βέροιαν ab Stephano appellari. Quod non notarem, niſi ab hujus oſcitantia impoſitum eſſet Joſepho Scaligero, qui in Notis ad Euſebium pag. 130. affirmare non dubitavit, *Berœam* etiam *Beryton* vocatam, nonnullos ex veteribus tradere.

— Τὸ ἐθνικὸν Βεροιαῖος] Scribitur Βεροαῖος ſupra v. Ἄῤῥα.

— Ἔστι καὶ πόλις Συρίας] Χάλεπ poſtea dicta, ita in edit. Gr. Ptolemæi, in Jure Græco-Romano, in Conſtitut. Photii. Ab hac appellatione fluxit nomen, quo inſignitur urbs iſta hodie, *Aleppo*.

— Οἱ δ' ἐγχώριοι, Βερόειαι] Salmaſius : Βερόειαν.

— Καὶ τὸ ἐθνικὸν Βεροεύς] Item, Βεροιαῖος, à Syriaca æque ac à Macedonica : reperi enim in nummo Trajani *Aleppo* allato ex Syria apud Franc. Gotifredum, ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. & pariter in alio Antonini Pii itidem inde allato, apud eundem, in corona quernea, ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. Similem dedit Triſtanus in nummis Trajani Tom. I. pag. 414.

ΒΕ´ΡΟΥΝΟΣ, ὡς Λούγδουνος, Ἰταλικὴ πόλις] Suidas appellat Βηρούνιον. quem vide, Latini *Virunum*. & in Inſcript. apud Manutium Orthogr. pag. 58. VIRONUM. Male autem *Italiæ* accenſetur hæc urbs, cum in *Norico* fuerit ad Dravum amnem. Errori cauſſam præbuit *Belunum* oppidum ad Plavim in Rhætia ſitum : uti oſtendit Philippus Cluverius lib. I. Ital. Antiq. cap. 16.

— Μεταξὺ τῶν ὠρικῶν] Lege : τῶν Νωρικῶν. ex auctoris mente. Sed errat : Alpes enim inter Italiam & Noricum interjecti jacent.

— Ὡς Λουγδουνήσιος] Vide infra h. v.

ΒΕ´ΡΥΤΙΣ, Τρωϊκή] Num eadem, quæ poſtea Βήρεθρος dicitur?

ΒΕ´ΣΒΙΚΟΣ, νησίδιον περὶ Κύζικον] Meminit Dioſcorides lib. v. cap. 136.

— Ὡς Διογένης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ περὶ τῆς πατρίδος] De hoc Diogene Suidas : Διογένης ἢ Διογενειανὸς Κυζικηνὸς γραμματικός. ἔγραψε πάτρια Κυζίκου. περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων. περὶ ποιητικῆς. περὶ στοιχείων.

— Καὶ Φοινίκη] MS. καὶ Φοίβη.

— Καὶ Ἀλόνη] Supra h. v. ſcribitur Ἀλώνη.

— Γόνιμοι καὶ Λιπαραί] Hæc duo non ſunt inſularum nomina, uti perperam putavit Ortelius ab Xylandro, qui hæc ut propria ſcripſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

nomina, ſeductus, ſed adjectiva, inſularum, quas commemoravit Diogenes, *fertilitatem* & *pingue* ſolum ſignificantia. Quod nemo linguæ intelligens ambiget. Scribendum igitur: γόνιμοι καὶ λιπαραί.

ΒΕ΄ΧΕΙΡ, ἔθνος Σκυθικὸν, ὡς Σάπειρ] Corruptum gentis hujus nomen apud Orpheum, in Argonaut. v. 769.

Καὶ Κάλυβες, Στυβαρήνα τ' ἔθνα, λαοί τ' ἐπίχειρες.

ubi legendum, λαοί τε Βέχειρες. Etymologus autem ex noſtro corrigendus eſt, apud quem corrupte eadem, quæ hic, exempla occurrunt: Βέχειρ ἔθνος Σκυθικὸν, ὡς Α΄πειρ, ἢ μετὰ τοῦ σ Σάπειρ. pro Σάπειρ priore, Σάπειρ poſteriore loco. Sed idem multis exemplis illuſtrat hanc terminationem v. Α΄νήρ. ubi tamen Λήχειρ dicitur ποταμὸς, per errorem, ex male repetita antecedente voce natum. Exemplis apud Etymologum addendum, ὀξυέθειρ ex Nonno, qui ὀξυέθειρας Α΄κάνθας.

— Λίγειρ, ποταμὸς περὶ Πλάταιαν] An non legendum, περὶ Γαλατίαν, aut, Γαλλίαν?

ΒΗ῀ΓΙΣ, πόλις Τραλλέων] Vide infra v. Βόλουρος. Geſnerus autem hos Τράλλας male *Trallianos* vertit.

ΒΗ΄ΤΛΕΜΑ] Ordo literarum poſtulat ut ſcribatur, ΒΗ΄ΘΛΕΜΑ. & ſic in S. Literis nomen urbis hujus ſcribitur.

ΒΗ῀ΛΟΣ, ἢ καὶ Μῆλος, πρὸς ταῖς Ἡρακλέους ςήλαις] Puto ſcripſiſſe, Βῆλος ἢ καὶ Μῆλος. Sed quæ Βῆλος noſtro, reliquis Græcis Βελὼν dicitur. Vide Salmaſium in Exercitat. ad Solinum pag. 289.

— Τῷ τοὺς ἀρχαίους Βῆλον λέγειν τὸν οὐδὸν τῆς θύρας] Suidas: Βηλὸς, Βαθμὸς θύρας. *limen.* Homerus Iliad. Α. v. 591. ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

— Μῆλος δὲ, καὶ Μηλάελα, δύο πόλεις ἐπὶ τοῖς πέρασι] *Belonem & Mellariam* intelligit.

ΒΗ΄ΝΗ, πόλις Κρήτης, ὑπὸ Γορτύνην τεταγμένη.

— Ῥιανὸς γὰρ ὁ ποιητὴς Βηναῖος] Ita vocatur à Pauſania lib. IV. pag. 116.

ΒΗ΄ΡΙΘΡΟΣ, πόλις Τρωϊκή] Num eadem, quæ paullo ante Βέρυτις eſt appellata?

ΒΗ΄ΡΥΤΟΣ, πόλις Φοινίκης, ἐκ μικρᾶς μεγάλη, κτίσμα Κρόνου] Recte dicit ex *parva* evaſiſſe *magnam*: fuit enim Colonia Rom. nobiliſſima; uti patet ex epigraphe nummi Trajani: COL. AUG. FEL. BER.

— Βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς] Heſychius: Βὴρ, τὸ φρέαρ. Σύροι.

— Ὁ πολίτης Βηρύτιος] Latinis, *Berytenſis.* Inſcriptio vetus Neap. apud Capacium, pag. 707.

IMP. CÆSARI
. . . .
IEROПOLITANI
BERYTENSES
QUI PUTIOLIS CONSISTUNT.

Sic Ulpianus leg. 1. D. de Cenſ. *Sed & Berytenſis colonia in eadem provincia Augusti beneficiis gratioſa, &, ut D. Hadrianus in quadam oratione ait, Auguſtana colonia, dicta, quæ jus Italicum habet.* & l. 8. §. 3. D. eodem. *Laodicea in Syria & Berytos in Phœnice juris Italici ſunt.* Vide nummum Heliogabali apud Triſtanum Tom. II. pag. 326. in quo: SEC. COL. BER. & Trajani apud eundem, in quo: COL. AUG. FEL. BER. Tom. I. pag. 400.

— Καὶ Α΄μβρόσιος] Præcedentia poſtulant, ut ſcribatur, Α΄μβροῖος. uti monuit Salmaſius. Sic ab ἀκρεῖος, Α΄κρέσιος.

— Κορδυτός πόλις] Lege, Καρδυτός. aut, Κορδυλός. ſed primum rectius eſt. Vide infra h. v.

— Τὸ Σεβέννυτος] Σεβέννυτος. infra h. v.

ΒΗ῀ΣΣΑ, πόλις Λοκρῶν] Fuit etiam pagus Ægypti, cujus meminit Heliodorus lib. VI. Æthiop. pag. 277. cujus incolæ eidem Βησσαεῖς. Alii fuerunt Βησσοὶ in Thracia, unde Βησσιακὸς poſſeſſivum apud Hippocratem. Conſule Galeni Gloſſarium.

— Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει] Contra ſcribit Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 277. alios per unum σ ſcribere, Herodianum vero per duplex, σσ.

— Α΄πολλόδωρος δὲ καὶ Ε΄παφρόδιτος καὶ Ἡρακλέων διὰ δύο] Per duplex σσ monet etiam ſcribendum Strabo lib. IX. pag. 426.

— Βῆσσάν τε Σκάρφην τε καὶ Αὐγείαν ἐρα] MS. Αὐγείαν ἐραπεινήν. ſed legendum, Αὐγειὰς ἐρατεινάς. uti hodie apud Homerum extat Iliad. Β. v. 532. & ſupra h. v.

ΒΙ΄ΒΑΣΤΟΣ, Θράκης πόλις.

— Εἰ δὲ Βούβασος, τὸ ἐθνικὸν Βουβαςίτης] Puto ſcribendum: ἢ δὲ Βούβασος, &c. neque enim exiſtimo noſtrum urbes toto cælo diverſas confundere voluiſſe.

ΒΙΒΛΙ΄ΝΗ, χώρα Θράκης· ἀπὸ ταύτης ὁ Βίβλινος οἶνος] Athenæus lib. I. pag. 31. Α΄χαιὸς τὸν Βίβλινον.

Ε΄δεξιοῦτο Βιβλίνου μέθυος ἐκπώματι.

Καλεῖται δὲ οὕτως ἀπό τινος χωρίου οὕτω προσαγορευομένου, &c. Ε΄πίχαρμος δὲ ἀπό τινων ὀρῶν Βιβλίνων φησὶ αὐτὸν ὠνομάσθαι. Α΄ρμενίδας δὲ τῆς Θράκης φησὶ εἶναι χώραν τὴν Βιβλίαν, ἣν αὖθις Τισάρην καὶ Οἰσύμην προσαγορευθῆναι, &c. Ἱππίας δὲ ὁ Ῥηγῖνος τὴν εἰλεὸν καλουμένην ἄμπελον Βιβλίαν φησὶ καλεῖσθαι. ἣν Πόλλιν τὸν Α΄ργεῖον, ὃς ἐβασίλευσε Συρακουσίων, πρῶτον εἰς Συρακούσας κομίσαι ἐξ Ι΄ταλίας. εἴη ἂν οὖν ὁ παρὰ Σικελιώταις γλυκὺς καλούμενος Πόλλιος, ὁ Βίβλινος οἶνος. *Achæus Biblinum vinum* (commendat:) *Excepit is vini Biblini poculis. Sic autem vocant à loci cujuſdam nomine,* &c. *Epicharmus à quibuſdam Biblinis montibus vocatum ait. Armenidas Bibliam Thraciæ partem eſſe tradit, quam Tiſaram & Oeſymam vocant,* &c. *Hippias Rheginus, quam vitem tortuo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

tortuoſam dicebant, Bibliam vocatam fuiſſe tradit, eamque Argivum Pollin, qui regnavit Syracuſis, primum ex Italia Syracuſas invexiſſe. Quamobrem quod dulce vinum Siculi Pollium nuncupant, Biblinum fuerit. Quem locum ideo adſcripſi, ut, qui illum legerint, de ſcriptura certi, corrigant porro vulgatos Heſiodi codices in Ἔργοις v. 589. in quibus, Βύβλινος οἶνος, legitur, pro Βίβλινος. ad quem locum Moſchopulus: Βίβλος ποταμὸς, ἢ πόλις Θρᾴκης. diſtinctius Proclus, ſed fœdo vitio infectus: οἶνον Βύβλινον (pro Βίβλινον) ὃν ἄξιοι (lege οἱ Νάξιοι) παρ᾽ αὐτοῖς γεωργεῖσθαί φασι ποταμὸν οὕτω καλούμενον (lege, περὶ ποταμὸν οὕτω καλούμενον). Tzetzes ineptit ſuo more. A corrupta autem lectione Heſiodi deceptus eſt Euſtathius, qui ad Iliad. Λ. pag. 871. Βύβλινον οἶνον. & Βυβλίαν χώραν ſcribit, tamquam Heſiodo auctore. Heſiodo adde Theocritum, qui Idyll. XIV. v. 15.

——— ἀνῷξα δὲ Βύβλινον αὐτοῖς
Εὐώδη, τετόρων ἐτέων.

——— *aperui illis vinum Biblinum*
Odoriferum, quatuor annorum.

pro Βίβλινον. Denique Suidam, apud quem, Βιδίνη· πόλις Σκυθίας, legitur, pro Βιβλίνη, ut hic. quemadmodum ex ipſa literarum ſerie manifeſtum eſt.

— Δῆμος δ᾽ ὁ Δήλιος τὸν Νάξιόν φασιν, ἐπειδὴ Νάξου ποταμὸς Βίβλος] Legendum omnino: Σῆμος δ᾽ ὁ Δήλιος. Sic enim vocatur hic ſcriptor infra v. Τένεδος. & Apud Athenæum lib. I. pag. 30. & alibi. apud Etymologum v. Βίβλινος οἶνος, Σῆμος hic, appellatur Σίμος, & ejus libri τῆς Ἰλιάδος inſcribuntur: utrumque perperam, pro Σῆμος, & τῆς Δηλιάδος; uti recte monuit Fridericus Sylburgius.

— Φασίν] Φησίν.

ΒΙ'ΔΟΣ, φρούριον ἐν Σικελίᾳ, οὐδετέρως] *Bidis*, Ciceroni in Verrem. Vide quæ de hoc notavit Philippus Cluverius lib. II. Sicil. Antiq. cap. 10. pag. 359. & cap. 6. pag. 308.

ΒΙΖΥ'Η, πόλις Θρᾴκης, τὸ τῶν Ἀστῶν βασίλειον] Civitas hæc nobilitata eſt, in Hiſt. Eccleſiaſtica, Euſtathii Antiocheni exilio. Vide quæ de illa notavit Salmaſius Exercitat. in Solin. pag. 166.

— Τὸ ἐθνικὸν Βιζυηνός] Sic in nummo inſigni Philippi Imperatoris apud Franc. Gotifredum, in quo circum tropæum pulcherrimum, ΒΙΖΥΗΝΩΝ. Item in alio ejuſdem Philippi circum Æſculapium, Hygieam & duas alias figuras, in Cimeliis Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini, & in duobus ſimilibus, in Theſauris S. M. Ducis. Item in egregio Hadriani nummo in iiſdem Theſauris, in quo ſub caſtro, cujus portæ quadrigæ inſiſtunt, ΒΙΖΥΗΝΩΝ. in margine autem exteriore, ΕΠΕΙ ΤΕΙ ΡΟΥΦΟΥ ΠΡΕC ΚΑΙ ΑΝΤΙ ΤΟΥ CΕΒΑC.

ΒΙΖΩ'ΝΗ, πόλις Ποντική] Non in latere Pontico ſita eſt hæc urbs, ſed Thracio ad *Pontum*. Apud Arrianum Βύζον vocatur. Sed Anonymus Βυζώνην vocat, ex ipſo, ni fallor, Arriano.

ΒΙΘΥΝΙ'Α, πρὸς τῷ Πόντῳ χώρα, ἀπὸ Βιθύνου τοῦ Διὸς καὶ Θρᾴκης τῆς Τιτανίδος] Collectio MS. Vat. Βιθυνία ἡ Βιθυνῶν ἐπαρχία, ἡ Νικομήδεια, καὶ ἡ Νικαία, καὶ τὸ Θέμα τοῦ ὀψικίου καὶ τῶν ὀπτιμάτων.

— Ἣ ἐκ μὲν Διὸς ἔσχε Βίθυν, ἐκ δὲ Κρόνου Δόλογκον] Lege: ἡ ἐκ μὲν Διὸς ἔσχε Βιθυνὸν, &c. nam infra v. Δόλογκοι, *Bithynum Dolonci* fratrem vocat. Arrianus quoque apud Euſtathium ad Dionyſii Perieg. pag. 105. *Bithynos* à *Bithyno* dictos ait. Et omnino diverſus à *Bithyno* eſt Βίθυς, à quo Βιθυαι, ἔθνος Θρᾴκης, ut paullo ante dixit, ſunt denominati.

— Τὸ Μόσυνος βαρυνόμενον σημειῶδες καὶ μακρὸν ἔχει τὸ υ] Idem notavit ſupra v. Βήρυτος.

— Τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ σ, βραχὺ ἔχει τὸ υ, καὶ τὸ γυρῖνος, ὁ μικρὸς βάτραχος] Reſtituendum γέρυνος. ut præfert Aldina Editio: neque enim aliter ad propoſitam rem faceret. Euſtathius ad Homeri Ὀδυσσ. Τ. pag. 1864. ex Pauſania affirmat, quod *ranunculi* iſti, qui Atticis γυρῖνοι, Ionibus dicebantur γερῖνοι. ubi forte, γερῦνοι ſcribendum, ut Stephanus hoc loco habet. Recte autem hoc exemplo υ hic longum eſſe docet, ut in Μόσυνος. ſic enim Apollonius lib. II. v. 1017.

Ἣ ἔνι Μοσσύνοικοι ἀν᾽ οὔρεα ναιετάουσι
Μόσσυνας· καὶ δ᾽ αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν.
Ubi Moſſunœci ſuper montes habitant
Turres ligneas: & ipſi inde habent nomen.

ut Dionyſius Perieg. v. 766.

——— καὶ οἱ μόσσυνας ἔχουσι
Δουρατέους. ———
& qui turres habent Ligneas.

ΒΙΘΥ'ΝΙΟΝ, πόλις Βιθυνίας· Παυσανίας ὀγδόῳ] Locum Pauſaniæ lib. VIII. pag. 470. nunc in editis corruptum, recte ex Stephano emendat Fridericus Sylburgius: male enim, ἐκ Βιθυνίας, pro ἐκ Βιθυνίου, & Βιθυνεῖς, pro Βιθυνιεῖς, iſthic legitur.

— Ὁ οἰκῶν, Βιθυνιεύς] Occurrit & infra v. Χειμέριον. & in nummis eſt frequens. In Pyrrhi Ligorii Collectionibus habetur nummus Antinoi, quem video & exhiberi à Triſtano Tom. I. pag. 547. in cujus una parte Antinous, cum Inſcriptione circum, Η ΠΑΤΡΙC ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟ'Ν. nam malè legit Triſtanus ΘΕΟΣ. ab averſa Mercurius habitu paſtoris juvencum ducens cum titulo, ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ. non ΒΕΙΘΥΝΙΕΩΝ, per diphthongum, uti ſcribitur apud Triſtanum, quamquam frequens in nummis hic occurrat error, vel potius διπλογραφία. Cæterum egregia ſunt, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Triſtanus docet eo loci de Antinoo ſub nomine Phileſii culto, qui ab altera nummi parte cum juvenco & ſtella expreſſus eſt, quæ hic non enarro. Sic in nummo Septimii Severi, apud Franc. Gotifredum circum figuram equeſtrem hoſti proſtrato inſultantem, ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ. Item apud eundem in nummo Severi Alexandri circum figuram Æſculapii, ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ. Denique eodem modo in Commodi nummo circum caput Antinoi apud eundem Gotifredum. Suidas v. Ἀριστείδης docet *Hadrianos* civitatem *Myſiæ* fuiſſe, quæ *Myſia* deinceps *Bithynia* ſit dicta: Ἀριστείδης· Ἀδριανεὺς σοφιστής. Ἀδριανοὶ δὲ πόλις Μυσίας, τῆς νῦν Βιθυνίας. *Ariſtides, Adrianenſis Sophiſta. Adriani vero eſt urbs Myſiæ, quæ nunc Bithynia vocatur.* & eodem modo v. Ἀδριανοί. quod ideo adduco, ut admoneam erroris Ortelii, qui *Bithyniam Myſiæ* facit urbem, eamque *Adrianos* vocatam auctore Suida prodit. Quod utrumque eſt aliter. Formatur & ab hac urbe Βιθυνίας, ſi auctor non errat infra v. Ὑγρίθιον. nam in Βιθυνία idem recenſuit.

— Ἐξελεύτερος] Ἐξελεύθερος.

ΒΙΘΥΝΟΠΟΛΙΣ, πόλις ἀπὸ Βιθυνοῦ] Cl. Salmaſius legit: Βιθυόπολις.

ΒΙΣΑ, πόλις Θρᾴκης] Metuo ne in animo noſtri fuerint Λισαὶ, cum calamus exararet Βῖσα. Certe Λισὰς inter Thraciæ urbes enumerat Herodotus lib. VII. cap. 123. Βῖσαν non invenio.

ΒΙΣΑΛΤΙΑ, πόλις καὶ χώρα Μακεδονίας, ἀπὸ Βισάλτου τοῦ Ἡλίου καὶ Γῆς] Conon apud Photium Narrat. XX. Οἱ δὲ Βισάλται, Θρᾳκικὸν ἔθνος, ἀντιπέρα Παλλήνης οἰκοῦντες. *Biſaltæ Thraciæ populi ſunt, ex adverſum Pallenes habitantes.* deinde ſubjicit, quomodo regio & urbs *Biſaltarum* à Chalcidenſibus fuerit occupata. Unde *Chalcidice* poſtea appellata eſt.

— Περὶ ταύτην οἱ λαγοὶ σχεδὸν πάντες ἁλίσκονται, δύο ἥπατα ἔχοντες] Scribe: οἱ λαγωοί. & vide Ælianum lib. V. Hiſt. Animal. cap. 27. Ariſtotelem Θαυμ. Ἀκουσμ. cap. 130.

— Τὸ ἐθνικὸν Βισάλτης] Sic duo nummi Goltzii.

— Τὸ μὲν γὰρ ἠὼν Στρυμόνος Βισαλτία] Apud Lycophronem pag. 73. legitur: Τὸν μὲν γὰρ μὲν Ἠιών, &c.

ΒΙΣΑΝΘΗ, πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην] *Biſanthæ*, ad Thraciæ regem Seuthen pertinentis, bis meminit Xenophon lib. VII. Ἀναβ. pag. 402. & 411. eandemque in *Thracia* perſpicue ponit Plutarchus in Alcibiad pag. 211. & falſum, *Macedoniæ* urbem fuiſſe: nam ad Helleſpontum ſita erat, quouſque Macedonia non pertingit. Herodotus lib. VII. cap. 137. Βισάνθην τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ vocat. & Ptolemæus lib. III. cap. II. ponit in *Propontide*.

— Ἑλληνὶς, ἄποικος Σαμίων] Sic & Pomponius Mela.

— Φαίδιμος] MSS. Φαίδυμος.

ΒΙΣΤΙΡΟΣ, πόλις Θρᾴκης] An quæ Πίστειρα dicitur apud Harpocrationem & Suidam v. Μάσειρα?

ΒΙΣΤΩΝΙΑ, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Βίστωνος καὶ Καλλιρρόης τῆς Νέστου] Scribe: Βιστονία, π. Θ. ἀπὸ Βίστονος. per ο non per ω. Apollonius Rhodius lib. II. v. 706.

> Βιστονίῃ φόρμιγγι λιγείης ἦρχεν ἀοιδῆς.
> *Teſtudine Biſtonia argute præcinuit.*

Eandem quantitatem ſecutus eſt Ovidius libro I. ex Ponto. Epiſt. 3.

> *Altera Biſtonias pars eſt ſenſura ſariſſas.*

Scholiaſtes Apollonii ad dictum locum: Βιστονίῃ Θρᾳκικῇ· Βίστονες γὰρ ἔθνος Θρᾳκῶν· ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Βίστονος τοῦ Κίκονος, ὡς Φιλοστέφανος ἱστορεῖ. Βιστονὶς, λίμνη Θρᾳκική.

— Ἔνιοι δὲ, Παίονος τοῦ Ἄρεος παιδός] Tzetzes ad Lycophronem pag. 74. Βίστονες δὲ ἀπὸ τοῦ Ἄρεος Βιστόνου (Βίστονος) ἢ τοῦ Τερψιχόρης. Scholiaſtes Apollonii d. l. *Biſtonem* Κίκονος filium vocat.

— Χιλὼν γὰρ, πρὸς θάλασσαν ὀξύνεται τοῦ κυρίου, καὶ ποταμοῦ] Numquid legendum: Χιών· nam Χίων proprium quoque eſt: fluvium tamen hoc nomine ignoro.

ΒΙΤΕΛΛΑ, πόλις Ἰταλίας] Latinis auctoribus hæc urbs *Vitellia* dicitur.

ΒΛΕΜΥΕΣ, ἔθνος βαρβαρικὸν Λιβύης, ἀπὸ Βλέμυος] Epiphanius in Ancorato cap. 58. Nilum pertranſire dicit, τὴν μικρὰν Αἰθιοπίαν, Ἀνυβίτην τε καὶ Βλεμμυΐαν, καὶ Ἀξουμῖτιν. Ubi *Blemenia* ſine dubio eſt regio Βλεμύων. Euſtathius ad Dionyſium v. 220. hunc locum pro majore parte tranſcripſit: ſcribit autem Βλέμμυες & Βλέμμυς per duplex μ, quod etiam faciunt alii.

— Ἧσαν δὲ Ὀρόντης, καὶ Ὀροβάνδας] MSS. PP. καὶ Ὀρουάνδης. Recte: nam ſic & Etymologus v. Βλέμμυες.

ΒΟΒΩΝΕΙΑ, πόλις Ἰταλίας] Eſt procul dubio *Bononia*. Hinc autem apparet quam negligenter Stephanus, aut ejus Epitomator, librariorum errores transſcripſerit.

ΒΟΙΓΒΟΣ, πόλις Θεσσαλίας] Lege, ΒΟΙΒΗ. uti Homerus, Strabo & Euſtathius, ex noſtro, hanc urbem appellant. Βοῖβος enim apud nullos occurrit.

— Ὅμηρος· Βοίβην τε γλαφυρὰν καὶ ἐϋκτιμένην Ἰαολκόν] Verſus Homeri ex Iliad. Β. v. 712. ſed qui emendatius ibi quam hic legitur. indeque hoc modo corrigendus eſt:

> Βοίβην καὶ Γλαφυρὰς καὶ ἐϋκτιμένην Ἰαωλκόν.
> *Bœben & Glaphyras & bene ædificatam Iolcon.*

ſic autem legitur infra vv. Γλαφυραὶ & Ἰωλκός.

— Καὶ λίμνη Βοιβιάς] Videri poſſet ſcribendum:

dum: λίμνη Βοιβηΐς. ita enim Homerus Iliad. Β. v. 711. & multi alii hunc *lacum* vocant. ſed nihil eſt mutandum: nam & infra v. Ξυνία, βοιβιάδα vocat, &, quod plus eſt, Pindarus Pythiis Od. III. pag. 219. Ἐπεὶ παρὰ Βοιβιάδος κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος. *quoniam ad Bœbiadis ripas habitabat virgo.* ubi Scholiaſtes: ἡ δὲ Βοιβιὰς, λίμνα παρακειμένη τῇ Λακερείᾳ, &c.

— Καὶ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοίβη] *Lacus* hic *Macedoniæ* cæteris ſcriptoribus Βόλβη dicitur, immo ipſi noſtro infra v. Βόλβαι.

— Λέγεται καὶ Βοιβία ἡ λίμνη] Infra v. Βοῦρος· Βοίβη, Βοίβιος.

ΒΟΪΛΛΑΙ, πόλις Λατίνων. Τὸ ἐθνικὸν Βοϊλλανός] *Bovillenſis* in veteri lapide.

ΒΟΙ͂ΟΝ, ἣν Ὅμηρος ἔοικε Βοίβην λέγειν] Abſurda eſt hæc Stephani conjectura de *Bœba* Homerica: nam illa Theſſaliæ eſt civitas, hæc Dorica, quam Scylax, Ptolemæus aliique commemorant.

— Ἔστι Βοιαὶ καὶ Κρήτης πόλις. ὁ πολίτης Βοιάτης] Βοιαὶ Laconicæ oppidum maritimum recenſetur Pauſaniæ in Laconicis pag. 206. cujus gentile ibidem Βοιάτης, & poſſeſſivum Βοιατικός. pro quo male nunc Βοιωτικὸς in vulgatis legitur: interpreti tamen probe *Bœaticus* ſinus vertitur.

— Πιτάναι Πιτανάτης] Aliter infra v. Πιτάνη.

— Ἡρωδιανὸς δὲ Βοιήτης φησὶν ἴσως παρὰ τὸ Βοῖον] Sequens exemplum, ὡς Λίκνον Λικνίτης requireret Βοιίτης.

ΒΟΙΩΤΙ΄Α, μόνη τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ τρισὶ θαλάτταις διήκοντας ἔχει τοὺς οἰκήτορας.

— Τοὺς δὲ πρὸς τὸν Εὔριπον, καὶ Μακεδονίας καὶ Θεσσαλίας θάλασσαν] Eadem, quæ hic de Bœotiæ ſitu ab auctore adferuntur, adducit ex Ephoro Strabo lib. IX. pag. 400. Ἔφορος δὲ καὶ ταύτῃ κρείττω τὴν Βοιωτίαν ἀποφαίνει τῶν ὁμόρων ἐθνῶν καὶ ὅτι μόνη τριθάλαττός ἐστι, καὶ λιμένων εὐπορεῖ πλειόνων· ἐπὶ μὲν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ καὶ τῷ Κορινθιακῷ, τὰ ἐκ τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ τῆς Λιβύης δεχομένη· ἐπὶ δὲ τῶν πρὸς Εὔβοιαν μερῶν ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ Εὐρίπου σχιζομένης τῆς παραλίας· τῇ μὲν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα καὶ Ταναγρικὴν, τῇ δ᾽ ἐπὶ τὸν Σαλγανέα, καὶ τὴν Ἀνθηδόνα, τῇ μὲν εἶναι συνεχῆ τὴν κατ᾽ Αἴγυπτον καὶ Κύπρον, καὶ τὰς νήσους θάλασσαν· τῇ δὲ τὴν κατὰ Μακεδόνας, καὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. *Ephorus cum hac re Bœotiam finitimis præſtare gentibus ait, tum quod ſola trimaris eſt, copiaque portuum majore prædita. Nam & in Criſſæo & Corinthiaco ſinubus allata ex Italia, Sicilia, Africaque accipit: & ubi Eubœæ opponitur, in utramque Euripi partem ſe ora ejus diducit: ita ut parte, quæ adverſus Aulidem eſt, in qua Tanagra jacet, & Salganeus, & Anthedon, continuum habeat mare ei, quod ad Ægyptum, Cyprum, inſulaſque pertingit: altera parte habeat Macedonico, Propontidi & Helleſponto continuum.* Eadem etiam habes apud Scymnum Chium. Ex iis autem conſtat, hic legendum: τοὺς δὲ ὑπὲρ τὸν Εὔριπον πρὸς Μακεδονίας καὶ Θεσσαλίας θάλασσαν. *Alios vero ſuper Euripum ad Macedonicum & Theſſalicum mare.* Etſi enim *Euripum* ſumamus pro univerſa Eubœa, pro more ſæculi, quo noſter vixit, tamen vulgata lectio ſtare non poteſt: quoniam trajectus in iſtam inſulam adeo eſt brevis, ut neque portubus, neque navigatione longa ad illum ſit opus, & ob id mare inter iſtas anguſtias maris nomen quaſi non mereatur. Ut taceam, auctorem commemorare ſuperioris non inferioris Eubœæ partem, ut patet ex mentione *Macedoniæ & Theſſaliæ.* Lectionem autem noſtram adſtruit tam Strabo, cujus locum licet longiorem propterea adduximus, tum Scymnus Chius, ſeu, ut perperam vulgo inſcribitur, Marcianus Heracleota, in Περιηγήσει, v. 502.

> Τὸν δὲ τρίτον ἔξω τοῦ κατ᾽ Εὔριπον δρόμου
> Εἰς τὴν Μακεδόνων Θετταλῶν θ᾽ ἱκνούμενον.
> *Tertium vero extra eum, qui juxta Euripum eſt, curſum*
> *In Macedonum Theſſalorumque regionem venientem.*

Nam Bœotiæ ora Eubœæ obverſa Euripo Chalcidenſi bifariam diſſecatur, & ab utraque parte portus diverſa maria reſpicientes habet: infra illud, quod ad Ægyptum, Cyprum inſulaſque pertingit; ſupra vero, quod Macedonico, Propontidi & Helleſponto continuum eſt, uti Strabo loquitur.

— Γενέσθαι δέ φασι Βοιωτὸν Ἴτωνος, τοῦ Ἀμφικτύονος, τοῦ κατ᾽ αὐτὸν νεωτέρου τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας παίδων] Pauſanias princip. Bœotic. Βοιωτοὶ δὲ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ἀπὸ Βοιωτοῦ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν· ὃν Ἴτωνος παῖδα καὶ νύμφης δὴ Μεναλίππης, Ἴτωνον δὲ Ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσι. *Bœoti quidem, tota in univerſum gens, à Bœoto nomen accepere: quem Itoni & Menalippæ nymphæ, Itonum ipſum Amphictyonis filium fuiſſe dicunt.*

— Νικοκράτης δέ φησιν ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἄρνης ἦν παῖς] In Codice MSto. Epigrammatum Græcorum Palatino, quem Bibliotheca Vaticana aſſervat, extat inter Epigrammata, in ſtatuas Templi, quod Attalus & Eumenes Apollonidi matri condiderant Cyzici, hoc quod ſequitur:

Κατὰ δὲ τὰς θύρας τοῦ ναοῦ προσιόντων ἐστὶν Αἴολος καὶ Βοιωτὸς Ποσειδῶνος παῖδες ῥυόμενοι ἐκ δεσμῶν τὴν μητέρα Μελανίππην τῶν περιτεθέντων αὐτῇ διὰ τὴν φθορὰν ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῆς.

> Αἴολε καὶ Βοιωτὲ σοφὸν φιλομήτορα μῦθον
> Πρήξατε μητέρα λυόμενοι θανάτου.
> Τοὔνεκα γὰρ καὶ πεφήνατε ἄλκιμοι ἄνδρες
> Ὃς μὲν ἀπ᾽ Αἰολίης, ὃς δ᾽ ἀπὸ Βοιωτίης.

— Εὐφορίων· Ὅ φρακε μαντεύοιτο μεθ᾽ ὕασι Βοιωτοῖο] MS. P. μεθυάσαι Βοιωτοῖο.

— Τὸν ῥα Ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκεν Ἄρνη] Joannes Tzetzes: τέκε μήτηρ.

— Βοιωτὸν δ᾽ ὀνόμηνε. τὸ γὰρ καλέσωντο νομῆες] Idem Tzetzes: Τὸ γὰρ καλέουσι βοτῆρες. Sed Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 270. adducit hunc *Euphorionis* locum eodem modo, quo Stephanus.

— Κάστωρ δὲ, ἀπὸ τοῦ καθηγησαμένης Κάδμῳ βοὸς λεχθῆναι τὴν χώραν οὕτω] Scripſit hic *Caſtor* Χρονικὰ Ἀγνοήματα, teſtibus Apollodoro & Suida, qui de illo hæc habet: Ἔγραψε δὲ ἀναγραφὴν Βαβυλῶνος, καὶ τῶν θαλασσοκρατησάντων ἐν βιβλίοις β. Χρονικὰ ἀγνοήματα καὶ περὶ ἐπιχειρημάτων ἐν βιβλίοις θ. περὶ πειθοῦς β. περὶ τοῦ Νείλου. τέχνην ῥητορικήν. καὶ ἕτερα. περὶ ἀγαλμάτων Κάστορος καὶ Πολυδεύκους. *Edidit deſcriptionem Babylonis, & illorum, qui mari imperium habuerunt, libros duos. Item annalium ignorationes. & de Epicherematis libros novem. de perſuadendi ratione duos. de Nilo. artem Rhetoricam. Et alia de Caſtoris & Pollucis ſimulacris.*

— Ναυτικὸν δύναμιν] Ναυτικὴν δέ.

— Ἡμεῖς δὲ περὶ τὴν τῶν νόμων εὐταξίαν] Intelligit *Byzantinos*, apud quos legum ſchola deinceps quoque fuit: *Stephanus* namque *Byzantius*.

ΒΟ´ΛΒΑΙ, πόλις Καρίας, καὶ ποταμὸς Βολβαιώτης.

— Ἔστι καὶ Βόλβη πόλις καὶ λίμνη] Βόλβη juxta Aulonem & Bromiſcum ponitur à Thucydide lib. IV. inter Arethuſam & Apolloniam à Scylace. Apud Athenæum lib. VIII. pag. 334. corrupte aliquoties ſcribitur Βολύκη pro Βόλβη. in quo haud dubie editores literarum ſimilitudo decepit.

ΒΟΛΙΣΣΟ´Σ, πόλις Αἰολικὴ ἐπ᾽ ἄκρου, Χίου πλησίον] Intellige, juxta *Chium*, urbem in inſula *Chio*. Vide Leonem Allatium de Patr. Homeri pag. 230.

— Θουκυδίδης Βολίσκον αὐτὴν καλεῖ, ἐν ὀγδόῃ] Hæc lectio hodie in codicibus Thucydidis non apparet: omnes enim conſtanter lib. VIII. pag. 572. Βολισσὸν legunt.

— Καί φασιν, ὅτι Ὅμηρος ἐν τούτῳ τῷ πολίσματι τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ὡς Ἔφορος] Idem habes apud auctorem vitæ Homeri cap. XXIV. Ὁ δὲ ἐποίησε ταῦτα· καὶ τοὺς Κέρκωπας, καὶ Βατραχομυομαχίαν, καὶ Ἐπικιχλίδας, καὶ τ᾽ ἄλλα πάντα, ὅσα παίγνιά ἐστιν Ὁμήρου, ἐνταῦθα ἐποίησε παρὰ τῷ Χίῳ ἐν Βολισσῷ. *Interim Cercopas, Batrachomyomachiam, Epicichlidas, & alia omnia, quæcumque juvenilia ludicraque ejus extant, apud Chium illum condidit in Boliſſo.*

— Ὡς Ὀδυσσίτης] Ὀδησσίτης.

ΒΟΛΟΓΕΣΙΑ´Σ, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ἐκ Βολογέσου βασιλέως ᾠκισμένη] Hic Parthorum Rex vocatur, Βολαγάσος in veteri nummo, quem Alexander VII. Pontifex Maximus mihi legendum exhibuit, in cujus una parte regis effigies cum mitra tæniata, in averſa Victoria regi ſedenti coronam offerens, cum hac inſcriptione, ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑCΟC ΕΠΙΦΑΝΟΥC ΚΑΙ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟC. Cæterum civitas hæc Ammiano lib. XXIII. *Vologeſſia*: Tabulis Auguſtanis, *Voloceſſia*: Plinio lib. VI. cap. 26. *Vologeſocerta* dicitur.

— Βολεγεσινός] Βολογεσινός.

ΒΟΟ`Σ ΚΕΦΑΛΑΙ´, τόπος καθ᾽ ὃν ἐπολέμησε Προυσίας πρὸς Ἄτταλον.

— Πολ * ᾤκισε Νίκαιαν Βουκεφάλαν δέ] Lego: Πόλεις ᾤκισε Νίκαιαν Βουκεφάλαν τε. certe τε pro δέ habent MSS. Sunt autem verba antiqui ſcriptoris, quæ tranſtulit fere αὐτολεξεὶ Curtius lib. IX. cap. 3. *Oppida quoque duo condidit, quorum alterum Nicæam appellavit, alterum Bucephalen, equi, quem amiſerat, memoriæ ac nomini dedicans Urbem.* Quibus ſimillima habet Arrianus lib. V. pag. 114. & Strabo lib. XV. pag. 698.

— Ἔνθα διαβάντος, ἢ μαχομένου ἀπέθανεν αὐτοῦ ὁ ἵππος Βουκεφάλας προσαγορευόμενος] Prœlio contra Porum. Curtius lib. VIII. cap. 14. n. 34. *Tum belluam in fugam concitat* (Porus) *ſequente Alexandro: ſed equus ejus multis vulneribus confoſſus deficienſque procubuit poſito magis rege quam effuſo. Itaque dum equum mutat tardius inſequutus eſt.* Arrianus d. l. aliter: Βουκέφαλος ἀπέθανεν αὐτοῦ, οὐ βληθεὶς πρὸς οὐδενὸς, ἀλλ᾽ ὑπὸ καύματός τε καὶ ἡλικίας. ἦν γὰρ ἀμφὶ τὰ τριάκοντα ἔτη, καματηρὸς γενόμενος. *Bucephalus ibi interiit, non quidem ab aliquo vulneratus, ſed laboribus pariter atque ætate fractus. Siquidem trigeſimum annum agebat, quum hæc defatigatio ei accideret.*

— Ὁ δημότης Κεφαλεὺς τοῦ, Κεφαλῆ] Κεφαλὴ eſt δῆμος Atticæ, qui infra ſuo loco cum aliis periit. Vide Joan. Meurſium lib. de Pop. Atticæ.

ΒΟΡΜΙ´ΣΚΟΣ, χωρίον Μακεδονίας] Βρομίσκος ſcribitur apud Thucydidem lib. IV.

— Ὁ δὲ ποιητὴς τραπεζῆας] Euſtathius ad Homeri Iliad. Χ. pag. 1257. Τραπεζῆες δὲ κύνες οἱ καὶ τραπεζῖται, οὓς Ἀγλαΐας ἕνεκεν κομόωσιν ἄνακτες, ὡς ἐν Ὀδυσσείᾳ εἴρηται, &c. Vide & Heſychium.

— Δωρίσκος] Infra, Δορίσκος.

ΒΟ´ΡΥΖΑ, πόλις Ποντική] Apud Philoſtorgium lib. IX. Hiſt. Eccleſ. cap. 9. occurrit Βορισσὸς, vicus Cappadociæ Secundæ, quem vir doctus putat Stephano dici Βόρυζαν. Ego *Boriſſum* & *Boryzam* diverſa loca fuiſſe exiſtimo.

ΒΟΡΥΣΘΕ´ΝΗΣ, πόλις καὶ ποταμὸς τοῦ Πόντου.

— Ἔστι καὶ πόλις Ἑλληνὶς πρὸς ἑσπέραν] Lego: ἔστι δὲ πόλις Ε. π. ε. nam de una eademque urbe loquitur. Quid autem ſibi volunt, πρὸς ἑσπέραν. Poſſet quis exiſtimare per hæc verba latus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

tus occidentale Ponti intelligendum. Sed potius exiſtimo Herodoti locum à noſtro expreſſum, qui extat lib. IV. cap. 17. Ταῦτα μὲν παρὰ τὸν Ὕπανιν ποταμόν ἐστι ἔθνεα πρὸς ἑσπέρην τοῦ Βορυσθένεος. *Atque hæ quidem nationes juxta flumen Hypanin colunt ad occidentale Boryſthenis latus.* Sequitur enim ſtatim eodem loci: τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας· σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας. *quos Græci, qui ad Hypanim incolunt, Boryſthenitas appellant, ipſi vero ſe Olbiopolitas.*

— Ἣν οἱ μὲν ἄλλοι Βορυσθένην, αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν· ἣν ποιοῦσιν ὅ, τε Βορυσθένης καὶ Ὕπανις] E Strabone lib. VII. pag. 306. apparet locum hunc mutilum eſſe; nam *Olbia*, ſive *Boryſthenes*, ibi ad ipſum fluvium *Boryſthenem* ſita dicitur, ducentis ab oſtio ſtadiis: ipſi autem oſtio objacere inſula, quam *Boryſthenis Hypaniſque* confluentes efficiunt. Supplendum ergo: αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν καλοῦσιν. ἔστι δὲ ἡ νῆσος πρὸς τοῦ στόματος, ἣν ποιοῦσιν ὅ τε Βορυσθένης καὶ Ὕπανις· vel potius: ἔχει δὲ λιμένα πρὸς νῆσον, ἣν ποιοῦσιν ὅ τε Βορυσθένης καὶ Ὕπανις.

— Κανωπίτης] Infra h. v. ſcribitur, Κανωβίτης. ſed utroque modo dicitur.

— Ὠρεύς, Ὠρείτης] Videtur ſcripſiſſe, Ὠρεός. Certe ſic ſcripſit infra h. v.

— Ἑρκίτης] Ab ἕρκος, quod etiam pro exemplo adducitur, infra v. Ἕρμος. Suidæ Ἑρκίτης exponitur ὁ φύλαξ.

— Ὅτι ἠκολούθησε τῷ πλείονι χαρακτῆρι διὰ τοῦ ι] Herodotus lib. IV. cap. 17. Βορυσθενεϊτέων ἐμπόριον vocat. eodem tamen libro cap. 53. Βορυσθενῖται editur: ſed, ut puto, perperam. Nam deinceps eodem libro cap. 78. & ſeqq. iterum, ut in priore loco, Βορυσθενεῖται quater aut quinquies legitur.

ΒΟ'ΣΠΟΡΟΣ, πόλις Πόντου] Eam deſcribit Procopius lib. I. Perſ. pag. 17. lib. IV. Gothic. pag. 324. lib. III. de Ædif. Juſtin. pag. 32. Sophoclis Scholiaſtes ad Ajacem Flagelliferum, pag. 52. etiam *Boſporum* Helleſpontum vocatum ex Philea docet, ad hæc Sophoclis verba: ἢ ῥύτων Βοσπορίων ποταμῶν ἴδοις. Βοσπορίων· ἴσως τῶν Ἑλλησποντίων, τῶν εἰς τὸν Βόσπορον ῥεόντων Τρωικῶν ποταμῶν. δύο δέ εἰσι Βόσποροι, ὁ μὲν κατὰ τὴν Προποντίδα, ὁ δὲ Θρᾳκικὸς, ὥς φησι Φιλέας. Et ſane ipſe Sophocles ita accepiſſe videtur, ſi de Trojæ fluminibus accipias verba Ajacis: quamvis etiam intelligi poſſit totus defluxus aquæ Ponticæ per *Boſporum* & Helleſpontum.

— Κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον] *Sinus* hic eſt in ſumma Euxini parte inter duas peninſulas, Tauricam Europæ, & Sindicam Aſiæ; ubi illæ adverſis lateribus in anguſtias Panticapes coire incipiunt. Ejus *ſinus* meminit Strabo lib. VII. pag. 309. qui locus librariorum errore inquinatus eſt: legitur enim: καθ' ὃ καὶ Κιμμερικὸς Βόσπορος καλεῖται τοῦ πορθμοῦ πᾶν ὃ ἐπέχει τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος. perperam, pro Κιμμερικὸς κόλπος. uti eſt in MSS. *à quo etiam Cimmericus ſinus dicitur ea freti pars, quæ eſt ad Mæotidis oſtium.* De qua emendatione dubitari non licet: Strabo enim ſic appellari dicit, totam freti partem, cui Mæotidis oſtium imminet. Sic ut juxta Strabonem fretum hoc in duas dividatur partes, ſuperiorem, anguſtam, quam ipſe *Mæotidis oſtium*, Ammianus Marcellinus *Anguſtias Panticapes* appellat lib. XXII. (male enim ibi *Patares* vulgo editur) & inferiorem, multo laxius patentem. Cæterum, quæ hic de *Boſporo* tradit Stephanus uſque ad, ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Ἰνδικῆς, verbotenus habes apud Conſtantinum Porphyrogennetam lib. II. de Thematibus, cap. 12. Ab *Ionis* autem, Inachi filiæ, trajectu fretum hoc *Boſporum* dictum tradit quoque Euſtathius ad Dionyſii Perieg. pag. 24.

— Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Ἰνδικῆς] Similiter Euſtathius ad Dionyſium d. l. Ἔστι δὲ Βόσπορος καὶ Ἰνδικός.

— Ὡς τὸ Τιβαρανὸς καὶ Τιβαρηνός] Legendum Τιβαρανὸς, καὶ Τιβαρηνός. aut non probatur hypotheſis. Tamen infra h. v. Τιβαρήνιος καὶ Τιβαρηνὸς legitur.

— Λέγεται καὶ Βοσπορίτης] Occurrit apud Procopium lib. I. Perſ. pag. 17.

— Λέγεται καὶ Βοσπόριον τοῦ Βυζαντίου λίμιν] Λιμήν.

— Οἱ δὲ ἐγχώριοι, Φωσφόριον αὐτὸ καλοῦσι] Alii, Προσφόριον, ἀπὸ τῆς Προσφορᾶς. ut Tzetzes Chiliad. I. v. 836.

Ὡς συνηθείᾳ κοινῇ Προσφόριον καλεῖται.

Quique uſu communi Proſphorion vocatur.

— Ἢ ὅτι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος διορύξαντος κατὰ τὴν πολιορκίαν εἴσοδον κρυπτὴν, ὅθεν ἀφανῶς οἱ ὀρύττοντες ἔμελλον τοῦ ὀρύγματος ἀναδῦναι] Lege: ἐξαναδύναι, uti legitur apud Heſychium, qui eandem hiſtoriam narrat in libello de Originibus Conſtantinopolitanis: ubi Byzantios in beneficii hujus memoriam λαμπαδηφόρον Ἑκάτης ἄγαλμα poſuiſſe ait. Et hoc teſtantur eorum nummi. Unus Severi & Juliæ Domnæ in Inſtrumento nummario Ducali Florentino in averſa parte *Hecaten lampadiferam* exhibet inter duo maxima lampadaria. Alter Caracallæ & Getæ apud Franc. Gotifredum, in quo duo ejuſdem generis lampadaria expreſſa cum inſcriptione, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. Item tertius Macrini apud eundem, in quo inter duo lampadaria bos paſcens conſpicitur cum inſcriptione, ΕΠΙΔΕΙΚΤΟΣ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ.

— Καὶ Ἑκάτη φωσφόρος οὖσα δᾶδας ἐποίησε νύκτωρ τοῖς πολίταις φανῆναι] Hinc etiam cauſſa petenda *Lunæ* corniculatæ cum ſtella *Phoſphoro*, quæ in nummis, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ apud

apud Goltzium in Græciæ nummis Tab. XXVII. conſpicitur.

— Οὐδ' ἂν Βοσπόρειον ἐν Σκύθαις ὕδωρ] MSS. Οὐδ' ἂν τὸ Βοσπόρειον. Recte.

ΒΟ´ΣΤΡΑ, πόλις Ἀραβίας, οὐδετέρως καὶ θηλυκῶς] Mentio hujus urbis apud Damaſcium, in vita Iſidori apud Photium pag. 1059. Item in nummo M. Aurelii apud Franc. Gotifredum; in quo circum Camelum legitur, N. ΤΡΑ. ΒΟϹΤΡΑ. quod interpretor *Nova Trajana Boſtra.* uti confirmat alius nummus Juliæ Mamææ Ortelii, in quo, COL. BOSTRA. N. TR. ALEXANDRIANÆ. Item alius ejuſdem Mamææ apud Triſtanum Tom. II. pag. 426. in quo, COL. F. BOSTRA ALEXANDR. Item alius à me viſus in ſupellectile Franc. Gotifredi ejuſdem Juliæ, in quo circum caput Jovis, in cujus vertice globus expreſſus eſt, COLONIA BOSTRA. Ex priore nummo Damaſcius erroris arguitur, qui *Boſtra* urbem factam primum ab Alexandro Severo, dicto loco, auctor eſt, & ante nil niſi φρούριον vel *caſtellum* fuiſſe vult. Urbem enim & coloniam à Trajano factam hic nummus evincit: idque confirmat Ammianus, qui lib. XIV. pag. 21. de Arabia: *Hæc quoque civitates habet inter oppida quædam ingentes, Boſtram & Geraſam atque Philadelphiam, murorum firmitate cautiſſimas. Hanc provinciæ impoſito nomine, rectoreque attributo, obtemperare legibus noſtris Trajanus compulit Imperator, incolarum tumore ſæpe contuſo, cum glorioſo Marte Mediam urgeret & Parthos.*

— Καὶ Βοσρηνή] Lege cum Salmaſio: Βοσρηνή.

ΒΟ´ΤΡΥΣ, πόλις Φοινίκης, ὁ πολίτης Βοτρυηνὸς, ὡς Παυσανίας, παραλόγως] Regulam horum gentilium formandorum, quæ ex genitivis penultimam puram habentibus fiunt, copioſe exponit auctor ſupra v. Ἄγκυρα. Contra eam peccat hoc gentile, ut ibi quoque notat. Βοτρυανὸς enim formari debebat, non Βοτρυηνός. Itaque nihil hic mutandum. Porphyrius Βοτρύων Epiſcopus occurrit in Concilio Chalced. & Notitia Epiſcop. MS.

— Ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης τὸ η ἔχει πρὸ τέλους ὀφεῖλον τὸ α] Salmaſius legit: τὸ υ ἔχειν πρὸ τέλους ὀφείλει. Ego exiſtimo ſcriptum fuiſſe à Stephano: Ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης τὸ ἐθνικὸν ἔχειν πρὸ τέλους ὀφείλει τὸ α. Sed, niſi fallor, diverſa eſt ratio, inter Βότρυς Βότρυος, Βοτρυηνὸς, & Ὀλβία Ὀλβίας, Ὀλβιανός. Καρδία Καρδίας, Καρδιανός. Sed vide ſupra v. Ἄγκυρα. ubi eadem occurrit regula, unde hæc reſtituenda.

ΒΟΤΙ´ΕΙΟΝ, πόλις Φρυγίας] Ordo literarum poſtulat, ut ſcribatur, ΒΟΤΥ´ΕΙΟΝ. & puto eſſe eandem cum *Botyra* Daretis Phrygii. apud quem hæc leguntur: *Interim Ajax Telamonius, ne quid quietum finitimis Trojæ regionibus atque amicis relinqueretur, hoſtiliter eas ingreſſus, Botyram Cillamque, civitates divitiis nobiles, capit.*

— Ἔχουσα λίμνην Ἄτταιαν λεγομένην, τρέφουσαν ἅλας] Putabam olim hic ſcribendum, λίμνην Βάτειαν, aut Βατίειαν. & pertinuiſſe illam ad Βατίειαν, de qua ſupra & Euſtathius ad Hom. Iliad. Β. pag. 351. Sed poſtea obſervans apud Strabonem lib. XIII. pag. 607. Ἄττεαν Mitylenorum in ora Troadis maritima, pagum commemorari, inter Adramyttenum & Elaiticum ſinus, ſuſpicari cœpi Ἄττεαν illam eandem eſſe, quæ Ἄτταια noſtro: idque propter *ſalinas* potiſſimum, quæ ad mare eſſe ſolent.

ΒΟ´ΥΒΑΣΤΟΣ, πόλις Αἰγύπτου, ἣν Ἡρόδοτος Βούβασιν φησι] Libro II. ſæpius, & apud noſtrum ſic infra v. Μούμασις.

— Βούβαστός τε πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος] *Diana* & ipſa *Bubaſtis* dicebatur teſte Herodoto lib. II. cap. 137. ἐν τῇ καὶ ἱερόν ἐστι Βουβάστιος ἀξιοαπηγητότατον· ἡ δὲ Βούβαστις, καθ' Ἑλλάδα γλῶσσάν ἐστι Ἄρτεμις. *in qua urbe templum eſt Bubaſtis, omnium maxime memorabile: quæ lingua Græca Artemis dicitur.* Fuit & Βούβαστις ἀγρία, τόπος in Ægypto multis abundans animalibus ſacris; de quo Fl. Joſephus lib. XIII. Antiq. Jud. cap. 6. eratque ibi templum deſertum, quod ab Onia inſtauratum Deoque vero dicatum ibidem prolixe narrat.

— Λέγεται καὶ Βουβάστιος παρὰ Θεοπόμπῳ] Vide infra v. Ὕγασος.

ΒΟΥΒΩ´Ν, πόλις Λυκίας. Βουβὼν γὰρ καὶ Βάλβουρα πόλεις Λυκίας, ἀπὸ Βαλβούρου καὶ Βούβωνος] Meminit utriuſque urbis Strabo in fine lib. XIII. & à Murena, ſublata tyrannide, qua premebantur, Lyciæ dicit contributas.

— Εἴρηται δὲ Βουβωνεύς] In Subſcript. Concilii Chalcedonenſis pag. 50. occurrit Romanus Βουβωνέων. quod alibi male Βουβωναίων legitur.

ΒΟ´ΥΔΕΙΑ, πόλις ἐν Μαγνησίᾳ, ἀπὸ τοῦ οἰκίσαντος Βουδείου.

— Ὅμηρος Βούδειον ἔφη] Homerus Iliad. Π. v. 572. Vide ibi Euſtathium pag. 1076. ἐθνικὸν autem, quod omiſſum, eſt Βουδειεύς. extatque infra v. Φίκειον.

— Ἔστι καὶ Βούδεια πόλις Φρυγίας] Βούδειοι dicuntur Euſtathio. ſed infra v. Δρησία, Βουδίαν corrupte legitur pro Βουδείαν.

— Ἔστι καὶ Βούδιοι ἔθνος Μηδικόν] Herodotus lib. I. cap. 101. Ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μάγοι. *Medorum gentes ſunt, Buſæ, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budii, Magi.*

ΒΟΥΔΙΝΟΙ´, ἔθνος Σκυθικόν] Hi commemorantur Herodoto lib. IV. cap. 21. ſed ſcribuntur ibi Βουδῖνοι.

ΒΟΥ-

ΒΟΥΘΡΩΤΟ'Σ, χερρόνησ☉ περὶ Κέρκυραν] Fuit colonia Romanorum, teſte Plinio lib. IV. cap. 1. *Colonia Buthrotum.* Deductam ab Auguſto teſtatur nummus antiquus in Cimeliis Sereniſſimi Magni Ducis, in quo ab una parte circum caput Auguſti legitur, BUTHR. AUGUSTUS. in averſa pons conſpicitur marginatus, ſupra quem legitur, P. POMPON. infra duo verſus literarum illegibiles, qui procul dubio continuerunt nomina Duumvirorum, qui Coloniam deduxerunt: pons autem hic mille pedum mirabilis in Acheronte fluvio fuit, quem Plinius ibidem commemorat.

— Οἱ δὲ μυθεύονται, Ἑλένῳ ἐκ Τροίας πλέοντι εἰς ἑσπερίαν] Joannes Meurſius, Commentario in Lycophronem, legit: εἰς Ἑσπερίαν.

— Θύσαντι ἀποβατήρια ἐν Ἠπείρῳ] *Cum pro felici diſceſſu in Epiro ſacra faceret.*

— Τὸ ἐθνικὸν Βουθρώτιος] Sic duo nummi apud Goltzium, ΒΟΥΘΡΩΤΙΩΝ.

ΒΟΥΚΕΦΑ'ΛΕΙΑ, πόλις ἐπὶ τῷ Βουκεφάλῳ ἵππῳ] Βουκεφάλια dicitur Plutarcho lib. 1. de Fort. Alex. Βουκεφάλα Euſtathio ad Iliad. B. pag. 309. & noſtro ſupra v. Βοὸς κεφαλαί. ſed Heſychio v. Βουκέφαλος etiam Βουκεφάλεια. Apud Pyrrhum Ligorium in nummo circum frontem bovis legitur, ΒΟΥΚΕΦΑΛΙΑΙΝ. ſed vereor, ut recte deſcripſerit. In averſo autem iſtius nummi latere apem effictam fuiſſe dicit: an quia hanc ex bove naſci antiquis creditum?

ΒΟΥΚΙΝΝΑ, πόλις Σικελίας] Philippus Cluverius docet duas inſulas hoc nomine inſignitas; unam ex Ægadibus apud Siciliam, quæ alio vocabulo, Φορβαντία dicitur, lib. II. Sicil. Antiq. cap. 15. alteram apud Sardiniam, quæ in Tabula Itineraria, *Inſ. Bovenna* appellatur; cap. 1. Sardin. Antiq. pag. 491.

ΒΟΥΛΙ'ΝΟΙ, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν] Inde Βουλινέων genitivus à Βουλινεῖς, apud Dionyſium in Perieg. v. 387. de quo vide notata Henrico Stephano ad Dionyſ. pag. 153. Apud Goltzium legitur in quodam nummo, ΒΥΛΛΙΟΝΩΝ.

ΒΟΥ'ΝΕΙΜΑ, πόλις Ἠπείρου, οὐδετέρως.

— Πλησίον Τραμπύας] Τράμπυα deſcribitur infra h. v. MS. Τραμπύλας. male.

ΒΟΥΠΡΑ'ΣΙΟΝ, πόλις καὶ ποταμὸς, καὶ χώρα τῆς Ἤλιδος] Vide Euſtathium ad illum Homeri verſum, qui mox allegatur ex Iliad. B. pag. 303.

— Τὸ ἐθνικὸν Βουπρασιεὺς, καὶ Βουπράσιος, ἀπὸ Βουπρασίου τοῦ ἄρξαντος αὐτῶν] Euſtathius d. l. dicit idem, & ad Iliad Λ. pag. 882.

ΒΟΥ'ΡΑ, πόλις Ἀχαΐας. Τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος] In Collectionibus Pyrrhi Ligorii extat nummus, qui ab una parte caput habet Herculis, ab altera pharetram, clavam & arcum, adſcriptum, ΒΟΥΡΑΙ. Item alius cum capite Bacchi hedera coronati ab una; urceo ſeu phiala cum duobus pampinis ab altera, additum, ut ante, ΒΟΥΡΑΙ.

— Λυκόφρων. Δύμη τε Βουραίοισιν ἡγεμὼν στόλου] Corrigendus hic verſus ex Lycophrone, apud quem ſic legitur:

Δύμης τε Βουραίοισιν ἡγεμὼν στρατοῦ.

Ex Dyma Buræi ductor exercitus.

ad quem de *Dyma* & *Bura* vide Tzetzem pag. 99. MS. etiam hic στρατοῦ, exhibet pro στόλου.

— Καὶ Βουραϊκὸς κτητικόν] Sic Hercules dictus Βουραϊκός.

ΒΟΥΡΧΑΝΙΣ, νῆσος ἐν τῇ Κελτικῇ, ὡς Στράβων] Βουρχανὶς legitur nunc apud *Strabonem* lib. VII. pag. 291. Plinio *Burchana* dicitur lib. IV. cap. 13. Philippus Cluverius in ore Amiſiæ fluminis ſitam, & retineri antiqui nominis veſtigium in hodierno *Borchum*, auctor eſt lib. III. Germ. Antiq. pag. 569.

ΒΟΥ'ΣΑΙ, ἔθνος Μήδων· Ἡρόδοτος πρώτῃ] Occurrit apud Herodotum lib. I. cap. 101. ſed ibi ſcribitur, Βοῦσαι.

ΒΟΥ'ΣΙΡΙΣ, πόλις Αἰγύπτου. ἐν ταύτῃ Ἴσιδος μέγιστον ἱερόν.

— Ὡς δ' ἄλλοι, ἐκεῖ λέγεται θάψαι τὸν Βούσιριν Ἶσις, ἐμβαλοῦσα εἰς ξυλίνην βοῦν] Lege: Θάψαι τὸν Ὄσιριν, &c. Ὄσιρις enim Rex, Βούσιρις urbs, ex βοῦς & Ὄσιρις dicta. Plutarchus de Iſide & Oſiride pag. 359. Εὔδοξος δὲ, πολλῶν τάφων ἐν Αἰγύπτῳ λεγομένων, ἐν Βουσίριδι τὸ σῶμα κεῖσθαι, καὶ γὰρ πατρίδα ταύτην γεγονέναι τοῦ Ὀσίριδος. *Eudoxus, cum multa in Ægypto ſepulcra Oſiridis perhibeantur, corpus ſitum eſſe Buſiride ait: eam enim fuiſſe patriam ejus.*

— Ὥστε Βουσόσιριν εἶναι τὴν πόλιν] Cl. Salmaſius legit, Ὥστε Βούσιριν ε. τ. π.

ΒΟΥΤΤΑ'ΔΑΙ, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς] Mentio τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς fit ſupra h. v. Meurſius tamen ex Harpocratione & Suida hic corrigit Οἰνηΐδος.

— Ὡς Αἰθαλίδαι, Κωθωκίδαι] Scribe: Κοθωκίδαι. ut apud Heſychium, Demoſthenem, Æſchinem & Plutarchum: quorum loca apud Joannem Meurſium videre eſt.

ΒΟΥ'ΤΟΣ, πόλις Αἰγύπτου. Ἡρωδιανὸς δὲ κώμην αὐτήν φησιν, ἣ τινος χρηστήριον ἦν. ἐκαλεῖτο δὲ Βουτώ] Meminit hujus urbis & oraculi Herodotus lib. II. cap. 101. ubi regi Pheroni μαντήιον ἐκ Βούτους πόλιος datum ſcribit. Epiphanius lib. III. Tom. II. Adverſus Hæreſes pag. 1092. τὴν Βουτὼ appellat πολίχνην, ipſam regionem Βουτικὸν νόμον. quod gentile Ægyptiis haudquaquam in uſu fuit. Docet autem Harpocratem & Orum ibi cultos.

— Τὸ ἐθνικὸν, Βούτια] Secundum formam Ægyptiorum conſuetam legendum eſſet Βουτίτης.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

uti videre eſt ſupra v. Βούβασος. infra v. Ὀξύρυγχος & ſimilibus. In Jure Græco Romano pag. 190. occurrit Theonas Βουλτῶν Epiſcopus, ubi tamen perperam editum eſt Βυτυτῶν.

— Τοῦ δὲ Βουτοῦς, Βουτοΐτης, καὶ Βουτοίτης] Non dubito, quin Stephanus ſcripſerit: τοῦ δὲ Βουτῶ, aut τῆς δὲ Βουτοῦς. Id manifeſte probant exempla urbium Ægyptiacarum ſimiliter deſinentium, Σαβῶ, Χομψῶ, Ψεβῶ, Χορτασῶ. Tum quod ſupra dixit v. Βουθόη. οἱ δὲ τὸν Κάδμον ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Βουτοῦς ὀνομάσαι αὐτήν. *Alii ſic appellatam exiſtimant à Cadmo ab Ægyptiaca Butone.* Eundem autem errorem errarunt librarii apud Ælianum lib. 11. Var. Hiſt. cap. 41. Μυκερῖνος δὲ ὁ Αἰγύπτιος, ὅτε αὐτῷ τὸ ἐκ Βούτης (lege, ἐκ Βουτοῦς) μαντεῖον ἀφίκετο προλέγων τὴν τοῦ βίου στενοχωρίαν, εἶτα ἐβουλήθη σοφίσασθαι τὸ λόγιον ἐκεῖνο διπλασιάζων τὸν χρόνον, καὶ τὰς ἡμέρας προστιθεὶς τὰς νύκτας, διετέλει καὶ αὐτὸς ἀγρυπνῶν καὶ πίνων ἅμα. *Myterinus Ægyptius, quum ei vaticinium è Butone afferretur prædicens vitæ brevitatem, oraculum eludere volens tempus duplicando, noctes adjiciens diebus ſemper vigilias agebat & poculis indulgebat.*

ΒΡΑΥΡΩΝ, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Βραύρωνος ἥρωος, ἀφ' οὗ καὶ Βραυρωνία ἡ Ἄρτεμις] Vitioſe hæc vox apud Plutarchum de Virtutibus Mulierum pag. 147. bis legitur: ſemel Βαυρωνόθεν, pro Βραυρωνόθεν. iterum ἐκ Βαύρωνος, pro ἐκ Βραύρωνος. Mentio & ibidem *Dianæ Brauroniæ*, cujus auctor & hic meminit.

ΒΡΑΧΙΑ, οὕτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται] Puto legendum: Βραχεῖα. ſic ſcribit Marcianus Heracleota.

ΒΡΑΧΜΑΝΕΣ, Ἰνδικὸν ἔθνος σοφώτατον, οὓς καὶ Βράχμας καλοῦσιν. Ἱεροκλῆς δ' ἐν τοῖς Φιλίστορσι] Citatur hic *Hieroclis* liber etiam infra v. Ταρκυνία.

— Καὶ δέρματα, ὃ δὴ συνυφαίνουσιν] Legendum: καὶ δερματώδη. Pro συνυφαίνουσιν autem MS. vetuſtiſſimus habet, συνεκφέρουσιν. ſed vulgatum rectius eſt.

— Ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου ἢ κηλῖδος ἐμπλησθῇ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται] MS. idem vetuſtior addit poſt ἐμπλησθῇ, χρωμένων. Recte.

ΒΡΑΧΥΛΗ, πόλις Κερήτων] Puto legendum: Κυνήτων. infra h. v. & v. Γλῆτες.

ΒΡΕΑ, πόλις, εἰς ἣν ἀποικίαν ἐστείλαντο Ἀθηναῖοι] Heſychius: Βρέα· Κρατῖνος μέμνηται τῆς εἰς Βρέαν ἀποικίας· ἔστι δὲ πόλις Θρᾳκίας, εἰς ἣν Ἀθηναῖοι ἀποικίαν ἐξέπεμπον. Unde patet urbem Thraciæ fuiſſe.

ΒΡΕΝΘΗ, πόλις Ἀρκαδίας.

— Ὡς εἰρήσεται περὶ τοῦ ορ *] MSS. explent lacunam hoc modo: περὶ τοῦ Ὄρθη. Sed ea nunc infra deſiderantur.

ΒΡΕΝΤΗΣΙΟΝ, πόλις παρὰ τὴν Ἀδρίαν] Βρεντεσίους vocat Heraclides de Polit. pag. 451.

— Βρέντιον γὰρ παρὰ Μεσσαπίοις ἡ τῆς ἐλάφου κεφαλή] Suidas non Βρέντιον ſed Βρένδον *cervum* appellatum dicit à Meſſapiis, v. Βρεντήσιον. Heſychius quoque: Βρένδον, ἔλαφον. Feſtus: *Brundiſium quidam poetæ brevitatis cauſſa Brendam dixerunt.* ubi non ſatis recte *Brundam* emendant: neque enim iſthic Latinos ſed Græcos poetas intelligit, aut ſane Latinos Græciſſantes.

— Τὸ ἐθνικὸν Βρεντησῖνος] In veteri lapide apud Aldum Orthographia pag. 20. occurrit Βρυντεσῖνος. in Latinis Inſcriptionibus apud eundem pag. 107. BRUNDISIUM & BRUNDISINI.

ΒΡΕΤΤΟΤΙΑ, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ἔχουσα Βρέττιον] MSS. PP. habent, Βρεττοτία. legendum cum Cl. Salmaſio Βρεττία. ut Etymologicum cæterique auctores, & gentilia, Βρεττιανὸς & Βρέττιος manifeſte oſtendunt. Plinio & Antonio *Brattia.* nunc vulgo *la Brazza* dicitur.

— Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος] *Polybii* teſtimonium habes apud Suidam v. Ἐφ' ᾧ. ſed ille non de inſula, ſed de Bruttiorum agro loquitur. Verba adſcribam, quo melius appareat. Ὁ δὲ Μάρκος δοὺς πίστεις ὑπὲρ ἀσφαλείας, ἔπεισεν αὐτοὺς ἐκχωρεῖν εἰς Ἰταλίαν, ἐφ' ᾧ λαμβάνοντας μέτρημα παρὰ τῶν Ῥηγίνων, πορθεῖν τε Βρεττιανὴν κυρίους ὄντας, ὡς ἂν ἐκ τῆς πολεμίας ὠφεληθῶσι. *Marcus vero data publica fide pro tuto ipſorum diſceſſu perſuaſit ipſis, ut in Italiam ſe reciperent, ea conditione, ut frumenti, quod militibus dari ſolet, à Rheginis accepta menſura, Bruttinam regionem popularentur, quam in ſua poteſtate haberent, ut ex hoſtili agro fructum reciperent.*

— Τὸ θηλυκὸν, ἐπὶ Βρεττιανῆς τόπων] MSS. deleta præpoſitione legunt: Βρεττιανὴ, τύπος. Optime. Exemplum autem illud fœminini extat apud Polybium in adducto loco.

— Ὠκεανοῦ κέχυται] Dionyſius in Perieg. v. 284.

— Βρεττανίδες, νῆσοι, ὡς Μαρκιανός] Marciano dicuntur Πρετανικαί.

ΒΡΙΓΕΣ, ἔθνος Θρᾳκικόν· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ] Qui & Βρίγοι dicti. ſed varie nomen hujus gentis corruptum apud auctores extat. Suidas: Θάμυρις ἢ Θαμύρας, Θρᾷξ, ἐξ Ἠδονῶν τῆς ἐν Βρίγκοις πόλεως. pro ἐν Βρίγοις. *Thamyris vel Thamyras Thrax ex Hedonis, in Brigis urbe.* Apud Herodotum lib. VII. cap. 73. (qui locus hic adducitur) legitur Βρίγες. ſed lib. VI. cap. 45. bis, & lib. VII. cap. 185. ſemel, inter Thracicas gentes enumerantur Βρύγοι. quos tamen exiſtimo eoſdem eſſe. Certe Euſtathius auctoritate Strabonis Φρύγας dictos Βρίγας docet ad Homeri Odyſſ. A. pag. 1395. & de ea re commentatum ſe profitetur ad Dionyſium. In iſto autem Euſtathii Commentario pag. 101. legitur hodie: Βρύγοι γὰρ καὶ Βρύγες καὶ

Φρύ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Φρύγες ἐκλήθησαν οἱ αὐτοί. Et apud Strabonem lib. XII. pag. 550. Ὁμοίως δὲ καὶ Βρέγοι καὶ Βρέγες καὶ Φρύγες οἱ αὐτοί. In quibus omnibus locis ſcriptura primigenia, Βρίγοι & Βρίγες reſtituenda videtur. Certe apud Strabonem quin reſtituenda ſit, non eſt dubitandum.

— Οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, καλέονται Βρίγες] Apud Herodotum dicto loco legitur, ἐκαλέοντο Βρίγες. *Phrygas* autem *Brigas* ante dictos, etiam teſtatur Conon apud Photium Narrat. I. pag. 424.

— Ἀπὸ Φρύγου] MSS. ἀπὸ Βρίγου.

— Ἔθνος δέ ἐστι Βρεττανικὸν οἱ *] An ſupplendum Βρίγαντες? nam Ptolemæo aliiſque Βρίγαντες enumerantur inter Albionis inſulæ populos. Pauſanias de Antonino Pio lib. VIII. pag. 526. Ἀπετέμετο δὲ καὶ τῶν ἐν Βρεττανίᾳ Βριγάντων τὴν πολλήν. *Brigantibus, qui in Britannia ſunt, magnam agri partem ademit.* Apud Senecam in Ἀποκολοκ. occurrunt *Scotobrigantes.* qui locus in mendo adhuc cubat; legitur enim vulgo:

Ille Britannos Ultra noti Litora ponti,
Et cæruleos Scuta Brigantes Dare Romuleis
Colla catenis Juſſit.

Repone: *Scotobrigantas.*

ΒΡΙΚΙΝΝΙΆ, πόλις Σικελίας] MS. optimus ΒΡΙΚΙΝΝΙΆΙ. & ſic Thucydidi dicitur lib. V. pag. 345.

ΒΡΟΥ͂ΣΙΣ, μοῖρα Μακεδονίας] Τὴν Βρουσιάδα γῆν Macedoniæ partem commemorat Conon Narrat. XLVI. in qua *Ænean* oppidum Αἰνείαν de ſuo nomine condidiſſe dicit.

— Τινὲς γράφουσι διὰ τοῦ ο] MSS. τοῦ υ.

ΒΡΟΥΤΤΟΒΡΙΆ, πόλις μεταξὺ Βαίτιος ποταμοῦ καὶ Τυελτανῶν] Legendum: καὶ Τουρδιτανῶν. Vide infra h. v.

ΒΡΟΥΤΤΙΆ, μοῖρα Σικελίας] Pro, Ἰταλίας.

ΒΡΥΆΝΙΟΝ, πόλις Θεσπρωτίας] Vide Strabonem lib. VII. pag. 327. Livio *Bryanium* lib. XXXI. cap. 39.

— Τὸ ἐθνικὸν Βρυάνιος, ὡς Βυζάντιος] MSS. Βυζάνιος. probante Salmaſio.

ΒΡΥΓΙΟΝ, πόλις Μακεδονίας] Eadem urbs, quæ præcedens Βρυγίας.

— Τὸ ἐθνικὸν ἡ Βρυγιάς] MSS. Τὸ ἐθνικὸν Βρύγιος ἡ Βρυγιάς.

ΒΡΥΚΗΣ, καὶ Βρύκαι ἔθνος Θρᾴκης] Sunt procul dubio iidem, qui Βρίγες & Βρίγοι. de quibus paullo ante.

ΒΡΥΆΛΛΙΟΝ, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι. Ἔφορος δὲ ἐν πέμπτῃ.

— Κεῖον αὐτήν φησιν εἶναι] Idem teſtatur Stephanus infra v. Πρῶσα.

— Ἐν ᾗ Δασκύλειόν ἐστι μικρὸν πολισμάτιον] Infra h. v. ſecundo loco commemoratur. Hujus autem reſpectu aliud appellabatur μέγα.

ΒΡΥΣΑΚΙΟΝ, πόλις τῆς Παρθίνης. Οἱ πολῖται Βρυσακηνοί] An Παρθήνης? Vide infra v. Πάρθος. Sed gentile non formatur juxta uſitatum illis morem: debebat enim non Βρυσακηνοί eſſe, ſed Βρυσακηνοί.

ΒΡΥΣΙΑΙ, πόλις Ἤλιδος, ὡς Αὐγειαί] Legendum: Βρυσειαί. Sic ipſe Homerus Iliad. Β. v. 583. idque exemplum, Αὐγειαί, oſtendit, & Euſtathius docet ad Iliad. Β. pag. 291. & 295.

ΒΥΒΗ, πόλις τῶν Πευκετίων] MSS. ΒΥΒΑ. Sed hanc urbem inter urbes Italicas apud alios fruſtra quæras. Unde exiſtimo auctorem ab male correctis codicibus deceptum pro *Buca*, quæ Frentanorum eſt civitas ad maris ſuperi littus, quamquam longius à *Peucetiis*, legiſſe *Bubam* (quomodo apud Ptolemæum lib. III. Geogr. cap. I. pro Βοῦκα hodie legitur Βοῦβα facili literarum κ & β permutatione:) vel potius pro Βύλη, quam infra v. Ἐλέα commemoraſſe ſe jam dicit. Ita enim dormitat hic noſter non raro, ut unius ejuſdemque urbis gentiſve vocabulum diverſa ſcriptura ſæpius proponat.

— Τὸ ἐθνικὸν, Βυβαῖος] In nummo Græco Auguſti apud Franc. Gotifredum circum mulierem manu puerulum ducentem legitur, ΒΥΒΑΙΩΝ. & in alio Caracallæ apud illuſtrem Equitem Puteanum circum Iſidem velificantem, ΙΕΡΑC ΒΥΒΑΚ. Vereor utrumque æruſcatoribus fuiſſe obnoxium: & in primo fuiſſe olim, ΒΥΒΛΙΩΝ, exiſtimo; in ſecundo, ΙΕΡΑC ΒΥΒΛΟΥ, aut ΒΥΒΑCCΟΥ.

ΒΥΒΑΣΣΟΣ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Βυβάσσου νομέως] Hiſtoriam *Bybaſſi* hujus & Podalyrii late narrat infra v. Σύρνα.

— Ἔφορος δὲ Βύβασσόν φησιν] Sic etiam Parthenius in Amator.

ΒΥΒΛΟΣ, πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, Κρόνου κτίσμα] Vide Euſebium lib. I. Præp. Euang. pag. 20. ex Sanchoniathone.

— Οἱ δὲ ὅτι ἐν αὐτῇ Ἶσις κλαίουσα Ὄσιριν, τὸ διάδημα ἔθηκε] Plutarchus libro de *Iſide & Oſiride* pag. 356. rem totam fuſe narrat; in quo loco pro τὸν μὲν λάτινον στέφανον aliquis putare poſſet ex hoc loco legendum eſſe, τὸν μὲν βύβλινον στ. ſed omnino vera eſt conjectura doctiſſimorum virorum, qui, ut in codice Baſileenſi, ibi legunt: καὶ τεκμήριον ἰδοῦσαν τὸν μελιλώτινον στέφανον. *& argumento rei viſo, corona melilotina;* prout recte vertitur. licet in Græco ſit, τὸν μὲν λάτινον. Plutarchus ipſe confirmat hanc lectionem pag. 366. τοῦτο μίξιν Ὀσίριδος πρὸς Νέφθυν καλοῦσιν ἀπὸ τῶν ἀναβλαστανόντων φυτῶν ἐλεγχομένην· ὧν καὶ τὸ μελίλωτόν ἐστιν. *Hoc Oſiridis cum Nephthye coitum nuncupant, quem ſtirpes germinantes arguerint, inter quas & melilotum eſt.*

— Τοῦτο δ' ἦν βιβλίον, βύβλου, τῆς φυλῆς τῆς Αἰγυπτίης, ἥς ἀνέτρεφε Νεῖλος ἐν τοῖς ἕλεσι] Locus male ſanus, quem ſic reſtituendum cenſeo: Τοῦτο δ' ἦν βύβλινον, βύβλου τῆς φυλῆς τ. A. V. CL. Cl. Salmaſius locum hunc pariter corruptum exiſtimat, ſed hoc modo ſanare inſtituit: Τοῦτο δ' ἦν βύβλινον ἢ ἀπὸ βύβλου τῆς φυλῆς Αἰγυπτίης, ἢ ἀπὸ βύβλου, ἣν ἀνέτρεφε N. ε. τ. ε.

— Τὸ ἐθνικὸν Βύβλιος] Ἀφροδίτης Βυβλίης meminit Lucianus de Dea Syria.

— Ἔστι καὶ Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ πόλις ἀσφαλεστάτη] Cteſias in Excerptis.

ΒΥ'ΖΑΝΤΕΣ, Λίβυες περὶ Καρχηδόνα τῆς Λιβύης ἔθνος.

— Παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ, Γύζαντες] Aliter ſentit infra v. Γύζαντες. Poſſet videri Æolice dictum; ut γλέφαρον pro βλέφαρον· γάλανος pro βάλανος· πρέσγυς pro πρέσβυς.

— Πολύβιος δὲ Βυσσαλάδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δυοκαίδεκα σταδίοις μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον, δύο δὲ τῷ σχήματι περιφερής] MSS. PP. Πολύβιος δὲ Βυσσαλάδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις, ἐν δυοκαίδεκα (ut ſit nota aut numerus libri) σταδίων μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον δύο, τῷ δὲ σχήματι περιφερῆ. Cl. Salmaſius in Plinianis Exercitationibus pag. 320. ſic legendum locum hunc exiſtimat: Πολύβιος δὲ Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ, σταδίων μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον δισχιλίων, τῷ δὲ σχήματι περιφερῆ· τὸ ἐθνικὸν τῷ τύπῳ Βυζακίτης εἴη, νῦν δὲ Βυζακηνοὶ λέγονται τῷ δυϊκῷ χαρακτῆρι. Rationes ejus vide d. l. Recte autem Βυζακίτης. hinc Βυζακῖτις χώρα. quomodo emendandum apud Ptolemæum lib. IV. cap. 3. ubi vulgo perperam, Βαζακίτις χώρα, editur.

ΒΥΖΑ'ΝΤΙΟΝ, τὸ ἐν Θρᾴκῃ βασίλειον, πόλις] Hæc procul dubio mutila ſunt nec ſatis à Breviatore conglutinata: debuiſſet enim, Βυζάντιον τὸ ἐν Θρᾴκῃ βασιλεῖον πόλις, aut ſimiliter; multa autem hic detracta, apparet ſupra v. Βόσπορος, ubi promittit ſe de *Phoſphorio* hic plura dicturum, quorum hic ne γρῦ quidem eſt reliquum.

— Ὑγρὸν παρ' ἄκρον στόμα πόντου] Ὑγροῦ.

— Στέλλων] MSS. στέλλεν. Cl. Salmaſius στέλλειν.

— Καὶ οὕτως ἐκτίσθη ἀπὸ Βυζαντίου τοῦ Κροέσσης] MSS. legunt Κεροέσσης. & ſic Euſtathius cæterique omnes excepto Etymologo: qui, quamvis omnia hæc deſcripſerit verbotenus, in hoc tamen nomine alia labe infectus conſpicitur. Legitur enim apud illum τοῦ Κρεούσης. Sed vide Gyllium lib. II. de Boſp. Thrac. cap. 3.

— Ἡ ὅτι τοῦ στόλου τῆς Βύζης ἦν ἡγεμών] Joannes Meurſius ad Heſychium pag. 229. legit: ἢ ὅτι τοῦ στόλου τις Βύζης ἦν ἡγεμών. Recte.

— Λέγεται καὶ Βυζαντιάς, καὶ Βυζαντίς] Sic Βυζαντιὰς Ῥώμη, lib. IV. Anthol. cap. 2. & Βυζαντίδος ἔνδοθι Ῥώμης, cap. 5.

ΒΥ'ΛΛΙΣ, πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία] Diverſimode nomen hujus urbis ſcribitur. Ptolemæo Βουλλίς· Hierocli Βύλις. male tamen in Concilio Epheſino Felix Apolloniæ & Βελίδος ſcribitur Epiſcopus, pro Βουλίδος. Ciceroni in Piſonem cives, *Bullienſes*. & lib. XIII. ad Fam. Ep. 42. *Buliones*. Straboni lib. VII. pag. 326. Βυλλίονες. Plinio *Bulliones*.

ΒΥΣΣΟ'Σ, ἔθνος, καὶ ὀξυτόνως.

— Τὸ μέντοι Βύσσος βαρύνεται] MSS. addita voce, Τὸ μέντοι θηλυκὸν Βύσσος βαρύνεται.

ΒΩΔΩ'ΝΗ, πόλις Περραιβική] Vide infra v. Δωδώνη.

ΒΩ῀ΛΑ, ὡς Νῶλα, πόλις Ἰταλίας] Reliquis omnibus tam Græcis quam Latinis urbs hæc plurali numero vocatur, Βῶλαι, *Bolæ*. Fuit autem in Æquis, & jam Plinii temporibus interierat ſine veſtigiis. Vide Philipp. Cluverium lib. II. Ital. Antiq. pag. 782.

ΒΩ'ΛΙΓΓΑ, ἔθνος Ἰνδικόν] Exiſtimo ſcripſiſſe Stephanum ΒΩΛΙΓΓΑΙ', uti ex loco allegato Dionyſii colligi poteſt. ut taceam Plinio & Ptolemæo numero plurium dici.

ΒΩΜΟΙ', λόφοι Αἰτωλίας.

— Θουκυδίδης τρίτῃ, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς ἐπεβοήθησαν] Apud Thucydidem lib. III. pag. 238. legitur: ἐβοήθησαν.

— Ἀλλ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ Βώμιος] Lege: ἀπὸ τοῦ Βωμός. uti & Cl. Salmaſio monitum.

— Τὸ τοπικὸν, Βώμιος] Βώμιος & Βωμιαῖος non ſunt localia, ut putat Breviator, ſed adjectiva ex appellativo Βωμὸς deducta, denotantque *ſupplex, qui ad aram confugit*. Ita Euripides in Andromacha, v. 357.

——— οὐδὲ βώμιοι
Πίτνοντες, αὐτοὶ τὴν δίκην ὑφέξομεν.
——— *ne ad aram quidem*
Procidentes, nos pœnam ſuſtinebimus.

& in eadem Fabula v. 1223.

——— οὐ δ' ἔτι πῦρ ἐπιβώμιον ἐν Τροίᾳ
Θεοῖσιν λέλαμπεν καπνῷ θυώδει.
——— *neque amplius ignis in ara Troiæ*
Diis lucet fumo odorato.

& Βωμιαῖος; ſic in adducto Sophoclis loco. Nihilominus Iſaacus Caſaubonus vocabulum hoc tamquam gentile Straboni reſtituit, inductus partim MSS. codicum, partim Stephani noſtri auctoritate, lib. X. pag. 451. Ὁ δὲ Εὔηνος ποταμὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Βωμιαίων τῶν ἐν Ὀφιεῦσι Αἰτωλικοῦ ἔθνους. *Euenes autem fluvius oritur à Bomiæis, qui ſunt in Ophienſibus, Ætolica natio.* Sed procul dubio perperam. Nam Georgius Gemiſtus, ſive Pletho, qui deſcriptionem Græciæ ex Strabone concinnavit, legit Βωμιέων, non Βωμιαίων, ut in Excerptis MSti video. quod ipſum illud eſt Βωμιεῖς, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

quod tamquam gentile à Βωμοὶ à Stephano deducitur.

— Καὶ Βωμιαῖον ἐσχάρας λαβὼν] Cl. Salmaſius ἐσχαρεῶν legit.

Γ.

ΓΑΒΑ', πόλις Γαλιλαίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Γαβηνὸς, ὡς αὐτὸς Ἰώσηπος] MSS. Γαβανὸς, probante Salmaſio: & ſic Joſephus, cujus auctoritas hic adducitur, lib. v. cap. 2. pag. 147. 148. & ſæpius.

ΓΑΒΑ'ΘΗ, πόλις Γαλιλαίας, ὡς Ἰώσηπος ἕκτῳ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας] Joſuæ cap. ult. locus, in quo ſepultus Eleazar, Aaronis filius, appellatur גבעת, quod Græci Γαβαὰθ reddunt. LXX. Γαβαάρ. Euſebius in Τοπικοῖς Γαβαάς. Joſephus lib. v. Antiq. Judaic. cap. 1. pag. 145. Θνήσκει δὲ κατ' αὐτὸν καιρὸν καὶ Ἐλεάζαρος ὁ Ἀρχιερεὺς, Φινέσῃ τῷ παιδὶ τὴν ἀρχιερωσύνην καταλειπών. καὶ μνημεῖον αὐτοῦ καὶ τάφος ἐν Γαβαθᾷ πόλει τυγχάνει. *Per idem tempus moritur & Eleazarus Pontifex, Phineeſi hæreditarium relinquens ſacerdotium. Sepulturæ etiam ejus monumentum in urbe Gabatha extat.* Atque hic eſt locus, quem Auctor adducit. Quare legendum: ὡς Ἰώσηπος πέμπτῳ Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. non, ἕκτῳ.

— Τὸ ἐθνικὸν Γαβαθηνὸς, τῷ τύπῳ τῆς χώρας] Ita nummus Claudii Imp. apud Goltzium, ΓΑΒΑΘΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΓΑ'ΒΑΛΑ, πόλις Φοινίκης.

— Ὁ οἰκήτωρ Γαβαλίτης] Ita nummus Goltzii, ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ ΚΑΙ ΑϹΥΛΟΥ. & nummus Heliogabali apud Triſtanum Tom. II. pag. 329. circum Deam Fortunam, ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ. At in nummo, neſcio cujus, Auguſtæ apud Franc. Gotifredum circum figuram muliebrem ſedentem, ΓΑΒΑΛΕΩΝ. Et ſic quoque in ſimili M. Aurelii nummo apud Equitem Puteanum: à Γαβαλεὺς, quod hic mox ſequitur.

— Ὡς Δαβηνός] Ἴσως, Δαρηνός.

— Ἀδρηνός] Lege cum Salmaſio: Ἀδαρηνός. MSS. Ἀδερηνός.

ΓΑΒΑΟΥΠΟΛΙΣ, πόλις τῆς Γαλιλαίας] Hodie apud Joſephum lib. VI. Antiq. Jud. pag. 180. diſtinctis vocibus legitur, Γαβαὼν, πόλις.

— Σαοῦλος δὲ εἰς Γαβαούπολιν ἔχων ἧκε] Locus à Breviatore mutilatus, apud Joſephum d. l. ſic legitur: Σαοῦλος δὲ εἰς Γαβαὼν πόλιν ἔχων ἑξακοσίους μεθ' ἑαυτοῦ μόνον ἧκε σὺν Ἰωνάθῃ τῷ παιδί. *Saulus autem cum ſexcentis tantum militibus & Jonatha filio venit in urbem Gabaon.*

ΓΑ'ΒΒΑ, πόλις Συρίας] *Gabe* Plinio & *Gabeni* populi. an igitur non eadem Γάββα, quæ Γάβα ante? Andreas Maſius tamen in Comment. in Joſuam diverſas facit.

— Τὸ ἐθνικὸν Γαββηνός] Pyrrhus Ligorius Γαββηνουσίων inſcriptionem circum Deam Syriam in Philippi Imp. nummo ſe legiſſe refert, eamque ad *Gabbenos* pertinere exiſtimat.

ΓΑ'ΓΑΙ, πόλις Λυκίας] Hierocli in Συνεκδήμῳ, Γάγα. quod neutrum plurale exiſtimo; ut Μύρα, Πάταρα, Σίδυμα & alia plura ejuſdem provinciæ. Γάγγαι autem legit Nicandri Scholiaſtes pag. 7. Nam Nicander ἐγγαγγίδα πέτρην vocat Γαγάτην;

Ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καίων ἐγγαγγίδα πέτρην,
Ἣν οὐδὲ κρατεροῖο πυρὸς περικαίνυται ὁρμή.

Forte metri cauſſa: Nam fluvius ipſe, in quo *Gagates* lapis inveniebatur, dicebatur Γάγας, teſte Dioſcoride lib. v. cap. 14. ubi vide Saraceni notas. Non dubito autem, quin vox Πλαγιουπόλεως, quæ iſthic apud Dioſcoridem occurrit, corrupta ſit, pro qua legendum forte Παλαιοπόλεως. Sed hoc conſiderandum & inquirendum amplius. Claudius Salmaſius in Exercitat. ad Solin. pag. 251. Scholiaſten & ipſum Nicandrum caſtigat, quod *Gangaten* & *Gangiten* lapides confundant: & pariter Παλαιοπόλεως legit, ut ſupra conjeci.

ΓΑ'ΓΓΥΡΑ, πόλις, θηλυκῶς.

— Νέμειν περὶ τοὺς τόπους] Salmaſius legebat: νέμειν περὶ τοὺς λόφους. aut νόμους.

— Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφιστῶν τρίτῃ οὕτω] Omiſſa ſunt Athenæi verba è lib. III. pag. 82. Τούτων δὲ οὐ πολὺ ἀπολείπεται τὰ ἐν Γάγγροις, πόλει Παφλαγονικῇ. *Illis bonitate non multum cedunt, quæ in Gangris, urbe Paphlagoniæ gignuntur.* loquitur de malis Mattianis.

— Καὶ Ἐδεασηνὸς, τῷ τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης] Puto excidiſſe τύπῳ. vide infra v. Γαργαρεῖς, ubi meminit pariter τέχνης, & τοῦ ἐπιχωρίου, ut hic. MS. legit, τῶν.

ΓΑ'ΔΑΡΑ, πόλις κοίλης Συρίας] Polybius lib. v. pag. 414. Tzetzes Chil. VIII. cap. 216. Phœnicæ tribuit.

— Τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεύς] Apſines Rhetor Γαδαρεὺς citatur apud Tzetzem d. l. Sic in nummo M. Antonini in Theſauris S. Magni Hetruriæ Ducis circum caput Herculis, ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΣΚϹ. & in alio Commodi apud Caſſianum de Puteo ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΣΚϹ. Reperitur & Γαδαρηνός. Sic Meleager nobilis poëta, cujus Στέφανος, ſive antiqua Epigrammatum Collectio in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Barberini extat, in principio iſtius operis deſcribitur:

Ὁ Μελέαγρος Γαδαρηνὸς ἦν τὸ γένος
Σύρος, ἐτελεύτησεν ἐν Κῷ τῇ νήσῳ.

Idemque duo pulcherrima Epigrammata teſtantur, quæ in eodem opere extant: quæ quoniam adhuc ἀνέκδοτα ſunt, quantum quidem

 nobis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

nobis innotuit, publicare hic non gravabimur. Sunt autem hoc titulo:

Εἰς τὸν σοφὸν Μελέαγρον τὸν τοὺς στεφάνους τῶν ἐπιγραμμάτων πλέξαντα, τὸν υἱὸν Εὐκράτους τοῦ Γαδαρηνοῦ.

Εὐκράτεω Μελέαγρον ἔχω, ξένε, τὸν σὺν ἔρωτι
Καὶ Μούσαις κεράσαντ' ἡδυλόγους Χάριτας.

Πρῶτα μοι Γαδάρων κλεινὰ πόλις ἔπλετο πάτρα,
Ἠνδρωσεν δ' ἱερὰ δεξαμένη με Τύρος.
Εἰς γῆρας δ' ὅτ' ἔβην ἡ Διὶ θρεψαμένη Κῶς
Κ' ἀμὲ θετὸν Μερόπων ἀστὸν ἐγηροτρόφει.
Μοῦσαι δ' εἰν ὀλίγοις με τὸν Εὐκράτεω Μελέαγρον
Παῖδα μελιλειοῖς ἠγλάϊσαν Χάρισιν.

Hiſce conjungatur alterum Epigramma editum è lib. III. Anthol. cap. 6. pag. 302. in quo Meleager totam vitam ſuam explicat & in juventa ſe Menippum imitatum profitetur:

Πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσας Χάρισιν.

& forte ſic etiam in altero illo, pro Μελιλειοῖς legendum:

——— Μενιππείαις ἠγλάϊσαν Χάρισιν.

Oſtendit quoque patriam ſuam Græcæ originis civitatem fuiſſe primo diſticho:

Νᾶσος ἐμὰ θρέπτειρα Τύρος, πάτρα δέ με τεκνοῖ
Ἀτθὶς ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις.

Vide reliqua.

— Ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος ὁ Σπουδογέλοιος] Is, qui ab Luciano introducitur. Ab hoc Varro Satyram *Menippeam* inſcripſit. Vide de eo Diogenem Laërtium.

ΓΑ'ΔΕΙΡΑ, πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ] Tzetzes Chil. VIII. cap. 216. Euſtathius ad Dionyſii Perieg. pag. 15. & 65.

— Στενὴ καὶ περιμήκης οὖσα ταινία τῆς γῆς δειρά] Cl. Salmaſius putat excidiſſe particulam, οἱονεί: legendumque, τῆς γῆς οἱονεὶ δειρά. quod admodum eſt veroſimile, quoniam Euſtathius bis illam adhibet pag. 15. καλεῖται οὕτως οἱονεὶ γῆς δειρά. & pag. 65. καὶ Γάδειρα μετωνόμασαν αὐτὴν, διὰ τὸ τοῦ τόπου στενὸν, οἱονεὶ γῆς δειράν.

— Μοδεράτου Γαδειρέως] Citatur hic à Porphyrio, de Vita Pythagoræ.

— Λέγεται καὶ Γαδειρείτης] Sic in nummo Clodii Albini apud Triſtanum Tom. II. pag. 49. circum templum Herculis, ΓΑΔΕΙΡΙΤΩΝ.

— Καὶ Γαδειρανοί] An non Γαδειρανός; reliqua enim numero ſingulari extulit, & ſic Euſtathius: τὸ ἐθνικὸν αὐτῆς τετραχῶς λέγεται, Γαδειρείτης καὶ Γαδειρεὺς, καὶ Γαδειραῖος καὶ Γαδειρανός.

— Καὶ κτητικὸν, Γαδειρικός] Plato in Critia pag. 114. ubi de origine & nomine hujus inſulæ fabulatur, τὴν Γαδειρικὴν χώραν appellat.

— Πότερ' ἦν τὸ τάριχος φρύγιον, ἢ Γαδειρικόν] *Salſamenta Gaditana* jam Hippocrats ævo in pretio ſunt habita. Vide quæ de iis notarunt alii.

ΓΑ'ΔΑΡΑ, πόλις Παλαιστίνης] MSS. Γάδαρα. & mox, Γαδρηνός. & ſic ordo literarum poſtulat. Joſephus tamen lib. XIII. Antiq. Jud. cap. 21. Γάδαρα κώμην τῆς Γαλααδίτιδος vocat. Præterea Strabo *Gadara* appellat Palæſtinæ maritimam urbem, quæ aliis *Gazara*. de quo vide Iſaacum Caſaubonum ad Strabonem lib. XVI. pag 262.

ΓΑ'ΖΑ, πόλις Φοινίκης] De *Gaza* & literarum in hac urbe celebritate apponam hic ſcholion antiquum, quod in vetere Cod. Palat. legitur ad Joannis Gazæi Grammatici Ἔκφρασιν τοῦ κοσμικοῦ πίνακος. Eſt autem ſequens: Ἡ πόλις αὕτη φιλόμουσος ἦν καὶ περὶ τοὺς λόγους εἰς ἄκρον ἐληλακυῖα. Ἐλλόγιμος ταύτης τῆς πόλεως Ἰωάννης Προκόπιος, Τιμόθεος ὁ γράψας περὶ ζώων Ἰνδικῶν, καὶ οἱ τῶν ἀνακρεοντικῶν ποιηταὶ διάφοροι.

— Μυθολογοῦσι δέ τινες ἀπὸ Διὸς κτισθῆναι] Forte: ὑπὸ Διὸς κ. Colebatur ibi Jupiter Ἀλδήμιος ſive Ἄλδος. Etymologus: Ἀλδήμιος ἢ Ἄλδος ὁ Ζεύς· ὃς ἐν Γάζῃ τῆς Συρίας τιμᾶται· παρὰ τὸ ἀλδαίνω, τὸ αὐξάνω· ὁ ἐπὶ τῆς αὐξήσεως τῶν καρπῶν.

— Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰώνη] Vide infra h. v.

— Ἔνθεν καὶ τὸ τοῦ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι, ὃ καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνᾶν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ] Legendum, ὃν καὶ καθ' ἡμᾶς ε. M. nam de ipſo Jove intelligendum epitheton Μαρνάν. vide quæ de hoc notata Cl. Salmaſio ad Hiſt. Auguſt. pag. 202. Meminit ejus non ſemel Arnobius: B. Hieronymus Epiſt. VII. ad Lætam, & in vita S. Hilarionis: Marinus in vita Procli: Epiphanius in Ancor. cap. 108. καὶ Μαρνᾶς δοῦλος Ἀστερίου τοῦ Κρητὸς παρὰ Γαζαίοις τιμᾶται. *Marnas Aſterii Cretenſis ſervus apud Gazæos colitur.* In nummo Domitiani apud Franc. Angelonum circum fluvium Cayſtrum, ut puto, legitur, ΕΦΕCΙΩΝ. & ſubtus, ΜΑΡΝΑC. & apud Franc. Gotifredum in egregio Hadriani nummo circum templum Μαρνεῖον, in quo duæ figuræ, una muliebris alticincta, altera virilis, ab uno latere, ΓΑΖΑ. ab altero, ΜΑΡΝΑ. & ſubtus, Ε. ΕΠΕC. Simile templum in nummo Plautillæ conſpicitur apud Triſtanum Tom. II. pag. 248. apud quem extat & Titi nummus rariſſimus, pag. 250. in cujus parte averſa ſpecies hominis nudi expreſſa repræſentantis Jovem, qui dextra erecta fulgurat, ſiniſtra dimiſſa pluit, circum ſeptem ſtellæ expreſſæ, Pleiadas ſignificantes, additum, ΖΕΥC ΚΡΗΤΑΓΕΝΗC. quæ inſcriptio egregie illuſtrat noſtrum, qui Μαρνᾶν dicit ἑρμηνευόμενον

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

μάρνου Κρηταγενῆ. Rationem veram hujus epitheti dat Epiphanius in loco ante adducto. Sed vide pereruditè ad nummum hunc diſſerentem Triſtanum.

— Τὰς παρθένους γὰρ οὕτω Κρῆτες προσαγορεύουσι, Μαρνάν] Primo non videtur verum, Μαρνὰν Cretenſibus ſignificaſſe *virginem*, ut colligitur ex Βριτόμαρτις, quomodo appellabatur ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ, ut Heſychius, quod Solinus cap. XVII. ſermone Latino ſonare dicit *virginem dulcem*. Βριτὸς autem lingua Cretica *dulcis*, ut Grammatici notant, ergo Μάρτις *virgo*, non Μαρνά, ut oſtendit Cl. Salmaſius ad Solin. pag. 172. Deinde conſequens argumenti nullum eſt: quoniam *virgines* apud Cretenſes appellabantur Μαρναὶ, ideo Ζεὺς Κρηταγενής, qui Gazæ colebatur, dictus eſt Μαρνᾶς. Rationem nominis veram reddere Epiphanium exiſtimo. Vide tamen aliam, quam reddit V. CL. Joannes Seldenus Syntagm. II. de Diis Syris, cap. I.

— Οἱ δὲ κέραμοι Γαζῖται καὶ Αἰγιναῖοί εἰσι. καὶ διὰ τοῦ η] Neſcio an non legendum: Γαζῖται καὶ Γαζαῖοι. εἰσὶ καὶ διὰ η ἔθνος Γαλαιῶν χρυσοφόρων.

ΓΑ'ΖΑΚΑ, πόλις μεγίστη τῆς Μηδίας] *Gazaca* Ammiano Marcellino, lib. XXIII. Γάζακα Ptolemæo, ut hic. In Hiſtoria Miſcella lib. XVIII. cap. 16. civitas hæc *Gazacreon* vocatur, & in editione Gruteri *Gazacum*. Videtur ſcripſiſſe *Gazacenen civitatem*; paullo enim poſt eandem *Gazacenſium civitatem* appellat. Sed tota illa Hiſtoria mendis inquinatiſſima eſt.

ΓΑ'ΖΟΣ, πόλις Ἰνδικὴ, κατὰ Διονύσου πολεμίσασα.

— Καὶ οἱ * - τειχέα Γάζον] Locum hunc ita legendum arbitratur Ger. Falkenburgius in Lectionibus & Conjecturis ad Nonni Dionyſiaca pag. 888.

Γηρείαν Ῥοδόλην τε καὶ οἱ λινοτειχέα Γάζον,
Τοῖόν μιν Γλαυκοῖο λίνου πέρι, &c.

— Κλαυτοῖο] Salmaſius, κλωστοῖο.

— Ὡς μὲν] MSS. ὅς μὲν. Salmaſius, ὕψος.

— Μῆκός τε καὶ ἰθύν] Ita vocat τὴν περίμετρον.

ΓΑΘΕ'ΑΙ, πόλις Ἀρκαδίας, ἧς οἱ πολῖται Γαθεάται. Παυσανίας ὀγδόῳ, Γαθεάται τῆς Κρωμίτιδος χώρας] Vide oſcitantiam. Pauſanias non loquitur de incolis, ſed flumine *Gatheata*, cujus fontes indigitat lib. VIII. pag. 510. Τούτῳ μὲν δὴ αἱ πηγαὶ γῆς εἰσι τῆς Αἰγυπτίδος (lege, Αἰπυτίδος) ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Κερεάτα τὸ ἱερόν. τῷ Γαλεάτᾳ δὲ τῆς Κρωμίτιδος χώρας ἐν Γαθέαις. *Et hujus* (Carnionis) *quidem fontes in Æpytide terra ſunt, infra Cereatæ Apollinis templum: Gatheatæ vero in Gatheis agri Cromitidis.* Infra autem v. Κρώμνα addito ν Κρωμνίτης, & per conſequens, Κρωμνῖτις legitur: ſed Pauſanias ſine ν, ut hic.

ΓΑΙΤΟΥ'ΛΟΙ, ἔθνος Λιβύης. Ἀρτεμίδωρος Γαιτουλίους αὐτοὺς φησιν] Euſtathius pro Ἀρτεμίδωρος, legit, Ἀθηνόδωρος ad Dionyſ. pag. 32. Γαιτοῦλοι, μέγιστον ἔθνος Λιβυκόν. τούτους Ἀθηνόδωρος Γαιτουλίους λέγει.

— Μῆκος δὲ πηχῶν δυοκαίδεκα] Apud Athenæum lib. 11. pag. 62. legitur, Μῆκος δὲ ποδῶν δώδεκα. quod perperam ibi vertitur: *aſſurgere ad cubitos circiter viginti.* pro, *ad duodecim pedes.* Ita autem & procul dubio hic legendum.

ΓΑ'ΛΑΑΔΑ, χώρα Ἀραβίας· καὶ Γαλααδηνή] In ſacris Literis *Galaad.* Joſepho Γαλααδινὴ lib. IV. Antiq. Jud. cap. 5. pag. 111. lib. VI. & alibi. Unde Rufinus *Galadina* vertit. Sed lib. XIII. cap. 21. Laodicen Reginam Γαλαδηνῶν appellat: & lib. I. cap. 19. Γαλάδης λέγεται ὁ βουνός. ἀφ' οὗ νῦν Γαλαδηνὴν καλοῦσι τὴν γῆν. *Galades colli nomen factum, à quo Galadena terra eſt dicta.* Regionem autem ſæpius Γαλαδῖτιν vel potius Γαλααδῖτιν vocat. Unde corrigendus Suidas, apud quem Γαλααδῆτις χώρα, pro Γααλαδῖτις. Eupolemus apud Euſebium lib. IX. Præp. Euang. cap. 3. τοὺς ἐν Γαλαδηνῇ Aſſyrios & Phœnices à Davide victos ſcribit.

ΓΑΛΑ'ΔΡΑΙ, πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ. Λυκόφρων, Σᾶναι Γαλάδρης τὴν στρατηλάτην λύκον] Vulgo apud Lycophronem nunc legitur pag. 208. Χαράδρης pro Γαλάδρης. MSS. autem, Σῖναι Γαλάδρος, &c.

— Λυκόφρων, Καὶ Γαλαδραῖον πέδον] Lege: καὶ Γαλαδραῖος λέων. Verſus enim Lycophronis, ad quem alludit noſter, ita apud illum nunc legitur, pag. 208.

Θεσπρωτὸς ἄμφω καὶ Χαραδραῖος λέων.
Theſprotius ſimul & Charadræus leo.

ut Scaliger vertit. quo verſu Alexander Magnus ex materno ſimul paternoque genere deſcribitur. Infra v. Χαλάστρα idem verſus ſic ſcribitur:

Θέσπρωτος ἄμφω καὶ Χαλαστραῖος λέων.

Unde apparet Stephanum omnia ſuis non hauſiſſe ex fontibus.

— Πολύβιος δὲ ἐν τρίτῳ Γαλαδραϊκόν φησι] Salmaſius, Γαλαδρικόν.

ΓΑΛΑ'ΡΙΝΑ, πόλις Σικελίας, κτίσμα Μόργου Σικελοῦ] Hodie *Gagliano.* de qua urbe videndus Philippus Cluverius lib. II. Sic. Antiq. cap. 8. pag. 330.

ΓΑΛΑ'ΤΑΙ, πρὸς νότον τοῖς Παφλαγόσιν, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν] *Galatia* duplex, una ἡ κατὰ τὴν Ἀσίαν Γαλατία Dioſcoridi lib. III. cap. 1. altera ἡ κατὰ τὰς Ἄλπεις Γαλατία eidem lib. III. cap. 28.

— Καταλαβόντες τὴν χώραν οὕτως ὠνόμασαν. Παρήχθη δὲ τὸ Γαλάτης ἐκ τοῦ Γάλλος ὑφέσει τοῦ ἑνὸς λ] Euſtathius Γαλάτας dictos vult quaſi Γαιζήτας ad Iliad. B. pag. 188. παρ' οἷς, καὶ ὅτι γαιζῆται

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ζῆται περὶ τ̃ γαῖαν οἱ Γαλάται. οἱ τῆς οἰκείας ἐκπεσόντες γαῖαν ἐζήτουν, ἐφ' ἧς οἰκήσουσι.

— Καὶ Γαλατιανὴ χώρα] Formatur hinc Dioſcoridi lib. IV. cap. 47. Γαλακτικὸς, & inde Κόκκος Βαφικὴ Γαλακτική.

ΓΑΛΕΩΤΑΙ, ἔθνος ἐν Σικελίᾳ] Meminit infra v. Γέλα.

— Ἀπὸ Γαλεοῦ τοῦ υἱοῦ Ἀπόλλωνος] Mentio hujus *Galei* apud Clementem Alexandrinum lib. I. Strom. pag. 334. Sed an non potius *Galeotæ* nomen habent à *Gala*, Polyphemi & Galateæ filio, cujus meminit Appianus in principio Illyricorum?

— Ὡς εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Τελμισσοῦ] Infra v. Τελμισσός hæc non comparent. Clemens autem dicto loco *Telmeſſum* & *Galeum* vates conjungit. & citavit haud dubie Stephanus iſthic auctorem, unde & Clemens ſua hauſit.

— Γαλεῶται μάντεων εἶδος Σικελῶν] Cicero lib. I. de Divinatione, cap. 20. *Dionyſii matri interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, reſponderunt, ut ait Philiſtus, eum, quem illa peperiſſet, clariſſimum Græciæ diuturna cum fortuna fore.* & Ælianus lib. XII. cap. 46. Ἔφασαν οὖν οἱ Γαλεῶται πρὸς τ̃ Διονύσιον ἐρόμενον ὑπὲρ τούτων, ὅτι ταῦτα μοναρχίαν δηλοῖ. *Reſponderunt ſuper his conſulenti Dionyſio Galeotæ, monarchiam per hæc portendi.* Horum regio vocatur Γαλεῶτις, neſcio à quo ſcriptore, apud Suidam v. Ἀκέσματα.

— Γαλεὸς δὲ, ὁ ἀσκαλαβώτης] Hunc locum pluribus explicat V. CL. Cl. Salmaſius in Exercitat. ad Solinum pag. 757.

— Φύλλιος Αἰγεῖ] Xylander legit, Φιλύλλιος. Veriſſima emendatio: nam, ut taceam auctorem hunc ab Athenæo & aliis ſic vocari, Φιλύλλιος ἡγεῖ citatur etiam à Suida v. Ἀνάλφιτον. In Ariſtophanis Scholiaſte ad Plutum legitur quoque Φύλλιος, ſed & ibi corrigendum Φιλύλλιος, uti recte Salmaſius monuit.

— Μάντις] MSS. Μάντεις.

— Φασὶ δὲ τ̃ πρῶτον ἐξ Ὑπερβορέων Τελμισσόν] Salmaſius ſuſpicatur legendum: Φασὶ δὲ τ̃ Γαλεώτην ἐξ Ὑπερβορέων καὶ Τελμισσόν. quod ſane ſequentia manifeſte evincunt: τ̃ μὲν ἐπὶ ἀνατολὰς, τ̃ δὲ ἐπὶ δυσμὰς πλεῖν.

ΓΑΛΗΨΟΣ, πόλις Θρᾴκης καὶ Παιόνων] Harpocration. Γαληψός· Ἀντιφῶν κατὰ Λαισποδίου, πόλις Θρᾴκης, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Γαλήψου τοῦ ἐκ Θάσου καὶ Τηλέφης, ὡς Μαρσύας ὁ νεώτερος. ad quem locum vide notas Phil. Jac. Mauſſaci. Harpocrationem expreſſiſſe videtur MS. urbium Collectio Vaticana: Γάληψος, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Γαλήψου τοῦ ἐκ Θάσου καὶ Τηλέφης.

— Θουκυδίδης τετάρτῃ, ἑτέραν λέγει] Immo eadem eſt, quæ ſuperior; ſed alia fuit in Eubœa, cujus mentio apud Plutarchum lib. IV. Sympoſ. Quæſt. 4.

— Καὶ Γαληψὸς οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ ἡ Σύμη] Legendum: καὶ Οἰσύμη, ut eſt apud Thucydidem lib. IV. Vide infra v. Οἰσύμη.

— Σκινδαψὸς, ὀργάνου ὄνομα] Eſt etiam herbæ nomen.

ΓΑΛΛΙΑ, ἐντὸς Ἄλπεων χώρα] Collectio nominum Geograph. MS. Vat. Γαλλίαι αἱ ἄνω καὶ ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων εἰσὶ πρὸς τῷ ὠκεανῷ· Γαλλίαι δὲ κάτω, ἡ νῦν Λογγιβαρδία. Salmaſius legebat, Γαλλία ἐκτὸς Ἄλπεων. ſed & Ciſalpina Gallia erat.

ΓΑΛΛΗΣΙΟΝ, πόλις Ἐφέσου] Apud Strabonem lib. XIV. pag. 642. occurrit Γαλλήσιον ὄρος, ſed urbis non meminit.

ΓΑΛΛΟΣ, ποταμὸς Φρυγίας· Οἱ περίοικοι Προμαθίδαν Ποταμογαλληνοί] Cl. Salmaſius legit: Οἱ περίοικοι κατὰ Προμαχίδαν Π. ut ſit auctoris nomen, qui ſcripſit περὶ Ἡρακλείας citante Sophocle ad Apollonii lib. I. Ego vero, quoniam ipſe Stephanus mox *Polyhiſtorem* auctorem citat, potius aliud mendum latere exiſtimo.

— Καὶ τ̃ μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τ̃ Τυρίαν ποταμόν] An non legendum, ἐπὶ τ̃ Τύραν π. Vide infra h. v.

ΓΑΜΒΡΕΙΟΝ, πόλις Ἰωνίας] Apud Xenophontem lib. IV. Hiſtor. Græcæ, pag. 481. unde hæc forte deſumpta ſunt, Γάμβριον ſcribitur, eique vicinum fuit Παλαιγάμβριον, quod ille cum *Gambrio* conjungit. ſatiſque apparet, Stephanum de ſcriptione per ει addubitaſſe, cui probandæ & confirmandæ poſſeſſivum adſert.

ΓΑΝΔΑΡΑ, Ἰνδῶν ἔθνος] Omnino legendum, ΓΑΝΔΑΡΑΙ, uti ex Ptolemæo, Plinio atque etiam ex ſequentibus Γανδάροις patet, qui plane iidem ſunt. Scilicet ultima litera vocis cum ſequentis principio coaluerat. Regio eorum Γανδαρὶς Straboni lib. XV. pag. 699. & Γανδαρῖτις apud eundem pag. 697. Dicuntur autem Ἰνδῶν ἔθνος: infra vero Ῥῶν dicitur πόλις τῆς Γανδαρικῆς Σκυθίας.

— Λέγονται καὶ Γανδάριοι] Sic etiam dicuntur Herodoto lib. III. cap. 91. & lib. VII. cap. 66. Γανδαρίδαι vero Diodoro Siculo & aliis. Virgilio *Gangarides* lib. III. Georg. v. 26. & Ptolemæo Γαγγαρίδαι, quamquam alio ſitu, lib. VIII. cap. I. Dionyſio in Perieg. v. 1144. Γαργαρίδαι.

ΓΑΡΑΜΑΝΤΕΣ, ἔθνος Λιβύης] Cl. Salmaſius in Exercit. ad Solinum pag. 385. ex hoc loco evincit errare viros doctos, qui ex Mela apud Herodotum pro Γαράμαντες legunt Γαμφάσαντες. Recte. Nam & *Lybiæ gentem* etiam facit Scholiaſtes Apollonii ad lib. IV. v. 1494.

— ὃν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— ὃν Ἀμφίθεμιν Γαράμαντά τε κικλήσκουσιν. Ἄδηλον δὲ πότερον ἀπὸ τοῦ Γαράμαντος τούτου οἱ ἐν τῇ Λιβύῃ Γαράμαντες ὠνομάσθησαν, ἢ οὗτος ἀπὸ τοῦ ἔθνους.

— Ἡρόδοτος τετάρτῃ. Οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι] Verba Herodoti libro IV. cap. 174.

ΓΑ'ΡΓΑΡΑ, πόλις τῆς Τρωάδος, ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἴδης] Macrobius lib. V. cap. 20. *Phileas vetus ſcriptor in eo libro, qui inſcribitur Aſia, ita meminit*: Μετὰ Ἄσσον πόλις ἐστὶν ὄνομα Γάργαρα. ταύτης ἔχεται Ἄντανδρος. Sed etiam pro ſummitate Idæ ponitur, quales mons iſte habet quatuor, Tzetzes ad Lycophronem pag. 175. Τέσσαρα γὰρ ἀκρωτήρια Ἴδης, Πέργαμος, Λεκτὸν, Γάργαρον καὶ Φαλάκρα, ἀφ' ἧς τὰ δόρατα εἶχον οἱ Τρῶες. & idem pag. 8.

— Στράβων] Lib. XIII. pag. 610.

— Θηλυκῶς τὴν Γάργαρόν φησιν] Straboni lib. XIII. pag. 610. fœminino genere Γαργαρίς.

— Τοῦ ἐκ τῆς Θεσσαλίας ἐν Λαρίσῃ] Locus corruptus. Suidas, qui ex Stephano ſua tranſcripſit: ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διὸς καὶ Λαρίσσης τῆς ἐν Σικελίας. Puto legendum apud noſtrum: τῆς ἐκ Θεσσαλίας Λαρίσης. & apud Suidam: τῆς ἐκ Θεσσαλίας. pro, τῆς ἐν Σικελίας. Cl. Salmaſius legebat: τοῦ ἐκ τῆς Λαρίσσης ἐν Θεσσαλίᾳ.

— Ἐκεῖ καὶ Διόπιμος ὁ Ἀδραμυτηνὸς ἐδίδασκε γράμματα, εἰς ὃν Ἄρατος εἶπεν· Αἰάζω ὅτι μοῦνος ἐνὶ πέτρῃσι κάθηται] Corrige hoc diſtichon ex Macrobio lib. V. Saturn. cap. 20. & lib. II. Anthol. cap. 40. pag. 239.

Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτραισι κάθηται,
Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

Ubi Scholiaſtes notat diverſitatem lectionis, quæ apud Stephanum occurrit: ſed ſcholiographus iſte Græculus eſt recentiſſimus.

— Γάργαρα ἄκρα] Leg. Γάργαρον. eſt enim verſus Homericus ex Iliad. Ξ. v. 292.

Ἥρη δὲ κραιπνῶς προσεβήσατο Γάργαρον ἄκρον
Ἴδης ὑψηλῆς.

Juno autem celeriter aſcendit Gargarum ſummum
Idæ excelſæ.

& ſic in hoc loco legendum propter ſequentem Epaphroditi expoſitionem.

ΓΑΡΓΑΡΕΙ'Σ, ἔθνος, ὃ μίγνυται ταῖς Ἀμαζόσιν, ὡς Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ] Immo ἑνδεκάτῃ. error natus ex notis numeri ια' permutatis in ιδ'. Vide Strabonem lib. XI. pag. 504.

— Τὸ θηλυκὸν, Γαργαρὶς κατὰ τέχνην] Ipſam gentem, Γαργαρίδας vocat Dionyſius πατρωνυμικῶς. Sunt autem ſub radicibus Caucaſi montis.

ΓΑΡΓΗΤΤΟ'Σ, πόλις καὶ δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης Γαργήττιος] Sic lapis vetus apud Cyriacum Anconitanum, ΔΙΦΙΛΟΣ ΔΙΦΙΛΟΥ ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ.

— Τὸ ἐκ τόπου] Pro, τὸ τοπικόν.

— Γαργήττηθεν] Legendum cum Cl. Salmaſio Γαργηττόθεν. Occurrit enim hoc locale apud Ariſtophanem in Theſmoph. pag. 815.

Εἰμὶ Κρίτυλλα γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν.
Sum Critylla Antithei ex pago Gargetto.

— Ἐνταῦθά φασι] Poſt ἐνταῦθά φασι, eſt lacuna in MSS. quatuor aut quinque verborum.

ΓΑΣΤΡΩΝΙ'Α, χώρα Μακεδονίας· Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ] Suſpicor apud Theopompum fuiſſe ΓΡΑΙΣΤΩΝΙ'Α. Certe Athenæus lib. III. pag. 77. Ὁ Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ πεντηκοστῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν κατὰ τὴν Φιλίππου φησὶν ἀρχὴν περὶ τὴν Βισαλτίαν Ἀμφίπολιν καὶ Γραιστωνίαν τῆς Μακεδονίας ἔαρος μέσου ὄντος τὰς μὲν συκᾶς σῦκα, &c. ἐνεγκεῖν. *Theopompus lib.* LIV. *hiſtoriarum ſcribit Philippi regis principatu circa Biſaltiam, Amphipolin & Graſtoniam Macedoniæ, medio vere ficus ficos, &c. edidiſſe.* Nam quod in numero libri diverſitas, nihil refert: alterutrius in vitio cubat. Immo hæc ipſa à noſtro infra Γρηστωνία dicitur, incolæ Γρηστῶνες: & Κρήστων, Κρηστῶνες. Denique apud Ariſtotelem de Mirabil. Auſcultat. cap. 130. Κραστωνία Macedoniæ regio commemoratur.

ΓΑΤΓΑ'ΜΙΛΑ, τόπος Περσίδος] Scribendum, ΓΑΥΓΑ'ΜΗΛΑ. Locus notiſſimus, ubi Darius ab Alexandro devictus; vide Arrianum. Plutarchus in Alexandro pag. 683. Γαυγάμηλα vocat. docetque voce ea notari *cameli domum*, quod rex quidam olim, qui hoſtes effugerat camelo dromade, hoc loco locaverit eum, certis vicis vectigalibuſque ad curam ejus attributis.

ΓΑΥ'ΛΟΣ, νῆσος πρὸς τῇ Καρχηδόνι.

— Ὁ νησιώτης Γαυλίτης] *Gaulitanum municipium* occurrit in Inſcriptione veteri.

ΓΕ'Α, πόλις πλησίον Πετρῶν ἐν Ἀραβίᾳ.

— Ἐν Πέτραις δ' ἐπιχωριάζει κύριον ὄνομα τὸ Γέσιος] De hoc prolixe Suidas v. Γέσιος. MSS. minus recte: Γέασιος.

— Ὅθεν Ἰὼ ὁ περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιστής] Cl. Salmaſius legit: ἐκ τῶν Πετρῶν σοφιστής. vel, τῶν Πετρῶν σοφιστής. Sed vulgata recta eſt: nam ἰατρὸς & σοφιστὴς hic ſynonyma ſunt: unde ἰατροσοφιστὴς Suidæ, d. l.

ΓΕ'ΒΑΛΑ, τρίτη μοῖρα τῆς Παλαιστίνης· Ἰώσηπος. Τὸ ἐθνικὸν Γεβαληνὸς, ὡς Βαρηνός. Γεβαλήνη τε καὶ Αἰμανῖτις, ἡ τῶν Ἰδουμαίων χώρα μετωνομάσθη] Mirum, quam ea, quæ hic reliquit Epitomator & à Joſepho, quem auctorem laudat, & à re ipſa diſſentiant. Primum enim, ſi per verba, τρίτη μοῖρα τῆς Παλαιστίνης. *tertia pars Palæſtinæ*. provinciam *Tertiam Palæſtinam* accipiamus, ut certe verba ſonant, nequaquam verum eſt illi *Gebala* aut *Gebalena* nomen fuiſſe unquam. Sed verum *Gebala* & *Gebalenen* fuiſſe partem *Arabiæ Petrææ*, ſive *Idumææ*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

quæ deinceps *Tertiæ Palæſtinæ* nomen habuit. Unde à Stephano ſcriptum fuiſſe exiſtimo: μοῖρα τῆς Τρίτης Παλαιστίνης. Deinde nuſquam Joſephus in Idumæa ponit *Gebalenen* & *Hæmamitin*, quæ vox plane corrupta eſt, ſed Γοβολῖτιν & Ἀμαληκῖτιν, ut videre eſt lib. II. cap. I. pag. 36. & lib. III. cap. 2. Antiq. Jud. pag. 74. neque aliter Rufinus vetus Joſephi interpres olim legit. Infra Γομολῖται vocantur ex eodem Joſepho. Unde apparet, hæc non ex ipſis auctorum fontibus hauſta, ſed temere hinc inde conſarcinata fuiſſe. Itaque quidquid ſit de *Gebalena*, pro Αἱμανῖτις, certe Ἀμαληκῖτις reponendum. Euſebius enim & Hieronymus in Topicis paſſim *Gebalenen* & *Gebalenam* & *Gebaleticam* vocant Idumæam.

ΓΕΒΕΩΝΙ´ΤΑΙ, ἔθνος πλησίον Ἱεροσολύμων, ὡς Ἰώσηπος] Apud Joſephum lib. V. cap. I. pag 138. quem unum auctorem laudat, ſæpius Γαβαωνῖται ſcribitur, nec aliter legit Rufinus. Mihi vero dubium non eſt, quin gentile ſit ἀπὸ τῆς Γαβαῶνος, vel ἀπὸ τῆς Γαβαὼν πόλεως. Nam *Gabaonitæ* iſti Joſephi LXX. Interpretibus ſunt, οἱ κατοικοῦντες Γαβαών. Joſuæ cap. 9. Sed quia & Γεβαὼν dicebatur, forte Γεβαωνῖται hic per α ſcriptum fuerat.

ΓΕΔΡΩΣΙ´Α, χώρα· καὶ Γεδρώσιοι, ἔθνος Ἰνδικόν.

— Διονύσιος περιηγητής] MSS. Διονύσιος περιηγήσει. eſt autem verſus 1086.

— Ἐν δὲ τοῖς τοῦ Πολυΐστορος] Scribe: Πολυΐστορος. Ita etiam cæteri auctores plerique eum vocant: nomen ei fuit *Alexander*. vide de eo infra v. Κοτυάειον.

— Διὰ τοῦ κ εὑρέθη ἡ πρώτη συλλαβή] Vide infra v. Κέδρωσοι. Straboni autem Γεδρωσηνοί. lib. XV.

ΓΕ´ΛΑ, πόλις Σικελίας· ἡ γυμνικὴ Γέλας.

— Καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα] In Epitaphio Æſchyli:

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας.

& in alio:

Λοῦκα Γέλας Σικέλοιο παρ' ὕδατα.

— Πρόξενος δ' ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόρων Σικελικῶν] Gerardus Voſſius vertit περὶ πόρων Σικελικῶν, *de Siculis Itineribus*. Sed MSS. habent Πύῤῥων. Unde Cl. Salmaſius: τῶν περὶ Πύῤῥου Σικελικῶν. *libro* I. *de rebus à Pyrrho in Sicilia geſtis*. Philipp. Cluverius lib. I. Sicil. Antiq. cap. 15. legit: περὶ πόλεων Σ. quod ſequor.

— Ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης καὶ Ὑμάρου] Philipp. Cluverius d. l. pro τοῦ legit τῆς, ſed præter rationem; hic enim articulus ad præcedentem non ad ſequentem vocem pertinet. Fruſtra quoque eundem in Suidæ loco, qui h. v. noſtrum deſcripſit, ſollicitat. MSS. autem hic habent: τοῦ Αἴτνου καὶ Ὑμάρου. unde τοῦ Αἴτνου τοῦ Ὑμάρου legendum forte cenſet Cl. Salmaſius.

— Ὅτι Λάκιος καὶ Ἀντίφημος ἀδελφοί] Herodoto lib. VII. alter horum fratrum appellatur Ἀντιόφημος.

— Οὐδ' ἄν] Οὐδὲ ἕν. Salmaſius legit οὐδέν.

— Προστάσσει] Lege: Προστάσσειν.

— Ἀφ' ἡλίου δυσμῶν, οὗ ἂν πόλιν οἰκήσῃ] Videtur ſcripſiſſe Stephanus: ἐφ' ἡλίου δυσμῶν καὶ Γέλαν πόλιν οἰκήσῃ. vide Etymologum v. Γέλα.

— Τὸ ἐθνικὸν Γελαῖος, οὐ Γελῷος] At in vita Æſchyli Γελῷοι occurrunt ſæpius, paſſimque auctor; & inde *Geloi campi* Latinis. Puto igitur pro οὐ legendum καὶ, vel ἤ. aut tranſpoſitis verbis: Γελῷος οὐ Γελαῖος. ut monuit Philippus Cluverius Opere de Sicilia.

— Καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ Γέλωνος τὸ Γελῷος] MSS. ἀπὸ τοῦ Γέλως τ. Γ. Recte.

ΓΕΛΩΝΟ`Ν, πόλις Σαρματίας τῆς Εὐρώπης] Thomas Aldobrandinus in ſuo codice, qui extat ad S. Andream Vallenſem, legendum notat: Γελωνοὶ, ἔθνος Σκυθίας ἢ Σαρματίας τῆς Εὐρώπης. ſed non opus eſt tanta mutatione ſine auctoritate Codicum MSStorum. Euſtathius hic quondam legit, ΓΕΛΩΝΟΙ´, ut patet ex Comment. ad Dionyſium pag. 44. Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας οὕτω φησὶ, Γελωνοὶ πόλις Σαρματίας ἀπὸ Γελωνοῦ, ὃς Ἀγαθύρσου μὲν ἦν ἀδελφὸς, Ἡρακλέους δὲ υἱός. Et ſic etiam appellantur Ariſtoteli de Mirabilibus Auſcultat. Sed MSS. hic legunt, ΓΕΛΩΝΟ´Σ. quomodo procul dubio ſcripſit Stephanus, uti ex auctoritate Herodoti, quam laudat, colligitur. Apud illum enim lib. IV. cap. 108. Βουδῖνοι δὲ ἔθνος ἐὸν μέγα καὶ πολλὸν, γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστὶ καὶ πυῤῥόν. πόλις δὲ ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη· οὔνομα δὲ τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός. *Budini ingens natio atque numeroſa, vehementer cæſiis oculis omnis ac rufa: quorum urbs nomine Gelonus è ligno constructa eſt.* Quem locum Mela vertit lib. I. cap. 19. *Budini Gelonon urbem ligneam habitant.* Vulgo legitur *Geloni* & τὸ *Budini* membro ſuperiori perperam adhæret. Sed legendum, ut poſui, cum MSto, quem contuli.

— Ἀπὸ Γελωνοῦ τοῦ Ἡρακλέους τοῦ Ἀγαθύρσου ἀδελφοῦ] Hiſtoriam *Geloni* & fratrum *Agathyrſi* & Scythæ largiter narrat Herodotus lib. IV. cap. 9. & 10.

— Καὶ θαῦμα] Cl. Salmaſius: καὶ οὐ θαῦμα. quod probo.

— Ὁ γὰρ χαμαιλέων καὶ ὁ πολύπους τὴν χρόαν μεταβάλλει] Idem Salmaſius: καθὰ καὶ ὁ χαμαιλέων, &c. & ſic apud Euſtathium legitur d. l. Sed nil temere mutandum, cum hæc ex Ariſtotele ipſo quodammodo expreſſa ſint. Forte pro ὁ γὰρ ſcripſit ὡς γὰρ. Ariſtoteles, οἷον ὅτε χαμαιλέων.

— Τὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Τὸ μέγεθος βοὸς, τοῦ προσώπου τὸν τύπον ἐλάφῳ, ὡς Ἀριστοτέλης περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων] Poſt προσώπου omnino addendum: ὅμοιον ἔχον ex Ariſtotele, qui: τοῦ δὲ προσώπου τὸν τύπον. ὅμοιον ἔχει ἐλάφῳ. aut ἐοικός. ut eſt apud Euſtathium: ut ſenſus conſtet.

ΓΕΝΕΑ', κώμη Κορίνθου. ὁ οἰκήτωρ, Γενεάτης. ἀφ' οὗ παροιμία· Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Γενεάτης] MSS. Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος. Recte: non enim verſus eſt, ut putarunt hactenus parœmiographi. Nam ut de ſenſu nihil dicam, vox, Γενεάτης, cujus penultima brevis, haud permittit ut verſus ſtet, ſi vel vulgatum retineas.

— Τινὲς δὲ Γενεὰ γράφουσι] Legendum, καὶ δὲ Τενέα γράφουσι. vide infra v. Τενέα. Nam proverbium illud etiam de hoc loco dicebatur. Suidas: Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης. quem vide porro.

ΓΕΝΗ'ΤΗΣ, λιμὴν καὶ ποταμός] Scholiaſtes Apollonii ad lib. II. v. 378. Γενηταία ἄκρα κυρίως οὕτω λεγομένη ἀπὸ Γενήτου ποταμοῦ, ἔνθα Διὸς ξενίου ἱερόν ἐστι.

— Σοφοκλῆς, ποταμὸς Γενήτα φησίν] Lege: ποταμόν. quomodo legit etiam Salmaſius. Intelligit autem Scholiaſten Apollonii, cujus verba propterea paullo ante adſcripſi.

ΓΕΡΑΙΣΤΟ'Σ, κώμη ἐν ᾗ ἱερὸν Ποσειδῶνος, ἀπὸ Γεραίστου τοῦ υἱοῦ τοῦ Διός] Infra v. Παρθενόπολις. Γεραίστου τοῦ Μύγδονος παιδός. Ariſtophanes autem ipſum Neptunum Γεραίστιον vocat in Equitibus: & ludi in Neptuni honorem vocati Γεραίστια. de quibus Pindari Scholiaſtes ad Od. XIII. Olymp. pag. 123. ἐν Εὐβοίᾳ Γεραίστια ὑπὸ πάντων Γεραιστίων ἄγεται τῷ Ποσειδῶνι διὰ τὸν συμβάντα χειμῶνα περὶ Γεραιστόν.

ΓΕΡΑ'ΝΕΙΑ, πόλις Φρυγίας. Ἔστι καὶ ὄρος μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου] De hoc monte extat elegantiſſimum Epigramma Simonidis, cujus partem Cl. Salmaſius vulgavit ad Solin. pag. 139. Ego, pro ut in Membranis legitur, totum hic ſubjiciam.

Ἀνέκδοτον εἴς τινα ναυηγὸν ἐν Γερανείᾳ καὶ ταῖς Σκιρωνίσι πέτραις ναυαγήσαντα.

Ἠερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας ὤφελεν Ἴστρον
Τῆλε, καὶ ἐκ Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν.
Μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης.
Ἀγνέα νειφομένας ἀμφὶ μεθουριάδας.
Νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς· οἱ δὲ βαρεῖαν
Ναυτιλίην κένεοι τῇδε βοῶσι τάφοι.

— Ἀφ' οὗ ἥλατο Ἰνὼ φεύγουσα τὸν Ἀθάμαντα] Scholiaſtes vetus Pindari Argumento tertio in Iſthmia pag. 433. Ἰνὼ ἀπὸ Ἀθάμαντος ἀναιρεθῆναι μέλλουσα, κατὰ μανίαν προανῃρημένου τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Λεάρχου, καὶ αὐτὴ μανεῖσα, τὸν λοιπὸν παῖδα Μελικέρτην ἁρπάσασα διὰ Γερανείας τοῦ ὄρους τοῦ Μεγαρικοῦ φυγοῦσα, καὶ στᾶσα ἐπὶ τῆς καλουμένης Μολουρίδος πέτρας, ἥλατο σὺν τῷ βρέφει εἰς τὴν ὑποκειμένην θάλασσαν.

ΓΕΡΑ'ΝΘΑΙ, πόλις Λακωνικῆς· Παυσανίας τρίτῳ] Scribe: ΓΕΡΑ'ΝΘΡΑΙ. uti ex gentili conſtat ex Pauſania: apud quem lib. III. pag. 204. & 205. quinquies Γερόνθραι ſcribitur. pag. autem 161. Γεράνθραι & gentile Γερανθράται.

ΓΕ'ΡΑΣΑ, πόλις τῆς κοίλης Συρίας] De *Geraſa* vide Henr. Valeſii Annotat. ad Marcellinum pag. 43. Sed examinandum, quod de duplici hujus nominis oppido ſcribit. In nummo Hadriani ex Gazophylacio S. M. Ducis circum caput Dianæ legitur, ΑΡΤΕΜΙC ΤΥΧΗ ΓΕΡΑCΩΝ.

ΓΕ'ΡΓΙΣ, πόλις Τροίας· καὶ κλίνεται Γέργιθος] Aliter & ſcribit & format Strabo lib. XIII. pag. 589. Ἐν δὲ τῇ Λαμψακηνῇ τόπος εὐάμπελος Γεργήθιον· ἦν δὲ καὶ πόλις Γέργηθα, ἐκ τῶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργήθων· ἦν γὰρ κἀκεῖ πόλις πληθυντικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη αἱ Γέργηθες· ὅθεν περ ὁ Γεργήθιος ἦν Κεφάλων· καὶ νῦν ἔτι δείκνυται τόπος ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργήθιον πρὸς Λαρίσσῃ. *In agro Lampſaceno locus eſt vitibus bene conſitus, nomine Gergethium. Fuit & urbs Gergetha à Gergethis in agro Cumano: nam & ibi fuit urbs plurali numero ac fœminino genere dicta Gergethes: patria Cephalonis Gergethii: atque etiamnum in Cumano ſolo monſtratur Gergethium ad Lariſſam.* Adde Schol. ex MSto 186. Biblioth. Vatic. Sed quemadmodum hic, ita & ſcribit infra v. Μαρκαῖον ὄρος.

— Λέγεται καὶ ἡ Γέργιθος εὐθεῖα ἀπὸ γενικῆς] Γέργις igitur dicta hæc urbs & Γέργιθος, juxta noſtrum: & Γέργηθα, juxta Strabonem. Si autem Γέργιθος vel Γέργηθος huic oppido nomen fuit, ut ſcribit Stephanus, auctoritate illius emendandum cenſeo Arrianum lib. I. de Exped. Alex. pag. 13. ubi vulgati codices, poſtquam Alexandrum tranſiviſſe flumen Practium, quod in illis perperam Προσάκτιον dicitur, narravit Arrianus: ἔνθεν δὲ ἐς Ἕρμωτον ἀφίκετο, Κολωνὰς πόλιν παραμείψας. ubi pro illo Ἕρμωτον, quod nauci non eſt, repono Γέργηθον. Sane ſitus inter Practium fluvium & Colonas exacte congruit. Pleraque autem locorum nomina fœde apud Arrianum corrupta ſunt. Cæterum *Gergetha* Troadis exſcidit Attalus, incolis ad aliud ejuſdem nominis oppidum prope Caïci fontes tranſlatis, ut ſcribit Strabo lib. XIII. pag. 616.

— Γεργίτης, καὶ θηλυκῶς Γεργίτις] Scribe: Γεργίθης & Γεργίθις. Herodotus lib. V. cap. 122. de Hymee Darii Duce: εἷλε δὲ Γέργιθας τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν παλαιῶν Τεύκρων. *cepit & Gergithas, qui ex priſcis Teucris relicti erant.* & lib. VII. cap. 43. ἐν δεξιῇ δὲ Γέργιθάς τε καὶ Τεύκρους. *à dextra Gergithas & Teucros.* Vide de hac voce etiam Euſtathium ad Homeri Odyſſ. B. pag. 1433. ſed Γέργηθας ſcribit.

ΓΕΡΗΝΙ'Α, πόλις τῆς Μεσσηνίας] Euſtathius ad

 Iliad.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Iliad. B. pag. 231. auctiorem legit hunc locum, quem, ſi lubet, adi.

— Ἡσίοδος, Καταλόγων] MSS. ἐν πρώτῳ καταλόγων.

— Κτεῖναι Νηλῆος ταλασίφρονος υἱέας ἐσθλούς] MSS. Κτεῖναι δὲ N. Unde Salmaſius: Κτεῖνε δὲ N. Recte. Nam ſic Euſtathius quoque hunc verſum legit dicto loco.

— Παρ' ἱπποδάμοισι Γερήνοις] Salmaſius legebat: παρ' ἱπποδάμοιο Γερήνοιο. Sed vulgata vera eſt. Nam & infra v. Τάβαι eodem modo repetitur: & Euſtathius d. l. ſic adducit.

— Ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ] Nota maſculinum epitheton pro fœminino ἀνθεμοέσσῃ.

— Καὶ Γερήνιος] Ad hujus formam factum eſt, τελγερήνιος, quod apud M. Aurelium Imperatorem occurrit lib. IV. n. 50. pro τελγέρων, de quo Suidas.

ΓΕΡΜΑΝΙ'ΚΕΙΑ, πόλις Εὐφρατησίας] Collectio Geogr. MS. Vatic. Γερμανίκεια Συρίας, ἡ νῦν Ταλεΐταβα. In nummo Juliæ Domnæ apud Franc. Gotifredum circum Venerem ſubſidentem cum Cupidine & capro, ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ. ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. & ſubtus ΘΕΩΝ. Apud eundem in nummo Severi circum templum, ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ. ſubtus, ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ. Item in alio Juliæ Mamææ circum Victoriam gradientem, ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ ΓΕΡΜΑΝΙΚΗϹ. Triſtanus Peſcennii Nigri nummum cum eadem inſcriptione circum Æſculapium profert Tom. II. pag. 39. Εὐφρατησίας autem urbs dicitur. Latinis *Euphratenſis*. Εὐφρατησίας meminit Nicephorus, Patriarcha CP. in Ἱστορίᾳ Συντόμῳ. pag. 192. ubi male *Euphrateſiæ* vertitur.

ΓΕ'ΡΜΗ, πόλις Ἑλλησποντία, πλησίον Κυζίκου.

— Ὁ πολίτης, Γερμηνός] In magno nummo Heliogabali è Gazis Sereniſſimi Magni Ducis circum Herculem cervam ſubactam proſtratamque genu prementem, ΕΠΙ ϹΤΡΑΤΗΓΟΥ ΦΟΡΕΝΑΤΟΥ ΓΕΡΜΗΝΩΝ. Quod argumentum pariter expreſſum eſt in magno Severi nummo apud Franc. Gotifredum, additum autem ibi, ΕΦΙΣΤΑΤΟΥ ΦΑΙΝΕΙΚΙ. Rurſus in nummo Philippi Imp. apud Franc. Angelonum circum tres Gratias legitur, ΓΕΡΜΗΝΩΝ. Et in Auguſti apud Pyrrhum Ligorium, in quo Juno Γαμηλία, vel *Nuptialis* ſeu *Pronuba*, dextra flammeum, ſiniſtra Lampada geſtat, ab una parte, ΓΕΡΜΗΝΩΝ. ab altera, ΜΟΥΣΑΙΟΣ ΓΑΜΗΛΙΑΣΤ. ΠΡ. ubi Γαμηλιάστης Junonis *Gameliæ* videtur eſſe Sacerdos. In ſubſcriptionibus Concilii Epheſ. Act. I. occurrit Timotheus Epiſcopus civitatis Θερμανῶν, provinciæ Helleſponti; ubi ex MSS. paullo quidem rectius legitur Τερμηνῶν, ſed corrigendum Γερμηνῶν. & ſic Act. V. ubi idem Epiſcopus Τέρμης vocatur, etiam Γέρμης legendum. Nam idem Chalcedonenſi Synodo, poſt annos viginti quoque interfuit: iſthic vero *Germenſis* nomine ſemper vocatur. Fuit colonia Romana teſte Ptolemæo. Idque teſtatur Commodi nummus, in quo legitur, COL. AUG. F. GERMENO. circum lupam lactantem Romulum & Remum, apud Triſtanum Tom. I. pag. 716. ubi nimis caſca adfert & ingenio ſuo abutitur vir egregius, dum numiſma iſtud de urbe Roma exponit. Puto autem à Veſpaſiano vel Domitiano originem & *Flaviæ* cognomen accepiſſe, quod denotari puto per literam F. quæ in nummo conſpicitur. Non debuit autem movere Triſtanum lupa Romulum & Remum lactans: illa enim coloniæ Romanæ indicium eſt. Sic in nummo Alexandri Severi itidem circum eandem lupam, COL. CAES. ANTIOCH. SC. apud eundem Triſtanum Tom. II. pag. 397. ubi fruſtra idem miratur hanc effigiem alii urbi quam Romæ dari. Sic in nummo Philippi Junioris apud Equitem Caſſianum de Puteo circum eandem lupam, COL. AUGG. TROA. Notandæ etiam in his numiſmatibus literæ Latinæ & voces, quas ideo præferunt, quoniam juris Latini civitates factæ. Sic in nummo Severi apud eundem Triſtanum Tom. II. pag. 106. Colonia Heliopolis, COL. HEL. quem tamen ille alio trahit.

ΓΕΡΟΥ'ΝΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας. Κυάδρατος δὲ Γερηνίαν ταύτην καλεῖ] MSS. Γερυνίαν. quod probat Salmaſius.

ΓΕ'ῬῬΑ, πόλις Χαλδαίων. ὁ πολίτης Γερραῖος] Fuit etiam *Gerrha* Arabiæ Felicis oppidum. Unde Nicander in Alexipharm. pag. 136. Γερραίης Λιβάνοιο χύσιν dixit, pro Ἀραβικῆς. & pag. 147. Γερραῖοι Νομάδες.

ΓΕ'ῬῬΟΣ, τόπος καὶ ποταμὸς προσεχὴς τῷ Βορυσθένει] Herodotus lib. IV. cap. 20. *Gerrhi* fluminis meminit: & cap. 56. dicit hoc flumen nomen ſortiri à loco cognomine, qui occurrit cap. 71. Ταφαὶ δὲ τῶν βασιλήων ἐν Γέρροισί εἰσι. *Regum ſepulcra apud Gerrhos ſunt.*

ΓΕΤΙ'Α, ἡ χώρα τῶν Γετῶν. Γέτης γὰρ τὸ ἐθνικόν, οὐ τὸ κύριον] An non, καὶ τὸ κύριον.

— Ἔστι καὶ θηλυκῶς Γέτης] Salmaſius: Γέτη.

— Ἀφ' οὗ Κέλτωνος Γετικά] De quibus vide Suidam v. Δεισιδαιμονία.

— Νόμοι δὲ Γετῶν τὸ ἐπισφάζειν τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρί, καὶ ὅταν ἐπικηρυκεύονται κιθαρίζειν] MSS. καθαρίζειν.

ΓΕ'ΦΥΡΑ, πόλις Βοιωτίας.

— Ἀφ' οὗ καὶ Γεφυραῖα ἡδύν] Cl. Salmaſius legit: Γεφυραῖα ἀηδών. Joannes Meurſius lib. V. lect. Attic. cap. 31. Γεφυραία ἡ Δηώ. Quoniam Ceres ibi colebatur, ut docet Etymologici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

gici auctor. Sed vix puto Stephanum hac voce uſum fuiſſe. Quare lego potius : Γεφυραῖα ἡ Δημήτηρ, ut apud Etymologum. error natus ex contractiore ſcribendi ratione, ἡ δημρ.

ΓΗ῀, ἀπὸ τοῦ γέα κεχυθέν.

— Ἡ παρὰ τὸ γῆ, γήγειος] Salmaſius legit: γήϊος.

ΓΗΘΟΥΣΣΑ, πόλις Λιβύης.

— Ἡ Γηθούσιος, ὡς Σιτοῦσιος] Legendum: ὡς Πιτυοῦσιος. Vide infra h. v.

ΓΗΛΥ῾Σ, ἔθνος, οὗ μέμνηται Ἀσίννιος Κουάδρατος] Γελαῖοι Cedreno, ubi male interpretantur, ἀγελαῖοι. Γῆλοι Bardeſani Syro apud Euſebium lib. VI. Præpar. Euang. cap. 10. pag. 275. & mulieres eorum Γήλισσαι. Cæſario Dial. II. Interrog. 109. quem tamen ſua ex Bardeſane hauſiſſe, certum eſt, non Γῆλοι, ſed Γῆλαι dicuntur. Videntur autem iidem, qui Dionyſio appellantur Γηλοὶ, in Perieg. v. 1019.

Γηλοί τε, Μάρδοι τε, καὶ ἀνέρες Ἀτροπατηνοί.
Geliqꝫ, Mardique, & homines Atropateni.

Ita exiſtimavit etiam Cl. Salmaſius. Pro Ἀσίννιος autem ſcribe, Ἀσίνιος. Sic enim *Quadratus* hic appellatur infra v. Μεσσήνη.

ΓΗ῾ΡΕΙΑ, πόλις Ἰνδική, πλέουσα ἀπὸ Δηελάδη.

— Τὸ ἐθνικὸν Γηρειάτης] MSS. Γηρείτης.

ΓΙ῾ΓΩΝΟΣ, πόλις Θρᾴκης, προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ] Convenit ſitus cum eo, quem huic urbi dat Herodotus lib. VII. cap. 123. Thucydides lib. I. pag. 40. ubi Scholiaſtes Græcus eam in Macedoniæ & Thraciæ confinio ſitam ſcribit, non procul à Potidæa.

— Ὃς Διονύσῳ ἡττήθη] MSS. ὃν ἥττησε Διόνυσος.

ΓΙΛΙΓΑ῾ΜΒΑΙ, ἔθνος Λιβύης.

— Ἡρόδοτος δ'] Lib. IV. cap. 169. ſed hodie ibi Γιγάμμαι legitur. an olim noſter legit Γιλιγάμμαι?

ΓΙΝΔΑ῀ΝΕΣ, ἔθνος Λιβυκὸν λωτοφάγον] Γίνδανες hodie ſcribitur apud Herodotum lib. IV. cap. 176.

— Οἳ τὸν καρπὸν μόνον τοῦ λωτοῦ ἐσθίοντες] Herodoti verba ſunt : οἳ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι. *qui ſolo loti fructu edendo vivunt.* Eodem modo adducit Herodoti verba ſupra v. Γαράμαντες.

ΓΙ῾ΝΔΑΡΑ, κώμη πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ] Ptolemæo & aliis Γίνδαρος. quomodo & legendum infra v. Κύῤῥος, ubi vulgo Σίνδαρος. quo loco plura notabimus.

— Τὸ ἐθνικὸν Γινδαρεύς] In Subſcript. Concilii Nicæni, *Gindarenus.* in Codice Canon. edit. Roman. Concilior. *Gindarenſis.*

ΓΙ῾ΤΤΑ, πόλις Παλαιστίνης] Patria Goliathi. Fl. Joſephus lib. VI. Antiq. Jud. cap. 10. pag. 187. ejus meminit numero ſingulari : πόλεως δὲ Γίττης. ſed pag. 195. plurali : περὶ τῶν Γιττῶν βασιλεῖ. & pag. 206. ὁ τῶν Γιττῶν βασιλεύς. pag. 203. poſtquam τῆς Γίττης βασιλέα vocaſſet, mox ſubjicit : τῶν Γιττῶν. Euſebio in Topicis Γὲθ dicitur, ubi inter Eleutheropolin & Dioſpolin ſitam fuiſſe oſtendit.

ΓΛΑ῾ΝΙΣ, ποταμὸς Κύμης.

— Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς γλάνις, ὁ καλούμενος γλάνιος. ἔστι καὶ Ἰβηρίας ποταμός. ἔστι καὶ Ἰταλίας τρίτος ποταμός] Locus hic procul dubio corruptus; inepte enim dicitur : *& ab eo piſcis Glanis, qui vocatur Glanius.* In uno MS^to^. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς ὁ καλούμενος Γλάνιος. Alter nihil mutat. Philipp. Cluverius locum hunc emendare ſic conatur lib. II. Ital. Antiq. cap. 10. pag. 703. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς, ὁ καλούμενος Γλάνιος. ἔστι καὶ Ἰβηρίας ποταμὸς Γλάνις. ἔστι, &c. Verum hanc emendationem nunquam viris doctis probaturus mihi videtur. Alium enim hæc errorem, & quidem multo graviorem involvit, quaſi ſcilicet piſcis iſte non etiam *Glanis* vocatus eſſet. Certe Tzetzes ad Lycophronis locum à noſtro adductum pag. 116. Γλάνις ποταμὸς Ἰταλίας καὶ Κύμης, ἔνθα καὶ ὁμώνυμος αὐτοῦ ἰχθῦς, ὥς φασι, γίνεται. Si enim ὁμώνυμος, ergo Γλάνις. Verum de hoc nullum dubium eſſe poteſt. Nam & ſic appellatur Ariſtophani, Ariſtoteli, Athenæo, Æliano, Pauſaniæ, Phavorino. Plinio item aliquoties *Glanis.* An pro vero nomine falſum aut ſane dubium ſubſtituere juvat? Quid igitur? Pro ὁ καλούμενος omnino legendum : ὁ κλινόμενος. De declinatione Γλάνις loquitur. Ita noſter paſſim vv. Ἄθως. Ἀμύκλαι. Βισωνία. Ἐρέτρια. Κρεῦσις. Μέμφις. Νέδων. Σάϊς. Τύλις. Ψέντρις. Facit autem Γλάνις in ſecundo caſu Γλάνιος. Pauſanias lib. IV. pag. 28. Οὗτοι γὰρ δὴ θηρία ὅμοια τοῖς μάλιστα ἀνδροφάγα αὔξουσιν, τῶν ἐν Ἕρμῳ καὶ Μαιάνδρῳ Γλάνισιν ἐοικότα ἰδέας, πλὴν χρόας τε μελαντέρας καὶ ἀλκῆς. ταῦτα δὲ αἱ Γλάνεις ἀποδέουσιν. *Hi enim hujuſmodi alunt belluas, quæ, ut quævis aliæ, devorandis hominibus inhiant, ſpecie vero accedunt ad eas, quæ in Hermo & Mæandro degunt, Glanes : ſed colore ſunt nigriore ac robore majore. His enim Glanes illis belluis ſunt inferiores.* Ad quem locum Frid. Sylburgius minus recte, αἱ Γλάνεις Attica craſi dictum cenſet, pro αἱ Γλάνιδες. potius enim craſis eſt ex dialecto Ionica, qua dicitur Γλάνεες pro Γλάνιες. ex Γλάνεες vero fit Γλάνεις, ut ex Γλάνιες, Γλάνις.

ΓΛΑΥ῾ΚΟΥ δῆμος, ἐν Λυκίᾳ.

— Ὁ δημότης Γλαυκόδημος] Puto legendum : Γλαυκοδήμιος. ut putavit quoque Salmaſius.

ΓΛΑΦΥΡΑ`Ι, πόλις Θεσσαλίας. Ὅμηρος· Βοίβην, καὶ Γλαφύρας] Iliad. B. v. 712.

— Ἀπὸ Γλαφύρου τοῦ Μάγνητος, κτίσαντος] Lege : ἀπὸ Γλαφύρου. ut ſupra v. Βοίβη. Euſtathio tamen, apud quem multo plura extant,

quam nunc hic leguntur, etiam dicitur Γλαφύρα. ad dictum illum locum pag. 327.

ΓΛΗ͂ΤΕΣ, ἔθνος Ἰβηρικόν] Straboni lib. III. pag. 166. Ἴγλητες, quod Iſaacus Caſaubonus ſine neceſſitate mutare conatur in Γλῆτες. Idem enim populus Γλῆτες & Ἴγλητες dicti, ut idem Γνῆτες & Ἴγνητες. de quibus paullo poſt.

— Μετὰ τοὺς Κυνήτας. Ἡρόδωρος δεκάτῳ] Vide infra v. Κυνητικὸν, ubi eadem *Herodori* auctoritas adducitur. Locus autem iſte Herodori totus ex Stephano profertur à Conſtantino Porphyrogenneta lib. de Adminiſtrando Imperio cap. XXIII. ſed ibi perperam Ἡρόδοτος editur pro Ἡρόδωρος. ſic autem ſe habet. Ἡρόδοτος ἐν τῇ ι καθ' Ἡρακλέα γέγραφεν ἱστορίᾳ οὕτως. Τὸ δὲ Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο ὅπερ φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλεια τοῦ διάπλου διώρισται ὀνόμασιν, ἓν γένος ἐὸν κατὰ φῦλα. πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις οἰκοῦντες τὰ δυσμέων Κύνιτες ὀνομάζονται. ἀπ' ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς βορέαν ἰόντι Γλῆτες. μετὰ δὲ, Ταρτήσιοι. μετὰ δὲ Ἐλβυσίνιοι. μετὰ δὲ Μασινοί. μετὰ δὲ Κελκιανοί. ἔπειτα δὲ ἡ Διορόδανος.

ΓΛΙΣΣΑ͂Σ, πόλις Βοιωτίας· ἢ ἀπὸ Γλίσωνος, ἢ ἀπὸ Γλίσαντος] Scribe per duplex σσ. ἢ ἀπὸ Γλίσσωνος, ἢ ἀπὸ Γλίσσαντος cum Euſtathio ad Iliad. B. pag. 269. ubi ipſius Stephani verba adducuntur. Apud Strabonem tamen lib. IX. pag. 411. & ſeq. per σ unum, Γλισὰς, bis ſcribitur. & apud Plutarchum in Amat. Narrat. pag. 774. pro Φῶκος Βοιώτιος μὲν ἦν τῷ γένει· ἦν γὰρ ἐκ Κλείσαντος. legendum, ἐκ Γλίσαντος. uti optime vidit interpres, qui vertit: *Phocus Bœotius erat, Gliſante urbe natus.*

ΓΝΗ͂Σ, ἔθνος οἰκοῦσαν τὴν Ῥόδον] Vide infra v. Ἴγνη.

ΓΟΛΓΟΙ͂, πόλις Κύπρου, ἀπὸ Γόλγου τοῦ ἡγησαμένου τῆς Σικυωνίων ἀποικίας] Theocrito dicitur Γολγὸς, ſingulari numero, Idyll. XV.

Δέσποιν' ἃ Γολγόν τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας.
Domina quæ Golgon & Idalium diligis.

Ubi interpres: Γολγὸς, πόλις Κύπρου, ὠνομασμένη ἀπὸ Γόλγου τινος Ἀδώνιδος καὶ Ἀφροδίτης. Unde exiſtimare quis poſſet, ita & hic legendum. Γόλγοι tamen dicuntur Lycophroni pag. 98.

Πέμπτοι τέταρτοι γαῖαν ἵξονται θεᾶς
Γόλγων ἀνάσσης.
Quinti quarti venient in terram deæ
Golgorum reginæ.

ubi Tzetzes: Γόλγος, τόπος ἔνθα Κύπρου, θεᾶς τῆς Ἀφροδίτης.

— Λέγεται καὶ Γόλγον, οὐδετέρως] MSS. Γόλγιον.

ΓΟΜΟΛΙ͂ΤΑΙ, ἔθνος τῆς Ἰδουμαίας] Si ex Joſepho ipſo hæc hauſiſſet auctor, ſcripſiſſet Γοβολῖται, quomodo apud illum legitur.

— Ἀπὸ Ἀμαλήκου, Ἀμαληκίτης ἐκλήθη] Lege: Ἀμαληκῖτις. ſupra v. Γέβαλα, loca Joſephi adduximus.

ΓΟ͂ΝΔΡΑΙ, Θρᾴκιον ἔθνος· λέγεται δὲ παρ' Ἡροδότῳ Κίνδρα καὶ Ῥόνδρα] MSS. Ἡρωδιανῷ.

ΓΟΝΕΙ͂Σ, πόλις Θρᾴκης. οἱ κατοικοῦντες ὁμοίως] Γοννεῖς dicuntur Euſtathio ad Iliad. B. pag. 291.

ΓΟ͂ΝΝΟΙ, πόλις Περραιβίας.

— Γράφεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ υ. τοὺς δὲ Περραιβοὺς καλοῦντας ἑαυτούς. Καὶ Γόννον διὰ δύο ν τὴν πόλιν] MSS. γ. δ. καὶ χωρὶς τοῦ υ. ſcribendum χωρὶς τοῦ ν, hoc eſt, per ſimplex ν. non per υ, ſic enim Γοῦνος dicere debuiſſent. Deinde lacuna eſt, quam ſic explendam docet nos Euſtathius ad Iliad. B. pag. 335. Αἰολεῖς δὲ ὄντες οἱ Περραιβοὶ, ἐδίπλουν τὰ σύμφωνα, Περραιβοὺς ἑαυτοὺς καλοῦντες, καὶ Γόννον διὰ δύο ν, τὴν πόλιν. Duplicatio conſonantium in uſu frequente apud Æoles erat. Tzetzes ad Lycophr. pag. 50. Ἄμμος Αἰολικῶς διὰ δύο μμ. ἐκεῖνοι γὰρ πάντα τὰ σύμφωνα διπλασιάζουσι.

— Γόνα γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ Γόνατα] Lege: Γόννατα. ex Euſtathio d. l.

ΓΟΝΟΥ͂ΣΣΑ, πόλις Περραιβίας] Euſtathius Γονοῦσα legit per unum σ ad Homeri Iliad. B. pag. 291. Lycophroni Γόνος pag. 147.

Ἰρόν τε καὶ Τρηχῖνα καὶ Περραιβικὴν
Γόνον.
Irum, Trachina, Perrhæbicamque
Gonum.

ubi Tzetzes: Γόνος, ἡ λεγομένη Γονοῦσα πόλις Περραιβίας. οἱ δὲ Περραιβοὶ ἔθνος Ἠπειρωτικόν. admodum inepte; nam Πρασαιβοὺς, Epiri gentem, & Περραιβοὺς Theſſaliæ confundit. Eſt & Γονοῦσα Siciliæ palus apud Lycophronem pag. 140.

Κάμψας, Γονοῦσάν τ' ἠδὲ Σικανῶν πλάκας.
Ambiens, Gonuſamque & arva Sicanorum.

uti ad illum locum docet Tzetzes.

ΓΟΡΓΙ͂ΠΠΙΑ, πόλις Ἰνδικῆς] Iſ. Caſaubonus ad Strabonem lib. X. pag. 495. recte monuit pro Ἰνδικῆς, hic legendum: Σινδικῆς. infra v. Σύνδικος. Σύνδικος, πόλις προσεχὴς τῇ Σκυθίᾳ, ἔχουσα λιμένα, ἔνιοι δὲ Γοργιππίαν καλοῦσι.

ΓΟΡΔΙ͂ΕΙΟΝ, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ] Arrianus in ipſo fine lib. I. pag. 28. Γόρδιον vocat: ſed apud hunc auctorem locorum nomina, ferme omnia, vitiata leguntur. Situm autem ejus ad Sangarium amnem ibidem deſcribit. Fuit & Γόρδος Lydiæ locus, ex pago in oppidum exſtructus à Cleone Latronum duce iſthinc oriundo, & nomine *Juliopolis* ab eo appellatus, teſte Strabone lib. XII. pag. 574. cujus gentile Γορδηνός. Sic enim in Alexandri Severi nummo apud Occonem, ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΓΟΡΔΗΝΩΝ. & in alio M. Aurelii Antonini apud Franc. Angelonum, circum Cererem ſerpentum curru vectam cum duabus facibus, ΓΟΡΔΗΝΩΝ. & in magno nummo M. Aurelii & L. Veri apud Franc. Gotifredum circum

Ce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Cererem ſerpentum biga vectam cum duabus facibus, ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΓΟΡΔΗΝΩΝ. & in alio M. Aurelii Antonini apud Principem Leopoldum circum Cererem ſtolatam & velatam, ΕΠΙΓ. ΑΝΑΛΥΝΟΥ ΙΟΥΛΙΕΩΝ ΓΟΡΔΗΝΩΝ. Denique in Caracallæ nummo apud Franc. Gotifredum circum Fortunæ ſignum cum clavo & cornu copiæ, ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Sed quid Ceres in hujus urbis nummis ſignificat? Numquid *Gordos* hæc honorem ſibi ſumit, qui Gordyæis Perſidis debetur?

— Ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου] Herodotus lib. I. cap. 14. Μίδαν τὸν Γορδίεω vocat. Curtius lib. III. cap. I. *Phrygia tunc habebat quondam nobilem Midæ regiam, Gordium nomen eſt urbi, quam Sangarius amnis interfluit, pari intervallo Pontico & Cilicio mari diſtantem.*

ΓΟΡΔΙΟΥ ΤΕΙΧΟΣ, πόλις Μίδου.

— Ὁ πολίτης Γορδιοτειχίτης] Supra v. Ἁρπαλύκεια.

ΓΟΡΔΥΑΙ͂Α, χώρα Περσική] Beroſus apud Joſephum lib. I. & ex eo apud Euſebium περὶ Τοπικῶν. & lib. IX. Præpar. Euang. cap. II. Κορδυαίους vocat per K. Apud Epiphanium in Ancorato cap. 58. male editur, Καρδιέων. & lib. I. Panarii cap. 4. Καρδυέων. utrobique pro Κορδυαίων vel Κορδιαίων. Καρδιεῖς enim neutri loco conveniunt. Immo à Καρδία, Thraciæ urbe, non Καρδιοῦς, ſed Καρδιανὸς infra deducitur. In loco autem Ancorati Tigris naſci dicitur inter Armeniam & *Cordyæos*. Unde apparet, apud noſtrum paullo poſt per ἐκβολὰς τοῦ Τίγριδος, *fontes* ſive *ſcaturigines Tigridis* intelligendas. Eſt quoque horum montium nomen corruptum apud Arrianum, ubi Alexandri iter juxta Tigrim deſcribitur, lib. III. pag. 56. quo loco pro Σογδιανῶν legendum, Γορδυαίων vel Γορδυανῶν. Hoc enim gentile apud Q. Curtium legitur principio lib. V. *Iidem amnes quum Mediæ & Gordyanorum terras ſecare cœperunt paullatim in arctius coëunt & quo longius manant hoc anguſtius inter ſe ſpatium terræ relinquunt.* de Tigride & Euphrate.

— Ἀπὸ Γόρδιος Τριπτολέμου παιδός] Lege: Γόρδυος.

ΓΟΡΤΥΝ, πόλις Κρήτης. οὕτω δὲ διὰ τοῦ ν. ἀπὸ Ἥρωος Γόρτυος] Heſychio, Γορτύνα, πόλις, adducitur tantum. Chronicon Alexandrinum pag. 100. Γορτύναν in *Creta* à Tauro rege conditam & à matre ejus ſic appellatam ſcribit, non ab *Heroe Gortye*, uti hic: Ὁ δὲ Ταῦρος ἔκτισε ἐν τῇ αὐτῇ νήσῳ πόλιν μεγάλην· ἣν δὲ ἐκάλεσεν Γορτύναν εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ μητρὸς τῆς ἐκγόνου Πήκου Διός. *Taurus vero in ipſa inſula urbem ingentem condidit, quam Gortynam à matre, Pici Jovis nepte, nominavit.* Lycophron Γορτυνίαν, neſcio quo loco ſitam, commemorat pag. 127. ad quam illuſtrandam Tzetzes ex Theopompo Tyrſeniæ Γορτυναίαν adducit: Θεόπομπός φησιν, ὅτι παραγενόμενος ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ τὰ περὶ τὴν Πηνελόπην ἐγνωκὼς, ἀπῆρεν εἰς Τυρσηνίαν, καὶ ᾤκισεν εἰς Γορτυναίαν, ἔνθα καὶ τελευτᾷ. Hanc Γορτυναίαν Theopompi exiſtimo *Cortonam* eſſe urbem Hetruriæ antiquiſſimam.

— Οἱ δὲ Γορτύναν, ὡς ἄμυναν] Reciſa ſunt ἐθνικά, ſive à Breviatore ipſo, ſeu à librariis poſtea. Apud Heſychium: Καρπεμνίδες, οἱ Γορτύνιοι, Κρῆτες. apud Antoninum Liberalem cap. XXV. Ἀπόλλων Γορτύνιος. apud Callimachum Hymno in Dianam v. 189.

Ἔξοχα δ' ἀλλάων Γορτυνίδα φίλαο νύμφην.

Amicam plus reliquis nympham Gortynida dilexiſti.

ΓΟΥΝΑΣ, κατοικία Συρίας] Apud Suidam legitur, Γοῦνδας.

ΓΡΑΙΚΟΣ, ὁ Ἕλλην, ὀξυτόνως.

— Εἰσὶ δὲ καὶ Γραῖες] MSS. Γραῖκες.

ΓΡΗΣΤΩΝΙΑ, χώρα Θρᾴκης πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ] Γραιστωνία ſcribitur apud Athenæum lib. III. pag. 77. Vide ſupra v. Γαστρωνία.

ΓΡΥΝΟΙ, πολίχνιον Κυρηναίων, οὗ καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον καὶ ναὸς πολυτελὴς λευκοῦ λίθου] Hæc ſunt tranſlata ex Strabone: ſed ibi hodie Γρύνιον legitur non Γρύνοι, deinde Μυριναίων, non Κυρηναίων. lib. XIII. pag. 622. εἶτα πολίχνιον Μυριναίων Γρύνιον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ νεὼς πολυτελὴς λίθου λευκοῦ. *Deinde Myrinæorum oppidulum Grynium & fanum Apollinis vetuſque oraculum & templum ſumptuoſum ex albo lapide.* Primus autem error à Stephano profectus eſt. Ille enim cum pro Γρύνιον καὶ, in exemplari non emendato, forte inveniſſet, Γρύνοι οὗ καὶ, idem fideliter expreſſit. Sed per errorem. Κυρηναίων autem à Xylandro male hic eſt editum, pro Μυρηναίων, quod præfert Aldi Editio, uti jam olim notavit Abrahamus Ortelius. Nam illud Aldi, Μυρηναίων, non in Κυρηναίων, ſed in Μυριναίων tantum mutandum erat, ex Strabonis laudato paullo ante loco: cui & Herodotus ſuccinit, qui lib I. cap. 149. ubi Æolicas civitates enumerat, *Myrinæ* ſubjicit Γρύνειαν. ita enim ille vocat hunc locum.

— Τὸ ἐθνικὸν Γρυνεύς] Corruptum hoc infra v. Καρήνη. ubi pro Γρυνεῖ Πιταναῖοι legendum Γρυνεῖς Πιταναῖοι.

— Λέγεται καὶ Γρύνειος Ἀπόλλων, ὡς Παρθένιος Δήλῳ] Inde *Gryneum nemus* apud Virgilium Ecloga VI. ad quem locum Servius omnino videndus, qui multa ex Euphorione adfert.

ΓΥΑΡΟΣ, νῆσος μία τῶν Σποράδων] Arrianus lib. IV. Diſſertat. cap. 4. Γύαρα plurali numero effert: idemque facit Juvenalis Sat. I. v. 73.

Aude

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum.
Si vis eſſe aliquid.

— Ἀντίγονος δὲ ὁ Καρύστιος] Καρύστιος. Locus apud Antigonum adhuc extat in Narrat. Mirab. cap. XXI.

— Ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μύες διατρώγουσι τὸν σίδηρον] Corrigendus igitur ex hoc loco Ælianus, qui lib. v. Hiſt. Anim. cap. 14. Ἐν τῇ Πάρῳ τῇ νήσῳ Ἀριστοτέλης λέγει μῦς εἶναι καὶ μέντοι καὶ γλῶσσι τεῖσθαι τὴν σιδηρῖτιν. pro ἐν τῇ Γυάρῳ. *In Gyaro inſula Ariſtoteles ait mures ferrum, ut è ſodinis eruitur, exedere.* & ex Æliano correcto emendandus ipſe Ariſtotelis liber de Mirab. Auſcult. in quo vulgo legitur: ἐν Κύπρῳ τῇ νήσῳ λέγεται τοὺς μέτας τὸν σίδηρον ἐσθίειν. quod vertunt: *In Cypro inſula Metas ajunt ferrum devorare.* quinam *Metæ?* inepte. Lege: Ἐν Γυάρῳ τῇ νήσῳ λέγεται τοὺς μύας, &c. *In Gyaro inſula mures ajunt ferrum comedere.*

— Καὶ ὅτι ἡ ἄχερδος ἐκεῖ θανάσιμόν ἐστιν] Apud Antigonum: ἐν δὲ τῇ νήσῳ θανάσιμός ἐστιν ἄχερδος.

ΓΥ'ΖΑΝΤΕΣ, ἔθνος Λιβυκὸν, ὡς καὶ Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ] Apud Herodotum lib. IV. cap. 194. hodie Ζύγαντες ſcribitur. Τούτων δὲ Ζύγαντες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται, πολλῷ δ' ἔτι πλέον λέγεται δημιουργοὺς ἄνδρας ποιέειν. *Zabecibus finitimi ſunt Zygantes, ubi magnam vim mellis apes conficiunt, ſed multo plus opifices viri facere dicuntur.* & ſupra à noſtro v. Βύζαντες, clare dictum: παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ Γύζαντες. nam improbando orthographiam Herodoti, qualis fuerit, teſtatur: idemque facit iterum infra v. Κυραυνίς. Præterea Eudoxus *Gyzantes* illos appellat, apud Apollonium Hiſtor. Mirab. cap. XXXVIII. Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος ἐν τῷ ζ, τῆς Περιόδου, ἐστὶν ἐπὶ πᾶσι τῶν ἐν Λιβύῃ τι ἔθνος εἶναι, ὁ ὑπὲρ ἄνω Σύρτεων δὲ καὶ Καρχηδόνος πρὸς ἀνατολὰς κείμενοι, οἱ καλοῦνται Γύζαντες, οἵτινες τέχνην ἐπιτηδεύουσιν, τὰ ἄνθη συλλέγοντες τὰ ἐν τοῖς τόποις μέλι ποιεῖν τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, ὥστε γίγνεσθαι οἷον τὸ ὑπὸ τῶν μελισσῶν γιγνόμενον. *Eudoxus Cnidius in ſeptimo circuitionis libro ait, in Africa quandam eſſe gentem, quæ ſupra Syrtes & Carthaginem, verſus Orientem incolat, Gyzantes appellata: hancque exerceat artem, quod flores iſtis in locis colligat, melque ea copia & qualitate ex iis conficiat, ut apum æquet mellificium.* in quo loco, cum idem tradatur de confectione mellis artificioſa apud *Gyzantas*, quod hodierni Herodoti codices narrant de *Zygantibus*, nullum eſt dubium, quin apud Herodotum d.l. pro Ζύγαντες ſcribendum ſit, Γύζαντες.

ΓΥ'ΘΕΙΟΝ, πόλις Λακωνική. Λυκόφρων· Δισσὰς σιλάμβας, κἀπὶ Γυθείους πλάκας] Apud Lycophronem pag. 21. legitur.

Δισσὰς σιλάμβας κἀπὶ Γυθίου πλάκας.
Ad oſtia gemina & Gythii æquora.

quare hic pro Γυθείους ex mente Stephani ſcribendum Γυθείου.

— Τινές φασιν, ὅτι Πύθιον ἐκαλεῖτο, κακῶς] Videtur deceptus fuiſſe auctor mendoſis codicibus, in quibus Πύθιον ſcriptum pro Γύθιον extabat. Facilis enim duarum literarum Γ & Π, propter non multum à ſe in vicem diſcrepantem figuram, permutatio. Sic Γεράστιος etiam Περάστιος ſcribi obſervat ſupra. Γύθιον autem genuinum huic urbi fuit nomen. Nam ſic appellatur à Lycophrone, Strabone, Iſidoro, Ptolemæo, Polyæno (qui lib. II. pag. 127. Γύθιον τὸ τῆς Σπάρτης ἐπίνειον. *Gythium, Lacedæmonis portum,* appellat) Tzetze ad Lycophr.

— Ὁ πολίτης Γυθεάτης] Sic in nummo apud Goltzium legitur, ΓΥΘΕΑΤΩΝ.

ΓΥΛΑ'ΚΕΙΑ, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ τῆς Ἰλλυρίας Ἀπολλωνία ἀπὸ Γύλακος Κορινθίου] Vide ſupra v. Ἀπολλωνία.

ΓΥΜΝΗΣΙ'ΑΙ, δύο νῆσοι περὶ τὴν Τυρσηνίδα] Ponit auctor inſulas *Baleares* ſive *Gymneſias* in mari *Tyrrheno*, ſequutus ſcilicet Lycophronem, cujus verſus adducit. Idemque facit Tzetzes ad iſtum Lycophronis locum pag. 104. Sed vetuſtiſſimi iſti Geographi, quorum auctoritate hoc fit, non ſatis illa loca cognita habuerunt, & propterea mare *Tyrrhenum* latius ab illis extenditur. Lycophron tamen in ſequentibus expreſſe indicat fuiſſe eas juxta Hiſpaniæ oram.

— Καρκίνοι πεπλωκότες] Apud Lycophronem legitur: καρκῖνοί τε πεπλευκότες.

— Νήλιπον βίον] MSS. νήλιπον πόνον. Lycophron ut vulgata.

— Καὶ ἀρσενικῶς ἐθνικὸν, Γυμνήσιος, Γυμνησία] MSS. Καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς, Γυμνήσιος, &c.

— Ἐκλήθη δὲ τὸ ἔθνος, ὅτι τῷ θέρει γυμνοὶ μένουσιν] Opinionem hanc, quod inſulæ hæ Græcis dictæ *Gymneſiæ*, ex eo, quod habitatores illarum *nudi* incederent, refellit poſt Geſnerum Cl. Salmaſius in Exercitat. ad Solin. pag. 480. docetque ex eadem cauſſa Græcis Γυμνησίας dictas, ex qua Latinis *Baleares.* Γυμνῆτες enim Græcis appellantur *funditores, levis armaturæ milites.* Heſychius: Γυμνῆτες, οἱ μὲν ἔχοντες ὅπλα, οἱ δὲ τοὺς σφενδονήτας, οἱ δὲ τοὺς γυμνοὺς μαχομένους.

— Ἐκλήθησαν δὲ καὶ Βαλιαρίδες, ἀφ' οὗ Βαλιαρεῖς τὸ ἐθνικὸν, ὅ ἐστι σφενδονῆται] Latinis *Baleares*, vel *Baliares*, ἀπὸ τοῦ βάλλειν. unde recte Βαλιαρεῖς vertuntur σφενδονῆται à noſtro, ut Γυμνῆτες σφενδονῆται ab Heſychio. Aliam appellationis originem ex Dione adfert Tzetzes ad Lycophronem, qui ab Iberis inſulas has Βαλεαρίας, ἤτοι Γυμνασίας vocatas vult: ſed præter omnium veterum mentem.

ΓΥΝΑΙΚΟ'ΠΟΛΙΣ, πόλις Φοινίκων.

— Ἡ

— Ἠ ὅτι γυνή τις Νομάρχου] Νομάρχης non eſt proprium nomen, ſed appellativum ut τοπάρχης· νόμοι enim in Ægypto præfecturæ appellabantur.

— Ἔστι καὶ γυναικῶν λιμὴν περὶ τὴν λεγομένην Φιδάλειαν, τὴν μεταξὺ Ἀνάπλου] MSS. τὸ μεταξὺ Ἀνάπλου.

— Καὶ τοῦ Λεωσθενείου] Sinus Boſpori Thracii, qui *Laſthenes* Dionyſio Byzantio dicitur apud Petrum Gyllium lib. II. de Boſporo Thracio, cap. 14. hodie *Sthenion* aut *Soſthenion* appellatur à Byzantinis.

— Μετὰ Στροίβου τοῦ ἀδελφοῦ Βύζαντος] Joannes Meurſius legit μετὰ Στρόμβου, ex Heſychio Mileſio, qui lib. de Rebus Patriis Conſtantinopoleos pag. 48. οὐ μετὰ πολὺν δὲ χρόνον Στρόμβος ἀνὴρ τοὔνομα, καὶ αὐτὸς ἐκ Κεροέσσης τεχθεὶς, πόλεμον ἐπιφέρει τῷ Βύζαντι πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν. *Non ita multo poſt Strombus quidam & ipſe Ceroeſſæ filius, contra Byzantem cum magnis copiis arma cepit.*

ΓΥ'ΡΤΩΝ, πόλις τῆς Θεσσαλίας, καὶ Περραιβίας, ἣν Ὅμηρος Γυρτώνην καλεῖ] Ita quoque hæc leguntur apud Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 333. unde non in librarios culpa rejicienda, ſed auctor reprehendendus, quod non dixerit, Θεσσαλίας ἢ Περραιβίας. *Perrhæbia* enim *Theſſaliæ* pars eſt. Euſtathius, etſi in Stephani verbis hunc errorem fideliter exprimat, in ſuis tamen paullo poſt eundem evitat, cum dicit: Ὀρθὴ πόλις δέ φασι καὶ αὐτὴ Περραιβίας ἢ Θεσσαλίας. Sed noſter ignoravit *Perrhæbiam Theſſaliæ* partem eſſe, ut apparet etiam infra v. Κύφος. Rectius autem Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. v. 57. Γυρτῶνα. ἣν Ὅμηρός φησι Γυρτώνην· ἔστι δὲ πόλις Θεσσαλίας ἡ Περραιβίας. Vide & infra v. Κραννών.

— Ἀπὸ Γύρτωνος τοῦ Φλεγύου ἀδελφοῦ, ὅστις αὐτὴν ἔκτισεν] Scholiaſtes Apollonii pergens loco paullo ante adducto: ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Γυρτώνης τῆς Φλεγύου. Rurſus Orpheus *Gyrtonæ* conditorem dicit Phalerum Alconis filium Argonaut. v. 143.

Ἄλκωνος δὲ Φάληρος ἀπ' Αἰσήποιο ῥοάων
Ἤλυθεν, ὃς Γύρτωνος ἀλιστεφὲς ἔκτισεν ἄστυ.
Phalerus Alconis filius ab amne Æſepo
Venit, qui munitam Gyrtonis ædificavit urbem.

— Ὁ πολίτης, Γυρτώνιος] Sic in nummo Pyrrhi Ligorii circum caput muliebre, ΓΥΡΤΩΝΙΩΝ. in cujus altera parte caput juvenis cum galea criſtata conſpicitur, juxta cujus frontem leguntur duæ literæ Π Ε. quas Ligorius, forte non male, ΠΕΡΡΑΙΒΙΑΝ ſignificare putat.

ΓΥΨΗΙ'Σ, νῆσος Αἰθιοπίας] Lege XXVI. Cod. de Pœnis (quæ è lib. LX. Βασιλικῶν tit. 51. cap. ult. eo à Jacobo Cujacio relata eſt) *Gypſus* & *Oaſis* appellantur loca exiliis deſtinata: prohibenturque illa lege magiſtratus Alexandriæ & Thebaïdos exules in *Gypſum* vel *Oaſin* mittere ultra ſex menſes, vel ad ſummum, ultra annum. Ratio, ut à Græcis interpretibus redditur, quod *Oaſis* infeſta culicibus muſciſque grandioribus fuerit, exulibus ſæpe mortis cauſſam adferentibus. Non dubito, quin loca vicina fuerint.

— Ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτῃ] Forte ſcripſit: ἐν περίπλου vel περίπλων πρώτῃ.

Δ.

ΔΑΙ'Α, Σκυθικὸν ἔθνος· εἰσὶ δὲ Νομάδες. λέγονται καὶ Δάσται, μετὰ τοῦ σ.] Cl. Salmaſius legit, ΔΑ'ΑΙ. & hoc ſequentia evincunt. Fuerunt & Δάοι dicti: alii vero Europæi, alii Aſiatici fuere. Europæi videntur *Daci* poſtea dicti, de quibus infra v. Δακία. Aſiatici vaſtiſſimas terras incoluere, à mari Caſpio orientem verſus, quorum Alexandri Magni hiſtoria pleniſſima eſt. Herodotus lib. I. cap. 125. inter Perſidos gentes etiam Δάους enumerat. Sed vide Euſtathium ad Dionyſium pag. 43. Apud Suidam tamen v. Ἀγαθὸς, neſcio quo auctore, legitur Δαΐους. Τοὺς δὲ Δαΐους ἀγαθοὺς μὲν ἀκοντιστὰς, ἀγαθοὺς δὲ καὶ ἐν χερσὶ ποιήσασθαι μάχην. Quod interpres inſolita ſcriptura deceptus pro nomine appellativo interpretatus eſt: *Bellicoſos vero dicimus bonos quidem jaculatores, bonos etiam ad pugnam manibus committendam.* Sed procul dubio de Δάοις loquutus eſt is, cujus ea verba ſunt.

ΔΑΙ'ΔΑΛΑ, πόλις τῆς Ῥόδου] MSS. Δ. πόλις τῆς Ῥοδίας. Recte. Sed addit Salmaſius: Ῥοδίαν *vocavit* Ῥόδον, *ut Varro Meliam Melon, & Chiam Chion.* Perperam. Nam in τῆς Ῥοδίας ſubintelligitur χώρας. Sic loquitur Strabo lib. XIV. pag. 651. Ἀρχὴ δὲ τὰ Δαίδαλα τῆς Ῥοδίας χώρας· πέρας δὲ τὸ καλούμενον ὄρος Φοῖνιξ καὶ τοῦτο τῆς Ῥοδίας. *Initium ſunt Dædala Rhodiæ continentis, finis mons Phœnix & ipſe Rhodiæ.*

— Στράβων ιδ'. ἔστι καὶ ὄρος τῆς Λυκίας τὰ Δαίδαλα] Sic habet Strabo lib. XIV. pag. 664.

ΔΑΙΔΑ'ΛΕΙΑ, πόλις Ἰταλίας.
Fuit *mons* hic Cariæ & Lyciæ terminus, neque id ignoravit noſter infra v. Τελμισσός.

— Τὸ ἐθνικὸν, Δαιδαλεύς] Joannes Nunneſius Notis in Phrynichum, Δαιδαλιεύς legit. ſed male. Nam eadem ratione Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρεὺς, Ἀντιόχεια Ἀντιοχεὺς, Σελεύκεια Σελευκεὺς, ab Ἀλέξανδρος, Ἀντίοχος, Σέλευκος qua Δαιδάλεια Δαιδαλεὺς, ab Δαίδαλος.

ΔΑΚΙ'Α, χώρα πλησίον Βορυσθένους.

— Οἱ Δάκοι, οὓς καλοῦμεν Δάους] Cave credas Stephano vel potius Epitomatori ejus *Dacos* Juſtinianeo ævo dictos fuiſſe *Daos*. Semper enim hi Romanis & Græcis eorundem temporum appellati ſunt *Daci*. Sed Herodoti ævo minus adhuc cogniti, *Dai* vocabantur. Certe

Strabo *Daos* eoſdem eſſe, qui deinceps *Daci*, inde probat, quod Atticorum ſervi olim plurimi dicerentur *Dai* & *Getæ*, & quod probabilius ſit ab illis locis, ubi *Daci* tunc habitabant, Atticos petiiſſe mancipia hæc, quam ab illis Aſiaticis & Hyrcanis, utpote locis longinquis, in Græciam invexiſſe. Ad quod argumentum reſpondet Cl. Salmaſius in Plinianis Exercitat. pag. 796. nomen Δάου pro mancipio non uſurpatum, niſi in Comœdia nova, & ab iſtis Comicis, qui poſt Alexandri tempora fabulas docuere, in veteri illud non inveniri. Unde valde veroſimile putat, Alexandrum Magnum, ſubjugatis & devictis *Dais*, frequentes in exercitu ſuo feciſſe ex iſta gente ſervos, ac poſtea in Græciam tranſlatum eorum nomen & uſum fuiſſe. Sed unde fit, quod cum *Davis* iſtis, nam ita Latini Δάους Græcorum extulerunt, in Comœdia nova conjungantur *Getæ*, aut an iſti etiam ab Aſia in Græciam venerunt? Nam quod putat, Strabonem ſibi contradicere, quod lib. XI. pag. 515. tradat, non prorſus in confeſſo eſſe, an ulli extiterint Δάοι vel Δάαι ſupra Mæotim, non video quomodo procedat, niſi aſſirmaverit Strabo Atticos mancipia hæc ex locis ſupra Mæotim petiiſſe; quod certe non fecit. Exiſtimat enim ex illis locis petita, ubi *Daci* tunc habitabant, id eſt, ex illo tractu, in quo ſuperiores Danubii partes ſunt uſque ad fontes ejus & Germaniam, qui tractus immenſum quantum ab eo diſtat, qui ſupra Mæotim eſt. Locum Strabonis, quo hæc traduntur, mox totum ſubjiciemus.

— Γέτας γὰρ τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ τὴν ἕω· Δάους δὲ τοὺς πρὸς τἀναντία πρὸς τὴν Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς] Verba ſunt Strabonis, ſed mutilata & diſtorta à noſtro pro more: apud quem totus hic locus ſic extat lib. VII. pag. 304. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος τῆς χώρας μερισμὸς συμμένων ἐκ παλαιοῦ. τοὺς μὲν γὰρ Δάκους προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας. Γέτας μὲν τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ πρὸς τὴν ἕω. Δάκους δὲ (non Δάους δὲ, ut hic) τοὺς εἰς τἀναντία πρὸς Γερμανίαν καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς, οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν. ἀφ᾽ οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται καὶ Δάοι. τοῦτο γὰρ πιθανώτερον ἢ ἀπὸ τῶν Σκυθῶν, οὓς καλοῦσι Δάας· πόῤῥω γὰρ ἐκεῖνοι περὶ τὴν Ὑρκανίαν· καὶ οὐκ εἰκὸς ἐκεῖθεν κομίζεσθαι ἀνδράποδα εἰς τὴν Ἀττικήν. *Eſt & alia regionis diſtributio, quæ ab antiquo perduravit, ut alii Daci, alii Getæ appellentur. Getæ, qui verſus Pontum & Orientem inclinant: Daci, qui in diverſum ad Germaniam & Iſtri fontes, quos puto antiquitus Davos appellatos: unde etiam apud Atticos in uſu fuerint ſervorum nomina Getæ & Davi: id enim probabilius eſt, quam à Dais Scythis procul apud Hyrcaniam diſſitis, dictos fuiſſe: cum veroſimile non videatur inde in Atticam allata mancipia.*

— Καὶ παρ᾽ Ἀττικοῖς δὲ τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Δάοι ἢ Γέται] Hæc quoque ſunt è Strabonis loco ſupra adducto deſumpta. Hinc Terentii *Davus* & *Geta* fluxerunt; ex Δάος enim, interpoſito Digamma, *Davus*.

ΔΑ΄ΛΜΙΟΝ, πόλις Δαλματίας, μεταξὺ Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας] Deprompſit hæc Stephanus ex Strabone, qui propterea ex illo corrigendus eſt, lib. VII. pag. 315. ubi olim Δαΐμμιον, deinceps Δαλμίνιον editum legitur, cum debebat Δάλμιον. Probat hoc Euſtathius, qui ſua inde haurire ſolet, ad Dionyſium pag. 19. διχῶς δὲ τὸ ἔθνος λέγεται ἢ Δαλμάται ἢ Δαλματεῖς· ἡ δὲ πόλις αὐτῶν Δάλμιον ἢ Δελμίνιον, ἢ Δέλμινον.

— Ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων τὸ διὰ ὀκταετηρίδος τῆς χώρας ἀναδασμὸν ποιεῖσθαι] Verba ſunt Strabonis d. l.

— Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ] Ita etiam appellatur Ptolemæo lib. II. cap. 17. & hoc Romani ſecuti ſunt, ut docet Velius Longus lib. de Orthographia, & Laurent. Pignorius ad veterem inſcriptionem, quondam Patavinam, apud Sertorium Urſatum in Monum. Patav. pag. 270. Inſcriptio autem hæc eſt,

IANO. PATRI
AUG. SACRUM
C. JULIUS. C. F. SER
ÆTOR. ÆD.
DONATUS. AB. TI. CÆS
AUG. F. AUGUSTO TORQ
MAIORE. BELLO. DELMA
TICO OB HONOREM
II VIRATUS CUM LIBERIS
SUIS POSUIT.

Poſtea *Dalmatæ*, quomodo adhuc vocantur, dicti.

— Κουάδρατος δὲ Δάλμιον] MSS. Δάλμινον. Euſtathius loco ante adducto Δέλμινον. quomodo & hic ſcribendum.

ΔΑΜΑΙ΄ΟΙ, ἔθνος παρὰ τοῖς ἰχθυοφάγοις] Sic reſtituendum infra v. Νοῦβαι, ubi perperam legitur Δαβαῖοι.

ΔΑΜΑΣΚΟ΄Σ, πόλις Συρίας, μεσόγειος, ὕπερθεν Φοινίκης, περὶ τὸν Βαρδίνην ποταμόν] Julianus Imp. Ep. XXIV. pag. 145. appellat τὴν Διὸς πόλιν ἀληθῶς, καὶ τὸν τῆς ἑῴας ἁπάσης ὀφθαλμόν, τὴν ἱερὰν καὶ μεγίστην Δαμασκόν. *Veram Jovis urbem, totiuſque Orientis oculum, ſacram & ampliſſimam Damaſcum.* Διὸς πόλιν dicit propter victoriam de Gigantibus hic quondam à *Jove* reportatam. Tzetzes ad Dionyſium pag. 113. ὁ μὲν Καισαρεὺς Προκόπιος τὴν Δαμασκόν φησι Διὸς τρόπαιον κατὰ γιγάντων. Ἱερὰ vero dicitur etiam in nummis. ut in Heliogabali quodam in Scriniis Ducalibus Florentiæ, in quo circum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

cum coronam querceam, ΔΑΜΑϹΚΟΥ ΙΕΡΑϹ. & in ipſa corona, ϹΕΒΑϹΜΙΑ legitur. Similem Caracallæ nummum exhibet Triſtanus Tom. II. pag. 238. niſi quod circum coronam, ΔΑΜΑϹΚΟΥ. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΟΛΟΝΙ. infra, ϹΕΒΑϹΜΙΑ. quem vide. Apud Equitem de Puteo in nummo Antonini Pii circum caput turritum muliebre, ΔΑΜΑϹΚΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟϹ. & apud eundem in nummo Decii circum figuram nudam duos angues elidentem, ϹΟΛ. ΔΑΜΑΣϹΟ. ΜΕΤΡΟ.

— Ὠνομάσθη δὲ, ὅτι εἷς τῶν γιγάντων Ἀσκὸς ὄνομα ἅμα Λυκούργῳ δήσας τὸν Διόνυσον ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμόν] Alia haud abſimilis fabula de nomine hujus urbis extat apud Photium in Excerptis Damaſcii Cod. CCXLII. pag. 1061.

— * ἐπεσχέθη Δαρμασκὸς * καὶ οὕτω Δαμασκὸς κατὰ παραφθοράν] Salmaſius ita ſupplet: καὶ ἐκ τοῦ δέρμα καὶ Ἀσκὸς ἐπεσχέθη Δερμασκὸς, εἶτα καὶ πόλιν ἔκτισε καὶ οὕτω Δαμασκὸς κατὰ παραφθοράν.

ΔΑΝΔΑΡΙΟΙ, ἔθνος περὶ τὸν Καύκασον] Indica gens circa fontes Indi, qui ex Caucaſo naſcitur. Sed varie hoc nomen ſcribitur apud diverſos auctores. Dionyſio Perieg. v. 1138. Δαρδανέες ubi tamen Δανδαρέες reſtituendum exiſtimo: Ptolemæo Δεράδραι, vel ut alii, Δαράδραι. iidem Dionyſio Δάρδαι infra h. v. vide num Δαρδάελοι Plutarchi in Lucullo iidem ſint.

ΔΑΝΘΑΛΗΤΑΙ, ἔθνος Θρακικόν] Ptolemæo Δανθηλῆται· Latinis *Denſilletæ*. Polybius in Excerptis Legationibus cap. XLVIII. Δενθηλήτους vocat, & cum Odryſis Beſſiſque conjungit.

ΔΑΝΟΥΒΙΟΝ, πόλις περὶ τὴν Ῥώμην] Debuit procul dubio Stephanus ſcribere: Λανούβιον, ſed à corruptis codicibus, in quibus Δ pro Λ ſcriptum erat, deceptus eſt.

ΔΑΝΟΥΒΙΣ, ἡ Δάνουσις, Ἴστρος ὁ ποταμός] Apud Euſtathium ad Dionyſii Perieg. pag. 42. Δανούσιος ἢ Δανούβιος legitur. ſed MS. optimæ notæ hic apud Stephanum legit, ut editur. Δάνουβις autem dicitur ſemper Anonymo in deſcriptione Ponti: & Tzetzi ad Lycophronem pag. 18. παρὰ τὸν Ἴστρον ποταμὸν τὸν καὶ Δάνουβιν καλούμενον.

— Ἐς τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν Ἄσιος] Salmaſius legit, Ἀσινής.

ΔΑΡΔΑΙ, Ἰνδικὸν ἔθνος] Sunt Δαράδραι Ptolemæo: vide ſupra v. Δανδάελοι.

ΔΑΡΔΑΝΟΣ, πόλις Τρωάδος, ἡ πρότερον Τευκρίς] Fuit epiſcopatus Ἐπαρχίας Ἑλλησπόντου ſub Metropolita Cizyceno.

— Μνασέας δέ φησιν ὅτι Δάρδανος ἐκ σι * ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ παλλάδιον ἁρπάμενος, ἀφίκετο εἰς Σαμοθρᾴκην] Chronicum Alexandrinum adductum *Palladium* dicit Romam ἀπὸ τῆς πόλεως Σίλβης. ubi in margine legitur Σίκης. Sed Suidas clare ex urbe Alba Romam advectam à Romulo docet v. Καπιτώλιον· Ὁ Ῥώμυλος μετὰ τὸ κτίσαι τὸ Παλάτιον ἔκτισε καὶ τὸ Καπιτώλιον, ὅ ἐστι κεφαλὴ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ καὶ τὸ Παλλάδιον λαβὼν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἄλβης ἀπέθετο. *Romulus Palatio condito Capitolium etiam condidit, quod eſt urbis caput, in quo etiam Palladium repoſuit ex urbe Alba tranſlatum.* Unde procul dubio ſic etiam reſtituendum in Alexandrino Chronico. Albæ vero repoſitum à Laviniatibus fuerat, quibus illud tradiderat Æneas, qui in Italiam illud ex Troja primum detulerat. Macrobius lib. III. cap 4. *Varro Humanarum ſecundo, Dardanum refert Deos Penates ex Samothrace in Phrygiam & Æneam ex Troja in Italiam detuliſſe.* Servius ad lib. II. Æneid. v. 325. è ſchedis Fuldenſibus. *Dardanum quidam ab Arcadia profectum veniſſe ad Phrygiam volunt. Alii de Samothracia ad memorata loca veniſſe dicunt, qui ex nomine ſuo Dardanos populares appellavit: qui ex Samothracia Trojam penates dicitur detuliſſe, quos poſt ſecum Æneas ad Italiam vexit.* Aliam de *Palladio* opinionem Julius Firmicus adfert lib. de errore Profan. Relig. cap. XVI. Clemens item Alexandrinus, & Arnobius: videlicet, ſimulacrum fuiſſe ex oſſibus Pelopis factum, quod Scytha aliquis Trojanis vendidit. ſed *Mnaſeas* Phœniciam Deam fuiſſe indigitare videtur, uti ex ſubjecta narratione, quod *Dardanus* in arctiſſimam Cadmi Phœnicis amicitiam receptus ſit, colligitur. Unde ſuſpicor lacunam hoc modo explendam: ὅτι Δάρδανος ἐκ Σιδῶνος ἐκ τοῦ νεὼ, &c. Confirmat hoc Lycophron, qui Ulyſſem appellat v. 658.

Δελφινόσημον κλῶπα Φοινίκης Θεᾶς.

Delphini ſignum gerentem Phœniciæ furem Deæ.

— Μετὰ Ἁρμονίας καὶ Ἰάσονος] Lege: Ἰασίωνος. ſic Marciano Perieg. v. 682. Apollodoro lib. III. Tzetzi ad Lycophronem pag. 9. & noſtro etiam vocatur infra v. Πάρον. Cononis tamen Excerptis Narrat. XXI. apud Photium pag. 433. legitur Ἰάσων. ſed mendoſe, ut puto, pro Ἰασίων. Ἰάσιος enim ab aliis dicitur, ut Heſiodo in Theogon. v. 970.

Ἰασίῳ ἥρωϊ μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι.

Iaſio heroi mixta jucundo amore.

Virgilio lib. III. Æn. v. 168.

—— *hinc Dardanus ortus;*

Iaſiusque pater, genus à quo principe noſtrum.

ad quem locum Servio pariter *Iaſius.*

— Δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα Βάτειαν] Euſtathius ad Iliad. B. pag. 351. ex Arriano refert, ὅτι Δάρδανος ἐκ Σάμου τῆς Θρᾳκίας ἐλθὼν, τὰς τοῦ Τεύκρου βασιλέως θυγατέρας ἔγημε Νησὼ καὶ Βάτειαν. καὶ ἐκ μὲν τῆς Νησοῦς ἦν αὐτῷ θυγάτηρ Σίβυλλα, ἡ μάντις, ἀφ' ἧς καὶ ἄλλαι γυναῖκες,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ὅσαι ἐγένοντο μαντικαὶ, Σίβυλλαι ἐλέγοντο. οὐχ ὡς πρὸς αἷμά τι αὐτῇ οὔσαι, ἀλλὰ διὰ τὴν ὁμοίαν θεοφορίαν, τυχοῦσαι τῆς ἐπικλήσεως. Ἐκ Βατείας δὲ Ἐριχθόνιος καὶ Ἶλος.

— Καὶ Δαρδανίαν τὴν χώραν ὠνόμασεν] Cyrillus lib. VI. contra Julianum pag. 191. Καὶ μετὰ δέ γε τοὺς περὶ τοῦ Μίνω λόγους, καὶ ἱστοριῶν Ἑλληνικῶν ποιεῖται μνήμην, τὸν Δάρδανον λέγων Διὸς μὲν ἐκφῦναι καὶ τῆς Ἀτλαντίδος Ἠλέκτρας, οἰκιστὴν δὲ τῆς Δαρδανίας γενέσθαι. *His de Minoe allatis vaſtiſſimum hiſtoriarum campum Julianus ingreditur eaſque à Græcis repetit, dicens Dardanum Jove & Electra Atlantis filia progenitum Dardaniam coloniam deduxiſſe.*

— Δαρδανία, καὶ Δαρδανική, καὶ Δαρδάνιοι, καὶ Δαρδανίδαι] Vide Euſtathium ad Iliad. B. pagg. 220. & 352. & Iliad. H. pag. 688. apud ipſum Homerum Iliad. Π. v. 807. Δάρδανος ἀνήρ. Omittitur autem Δαρδάνειον promontorium urbi *Dardano* vicinum, cujus meminit Strabo lib. XIII. pag. 587.

ΔΑΡΑΙ, ὃν * ρας φασί] Lege: ΔΑΡΙ´Α, ὃ καὶ Δαράς φασι. ſic enim ordo literarum poſtulat, & Procopius aliique appellant. Collectio Geograph. MS. Vat. Δᾶρες τὸ νῦν Ταῦρες, Δαραὶ, ὃ τινες Δάρας φασί. Procopius lib. I. Perſic. pag. 14. fin. Ἀναστάσιός τε βασιλεὺς, ἐπειδὴ αἱ πρὸς Καβάδην ἐγένοντο σπονδαὶ, πόλιν ἐδείματο ἐν χωρίῳ Δάρας, ἰσχυράν τε ὑπερφυῶς, καὶ λόγου ἀξίαν, αὐτοῦ βασιλέως ἐπώνυμον. In Chronico Alexandrino pag. 762. Δῶρας ſcribitur. ſed ibi quoque Δάρας ſcribendum docet etymologia, quæ affertur, quod ſic dicta ab Alexandro Magno, διότι Δαρεῖον τὸν βασιλέα Περσῶν ὁ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐκεῖ δόρατι ἔκρουσεν. *quod ibi Darium regem Perſarum ipſe Alexander haſta percuſſerit.* quam etymologiam Chronici auctor ab Euagrio hauſit lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 37. unde & Nicephorus Calliſtus lib. XVI. cap. 37. depromſit. Cæterum male hunc Meſopotamiæ locum *Daras* Salmaſius confundit cum *Darieo* Parthiæ ad Solinum pag. 982. & ob id jam reprehenſus eſt à Dionyſio Petavio, in Miſcell. Exercitat. poſt Julianum pag. 382.

— Φρούριον Ἀναστασίου πόλεως λεγόμενον ὀχυρώτατον] Vide Chronicon Alexandrinum & Euagrium dictis locis.

— Ὁ πολίτης Δαρηνός, ὡς Σοῦσαρ Σουσαρηνός] Forte legendum, Δούσαρη, Δουσαρηνός.

— Ἐρυθρᾶς] Ἐρυθρᾶ.

ΔΑΡΙΣΤΑ´ΝΗ, πόλις Περσική] Hoc nomen corruptum eſt: ſuſpicor autem *Darieum*, de quo Plinius lib. VI. cap. 16. intelligi.

ΔΑΡΕΙ῀ΟΝ, πόλις τῆς Φρυγίας] Puto ſcripſiſſe Stephanum Δαρίειον, idemque oppidum eſſe ſuſpicor, quod infra Δορίειον dicitur. Alias enim locum habet nullum, quod de Phrygia formatione ad gentile monet.

— Δαρειεύς] Puto legendum Δαριεύς, hanc enim vult eſſe formationem Phrygiam, qua ex duabus poſterioribus loci ſyllabis fiat una in εύς. ſic à Γορδίειον, Γορδιεύς, à Δοκίμειον Δοκιμεύς. à Δαρίειον igitur eodem modo Δαριεύς.

ΔΑΡΣΑΝΙ´Α, πόλις Ἰνδική, ἐν ᾗ αὐθήμερον ἱμάτιον ἱστουργοῦσι γυναῖκες] Αὐθήμερον.

— Οἱ οἱ] Lege: Οἷοι.

— Ἀφ᾽ ἱστοπόδων] Iſ. Caſaubonus & Cl. Salmaſius legunt: ἐφ᾽ ἱστοπόδων. Vide Vincentium Riccardum ad Procli Orat. I. pag. 82. & ad Orat. IV. pag. 172.

— Αὐτῆμαρ δὲ ἐτάμοντο * ἐρύσαντο] Cl. Salmaſius explet hoc modo lacunam hanc: καὶ ἐξ ἱστοῦ ἐρύσαντο. Ego puto, καὶ αὐτῆμαρ ἐρύσαντο.

— Ὡς Καρμάνιοι, Ὑρκάνιοι * Μάνιοι] Puto ſcriptum olim: Κ. Ὑρκάνιοι, Κορομάνιοι.

ΔΑ´ΡΣΙΟΙ, ἔθνος Θρᾴκιον] Δάρσοι Appiano princ. Illyr. *Daorſi* Livio & Vellejo. Δαόριζοι Straboni. Sed Δάορσοι verum eſſe puto. Dicta autem Δαορθὼ Illyrii filia; niſi potius Δαορσὼ legendum ſit apud Appianum.

ΔΑΣΕ´ΑΙ, πόλις Ἀρκαδική.

— Τὸ ἐθνικὸν Δασυώτης, ὡς Καφυώτης] Legendum, Δασεάτης, ὡς Καφυάτης, ut infra v. Καφύα.

ΔΑΣΚΥ´ΛΙΟΝ, πόλις Καρίας, ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ἐφεσίας, ἀπὸ Δασκύλου τοῦ υἱοῦ Περιαύδου] Mentio hujus *Daſcylu* in Epigrammate Alexandri Ætoli, de Alcmane veteri poëta Lydo, quod ſub nomine incerti legitur quidem apud Plutarchum, lib. de Exſilio pag. 599. ſed Cl. Salmaſius in Exercit. ad Solin. pag. 285. ex membranis Palatinis Alexandro Ætolo adſcribit. Eſt autem hujuſmodi:

Σάρδιες ἀρχαῖαι, πατέρων νόμος εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
Ἐτρεφόμην, κέρνας ἦν τις ἂν ἢ βακέλας.
Χρυσοφόρος ῥήσσων καλὰ τύμπανα, νῦν δέ μοι Ἀλκμὰν
Οὔνομα, καὶ Σπάρτας εἰμὶ πολυτρίποδος.
Καὶ μούσας ἐδάην Ἑλικωνίδας, αἵ με τυράννων
Θῆκαν Δασκύλεω μείζονα καὶ Γύγεω.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις μετὰ τὰ Τρωϊκὰ κτισθεῖσα] Supra v. Βρύλλιον. Δασκύλειον dicitur μικρὸν πολισμάτιον, quod exiſtimo auctorem hic intelligere.

— Τετάρτη, περὶ Βιθυνίαν] Hujus meminit ſupra v. Ἀντιγονία.

— Ἔστι δὲ καὶ Δασκυλίτης λίμνη] Δασκυλῖτις.

— Εὔδαιμος δὲ καὶ Ἀρκάδιος] Non dubito, quin noſter ſcripſerit Εὐδαίμων, uti recte conjecit Xylander. Nam cum Suidas teſtetur hunc Grammaticum ſcripſiſſe Ὀνομαστικὴν Ὀρθογραφίαν, quis non videt, hæc æque inde deſumpta, quam illa, quæ infra vv. Δοκίμειον & Καπελώλιον.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφουσι τὴν λι συλλαβὴν] Sic ſupra vv. Ἀσκανία & Βρύλλιον.

ΔΑ'ΣΚΩΝ, Σικελίας χωρίον.

— Εἰς τὸ Πλημμύριον] Infra h. v. Πλημμύριον.

ΔΑΣΣΑΡΙ˜ΤΑΙ, ἔθνος Ἰλλυρίας] Pomponio Melæ & Plinio *Daſſaretæ*. Unde forte ΔΑΣΣΑΡΗ˜ΤΑΙ ſcribendum.

— Καὶ Δασσαρίτιοι] Straboni Δασαρήτιοι, recte: niſi potius Δασσαρήτιοι, ut Ptolemæo, & Appiano princ. Illyr. cui Δασσαρῶ Illyrii filia.

ΔΑ'ΤΟΝ, πόλις Θρᾴκης· Ἡρόδοτος πέμπτῃ * δὲ τοῦτό φασιν] Herodotus non *quinto*, ſed nono libro meminit hujus oppidi, itaque pro πέμπτῃ legendum ἐννάτῃ. Ex eodem Herodoti loco cap. 74. lacuna hoc modo explenda eſt: Ἠδωνῶν δὲ τοῦτό φησιν. Nam Sophanem iſthic ab Edonibus interfectum narrat, ob contentionem de aurifodinis. Forte autem ſcripſit Stephanus: Ἠδονῶν δὲ τοῦτο χωρίον φησί. de *Dato* vide Suidam, Harpocrationem, Euſtathium ad Dionyſium pag. 74.

ΔΑΥΛΙ'Σ, πόλις Φωκίδος, ἐν ᾗ τὰ κατὰ Πρόκνην καὶ Φιλομήλην] Emendandus Scholiaſtes Græcus Epigrammatum lib. 1. pag. 22. in Fabula Terei, apud quem perperam Διωλίδος legitur pro Δαυλίδος. Corrupta itidem hæc vox apud Dicæarchum.

— Ὅμηρος· Δαυλίδα καὶ Πανοπῆα] Finis verſus 520. Iliad. Β.

— Οἱ δ᾽ ὕστερον Δαυλῖ φασι] Salmaſius pro Δαυλῖ, quod eſt in MSS. vult Δαυλίαν, quomodo vocatur Thucydidi lib. 11. pag. 118. Ὁ μὲν ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς ὁ Τηρεὺς ᾤκει τότε ὑπὸ Θρᾳκῶν οἰκουμένης. *Tereus Dauliam, ejus terræ, quæ nunc Phocis vocatur, incoluit, tunc à Thracibus habitatam.* & Cononi Narrat. XXXI. apud Photium, pag. 440. Τηρεὺς βασιλεὺς Θρᾳκῶν, τῶν περὶ Δαυλίαν καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα ἄγεται Πρόκνην γυναῖκα τοῦ Πανδίονος βασιλεύοντος Ἀθηνῶν. *Tereus Thracum rex, eorum, qui ad Dauliam cæteramque Phocida pertinent, uxorem duxit Procnen, Pandionis Athenarum regis filiam.* Quod confirmat Pauſanias lib. 1. pag. 77. Ἐβασίλευσε δὲ ὁ Τηρεύς, ὡς μὲν λέγουσιν οἱ Μεγαρεῖς, περὶ τὰς Πηγὰς τὰς καλουμένας τῆς Μεγαρίδος. ὡς δὲ ἐγώ τε δοκῶ, καὶ τεκμήρια ἐς τόδε λείπεται, Δαυλίδος ἦρχε τῆς ὑπὲρ Χαιρωνείας. *Regnavit autem Tereus, ut Megarenſes dicunt, circa Pegas, quæ Megaridis appellantur: uti vero ego exiſtimo atque indicant, quæ adhuc exſtant ejus regni veſtigia, Daulide ſupra Chæroneam.* ſic enim reddendum fuit Πηγάς, non *ſontes*, ut facit interpres, qui non animadvertit oppidi nomen eſſe. Plutarchus Δαύλειαν vocat lib. de Orac. defectu pag. 437. quomodo olim Euſtathius hic legit: ſic enim ad Homeri Iliad. Β. pag. 274. commentatur: Οἱ δὲ ὕστερον, Δαύλειαν αὐτήν φασι παροξυτόνως, καὶ διὰ διφθόγγου, ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας λέγει. Παυσανίας δέ φησιν ἐν ἰῶτα. διὸ πολίτης αὐτῆς Δαυλιεὺς καὶ Δαύλιος καὶ Δαυλίδιος. Sed noſter Strabonem expreſſit, qui lib. IX. pag. 423. Ὅμηρος μὲν οὖν Δαυλίδα εἶπεν, οἱ δ᾽ ὕστερον, Δαυλίαν. *Porro quam Homerus Daulidem vocat, poſteriores Dauliam dixerunt.*

— Διὸ λέγεται καὶ Δαυλίς] Euſtathius d. l. Δαυλία.

— Ὁ πολίτης Δαυλιεύς· Δαυλιεῦσι δὲ ἱερὸν Ἀθηνᾶς, καὶ ἄγαλμα ἀρχαῖον] Verba ſunt Pauſaniæ lib. x. pag. 616.

— Ἀπὸ δὲ τοῦ Δαυλίς, τὸ ἐθνικὸν Δαυλίδος] Lege: Δαυλίδιος. ſic Euſtathius d. l. vide ſupra v. Αὐλίς & infra v. Ψωφίς.

ΔΑΥ'ΝΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας. Λυκόφρων· Ὑπὲρ Λατίνους, Δαυνίους τ᾽ ᾠκισμένην] Ὠκισμένην. Lycophron pag. 186.

— Καὶ Δαυνική κατὰ συγκοπήν, ἀπὸ τοῦ Δαυνιᾶται] Salmaſius legit, Δαυνῖται. Veriſſima emendatio. Nam ſic Lycophron pag. 165.

Τοῖς δ᾽ ἀκτέριστον σῆμα Δαυνῖται νεκρῶν
Στήσουσι.

Ipſiſque carens exſequiis Daunitæ monumentum
Statuent.

— Ἔστι καὶ Δαύνιον τεῖχος Θρᾴκης] Scylax pag. 135. Δαμινὸν τεῖχος corrupte; & puto Δαόνιον eſſe Nicetæ, Cedreni aliorumque.

ΔΑΥ'ΣΑΡΑ, πόλις περὶ Ἔδεσσαν] Corruptum urbis hujus nomen apud Procopium lib. 11. de Ædif. Juſtiniani pag. 21. ubi Δανστάρων pro Δαυσάρων editur.

— Ἀναρηνός] Αὐαρηνός.

ΔΑ'ΦΝΗ, προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἕω Ἀντιοχείας μητροπόλεως] Legendum, τῆς ἑῴας Ἀντιοχείας. Et ſic legit quondam Euſtathius, ad Dionyſium pag. 118. Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἑῴας Ἀντιοχείας τὴν Δάφνην ταύτην εἰπών, λέγει καὶ ἄλλην εἶναι Δάφνην χωρίον Λυκίας.

— Τὸ ἐθνικόν, Δαφνίτης] Legendum, Δαφνήτης, vide regulam v. Σίδη.

— Καὶ Δαφνηϊκόν, κτητικόν] Et Δαφνικόν. Unde *Daphnici mores* in Epiſtola Marci Antonini apud Julium Capitolinum in Avidio Caſſio, pro *corruptis*.

— Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη, φαινομένη ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι] Lege: Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη μαινομένη, & ſic jam olim legit Petrus Gyllius, quando vertit: *Daphne Inſana portus eſt juxta os Ponti, in dextro littore conſtitutus navigantibus ad pontum.* Lectionem confirmat Arrianus in Periplo Ponti Euxini ſub finem: Ἐκ δὲ Κυανέων ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου ἵνα περ τὸ στόμα τοῦ πόντου στάδιοι τεσσαράκοντα. ἐνθένδε εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης καλουμένης στάδιοι τεσσαράκοντα. *A Cyaneis ad Fanum Jovis Urii, ubi os Ponti, quadraginta ſtadia. Inde ad portum Daphnæ, quæ Inſana dicitur, quadraginta ſtadia.*

Apollonius Rhodius lib. II. v. 166. Δάφνην νεάτην vocat. ad quem locum videnda quæ ex Andræta Tenedio & Apollodoro adferuntur à Scholiaſte. Ptolemæus Hephæſtion apud Photium pag. 477. appellat Ῥοδοδάφνην. Sed viſe de hoc loco Petrum Gyllium lib. II. de Boſporo Thracio cap. 21. & imprimis lib. III. cap. 6.

ΔΑΦΝΟΥ͂Σ, Φωκικὴ πόλις, ἀρσενικῶς λεγομένη.

— Ἔστι καὶ Δαφνούσιον πρὸς τῷ Ῥηγίῳ, πλησίον τῆς Θρᾳκῶν γῆς] Nicephorus P. CP. Brev. Hiſt. pag. 211. Δαφνουσίαν vocat caſtellum, ut ipſe ait, munitiſſimum ad Pontum, haud procul ab oſtio Boſpori Thracii. quod perperam *Danupſia* vertitur in Hiſt. Miſc. lib. XXII. cap. 35. *Regii* autem iſtius prope Conſtantinopolin meminit quoque Hieronymus.

ΔΑΧΑΡΗΝΟΙ`, ἔθνος Ἀραβίας] Horum mentio infra v. Δουσαρή.

— Σημαίνει δὲ τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικῶς] Scribe, ἀρσενικοί. Euſtathius ad Dionyſ. pag. 122. Ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἀναγραφεὺς λέγει, ὅτι καὶ Δαχαρηνοὶ τὸ τοιοῦτον ἔθνος ἐκλήθη, ὅ ἐστιν ἀρσενικοί. & ſic voluit etiam Cl. Salmaſius. Jo. Seldenus Syntagm. II. de Diis Syris cap. 4. legit ἀρσενικούς.

ΔΕΣΙΛΟΙ`, ἔθνος Θρᾳκικόν] Hoc nomen corruptum ex ordine literarum apparet. Forte legendum, ΔΕΖΙΛΟΙ΄.

ΔΕΙΠΝΙΑ`Σ, κώμη Θεσσαλίας.

— Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δεδείχαται] MSS. δειδείχαται. an, ἔνθεν μιν δὲ δεδείχαται.

ΔΕΚΕ΄ΛΕΙΑ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ἀπὸ τοῦ ἡγησαμένου τοῖς Διοσκούροις εἰς Ἀφίδνας] MSS. ἀπὸ Δεκέλου τοῦ ἡγησαμένου, &c. quod V. CL. Joannes Meurſius jam olim hic inſerendum cenſuit. Nam ab hoc *Decelo* ſunt *Decelenſes* dicti. *Deceli* Hiſtoriam vide apud Herodotum lib. IX. cap. 72.

— Ὁ δημότης, Δεκελειεύς] Apud Lyſiam Orat. XXII. ſcribuntur Δεκελεῖς aliquoties.

— Τὰ γὰρ ἀπὸ ὀξυτόνων εἰς α, ἢ εἰς η γιγνόμενα, διὰ τοῦ ηθεν ἢ αθεν προπερισπᾶται] Apud Herodotum d. l. commemoratur Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδεω, ἐκ δήμου Δεκεληθεν. *Sophanes Eutychidis è populo Decelenſi.* Huc etiam pertinet Δεκελικὸς, quod legitur apud Strabonem lib. IX. pag. 396. Plutarchum Apophthegm. Reg. Lyſiam dicta Orat. Apud Athenæum lib. II. pag. 62. bis legitur, Δεκελεικὸν ὄξος. ſed Δεκελικὸν ſcribendum oſtendit natura verſus,

Ὄξους Δεκελικοῦ, δι' ἀγορᾶς μέσης ἄγεις.

ΔΕΚΙ΄ΗΤΟΝ, πόλις Ἰταλίας] *Deciatum* Melæ lib. II. cap. 5. in finibus Provinciæ.

ΔΕΛΜΑΤΙ΄Α, Ἰταλίας χώρα] Videtur legendum Ἰλλυρίας χώρα. niſi truncatus ſit locus, & olim fuerit: Δελματία μεταξὺ Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας χώρα. De Orthographia vocis, vide quæ notata ſupra v. Δάλμιον.

ΔΕ΄ΛΤΑ, πόλις πρὸς τῇ Συρίᾳ, καὶ νῆσος Αἰγύπτου, ὡς Ἔφορος, καὶ Αἰγυπτίους καλουμένη Πτίμυρις, ἀπὸ τοῦ σχήματος ὁμοιότητος] Forte leg. Πύραμις, niſi ſequentia tantum ad *Delta* referre velis.

ΔΕΛΦΟΙ`, πόλις ἐπὶ τοῦ Παρνασσοῦ.

— Ἔργον Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου] Homerus Hymno in Apollinem:

Λάϊνον οὐδὸν ἔθηκε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης
Υἱέες Ἐργίνου.

Lapideum limen poſuerunt Trophonius & Agamedes
Filii Ergini.

Cicero I. Tuſcul. Quæſt. cap. 47. *Simili precatione Trophonius & Agamedes uſi dicuntur: qui cum Apollini Delphis templum exædificaſſent: venerantes Deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis & laboris ſui, nihil certi, ſed quod eſſet optimum homini; quibus Apollo ſe id daturum oſtendit, poſt ejus diei tertium: qui ut illuxit, mortui ſunt reperti.*

— Ἐκλήθησαν δὲ Δελφοὶ, ὅτι Ἀπόλλων συνέπλευσε δελφῖνι εἰκασθεὶς] Plenius hæc cognoſce ex Tzetze ad Lycophronem pag. 43. & Homero, Hymno in Apollinem, in quo Apollo Δελφίνιος, & ara ejus Δέλφειος dicitur:

Ὧς ἐμοὶ εὔχεσθαι Δελφινίῳ· αὐτὰρ ὁ βωμὸς
Αὐτὸς Δέλφειος.

Sic me precamini Delphinium: ſed ara
Ipſa Delphia.

Sed de *Apolline Delphinio* mox plura. Inde autem eſt, quod *Delphini* innatans *Apollo* repræſentetur in nummis: qui videantur apud Goltzium.

ΔΕΛΦΙ΄ΝΙΟΝ, φρούριον Χίων, ὡς Θουκυδίδης ὀγδόῃ· τὸ ἐθνικὸν Δελφίνιος] Meminit hujus & alius adhuc *Delphinii* Harpocratio. Δελφίνιον χωρίον ἐν Χίῳ, ὡς Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· ἕτερον δέ ἐστιν Δελφίνιον Ἀθήνησι ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἔνθα ἦν καὶ τὸ ἐν Δελφινίῳ δικαστήριον. Δημοσθένης, ἐν τῷ πρὸς Βοιωτόν. De poſteriori Etymologus v. Ἐπὶ Δελφινίῳ. Δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων φόνους δεδρακέναι· οἱ δέ φασιν, ὅτι Κρητῶν χειμαζομένων, εἰκασθεὶς δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων ἔσωσεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἀττικὴν κομίσας· ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν· ὕστερον δὲ δικαστήριον γενέσθαι τῶν φονικῶν· ἐν ᾧ καὶ Θησέα κεκρίσθαι ὑπὲρ τῶν φόνων τῶν περὶ Σκείρωνα καὶ Σίνιν. Apollinis Δελφινίου meminit d. l. Homerus. Lycophron pag. 42.

Δελφινίου παρ' ἄντρα κερδῴου θεοῦ.

Juxta Delphinii lucroſi antrum Dei.

licet Tzetzes derivet à *Delphis*. Strabo lib. IV. pag. 179. τοῦ Δελφινίου *Apollinis* fanum etiam Maſſiliæ in arce fuiſſe dicit. Δελφινίου *Apollinis* meminit epigramma hoc ineditum Riani, in Bibliotheca Eminentiſſ. Card. Barberini.

Παῖς

Παῖς Ἀσκληπιάδεο καλῷ καλὸν εἴσατο Φοίβῳ
Γοργὸς ἀφ' ἱμερτᾶς τοῦτο γέρας κεφαλᾶς.
Φοῖβε σὺ δ' ἵλαος Δελφίνιε κοῦρον ἀέξοις
Εὔμοιρον λευκὴν ἄχρις ἐφ' ἡλικίην.

ΔΕΛΘΑ'ΝΙΟΙ, πόλις μία τῶν περιμαχήτων Μεσσηνίων, καὶ Λακεδαιμονίων] Ordo literarum poſtularet, ut ſcriberetur proxime, ΔΕΛΧΑ'ΝΙΟΙ. præceſſit enim Δελφίνιον. ſed tales nuſquam inveniuntur. Quare nullus dubito, quin Stephanus ſcripſerit, ΔΕΝΘΑ'ΛΙΟΙ. idque ex Tacito, qui lib. IV. Ann. cap. 13. ubi veterem Lacedæmoniorum Meſſeniorumque controverſiam ſuper jure templi Dianæ Limenetidis commemorat ſub Tiberio renovatam: *Meſſenii veterem inter Herculis poſteros diviſionem Peloponneſi protulere, ſuoque regi Dentheliatem agrum, in quo id delubrum* (Dianæ Limenetidis) *ceſſiſſe: monimentaque ejus rei ſculpta ſaxis & ære priſco manere.* Quæ ipſiſſima illa lis eſt, quam hoc loco Stephanus fuiſſe dicit inter Meſſenios & Lacedæmonios ſuper urbe *Denthaliis*. Templum enim illud, cum celebratioris eſſet numinis, haudquaquam veriſimile ſine urbe fuiſſe, immo urbem ab hoc templo ſumpſiſſe originem admodum probabile videtur. Cum autem ager circa hanc urbem *Dentheliates* ſit dictus, quid clarius, quam urbem ipſam dictam Δενθαλίους vel Δενθηλίους. Et ne Tacitum potius ex Stephano, quam ex Tacito Stephanum emendandum cenſeam, ordo literarum facit, qui τὸ ΔΕΛΘΑ'ΝΙΟΙ clamat eſſe corruptum. Pro Μεσσηνίων autem καὶ Λακεδαιμονίων, lego: Μεσσηνίοις καὶ Λακεδαιμονίοις, & verto: *Denthalii, urbs una earum, de quibus pugnatum inter Meſſenios & Lacedæmonios.* Sic Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 285. ἣν δέ φασι περιμάχητος Ἀθηναίοις καὶ Μεγαρεῦσι ἡ Σαλαμίν. & infra v. Φία reſtituendum: Φία, πόλις περιμαχήτων Μεσσηνίοις καὶ Λάκωσιν. vulgo corrupte legitur τοῖς περὶ μάχην.

ΔΕΞΑΜΕΝΑΙ', μέρος τῆς Ἀμβρακίας, ἀπὸ Δεξαμενοῦ τοῦ Μεσόλου παιδὸς, καὶ Ἀμβρακίας τῆς θυγατρὸς Φόρβαντος, τοῦ Ἡλίου] Suidas v. Φορβάντειον, *Phorbantem* dicit Neptuni filium. Hyginus lib. II. Aſtronomic. cap. 14. *dicitur Phorbas Triopæ filius ex Hyocla Myrmidonis filia natus.*

ΔΕΞΑ'ΡΟΙ, ἔθνος Χαόνων, τοῖς Ἐγχελέαις προσεχεῖς.

— Ἄμηρον ὄρος] Leg. Ἄμυρον ὄρος. vide ſupra v. Ἄμυρος.

ΔΕ'Ρ'Ρ'Α, τόπος Λακωνικῆς.

— Καὶ τοὺς δημότας Δειραλιώτας] An non ſcribendum Δειραδιώτας. Certe paullo ante v. Δειράδες, ſcribitur Δειραδιώτης.

ΔΕ'ΡΒΗ, φρούριον Ἰσαυρίας, καὶ λιμήν. ὁ κατοικῶν, Δερβήτης] Supra v. Ἄβαι, ſcribitur Δερβίτης.

— Λέγεται δ' ἴσως καὶ Δέρφεια] Lege, Δέρβεια, Hoc enim in aliis fit ſexcentis.

— Καπίτων δ' Δέρβην φησί] Iſ. Caſaubonus legit, Δέλβην.

ΔΕΛΒΙ'ΚΚΑΙ, ἔθνος πλησίον τῶν Ὑρκανῶν] Scribe per κ ſimplex, ΔΕΛΒΙ'ΚΑΙ, uti patet ex ſequentibus, in quibus *Apollonium* dicit per duplex κ κ ſcribere. Nec dubito, quin ita ſcribendum ſit apud Ælianum lib. IV. Var. Hiſt. cap. I. ubi in vulgatis legitur Βερβίκκαι.

— Ἀπολλώνιος δὲ δὶς τὸ κκ γράφει] Ita facit & Ptolemæus, apud quem lib. VI. Geogr. cap. 10. καὶ κατέχουσι αὐτῆς τὰ μὲν πρὸς τῷ Ὤξῳ ποταμῷ Δερβίκκαι. *Tenent autem regionem, quæ penes Oxum eſt, Derbiccæ.*

— Κτησίας δ' Δερβίους αὐτοὺς φησιν, ἢ Τερβισσοὺς] Hodie tamen in Excerptis Perſicis Cteſiæ apud Photium pag. 109. appellantur Δέρβικες aliquoties, & ſic vocantur pariter apud Strabonem lib. IX. pag. 520. ubi de *Derbicibus* idem narrat, quod Ælianus d. l. de *Derbiccis*; nimirum illos jugulare ſolitos, qui ſeptuageſimum ætatis annum exceſſiſſent. Puto hos Δερκεβίους appellari à Dionyſio in Perieg. v. 738.

Δερκέβιοι δ' ἑτέρωθεν ἐφ' ὕδασι Κασπίοισι.
Dercebii autem ex altera parte ad undas Caſpias.

Niſi ſcripſerit Δερβέκιοι. Nec alios exiſtimo Δυρβαίους, qui deſcribuntur infra. ubi cum adducatur *Cteſiæ* auctoritas ex lib. X. Perſicorum, inducor ut hic pro Δερβίους ſcribendum exiſtimem Δυρβίους, vel Δυρβαίους. pro Τερβισσοὺς vero Δερέβους, quod legitur in Cod. Palat. apud Ptolemæum, aut Δερβικούς.

ΔΕ'ΡΕΑ, πόλις Ἀρκαδίας] Anne eadem, quæ Δέραι, ad quas pugnatum inter Spartanos & Meſſenios anno primo poſt horum defectionem ſcribit Pauſanias lib. IV. pag. 244.

— Τὸ ἐθνικὸν Δερεεύς, ὡς Ἡραιεύς· Ἀρκαδίας γὰρ ἀμφότεροι] MSS. rectius: ἀμφότερα.

ΔΗ'ΛΙΟΝ, πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Τανάγρᾳ, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος] Harpocratio v. Ἐπὶ Δηλίῳ μάχη. Δήλιον χωρίον ἐστὶ τῆς Βοιωτίας ἐνταῦθα Ἀθηναῖοι μαχόμενοι ἐνικήθησαν ὑπὸ Βοιωτῶν. *Delium locus eſt Bœotiæ, ubi Athenienſes prælio victi ſunt à Bœotis.* quæ deſcripta verbotenus exſtant etiam apud Etymologum. Meminit Plutarchus lib. de Genio Socratis pag. 581. Ἐν τῇ διώξει περὶ Δήλιον. *In fuga apud Delium.* Diogenes Laërtius in Vita Socratis: Ξενοφῶντα ἀφ' ἵππου πεσόντα ἐν τῇ κατὰ Δήλιον μάχῃ διέσωσεν ὑπολαβών. *Xenophontem ex equo labentem* (Socrates) *in ea pugna, quæ ad Delium commiſſa eſt, exceptum ſervavit.* Templum autem hic fuiſſe Diodorus teſtatur in Excerptis apud Conſtant. Porphyrogennetam pag. 297. Τὸ Δήλιον ἱερὸν ἦν, οὐ μακρὰν ἀπέχον τῆς Χαλκίδος. *Templum eſt non longe à Chalcide, quod Delium appellatur.* Nomen autem hujus loci corruptum eſt apud Theodoretum in Therapeut.

Serm.

Serm. XII. pag. 169. ubi de Socrate: ἐν Ποτιδαίᾳ καὶ ἐν Δήλῳ, legendum ἐν Δηλίῳ. Similiter vox hæc reſtituenda Proclo eſt in Timæum lib. I. pag. 20. Item Æliano lib. III. Var. Hiſt. cap. 17. Fuit & Naxiorum caſtellum hoc nomine, ut teſtatur Plutarchus de Virtut. Mulier. pag. 254.

ΔΗ͂ΛΟΣ, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.

— Δῆλον ἐγκυκλώσαντο, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσίν] Verſus è Periegeſi Dionyſii 526.

— Ἢ παρὰ τὰς γονὰς, ἢ μαντείας] Duo ultima vocabula, ἢ μαντείας, rectius hoc loco expungerentur, quippe quæ mox ſuo loco referuntur; nec agnoſcit Euſtathius, qui ſua hinc deprompſit.

— Ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος ἀπὸ Κύνθου, τοῦ Ὠκεανοῦ] *Delos* non Κύνθος appellata eſt, ſed Κυνθία. Plinius lib. IV. cap. 12. *Ipſaque longe clariſſima, Cycladum media, templo Apollinis & mercatu celebrata, Delos: quæ diu fluctuata, ut proditur, ſola motum terræ non ſenſit ad M. Varronis ætatem. Mutianus prodidit bis concuſſam. Hanc Ariſtoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Æglosthenes Cynthiam, alii Ortygiam, Aſteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynethum, Pyrpilen, igne ibi primum reperto. Cingitur quinque millibus paſſuum, aſſurgit Cyntho monte.* Dicta autem eſt *Cynthia*, non à fabuloſo, neſcio quo, heroë *Cyntho*, ut vult noſter, ſed à *Cyntho* hujus inſulæ monte. Unde Plinius, *aſſurgit Cyntho monte.* & Homerus Hymno in Apollinem:

Ἄλλοτε μὲν τ' ἐπὶ Κύνθου ἐβήσαο παιπαλόεντος.

Interdum quidem Cynthum aſcendiſti ſaxis aſperum.

— Καὶ Ἀστερία] Plinius d. l. Callimachus Hymno in Delum v. 37.

——— οὔνομα δ' ἦν τοι
Ἀστερίη τὸ παλαιόν.
nomen tibi erat
Ab antiquo Aſteria.

Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. v. 308. Δῆλος, μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἱερὰ Ἀπόλλωνος, ἡ πρὶν μὲν Δῆλος, ὕστερον δὲ Ἀστερία, διὰ τὸ σχῆμα. πάλιν δὲ Ὀρτυγία ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς Λητοῦς. Heſychius, Ἀστερίη, ἡ Κρήτη καὶ ἡ Δῆλος οὕτως ἐκαλεῖτο.

— Καὶ Πελασγία] Hoc nomen neque pro ſincero retinendum, neque pro corrupto rejiciendum pronuntiare auſim. Certe Plinius d. l. *Lagiam* dictam fuiſſe auctor eſt, non *Pelaſgiam*. Quod, ne cui corruptum videatur, prohibet Solinus, qui jam olim ſic in Plinio legit cap. XI. *Eadem eſt Ortygia, quæ clariſſima in Cycladum numero multifarie traditur: nunc Aſteria à cultura Apollinis: nunc à venatibus Lagia vel Cynetho: Pyrpile etiam, quoniam & ignitabula ibi & ignis inventa ſunt.* Rurſus multis locis *Pelaſgiæ* nomen hæſiſſe, ex *Pelaſgorum* erroribus, negari nullo modo poteſt.

— Κεκλῆσθαι δὲ αὐτὴν καὶ Σκυθιάδα, Νικάνωρ φησίν] Unde, quæſo, hoc nomen inſulæ hæſit? an quod Apollo Cynthius idem fuerit creditus, qui Apollo Hyperboreus, *Scythicum* numen? Cæterum præter nomina, quæ & à noſtro & à Plinio enumerantur, *Delus* adhuc alia habuit; ut Ἀγαθούσης. Heſychius Ἀγάθουσα, ἡ Δῆλος ἐκαλεῖτο πρότερον. ut Ὀρτυγίας, de quo Scholiaſtes Apollonii loco paullo ante adducto: & ad lib. I. v. 419.

— Ἐξ αὐτοῦ Δήλιος, καὶ Δηλία, καὶ Δηλιὰς, καὶ Δηλίτης] Et Δηλιάτης. apud Pyrrhum Ligorium extat pulcherrimus nummus M. Aurelii Auguſti & Commodi Cæſaris cum duobus Copiæ cornubus, in cujus averſa templum monti impoſitum cum inſcriptione, ΜΑΝΤΕΙΟΝ ΔΗΛΙΑΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Item alius Antonini Pii, in quo circum caput ipſius imperatoris, ΑΝΤΩΝ. ΡΟΜΥΛΟΥ. ΒΑCΙΛΕΩC. inverſa lupa lactans Romulum & Remum, & ſubtus lyra Apollinis cum inſcriptione, ΚΟΙΝΟΝ ΔΗΛΙΑΤΩΝ. Item duo alii, unus M. Antonini circum lyram, alter L. Veri circum tripodem, habent, ΔΗΛΙΑΤΩΝ. Ab hac inſula denominati etiam Δηλιασταὶ, Theori iſti, qui ab Athenienſibus quotannis mittebantur in inſulam *Delum*, ut Apollinis Paraſiti eſſent. Heſychius Δηλιασταὶ, οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί. Sed vide, quæ de his notata Samueli Petito ad Leg. Atticas pag. 91. & aliis.

ΔΗΜΗΤΡΙΑ'Σ, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Δημητρίου βασιλεύσαντος, καὶ τὰς ὑπὸ τὸ Πήλιον κειμένας πόλεις κατέσκαψε] Puto reſcribendum βασιλέως, ὃς καὶ τὰς ὑπὸ τὸ Πήλιον, &c. aut ſaltem pro καὶ leg. ὃς, ſenſu hoc flagitante, idemque Cl. Salmaſio viſum.

— Κεῖται δὲ πρὸς Παγασητικῷ κόλπῳ ἐν μέσῳ Εὐβοίας καὶ Φωκίδος] Hic locus tanto errori involutus eſt, ut neſciam à quibus committi potuerit. Certe non Stephanus, non Mutilator ejus dicere potuerunt *Demetriadem* in Eubœa aut Phocide ſitam, à quibus toto cœlo diſſitam nemo Græculus neſciebat. Reponendum igitur: ἐν μέσῳ Νηλίας, καὶ Παγασῶν. Strabo lib. IX. pag. 436. Ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα μεταξὺ Νηλίας καὶ Παγασῶν ἐπὶ θαλάσσῃ. *Demetrius Poliorceta condidit & à ſe denominavit Demetriadem ad mare inter Neliam & Pagaſos.*

— Γ, Περσίδος, πρὸς Ἀράβῳ] Aliam *Demetriadem* recenſet Iſidorus Characenus in Arachoſia.

— Τὸ ἐθνικὸν Δημητριεύς] Sic duo nummi habent apud Goltzium.

ΔΗΜΗ'-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ΔΗΜΗ'ΤΡΙΟΝ, τόπος περὶ Θεσσαλίαν, περὶ τὸ Κροκωτὸν πεδίον] Scylaci ad ſinum Pagaſeticum in Achæis enumerantur civitates Alitropes, Lariſſa, Melitæa, *Demetrium*, Thebæ. Strabo lib. IX. pag. 435. campum, ad quem ſita hæc urbs, non Κροκωτὸν, ſed Κρόκιον vocat: Θηβῶν δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὸ Κρόκιον πεδίον πρὸς τῷ καταλήγοντι τοῦ Ὄθρυος. *Ad Thebas in mediterraneis eſt Crocius campus ad fines Othryis montis.* Non tamen propterea hic quidquam immutandum cenſeo.

ΔΗΜΟ'ΝΗΣΟΣ, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός] Aliter Heſychius v. Δημόννησος, qui non unam, ſed duas communi hoc nomine inſulas dictas vult apud Byzantium, ſed plurali numero, quarum altera nomine peculiari *Chalcitis*, altera *Pityuſa* ſit appellata. Δύο, inquit, εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι· κοινῇ μὲν Δημόννησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ διαλάττουσαι, ἡ μὲν Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσα. Corrigendus autem hic primo Julius Pollux, qui lib. V. cap. 5. Ὥσπερ καὶ τὰς Χαονίδας καὶ Μολοττίδας ἀπογόνους φασὶ κυνὸς, ὃν Ἥφαιστος ἐκ χαλκοῦ Μονησίου χαλκευσάμενος ψυχὴν ἐνθεὶς δῶρον ἔδωκε Διΐ. quod vertunt: *Quemadmodum & Chaonides Moloſſicoſque ejus canis poſteros eſſe ait* (Nicander Colophonius) *quem Vulcanus è Moneſio ære fabricatum, anima indita, Jovi dono dedit.* quid, quæſo, *æs Moneſium?* lege, ἐκ χαλκοῦ Δημονησίου. *ex Demoneſio ære.* Dicitur autem hæc Δημόνησος à noſtro ſita circa *Chalcedonem* & ſic in ſitu ab Heſychio non abit, qui Δημονήσους ponit circa Byzantium. *Chalcedon* enim ex adverſo Byzantii ad eundem Boſporum Thracium fuit poſita. Emendandus ergo Ariſtotelis liber de Mirab. Auſcultat. in quo vulgo perperam editur: Δημόνησος, ἡ Καρχηδονίων νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβεν. pro Χαλκηδονίων. *Demoneſus Chalcedonenſium inſula à Demoneſo primo cultore nomen traxit.* Emendandus itidem Antigonus Caryſtius Mirab. Narrat. cap. CXLVI. Sed hæc monita jam V. CL. Cl. Salmaſio.

— Ἔχει δ' ὁ τόπος κυανοῦ μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλης. καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον· ὀφθαλμῶν τε φάρμακόν ἐστιν] Locum hunc totum deſcripſit noſter ex Ariſtotelis dicto libro, ſed non ſatis fideliter, ut ſolet. Apud illum ſic extat, ſtatim poſt verba modo adducta: ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανὸν τὸ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλην· ταύτης δὲ ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκεται τιμῆς. καὶ γὰρ φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστιν. *Profert autem locus cæruleum metallum & chryſocollam: è qua, præſtantiſſima auro contra venit. Eſt enim & oculorum medicamentum.* Sed Stephanus male intellexit verba, ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκεται τιμῆς. *præſtantiſſima chryſocolla auro contra venditur.* reddidit enim καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον. quin *& aurum ibi invenitur pretioſum.* quaſi Ariſtoteles dixiſſet κάλλιστον χρυσίον *optimum aurum* in *Demoneſo* provenire. Nam pro χρησίον, quod eſt in vulgata, procul dubio ſcripſit χρυσίον. Nec MSS. à culpa liberant Stephanum, quippe qui nihil mutant, præterquam in principio, ubi habent κυανοῦ μέταλλα καὶ χρυσόκολλα. Sed vide Cl. Salmaſium in Exercit. ad Solin. pag. 195.

ΔΗ῀ΜΟΣ, παρ' Ἀθηναίοις, ἡ κώμη καὶ ἡ τοῦ πλήθους συλλογή.

— Οὐ μὲν ἔοικε δῆμον ἐόντα] Apud Homerum legitur paullo aliter Iliad M. v. 213.

——— ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν
Δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορευέμεν.
——— *quandoquidem ne decet quidem*
Civem exiſtentem aliter dicere.

— Δήμῳ ἐνὶ Τρώων] Locus itidem ex Homeri Odyſſ. N. v. 266. ſed eſt initium verſus.

— Εὐνὴν τ' αἰδομένην πόσιος δήμοιό τε φῆμιν] Homerus Odyſſ. Π. v. 75. ſed ibi legitur,

Εὐνήν τ' αἰδομένη πόσιος δήμοιό τε φῆμιν.
Lectum venerans mariti, populique famam.

— Καὶ τὸ Ἑλλήνων πλῆθος ἔξω τῆς ἰδίας χώρας, θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ] Hanc τοῦ Δῆμος ſignificationem non probat locus Poëtæ, quem adducit ex Iliad. N. v. 218.

——— θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ.
———*& tamquam Deus honorabatur à populo.*

ſermo enim ibi de Thoante, quem dicit Homerus inter ſuos & domi ſummo honore fuiſſe, non foris.

— Καὶ τόπος ἐν Ἰθάκῃ, ὃς καὶ Κροκύλειον] Hic quoque nimis inepte Epitomator contextum mutilavit: quaſi Δῆμος nomen eſſet proprium. Explicaverat haud dubie Stephanus Homeri locum ex Odyſſ. Θ. v. 555.

Εἰπὲ δέ μοι γαῖάν τε τεὴν δῆμόν τε πόλιν τε.
Dic etiam mihi terramque tuam populumque urbemque.

Videlicet Δῆμον ibi ſignificare μέρος ἢ τμῆμα ὀνομαστὸν τῆς πατρίδος, ut ait Euſtathius ad illum locum pag. 1610. quales partes ipſe infra v. Κροκύλειον quatuor in *Ithaca* fuiſſe docet. Id Epitomator ineptiſſime ad unam partem ſolam reſtrinxit.

— Καὶ τὸ παν *] Cl. Salmaſius explet, καὶ τὸ πᾶν πλῆθος.

— Ὡς ἐν Ἱππεῦσι] Legendum Σφηξί. (Extat enim ſequens ſenarium,

Τὸν δῆμον ἡμῶν βούλεται διϊστάνειν.
Populum nobis vult dividere.

apud Ariſtophanem in Veſpis non longe à principio.) Aut Stephani μνημονικὸν ἁμάρτημα dicendum.

— Δύμιος] Δήμιος.

— Ἐκ τοῦ ἐπιθετικοῦ] Salmaſius putat hæc aperte mendoſa, & legendum, ἐκ τοῦ θετικοῦ. ſed nihil mutandum.

— Δημοτικός] Hinc Δημοτικὰ ἱερὰ apud Heſychium v. Δημοτελῆ.

— Καὶ σύνθετα, Δημηλάτης] Multa alia ex hac voce compoſita colligi poſſunt ex Heſychio & aliis.

— Αἰχύλος ἱκέτισιν.

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτην] Scribe: Ἱκέτισιν. Ἱκέτιδες enim, Latine *Supplices*, Fabula inſcripta. Sed ibi hodie legitur v. 622.

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ.

non δημηλάτην, ut apud noſtrum. Sed & Stephanus contra mentem hoc exemplum adducit: poſuit enim inter compoſita à δῆμος, δημηλάτης. Aut an ibi ſcribendum δημήλατος, & in verſu Æſchyli mutato tantum accentu, δημήλατον. ſicque ex Stephano Æſchylus corrigendus? Certe eo inclinor. Nam verbalia in ατης ab ἐλαύνω ferme activam ſignificationem habent, ut Αἰγελάτης, Βοηλάτης, Ὀνηλάτης· contra in ατος, paſſivam, ut Ἀγήλατος, Θεήλατος. Juxta quam analogiam δημηλάτης non eſt ὁ ἀπὸ τοῦ δήμου ἐλαθεὶς, *à populo pulſus*, ut exponit noſter, ſed δημήλατος. δημηλάτης vero ὁ τὸν δῆμον ἐλάσας, *populum pellens*, quod non convenit. Deinde paullo convenientius δημήλατον apud Æſchylum conſtruetur cum Ἄτιμον, quam δημηλάτῳ cum φυγῇ. Legamus igitur apud illum:

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημήλατον.

Infamem fore cum exilio à populo pulſum.

ΔΗΡΑ, γῆς Ἰβηρίας] Lege: γῆ Ἰβηρίας. aut an ΠΙC in MS[to] fuit, pro πόλις? Sed ἧς & οἰκήτορες poſtulant γῆ vel χώρα.

— Ἧς ὁ Σικανὸς ποταμός] Inde *Sicani* & *Sicania*.

ΔΗΡΟΥΣΑΓΟΙ, ἔθνος Περσικόν. Ἡρόδοτος α. Πέρσαι δ' οἱ μὲν Πενθιάδαι, οἱ δὲ Δηρουσαῖοι, οἱ δὲ Καρμάνιοι] Apud Herodotum lib. I. cap. 125. legitur, ΔΗΡΟΥΣΙΑΓΟΙ. & deinde, verba, quæ hic adducuntur, hoc modo: Ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ, οἵδε Πανθήλαιοι, Δηρουσιαῖοι, Γερμάνιοι. *Alii Perſæ ſunt, Panthelæi, Deruſiæi, Germanii.*

ΔΙ'Α, πόλις Θεσσαλίας, Αἰακοῦ κτίσμα] Enumerat hic auctor novem cognomines urbes *Dias*, quatuor vero inſulas. Urbibus addenda *Dia*, Arabiæ provinciæ civitas, quam ſub Metropoli Boſtra commemorat Hierocles in Notitia MS[ta]. Ad eam referendus nummus Caracallæ, apud Triſtanum Tom. II. pag. 220. in quo circum templum, in quo Venus ſub figura lapidis viſitur, ΚΟΙΝ. ΔΕΙΗΝΩΝ legitur, & recte Triſtanus eum ad Arabiam pertinere judicat.

— Β, Θρᾴκης, κατὰ τὸν Ἄθω] Hæc ab Herodoto lib. VII. Δῖον dicitur, ut & noſtro, infra h. v.

— Δ, Νῆσος καὶ πόλις Πελοποννήσου, περὶ τὸ Σκύλαιον] Scribe, Σκύλλαιον, ut infra h. v.

— Ζ, Σκυθίας, περὶ τῷ Φάσιδι] Sed hujus *Diæ Scythicæ* nullus, quod ſciam, meminit. Unde cœpi cogitare, an non pro Αἶα noſter legerit Δία, deceptus ſcilicet ſimilitudine literarum. Fateor *Tralles*, Phrygiæ urbem, *Diam* primitus dictam tradere Etymologum v. Εὔδωνος. ſed hæc longe à Colchide.

— Β, ἡ πρὸς Μιλήτῳ] Ex Scholiaſte Theocriti legendum, ἡ πρὸς Μήλῳ. qui poſtquam *Naxum* dixiſſet *Diam* appellari, ſubjicit pag. 28. πολλαὶ δὲ καὶ ἕτεραι εἰσὶ νῆσοι Δίαι καλούμεναι· ἥτε περὶ τῆς Κρήτης, ἐν ᾗ οὐκ εἰκὸς μόνῃ συμβῆναι τὰ περὶ τὴν Ἀριάδνην, ἡ μετονομασθεῖσα Νάξος· καὶ ἡ περὶ Μῆλον, καὶ ἡ περὶ Ἀμοργὸν, καὶ ἡ τῆς Κέω Χερρόνησος, καὶ ἡ Πελοποννήσου.

— Γ, ἡ πρὸς Σαρμοσῷ] Lege: ἡ πρὸς Ἀμοργῷ· ex adducto paullo ante Scholiaſtis loco.

— Δ, κατὰ Κνωσσὸν Κρήτης] Sed Cretæ oppidum *Dium* appellatum non *Dia*. Plinius lib. IV. cap. 12. Ptolemæus lib. III. Geogr. cap. 17. Δῖον ἄκρον appellat. unde apparet maritimam urbem fuiſſe, non mediterraneam, ut exiſtimavit ex Plinio perperam Abrahamus Ortelius. Ptolemæum enim confirmat oraculi verſus apud Euſebium lib. V. de Præparat. Euang. cap. 31.

Φαιστοῦ καὶ Τάῤῥας ναέται Δίου τε πολυῤῥόου.

Phæſti & Tarrhæ incolæ Diique undoſi.

ΔΙΑΒΗ'ΤΗ, νῆσος δυσμικωτέρα Σαρδοῦς καὶ Κύρνου. Ἐθνικὸν τὸ αὐτό] Gentile dicit idem, cum præcedente ſcilicet Διαβηταῖος, à Διαβήτῃ. Ita Salmaſius.

ΔΙΑΔΟ'ΧΟΥ, πόλις Περσική.

— Τὸ ἐθνικὸν τῆς χώρας Διαδοχηνός] Deeſt forte τύπῳ, ut alibi.

ΔΙΑ'ΚΡΕΙΑ, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἣν ᾤκει Πάλλας, ὁ Πανδίονος υἱός] Scribe, Διάκρεια. Suidas v. Πάραλον, narrans Pandiona Atticam in quatuor partes diſtributam reliquiſſe totidem filiis: Αἰγεῖ μὲν τὰ περὶ τῷ ἄστει μέχρι Πυθίου· Πάλλαντι (in editione Aldi Πάλαντι) δὲ τὴν παραλίαν· Λύκῳ δὲ τὴν Διακρίαν· Νίσῳ δὲ τὴν Μεγαρίδα. *Ægeo quidem ſuburbana, uſque ad Pythium, Pallanti vero maritimam oram, Lycomontanam, Niſo Megaricum agrum.* Apud Etymologum & Heſychium ſcribitur Διακρία. Διάκρεια autem hæc eadem, quæ Ὑπεράκρεια Herodoto & Dionyſio Halicarnaſſenſi, de quo infra v. Πάραλος. Lycophron Διακρίων meminit pag. 67. ubi Tzetzes: Διάκρεια δὲ ὄρη Εὐβοίας.

ΔΙ'ΔΥΜΑ, οὐδετέρως, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου] Curtius lib. VII. cap. 5. *Perventum erat in parvulum oppidum, Branchidæ ejus incolæ erant. Mileto quondam juſſu Xerxis, quum è Græcia rediret, tranſierant, quia templum, quod Didymeon appellatur, in gratiam Xerxis violaverant.*

— Εἰσὶ καὶ κρῆναι. Εἰσὶ καὶ τῆς Θεσσαλίας] Pro καὶ τῆς Θεσ-

Θεσσαλίας, puto legendum δὲ καὶ Θ. vel addendum ὄρη. Nam Δίδυμα ὄρη in *Theſſalia* memorat Strabo ex Heſiodo lib. XIV. pag. 647.

ΔΙΔΥ'ΜΗ, μία τῶν Αἰόλου νήσων.

— Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας Διδυμαῖον, ὀξυτόνως] Hoc aperte falſum; eſt enim προπερισπωμένως. Lege igitur cum Cl. Salmaſio, Διδυμαὶ, ὀξυτόνως. licet Διδύμη appelletur Straboni lib. XIV. pag. 665. Cujus locus in exemplaribus vulgatis male ſanus eſt; ſic enim legitur: τῶν δὲ περιγενομένων ἀνθρώπων ἐν ταῖς μάχαις τοὺς μὲν κατῳκισεν εἰς Σόλους, ἣν ἐκεῖνος Πομπηϊούπολιν ὠνόμασε· τοὺς δὲ εἰς Διδυμένην (lege Διδύμην) λειπανδρήσασαν, ἣν νυνὶ Ῥωμαίων ἀποικία νέμεται. *De hominibus, qui cladi ſuperfuerunt, alios tranſtulit* (Pompejus) *Solos, quæ nunc Pompejopolis dicitur, alios Didymam, quæ tum incolis egens, nunc Romanorum frequentatur colonia.* If. Caſaubonus legit ibi Δύμην, quæ Achajæ urbs fuit, & à Pompejo tum etiam incolas accepit ex piratis ab eo devictis, ut Strabo teſtatur lib. VIII. & Plutarchus in Pompejo. Nihilominus noſtram lectionem veram exiſtimo.

ΔΙ'ΔΥΜΟΝ τεῖχος, πόλις Καρίας] Hæc urbs appellata etiam Δίδυμα numero plurium. Unde Euſtathius Epiſcopus Πιναρῶν καὶ Διδύμων, apud Epiphanium in Panar. Hær. LXXIII. cap. 26. & Δίδυμα τείχη apud Polybium lib. V. pag. 420. Ptolemæus vero corrigendus, apud quem lib. V. Geogr. cap. 3. Σίδυμα legitur pro Δίδυμα.

ΔΙΖΗΡΟ'Σ, πόλις Ἰλλυρίδος] Lege: ΔΙΖΗΡΟ'Σ, ποταμός Ι. Certe pro fluvio manifeſte à Lycophrone ponitur, nec aliter à Tzetze, quando ad iſtum Lycophronis locum ita commentatur pag. 161. Διζηρὸς ποταμὸς πλησίον Πολλῶν πόλεως τῆς ὑπὸ Κόλχων κτισθείσης. & errorem hunc oſtendit participium ſequens ὀνομασθεὶς, quod maſculino genere ad τὸ, πόλις referri non poteſt, ad ποταμὸς poteſt.

ΔΙ'ΚΑΙΑ, πόλις Θρᾴκης] Scylaci etiam Δίκαια dicitur, Harpocrationi Δικαιόπολις.

— Ἐν δὲ τῷ τύπῳ Δικαῖος ἢ Δικαιεύς] Lege: ἐν δὲ τῷ τύπῳ. & ſic etiam Salmaſius.

ΔΙΚΑΙΑ'ΡΧΕΙΑ, πόλις Ἰταλίας] Inter Epigrammata Græca non edita, quæ extant in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, legitur hoc ſequens:

Ἀντιφίλου Βυζαντίου εἰς τὴν ἐν Δικαιαρχείᾳ θάλασσαν, καὶ εἰς τὰ ἐκεῖ ἐξ νεώρια καὶ τοὺς λιμένας.

Εἰπὲ, Δικαιάρχεια, τί σοι τόσον εἰς ἅλα χῶμα
 Βέβληται μέσσου γινόμενον πελάγους.
Κυκλώπων τάδε χεῖρες ἐνιδρύσαντο θαλάσσῃ
 Τείχεα μέχρι πόσου γαῖα βιαζομένα.
Κόσμου νηΐτην δέχομαι στόλον· εἴσι δὲ Ῥώμην
 Ἐγγύθεν ἐπ' αὐτῆς μέτρον ἔχω λιμένα.

— Ἔστι δὲ καὶ Δικαιαρχείτης] Polybius lib. III. Δικαιαρχῖται.

ΔΙ'ΚΤΗ, ὄρος Κρήτης. Καλλίμαχος, ε *] Lacunam hanc in ſuo codice ita expleverat Thomas Aldobrandinus: Καλλίμαχος εἰς Ἄρτεμιν·

——— ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
Νύμφαν μὲν Δίκτυνναν, ὄρος δὲ, ἤθεν ἥλατο νύμφη,
Δικταῖον καλέουσιν.

Atque hunc celebrem Callimachi locum hic fuiſſe à Stephano adſcriptum, ut montis etymon Poëtæ ipſius verbis indicaret, nullus equidem dubito. Præſertim, cum Strabo lib. X. pag. 479. hunc Callimachi locum perſtringat. Sed Mutilatoris vel librarii potius, è cujus exemplari ſuperſtites Stephani codices fluxerunt, feſtinatione factum exiſtimo, ut hoc opus tot lacunis lacerum atque hiulcum hodie habeamus. Iſtum enim, quoties in locum aliquem aut Homeri, aut Apollonii, aut alterius notum ſibi incideret, animadverto, ſpatio vacuo relicto, omittere fere locum conſueviſſe, appoſita duntaxat prima illius voce, & ſæpius litera tantum prima, quarum indicio poſtea per otium ex ipſis auctoribus loca ſibi omiſſa ſuppleret. Ita hic tantum primam loci poſuit literam ε *. quoniam Callimachi locus, in quo Nympha Britomartis, violentum Minois amorem fugiens, ex hoc monte in mare ſe præcipitaſſe & cum forte in piſcatorum retia delapſa eſſet, ſervata fuiſſe dicitur, unde nymphæ *Dictynnæ* & montis *Dictæi* nomen, juxta Callimachum, fluxit, quoniam, inquam, Callimachi iſte locus, quem adſcripturus poſtea erat, cum iſta litera incipit. eſt autem ſequens, ex Hymno in Dianam v. 196.

——— ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
Δίκτυα, τά σφ' ἐσάωσεν. ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
Νύμφαν μὲν Δίκτυνναν, ὄρος δὲ, ὅθεν ἥλατο νύμφη,
Δικταῖον καλέουσιν.

——— *inſiluit in piſcatorum*
Retia, quæ illam ſervarunt. Unde poſtea Cydones
Nympham quidem Dictynnam, montem vero, unde nympha deſiluit,
Dictæum appellant.

Cl. Salmaſius ex illo, ε *. putabat ſcriptum fuiſſe ab auctore, Ἑκάλη. quod opus Callimachi alibi ſæpius adducitur. Sed noſtra veriora exiſtimo.

ΔΙΝΔΡΥ'ΜΗ, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Δινδρυμαῖος] Apud Goltzium, ΔΙΝΔΡΥΜΑΙΩΝ.

ΔΙ'ΝΔΥΜΑ, ὄρη τῆς Τρῳάδος, ἀφ' ὧν Δινδυμήνη ἡ Ῥέα] Utroque numero dicitur hic mons Δίνδυμον & Δίνδυμα. Apollonius Rhodius lib. I. v. 985.

Ἠοῖ δ᾽ εἰσανέβαν μέγα Δίνδυμον.

Mane celſum adſcenderunt Dindymum.

— Ἥτις καὶ Σάωρος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Σαώρης νύμφης] Lege: Ἄωρος, & Ἀώρης. vide ſupra h. v. vide & infra v. Σάτρα.

— Διὰ τὸ φογόντας Αἰήτην] φυγόντας.

— Ὡς Ἡράκλειος] Cl. Salmaſius legit: Ἡραῖος.

ἘΛΕΥΘΕΡΙΟΝ, πολίχνιον Μυσίας. οἱ οἰκήτορες Ἐλευθερεῖς, ὡς Προύσιον Προυσιεῖς] Extat hoc gentile etiam infra v. Χειμέριον. Sed Προύσιον non dicitur, verum Προυσιὰς, unde Προυσιεύς. Sed hoc exemplum nihil hic probat. Unde ſuſpicor legendum: Βουπράσιον Βουπρασιεύς.

ἘΛΕΥΘΕΡΊΣ, πόλις Βοιωτίας.

— Πλησίον Κότου καὶ Ἐγκλέου] Puto hæc propria vicorum nomina eſſe.

ἘΛΕΥΘΈΡΝΑ, πόλις Κρήτης, ἀφ' ἑνὸς τῶν Κουρήτων] Singulari numero dicitur etiam infra v. Σάτρα, Scylaci, plurium, Ἐλευθέρναι. In præclaro nummo argenteo Sereniſſimi Magni Ducis, in cujus una parte caput Jovis, vel potius Curetæ barba raſa, ab altera, circum Apollinem ſtantem cum arcu, legitur literis inverſis, ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΟΝ.

— Οἱ πολῖται, Ἐλευθερναῖοι] In nummo Franc. Gotifredi circum Apollinem ſedentem legitur, ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΟΝ.

ἘΛΕΥΣΊΣ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἐλευσίνιος] Virgilius lib. I. Georg. v. 163. *Eleuſinus* format:

Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra.

Suetonius in Claudio cap. 25. *Sacra Eleuſina etiam transferre ex Attica Romam conatus eſt.* Ita maluerunt Latini potius quam Græcorum *Eleuſinia*, de quo vide Cl. Salmaſium ad Hiſt. Aug. pag. 202.

— Ἔστι καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης Ἐλευσινίας ἱερόν] Strabo lib. IX. pag. 395. *Eleuſina* dicit fuiſſe urbem, in qua templum *Eleuſinæ* Cereris fuit.

ἘΛΕΎΤΙΟΙ, ἔθνος τῆς Ἰαπυγίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Παρθένιος δὲ Ἐλεφαντίδα αὐτὴν φησιν] Hic duo iterum loca in unum conflata eſſe gentilia oſtendunt; quæ MSS. additis aliquot vocabulis ſic diſtinguunt.

ἘΛΕΎΤΙΟΙ, ἔθνος τῆς Ἰαπυγίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως.

ἘΛΈΦΑΝΤΟΣ πόλις· Παρθένιος δὲ Ἐλεφαντίδα αὐτὴν φησι, &c. Quomodo in vulgatis reſtituendum eſt.

ἘΛΙΒΎΡΓΗ, πόλις Ταρτησσοῦ] Abrahamus Ortelius putat *Eliberin*, ſive *Illiberrin*, ut vocatur in antiquis lapidibus, intelligendam. Ego potius *Iliturgin*, ſive *Illiturgin*, hodie *Andujar el vejo*, explicaverim, quia hæc Bæti fluvio appoſita, quem *Tarteſſum* quoque antiquis dictum conſtat. De *Illiturgis* autem Antiquitatibus videndus Rhodericus Carus doctiſſimo libello de Utreræ Antiquitatibus. De *Eliberri* autem vel *Illiberri* conſulendus Franciſcus Mendoza lib. I. de Concilio *Illiberritano* pag. 7. ubi duas hujus nominis in Hiſpania docet fuiſſe urbes: unam in Hiſpania Tarraconenſi,

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

vel potius Narbonenſi Gallia ſub Pyrenæis in ipſo Galliarum & Hiſpaniæ confinio, quam & *Caucoliberin* dictam docet, quaſi *Caucorum Illiberin* (unde adhuc hodie *Calliore*) cujus Mela, Livius aliique de veteribus meminere: alteram in Hiſpania Bætica, ubi celebratum Concilium *Illiberitanum*, quam *Florentiæ* cognomen habuiſſe vetuſti lapides teſtantur, in quibus MUNIC. FLORENTINUM ILLIBERITANUM. Hæc vulgo nunc *Elvire* dicitur.

ἙΛΙ'ΚΗ, πόλις Πελοποννήσου. Ὅμηρος. Οἵ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγάς] Scholiaſtes vetus ad Theocriti Idyll. I. v. 125. Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον· commentatur hoc modo: τοῦ ὄρους τὸ ἀκρωτήριον, παρὰ τὸ ἐπιρρεῖσθαι τοῖς τῶν ὑετῶν ὄμβροις, καὶ πηγῶν ὕδασιν· ἢ ὄνομα πόλεως, πρὸς τῷ ὁρίῳ τῷ Ἀχαϊκῷ, ἢ Αἰπύτου τάφου κεφαλή. In loco autem Homeri *Helice* & *Ægæ* dicuntur Neptuno ſacræ: verba enim ſunt Junonis ad Neptunum Iliad. Θ. v. 204.

> Οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι
> Πολλά τε καὶ χαρίεντα.
> *At tibi Helicen & Ægas dona adducunt*
> *Et multa & elegantia.*

Unde non dubito; quin emendari debeat Poëtæ Hymnus in Neptunum, in quo mendoſe legitur:

> —— ὅς θ' Ἑλικῶνα καὶ εὐρείας ἔχει Αἰγάς.

pro ὅς θ' Ἑλίκην τε κ. ε. ε. Α.

> —— *qui Helicen & latas habet Ægas.*

Helicon enim nihil ad Neptunum, contra *Helice* & *Ægæ* illi ſacræ. Nec movere debet gentile Ἑλικώνιος, quod ab *Helice* contra analogiam formatum eſt. Nam *Helicen* appellatam fuiſſe etiam *Helicona*, nuſquam, puto, reperies; ego ſaltem hactenus non reperi.

— Ἀπὸ Ἑλίκης τοῦ Λυκάονος] Apud Euſtathium ad Homeri Iliad. Β. pag. 292. locus hic deſcriptus extat, ſed mendum in illo tollendum eſt: legitur enim vulgo: ἀπὸ Ἑλίκα φασὶ καλεῖται υἱοῦ Λυκάονος. pro ἀπὸ Ἑλίκου.

— Ἡ Ἑλίκης, τῆς Ἴωνος μὲν γυναικὸς, Σελινοῦντος δὲ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατρός] Pauſanias princ. lib. VII. Ἴωνι δ' ἐπὶ τοὺς Αἰγιαλεῖς στρατιὰν καὶ ἐπὶ Σελινοῦντα τὸν βασιλέα αὐτῶν ἀθροίζοντι ἀγγέλους ἔπεμπεν ὁ Σελινοῦς τὴν θυγατέρα Ἑλίκην, ἣ μόνη οἱ παῖς ἦν, γυναῖκα αὐτῷ διδοὺς, καὶ αὐτὸν Ἴωνα ἐπὶ τῇ ἀρχῇ παῖδα ποιούμενος. Καί πως ταῦτα τῷ Ἴωνι ἐγένετο οὐκ ἀπὸ γνώμης, καὶ τῶν Αἰγιαλέων τὴν ἀρχὴν Ἴων ἔσχεν ἀποθανόντος Σελινοῦντος· καὶ Ἑλίκην τε ἀπὸ τῆς γυναικὸς ᾤκισεν ἐν τῷ Αἰγιαλῷ πόλιν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐκάλεσεν Ἴωνας ἀφ' αὑτοῦ. *At Ion cum bellum eſſet Ægialenſibus & eorum regi Selinunti illaturus, per legatos ei Selinus unicam filiam Helicen deſpondit, ſibique eum adoptionis jure filium fecit. Quod cum Ioni ex animi ſententia eveniſſet, & Selinunti in imperium ſucceſſit, & à ſe conditam urbem uxoris ſuæ de nomine Helicen nominavit: gentem ipſam à ſe Ionas nuncupavit.* Poſt autem hæc verba, ad quæ locum Pauſaniæ modo adduximus, apud Stephanum ex dicto Euſtathii loco videtur inſerendum: Ἔστι καὶ ἄλλη Θετταλική.

— Ὁ πολίτης Ἑλικώνιος, ἀπὸ κτίστου Ἑλικῶνος] Apud Euſtathium dicto loco ἱερὸν τοῦ Ἑλικωνίου Ποσειδῶνος· *fanum Heliconii Neptuni* fuiſſe *Helicæ* dicitur. & apud Herodotum lib. I. cap. 148. *Panionium*, locus Mycales ſacer Ποσειδῶνι Ἑλικωνίῳ dicatus commemoratur haud dubie ab *Helice* ultimo Ionum refugio in Peloponneſo, cum ab Achæis bello victi premerentur, ut teſtatur idem Herodotus eod. libro. cap. 145.

ἙΛΙ'ΜΕΙΑ, πόλις Μακεδονίας] Arrianus lib. I. de Exped. Alex. pag. 8. regionem circa hanc urbem appellat Ἐλυμιῶτιν. Rurſus apud Ptolemæum lib. III. Geogr. cap. 13. licet oppidum vocetur Ἔλυμα, populus Ἐλιμιῶται dicuntur: ſic enim bis in MSS. legitur. Editi contra uno loco ſcribunt Ἐλιμιώτας, altero Ἐλυμιώτας.

— Ἀλέξανδρος δ' Εὐρώπῃ Ἐλίμειόν φησι, διὰ μακροῦ τὴν μέσην συλλαβήν. Τὴν δ' Ἐλίου διὰ βραχέος τοῦ ι] In ultimis verbis ſenſum deſidero. An ſcripſit: Τὴν δὲ λι οὐ διὰ βραχέος τοῦ ι.

ἜΛΙΝΟΙ, ἔθνος Θεσπρωτικὸν, Ῥιανὸς δὲ Θεσσαλικῶν] Infra v. Χαῦνοι adducitur Rhiani locus, qui hic ſupprimitur ex quarto Theſſalicorum:

> Κεστρηνοὶ Χαῦνοί τε καὶ αὐχήεντες Ἐλινοί.

— Καὶ Ἐλενία ἡ χώρα] Cl. Salmaſius legit, Ἐλινία. Recte.

— Ἔστι καὶ Σικελίας πόλις] De urbe neſcio: ſed populos Siciliæ fuiſſe, & quidem eoſdem, qui *Elymi* aliter, & Plinio *Etini*, ſuſpicor.

ἘΛΙ'ΞΟΙΑ, νῆσος Ὑπερβορέων, οὐκ ἐλάσσων Σικελίας, ὑπὸ ποταμῷ Κεραμβύκα] Lege, Καραμβύκα. vide infra v. Καραμβύκαι.

ἘΛΙ'ΣΥΚΟΙ, ἔθνος Λιγύων] Meminit Herodotus lib. VII.

ἝΛΑ, χωρίον Ἀσίας, Ἀττάλου βασιλέως ἐμπόριον· Πολύβιος ις'· τὸ ἐθνικὸν Ἑλαῖος] Ordo literarum oſtendit gemino ΛΛ legendum ἙΛΛΑ. quoniam vero Polybii librum XVI. laudat, atque in iſtius libri Excerptis nuper editis pag. 73. locus extat, in quo non *Hellæ*, ſed *Hellarum* fit mentio, ſatis apparet hunc locum miſere vitiatum, vel potius truncatum ac mutilum eſſe. Neque enim Ἕλλαι Polybii in Aſia ſunt, ſed in Peloponneſo. Itaque hic Ἕλλα & Ἕλλαι confunduntur. Sed Polybius paullo poſt pro *Hellis* τὴν Σελλασίαν nominat. Unde Henricus Valeſius locum pronunciavit corruptum, & aliter vertit, quam in Græco extat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Eſt autem ſequens: ἐν ᾧ φησιν ὁ Ζήνων ὁρμήσαντα τὸν Νάβιν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος καὶ διαβάντα τὸν Εὐρώταν ποταμὸν παρὰ τὸν Ὁπλίτην προσαγορευόμενον πορεύεσθαι διὰ τῆς ὁδοῦ τῆς στενῆς παρὰ τὸ Πολιάσιον, ἕως ἐπὶ τοὺς κατὰ Ἕλλας ἀφίκετο τόπους. *Quo loco ſcribit Zeno Nabin Lacedæmone profectum, trajecto Eurota fluvio juxta rivum, qui Hoplites vocatur, via, quam Sthenem ſeu Anguſtam vocant iter feciſſe ſecundum Poliaſium, donec ad Sellaſiæ agrum perveniret.* In Græco autem eſt, *donec ad loca circa Hellas perveniret.* Deinde pro corrupto pronunciare hunc locum Stephani vetat auctoritas. Et tamen verum, ab eodem Polybio *Hellas* paullo poſt appellari *Sellaſiam.* Ὁ μὲν γὰρ Εὐρώτας καὶ τὰ περὶ τὴν Σελλασίαν κεῖται τῆς Σπάρτης ὡς πρὸς τὰς θερινὰς ἀνατολάς. *Nam Eurotas & ager circa Sellaſiam ad orientem æſtivum Spartæ ſiti ſunt.* An igitur in hac urbe διττογραφία eadem obtinuit, quæ in Ἕλλοις & Σέλλοις aliiſque ſimilibus? Judicent docti.

ἙΛΛΑ'Σ, πόλις Θεσσαλίας.

— Πολλαὶ Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε] Locus Homeri Iliad. I. v. 395. Euſtathius autem noſtrum deſcripſit ad Iliad. B. pag. 320.

— Ἐκτίσθη ὑπὸ Ἕλληνος, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος] *Deucalionis* tamen filium *Hellenem* faciunt, Strabo lib. VIII. pag. 383. & Thucydides lib. I. pag. 3.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Ἑλλὰς κοίλης Συρίας] Joannes Brodæus *Helladem* Syriæ Cavæ alio nomine *Atthida* dictam putat, ad lib. III. Anthol. Græc. cap. 6. Epigr. 17. quod Meleagri dicitur:

Νᾶσος ἐμὰ θρέπτειρα Τύρος, πάτρα δέ με τεκνοῖ
Ἀτθὶς, ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις.

Inſula Tyrus mea nutrix, patria vero me genuit
Atthis, quæ in Aſſyriis habitatur Gadaris.

adducit enim ad illuſtrationem τοῦ, Ἀτθὶς, hunc Stephani locum.

ἙΛΛΗΝΟ'ΠΟΛΙΣ, πόλις Βιθυνίας] Meminit Etymologus, qui illam ab Attalo conditam ex Apollodoro refert.

— Μετὰ τὸν ἀνῳκισμὸν Βιθάλβης] MSS. Βιβάθλης.

ἙΛΛΗ'ΣΠΟΝΤΟΣ, ἡ χώρα, ἡ παρακειμένη τῷ κόλπῳ, ἀπὸ Ἕλλης] Tzetzes Chil. I. v. 838. *Helleſpontum* ab Abydo uſque ad *pontem Blachernarum* extendi ait. Sed Stephanus intelligit provinciam, quam deſcribunt Notitiæ Imperii & Epiſcopatuum Græciæ.

— Καὶ Ἑλλησποντίς· ἔστι δὲ ἀπὸ δύο παρηγμένον, ὡς παρ' ὠκεανὸν παρωκεανῖτις, περὶ ποταμῷ περιποτάμιος] Ex exemplis παρωκεανῖτις & παραποτάμιος videri poſſet ſcribendum: Καὶ παρελλησπόντιος. Niſi alteram compoſitionem intelligat, quod ſit ex Ἕλλης & πόντος.

ἙΛΛΟΠΙ'Α, χωρίον Εὐβοίας] An non ſcribendum, ἙΛΛΟ'ΠΕΙΑ, quemadmodum ſcribitur infra v. Σχοινοῦς.

— Καὶ αὕτη ἡ νῆσος] Αὐτή.

— Ἐλέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ἑλλοπία] Euſtathius ad ſequentem Homeri locum Iliad. Π. pag. 1057. dicit ipſam *Dodonam* ſic appellatam: Δωδώνη, Ἑλλοπία κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐκαλεῖτο πρότερον. & inter Heſiodi fragmenta extat inſignis locus ex Scholiaſte Sophoclis depromptus, in quo Ἑλλοπίη pariter regio dicitur circa *Dodonam*; quem hic ſubjicere non gravabimur. Eſt autem ad Sophoclis Trachin. v. 1174. Σελλῶν εἰσελθὼν ἄλσος. *Sellorum ingreſſus lucum.* ἔνιοι δὲ χωρὶς τοῦ σ γράφουσιν Ἕλλους ἀποδεχόμενοι· καὶ Ἑλλοπίαν τὴν Δωδώνην νομίζουσιν εἶναι· τὴν δὲ χώραν οὕτως Ἡσίοδος ὀνομάζει ἐν Ἠοίαις λέγων οὕτως·

Ἔστι τις Ἑλλοπίη πολυλήϊος ἠδ' εὐλείμων,
Ἀφνειὴ μήλοισι καὶ εἰλιπόδεσσι βόεσσιν·
Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηνες, πολυβοῦται
Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων,
Ἔνθα γε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται.
Τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ ὃν χρηστήριον εἶναι
Τίμιον ἀνθρώποις, ναῖον δ' ἐνὶ πυθμένι φηγοῦ.
Ἔνθεν ἐπιχθόνιοι μαντεύματα πάντα φέρονται.
Ὃς δὴ κεῖθι μολὼν θεὸν ἄμβροτον ἐξερεείνῃ
Δῶρα φέρων ἔλθῃσι σὺν οἰωνοῖς ἀγαθοῖσι.

— Ἧς οἱ οἰκήτορες Ἕλλοι καὶ Σελλοί] Ἕλλους vocat Philoſtratus in Iconibus pag. 829. quos ab *Elo* lignatore (δρυτόμον appellat) dictos prodit.

ἝΛΟΣ, πόλις Λακωνική· Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον] Fuit duplex Ἕλος in Peloponneſo juxta Homerum: unum in Laconica regione ſub Menelao, cujus Poëta his verbis meminit Iliad. B. v. 584.

Οἵ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον, Ἕλος τ' ἔφαλον πτολίεθρον.

Quique Amyclas tenebant, Heloſque maritimum oppidum.

alterum ſub Neſtore Pyliæ dynaſtiæ, de quo Homerus eod. lib. v. 594.

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον.

Et Pteleon, & Helos, & Dorium.

Sed Stephanus utrumque confundit, uti notat Euſtathius ad iſtum locum pag. 295.

— Οἱ πολῖται Εἵλωτες] Scholiaſtes vetus Thucydidis ad lib. I. pag. 66. Ἕλος πόλις τῆς Λακωνικῆς, ἧς οἱ πολῖται ἐκαλοῦντο Εἵλωτες. οἱ οὖν Λακεδαιμόνιοι διὰ τὸ ἀεὶ διαφόρους εἶναι ἀλλήλοις, τοὺς δούλους αὐτῶν ἐκάλουν Εἵλωτας κατὰ ἀτιμίαν καὶ ὕβριν. Vide etiam Suidam h. v.

— Καὶ Ἕλειοι] Apud Euſtathium d. l. legitur Ἕλιοι. ſed idem mox ex Rhetorico lexico adducit quoddam murium genus Ἐλειοὺς quod vivant ἐν τοῖς ἕλεσι.

— Καὶ Ἑλεάτης] Sic Athenæus ex Theopompo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Ἔλουροι, Σκυθικὸν ἔθνος] Sic quoque illos appellat Menander Protector in Excerpt. Legat. à Davide Hœſchelio editis pag. 101. ubi eos Pannoniam Secundam aliquamdiu incoluiſſe ſcribit. Certiſſimum eſt *Herulos* intelligi.

— Δέξιππος ἐν χρονικῶν ιβ΄] Eadem habes apud auctorem Etymologici v. Ἔλουρος.

Ἐλύμαι, χώρα Ἀσσυρίων πρὸς τῇ Περσικῇ τῆς Σουσίδος ἐγγύς] Polybius in Excerpt. lib. XXXI. apud Conſtant. Porphyrog. pag. 145. Ἐλυμαΐδα vocat regionem, in qua celebre Dianæ templum; quod expilare Antiochus Epiphanes fruſtra tentavit. Diodorus in Excerpt. lib. XXVI. pag. 293. *Jovis* templum ibidem commemorat, quod pag. 298. *Beli* vocat, illudque ab Antiocho Magno expilatum narrat.

— Οἱ οἰκοῦντες Ἐλυμαῖοι] Ab his diverſi ſunt Ἐλυμαῖοι Suidæ, Ἔλυμοι Scylacis & aliorum, Siciliæ populus, ab *Elymo* notho Anchiſæ filio dictus, auctore Suida, & Etymologo.

Ἐλύμνιον, νῆσος Εὐβοίας] Meminit hujus inſulæ Heraclides Ponticus in Fragm. de Politiis pag. 459. Κατῴκισαν δὲ καὶ Κλεωνὰς Χαλκιδεῖς, οἱ ἐν τῷ Ἄθῳ, ἐξαναστάντες ἐξ Ἐλυμνίου, ὡς μὲν μυθολογοῦσι, ὑπὸ μυῶν, οἳ τά τ' ἄλλα κατήσθιον αὐτῶν καὶ τὸν σίδηρον. *Cleonas etiam condiderunt Chalcidenſes, qui in Athone nunc habitant, olim Elymnio, à muribus, ut fabulantur, pulſi, quum non ſolum alias illorum res, verum & ferrum devorarent.* Interpres locum hunc non eſt adſequutus: ejuſque errore Abrah. Ortelius ſeductus affirmat, in Theſauro, *Elymnium Athi montis urbem eſſe, apud Heraclidem in Politiis*; cum ſit inſula cum urbe, Eubœæ.

Ἔλωρος, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἐλώρου ποταμοῦ τοῦ κατὰ Πάχυνον] Heſychius igitur emaculandus: Ἐλώειος ἀγὼν τελούμενος ἐπ' Ἐλώρου ποταμοῦ. Vulgo perperam editur Ἐλόρου.

— Ὃς λέγεται τιθασοὺς ἰχθῦς ἔχειν ἀπὸ χειρὸς ἐσθίοντας] Idem de *Eloro* fluvio ex Nymphodoro Syracuſio refert Athenæus lib. VIII. pag. 331. Scholiaſtes Pindari ad Nem. Od. IX. pag. 412.

Ἔμβατον, τόπος τῆς Ἐρυθραίας] Collect. Geogr. MS. Vat. Ἔμβατον, ἄκρον τῆς Ἐρυθραίας νήσου. Thucydides lib. III. Βουλόμενοι δὲ σαφὲς εἰδέναι κατέπλευσαν ἐς Ἔμβατον τῆς Ἐρυθραίας. *Volentes vero rem exploratam habere ad Embatum Erythrææ ſe conferunt.* Vide præcedentia & ſequentia loci hujus apud ipſum.

Ἔμισα, πόλις Φοινίκης] Scribe, Ἔμισσα. & mox Ἐμισσαῖος. ut patet ex appoſito exemplo Λάρισα, dein eo, quod ſubjiciat quaſi per correctionem, quod Dionyſius ι in hoc vocabulo corripiat, id eſt, per ſimplex σ ſcribat. Et verum, utroque modo ſcripſiſſe Ἔμισα & Ἔμισσα, Λάρισα & Λάρισσα. De priore vide quæ notata Cl. Salmaſio ad Hiſt. Aug. Script. pag. 366. de poſteriore ea, quæ noſtro, infra v. Λάρισσα.

— Λιβανουσίας] Forte Λιβανησίας, ut appellatur hæc regio in Notitia MS. Provinc.

— Τῆς δὲ πρὸς Αἰτωλίης Ἐμίσων πόλιν] Lego, πρὸς ἀντολίην. uti bis apud Dionyſium Afrum in Syriæ deſcriptione, ſemel v. 919.

Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσῃσι, Ἀπαμείης πτολίεθρον.
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην κατασύρεται ὑγρὸς Ὀρόντης.

Cæterum in mediterraneis urbibus Apameæ oppidum.
Hujus autem ad ortum delabitur liquidus Orontes.

& iterum v. 976.

Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην, ὀρέων ἄπο παπταινόντων
Φαίνετ' ἀπειρεσίου ποταμοῦ ῥόος Εὐφρήταο.

Hujus autem ad orientem montibus ab excelſis
Cernitur immenſi fluvii fluxus Euphratæ.

Nec dubitandum, quin hic verſus ejuſdem Dionyſii ſit, licet in hodiernis Periegeſeos exemplaribus non reperiatur. Librariorum enim peccato hoc eſſe factum ex verſione Feſti Avieni Latina conſtat, qui locum ſuperius allegatum ſic vertit:

Urbs mediis Apamea dehinc conſurgit in arvis
Et qua Phœbeam procul incunabula lucem
Prima fovent, Emeſæ faſtigia celſa renident.

& poſt aliquot verſus, quibus deſcribit *Emeſam* vel *Emiſam*:

Hic ſe indit juxta tellurem glaucus Orontes.

unde apparet evanuiſſe locum hunc apud Dionyſium ſtatim poſt *Apameæ* commemorationem.

— Ἐν τισι δὲ Ἔμεσα εὕρηται] Scholion Græc. ad Bibl. Photii pag. 130. Φοινίκης γὰρ πόλις Ἔμεσα, ἣ καὶ Ἔμισος καταλέγεται ἐν τοῖς Γεωγραφικοῖς πίναξιν. Ubi pro Ἔμισος legendum Ἔμισα. *Emiſus* enim nuſquam reperitur: tum præter Stephanum confirmant hanc lectionem plura argumenta. Dionyſii Periegetæ teſtimonium: nummus item antiquus Caracallæ apud Triſtanum Tom. II. pag. 221. ubi circum aquilam globo inſiſtentem legitur, ΕΜΙϹΩΝ ΚΟΛΟΝΙΑϹ. ΑΥΓ. ΖΚ. habuit enim jus Coloniæ Romanæ, fuitque juris Italici, uti patet ex *l.* 1. & *l.* 8. *D. de Cenſibus.* Goltzius quoque in duobus nummis antiquis, ΕΜΙϹΗΝΩΝ legit.

— Ἀφ' οὗ Ἐμεσηνός] Sic in nummo Antonini Pii circum caput Solis radiatum, ΕΜΕϹΗΝΩΝ.

Ἐμπόριον, πόλις Κελτική, κτίσμα Μασσαλιωτῶν] Strabo lib. III. pag. 159. & 160. urbem hanc dicit fuiſſe triplicem in Hiſpania, & à Pyrenæis montibus, ſeu Galliæ Hiſpaniæque confinio quadringenta diſtitiſſe ſtadia: ex quo apparet *Celticam* dici illam hoc loco, aut

ratione originis, aut quod Hiſpania *Celtica* olim accenſita.

— Ὁ πολίτης, Ἐμποϱίτης] Extant aliquot nummi Græci, in quibus Pegaſus viſitur, cum inſcriptione, ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ. & in nummi Latini una parte ſub Pegaſo, ΕΜΠΟΡ. altera circum caput Romæ, P. C. V. Q. C. C. Q. quibus literis quinquennales coloniæ ejus deſignari exiſtimo. in duobus aliis nummis legitur, ΕΜΠΟΡΙΤΑΝ.

ἘΝΕΤΟΙ', Ὅμηρος, ἐξ Ἐνετῶν] Locus ex Iliad. Β. v. 852. ad quem videndus Euſtathius pag. 361. qui verba noſtri transſcripſit, ſed multa ampliora, quam hodie hic leguntur.

— Λέγονται καὶ Ἐνετίδες ἵπποι] An potius, quia Euripides Ἐνετὰς ἵππους dixit pro Ἐνετικάς, teſte Euſtathio d. l.

— Ἦν δὲ καὶ κτητικόν] An legendum, Ἐνετήϊος δὲ καὶ κτητικόν. certe hoc ab hac gente, vel potius illius urbe formatur. Apollonius Rhodius lib. II. v. 358.

——— τοῖσιν τ' Ἐνετήϊος ἐμβασίλευσε
Πρῶτα Πέλοψ.
——— *quibus imperavit Eneteius*
Pelops primum.

ubi Scholiaſtes Ἐνετήϊον dici notat ἀπὸ Ἐνέτης πόλεως Παφλαγόνων. Et hinc Zenodotum Strabo lib. XII. pag. 543. apud Homerum legiſſe ait ἐξ Ἐνετῆς, pro ἐξ Ἐνετῶν, quod in vulgatis conſpicitur, illudque de Ἀμισῷ urbe interpretatum. Vide Cl. Salmaſium Exercit. Plin. pag. 888.

— Ἀφ' ἧς ἦν Μύρμηξ, ὁ διαλεκτικὸς φιλόσοφος, ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ Φιλοσόφου ἱστορίας] Cl. Salmaſius d. l. putat *Myrmecis* hujus nullam inveniri mentionem in libris Diogenis Laërtii, qui hodie extant. Invenitur tamen lib. II. in vita Stilponis, ſed locus aliter in noſtris nunc, quam in Stephani olim codicibus, legitur. Videlicet: Δίφιλον δὲ τὸν Βοσπορειανὸν Εὐφάντου καὶ Μύρμηκα τὸν Ἐξαινέτου παραγενομένους, ὡς ἐλέγξοντας, ἀμφοτέρους ζηλωτὰς ἔσχε· *Diphilum vero Boſporanum Euphanti & Myrmecem Exaneti, qui ad eum redarguendum venerant, utroſque ſui ſtudioſos habuit.* Stephanus autem legit: Μύρμηκα ἐξ Ἐνετοῦ. procul dubio perperam: uti recte docet ad illum locum V. CL. Iſ. Caſaubonus. Diogenis enim hodierna lectio confirmatur primo auctoritate Heſychii Mileſii, apud quem eodem modo legitur, fruſtra illud emendante Joanne Meurſio ex hoc Stephani loco: deinde ex eo, quod urbs Ἐνετὸς nuſquam alibi inveniatur, immo ipſi Straboni ignota fuerit: adeo ut plus quam veriſimile ſit, Stephani Ἐνετὸν imaginariam, & ex corrupto Diogenis loco ab illo confictam eſſe.

ἘΝΙΣΠΗ, πόλις Ἀρκαδίας.

— Καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην] Hemiſtichium Homeri ex Iliad. Β. v. 606.

Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην.
Ripenque Stratienque & ventis expoſitam Eniſpen.

quem verſum imitatus Statius lib. IV. Thebaid. v. 286.

Ripeque & Stratie ventoſaque donat Eniſpe.

— Φασὶ δὲ τὸ Κλητορίας] Lege: Κλειτορίας.

ἘΝΟΠΗ, πόλις τῆς Μεσηνίας· Ὅμηρος, Καρδαμύλην Ἐνόπην τε] Eſt ex Iliad. I. v. 150. ad quem vide Euſtathium pag. 743.

— Ὡς Ῥοπεύς] Lege: Ῥοδοπεύς. Vide infra h. v.

ἜΝΤΕΛΑ, πόλις Σικελίας] Scribe duplici ΛΛ. ἜΝΤΕΛΛΑ. Apud Pyrrhum Ligorium in Antiquitatibus in elegantiſſimo nummo, in quo Ceres facibus accenſis Proſerpinam quærens conſpicitur, ſubtus ſcribitur, ΕΝΤΕΛΑ, unico Λ. Sed non dubito, quin in nummo fuerit, ΕΝΤΕΛΛΑ. Certe noſter ſupra ita ſcribit v. Ἀλικύαι. & infra, v. Στίελλα ſic gentile. Et ſic paſſim invenitur apud omnes. Tzetzes ad Lycophronem pag. 154. appellat Ἔνταλλαν ἢ Ἄταλλαν. unde corrigendus idem pag. 83. ubi Ἄταλαν vocat; uti jam obſervatum Philippo Cluverio lib. II. Sic. Antiq. cap. 12.

— Ἧσαν δ' οἱ οἰκοῦντες Καμπανοὶ τὸ γένος, σύμμαχοι Καρχηδονίων] Campani ab antiquo militaris ſpiritus viri & in Sicilia modo huic modo illi meruerunt. Vide Iſ. Caſaubonum ad Polybii lib. I. pag. 70.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἐντελῖνος] Legendum: Ἐντελλῖνος. Sic in quatuor antiquis numiſmatibus, apud Philip. Parutam pag. 93. conſtanter per ΛΛ legitur, ΕΝΤΕΛΛΙΝΩΝ.

ἘΞΑΓΥΓΟΣ, πόλις Σικελίας, γραφὴν Ἀττικὴν ἔχουσα, ὡς τὸ ἐξακλινής] Apud Euſtathium ad Homeri Iliad. Δ. pag. 450. Ἔξυγον, ὁ πόλις ἐστὶ Σικελίας ἐξ ἀγυιὰς ἔχουσα κατὰ τὸ τὰ ἐθνικὰ γράψαντας.

ἘΟΡΔΑΙ'ΑΙ, δύο χῶραι Μυγδονίας] Fuere in Macedonia, ubi & Ἐορδαϊκὸς fluvius ponitur ab Arriano lib. I. de Exped. Alex. pag. 5. qui vicinus fluvio fuit *Erigoni.*

— Ὀξύνεται δὲ τὸ Ἐορδός] Ἐορδοὶ apud Herodotum lib. VII. cap. 158.

ἘΠΑΚΡΙΑ, μία τῶν ἐπὶ Κέκροπος συνοικισθεισῶν δυοκαίδεκα πόλεων, διὰ τὸ ληΐζεσθαι ὑπὸ Καρῶν] *Epacria una ex duodecim civitatibus, quæ ſub Cecrope conditæ, quod à Caribus deſolarentur.* Locus male contractus ex Strabonis lib. IX. pag. 397. qui ſic ex Philochoro: πορθουμένης τῆς χώρας ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, οὓς ἐκάλουν Ἄονας, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, &c.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Cum Atticam Cares à mari, à terra Bœoti, quos vocabant Aones, popularentur, primum Cecropem in duodecim urbes multitudinem compoſuiſſe, quarum nomina ſunt Cecropia, Tetrapolis, Epacria, &c. Unde apparet, omnino hic addendum in fine τὴν χώραν, ſi Epitomatorem ab errore volumus liberum.

ἘΠΕΙΟΊ, οἱ Ἠλεῖοι, ἀπὸ Ἐπειοῦ βασιλέως] Scholiaſtes Græcus Pindari ad Olymp. Od. IX. pag. 89. *Eleos* dictos *Epeios* ait ἀπὸ Ἐπειοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος.

— Λέγονται καὶ πατρωνυμικῶς Ἐνδυμιωνιάδαι] Cl. Salmaſius putat legendum: Ἐπειάδαι ὡς Ἐλιάδαι. ſed fruſtra. Nam Ἐνδυμιωνιάδαι appellati ſunt ab *Endymione*. Hunc Conon Narrat. XIV. apud Photium auctor eſt regnaſſe in Peloponneſo ejuſque nepotem ex filia Eurypile *Elim*, conditam ab avo materno urbem nominaviſſe à ſe *Elim*. & Scholiaſtes Apollonii Rhodii ad lib. IV. v. 58. ubi variorum de *Endymione* ſententias recenſet, ſcribit: Ἴβυκος δὲ ἐν πρώτῳ, Ἤλιδος αὐτὸν βασιλεῦσαί φησι. & mox: φασὶ δὲ αὐτὸν οἱ μὲν Σπαρτιάτην, οἱ δὲ Ἠλεῖον. & ipſe Stephanus ſupra v. Αἰτωλία, ait *Ætolum Endymionis* filium *Piſa* ejectum à Salmoneo. & *Piſa Endymionis* filia, unde civitati Elidis nomen, uti cenſet Scholiaſtes Theocriti pag. 46. & Scholiaſtes Pindari Olymp. Od. I. pag. 4.

ἘΠΊΔΑΜΝΟΣ, πόλις Ἰλλυρίδος, ἐπὶ χερρονήσου τῆς καλουμένης Δυρραχίου] *Epidamnus* poſtea *Dyrrachium* dicta metropolis fuit provinciæ *Epyri Novæ*, quam propterea Malchus in Excerpt. Legat. τὴν καὶ Ἐπίδαμνον Ἤπειρον vocat, quamvis locum illum interpres non ſatis bene expreſſerit, quando *regionem circa Epidamnum* vertit. ut & paullo poſt: δι' οὗ τῆς τε Ἐπιδάμνου καὶ ἄλλης Ἠπείρου κρατήσοι. reddit, *qua Epidamno & reliqua Epiri dominatu potiretur*. Balamerus enim non ſolum *Epiri Novæ*, cujus caput & metropolis erat *Epidamnus*, ſed etiam alterius Epiri, veteris ſcilicet, dominatum affectabat. Extat lib. III. Anth. cap. I. Epigramma in *Joannem* quendam *Epidamnium*, quo hujus urbis conditores dicuntur Heraclidæ:

Οὗτος Ἰωάννην κρύπτει τάφος, ὃς ῥ' Ἐπιδάμνου
Ἄστρον ἔην, ἣν δὴ παῖδες ἀριπρεπέες
Ἔκτισαν Ἡρακλῆος.

Hoc Joannem tegit monumentum, qui ſane Epidamni
Sidus erat, quam poſteri illuſtres
Condiderunt Herculis.

Thucydides lib. I. pag. 17. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον· προσοικοῦσι δὲ αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, τῶν ἀφ' Ἡρακλέους, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς. *Epidamnus eſt urbs ad dextram ſita navigantibus Ionium ſinum verſus, cui finitimi ſunt Taulantii barbari, gens Illyrica. Hanc habitatum venerunt Corcyrenſes, coloni à Phalio Corinthio deducti, qui erat ab Hercule oriundus, Eratoclidæ filius, ex metropoli ſecundum veterem legem arceſſitus.* & de ſitu ejus in peninſula idem pag. 20. ἔστι δ' ἰσθμὸς τὸ χωρίον· *eſt autem locus iſte iſthmus.*

— Ἔστι δ' ἑτέρα ἐν τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ] Quinam hic eſt ſtupor? Eadem plane, quæ ſuperior, non alia.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἐπιδάμνιος. εὕρηται παρὰ Παρθενίῳ καὶ διὰ διφθόγγου· τὸ θηλυκὸν Ἐπιδαμνιάς] MSS. Ἐπιδάμνειος, & Ἐπιδαμνειάς. Forte prius falſum, & totus locus ſic legendus: τ. ε. Ἐπιδάμνιος εὕρηται. παρὰ Παρθενίῳ καὶ διὰ διφθόγγου· τὸ θηλυκὸν Ἐπιδαμνειάς.

ἘΠΊΔΑΥΡΟΣ, πόλις πρὸς τῷ Ἄργει, θηλυκῶς λεγομένη. Τὸ γὰρ

——— Ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον,

— Μετὰ ἀρσενικοῦ ἐπιθέτου, θηλυκόν ἐστιν] Hemiſtichion eſt Homeri ex Iliad. B. v. 561. De maſculino epitheto urbi huic addito vide Euſtathium pag. 287. ſic ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ ſupra v. Γερηνία.

— Ἐκαλεῖτο δὲ Μειλιασία] Μιλησία Euſtathius.

— Τινὲς δὲ Λειμηρὸν Λακωνικὴν λέγουσι] Ex Euſtathio d. l. & ex illis, quæ auctor ſubjungit de nominis origine, conſtat legendum: Λιμηρὰν. Heſychius: Λιμηρά, ἡ Ἐπίδαυρος, διὰ τὸ λιμένας ἔχειν εὐφυεῖς, οἷον Λιμενηρά. & idem Heſychius: Δίστομος, οὕτως ἡ Ἐπίδαυρος ἐκαλεῖτο, ἐπεὶ ἀμφιστόμοις λιμέσιν ἐκέχρητο.

ἘΠΙΛΕΥΚΆΔΙΟΙ, πόλις μετὰ Ἀκαρνανίαν] Apud Scylacem pag. 120. hæc vox miſere corrupta eſt; legitur enim: Αὕτη ἡ πόλις, τὸ πρὶν καὶ ἐπὶ Λευκαδιοσῶν ὠνομάζετο. pro, Ἐπιλευκάδιοι ἐπωνομάζετο. *Hæc civitas* (loquitur de *Leucate*) *& Epileucadii appellabatur.* uti reſtituit Cl. Salmaſius in Exercitat. in Solinum pag. 715.

ἘΠΙΦΆΝΕΙΑ, πόλις Συρίας, κατὰ Ῥαφανέας.

— Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἀρκεσικέρατα] Ἀρκεσίκερως. ut Τιγρανόκερτα, infra h. v.

ἘΠΤΑΚΩΜῆΤΑΙ, βάρβαροι, τὸ Σκυθικὸν οἰκοῦντες ὄρος] Deprompta ſunt hæc ex Strabone lib. XII. pag. 548. ſed ibi mons, cujus extrema tenuerunt hi barbari, non *Scythicus*, appellatur, ſed *Scydiſſes*. Διήκει δὲ διὰ τούτων ὅ τε Σκυδίσης ὄρος τραχύτατον συνάπτον τοῖς Μοσχικοῖς ὄρεσι, τοῖς ὑπὲρ τῆς Κολχίδος, οὗ τὰ ἄκρα κατέχουσι οἱ Ἑπτακωμῆται. *Per hos tranſit mons aſperrimus Scydiſſes, qui conjungitur Moſchicis montibus, qui ſupra Colchidem ſunt, cujus extrema tenent Heptacometæ.* libro XI. pag. 497. idem dicitur Σκυδίσης, & alibi Κυδίσης. Ptolemæo Σκαρδίσκος, ubi tamen Σκυδίασος puto legendum.

ἘΠΩΠΗ', οὕτως ἡ Ἀκροκόρινθος ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

τὸ Σίσυφον ἐκεῖ ἰδεῖν τῆς Αἰγίνης ἁρπαγὴν ὑπὸ Διός] Vide infra v. Κόρινθος.

Ἔ ΡΒΗΣΣΟΣ, Σικελίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρβησσῖνος] Polybius lib. 1. pag. 18. τὴν τῶν Ἐρβησσέων πόλιν vocat.

ἘΡΓΈΤΙΟΝ, πόλις Σικελίας. Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐργετῖνος] Addendum poſt vocem Ἐργετῖνος, ex MSS. Καὶ Αἴτνη Ἐργετίνη.

ἘΡΕΜΒΟΙ', ἔθνος Ἀράβων] Vide auctorem Etymologici h. v.

— Τούτους δέ φησι ἀπὸ Τρωγλοδύτας ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν βαίνειν] Strabo lib. 1. pag. 42. exiſtimat *Erembos* à veteribus Græcis appellatos eſſe *Arabas*, ἀπὸ τοῦ εἰς ἔραν ἐμβαίνειν, *quod terram ſubirent*; à poſterioribus apertiore vocabulo eoſdem *Troglodytas* dictos, videlicet, quod intrarent τρώγλας ſive *cavernas*: uti habes apud Tzetzem ad Lycophronem pag. 133. Ἑλλάνικός φησι, ὅτι Ἐρεμβοὺς περὶ τὰς τοῦ Νείλου ῥοὰς οἰκεῖν· ἄλλοι δὲ Ἀράβων εἰσὶν οἱ Ἐρεμβοί, οἱ καὶ Τρωγλοδύται ἢ Ἰχθυοφάγοι καλούμενοι· ὧν τὸν βίον πλατέως ὁ Διόδωρος γράφει. Ἐρεμβοὶ δὲ λέγονται, ὅτι ἐν τῇ ἔρᾳ ἤτοι τῇ γῇ βαίνουσιν· ὑπὸ γὰρ γῆν ἢ τρώγλας οἰκοῦσιν. Vide & Euſtathium ad Dionyſium.

ἘΡΕΤΡΙ'Α, πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος· Χαλκίδ' Ἐρέτριάν τε] Apud Homerum Iliad. Β. v. 537. hodie legitur:

> Χαλκίδα τ' Ἐρέτριάν τε, πολυστάφυλόν θ' Ἱστίαιαν.
>
> *Chalcidaque Eretriamque & uvis abundantem Hiſtiæan.*

— Ἐκαλεῖτο δὲ Μελανηΐς, ἀπὸ Μελανέως τοῦ Εὐρύτου πατρός] Euſtathius ad dictum Homeri locum pag. 279. hæc ad verbum tranſcripſit.

— Ὡς Τετριῶς] Lege: ὡς Στειριῶς. Vide infra v. Στεῖρια.

— Καὶ Ἐρετρεὶς θηλυκῶς, καὶ Ἐρέτριος] Scribe: κ. Ε. θηλυκὸν καὶ Ἐρετρία. Niſi potius legendum, Ἐρετριάς, ut Etymologicum.

— Καὶ Ἐρετριακός] An Ἐρετρικός? Inter Epigrammata Platonis apud Diogenem in ejus vita hoc legitur:

> Εὐβοίης γένος ἦμεν Ἐρετρικὸν, ἄγχι δὲ Σούσων
> Κείμεθα· φεῦ γαίης πόσσον ἀφ' ἡμετέρης.
>
> *Eubœa genus ſumus Eretricum, prope autem Suſas Jacemus: heu terra tam procul à noſtra.*

& extra verſum apud eundem Diogenem in vita Arceſilai: καὶ τῆς διαλεκτικῆς εἴχετο, καὶ τῶν Ἐρετρικῶν ἥπτετο λόγων· *Dialecticam quoque amplexus eſt, & Eretricorum ſermones attigit.*

ἘΡΕΤΑ'ΤΙΣ, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Ῥοδάσης] Sic etiam Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 279.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἐροδάτης] Scribe: Ἐροδατίτης. uti & Salmaſius cenſuit.

Ἔ ΡΘΑ, πόλις Παρθίας ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ] MSS. poſt Εὐφράτῃ addunt: ὡς Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῶν Β.

ἘΡΙΚΟΥ'ΣΣΑ, μία τῶν Αἰόλου νήσων] Alio nomine Ἐρικώδης, ut Φοινικοῦσσα, alio Φοινικώδης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Λιπαραῖοι ἐξ Ἐρικούσσης] Vide Euſtathium ad Dionyſium pag. 66. apud quem bis mendoſe ſcribitur Λιπαρέων, pro Λιπαραίων. ut jam monuit Cluverius.

ἘΡΙΝΙΑ'ΤΗΣ, κώμη Μεγαρίδος· Παυσανίας· ὁ οἰκήτωρ Ἐρινιάτης, διὰ τὸ προκαλεῖσθαι] Imaginarium nomen & à Stephano ex male intellecto Pauſaniæ loco formatum: is eſt lib. 1. pag. 83. καὶ τόδε ἄλλο ἤκουσα ἐν Ἐρηνείᾳ τῇ Μεγαρέων κώμῃ, Αὐτονόην τὴν Κάδμου τῷ τε Ἀκταίωνος θανάτῳ συμβάντι, ὡς λέγεται, καὶ τῇ πάσῃ τοῦ οἴκου τοῦ πατρῴου τύχῃ περισσότερον ἀλγοῦσαν, ἐνταῦθα ἐκ Θηβῶν μετοικίσασθαι. *Audivi etiam, cum in Erenia Megarici agri vico eſſem, Autonoen Cadmi filiam ex Actæonis caſu & reliquis paternæ domus calamitatibus mœrore & luctu confectam, huc Thebis tranſmigraſſe.* In quo loco, cum Stephanus aut errore proprio, aut codicis, quo uteretur, legeret Ἐρενειάτῃ, pro, Ἐρενείᾳ τῇ, nobis inde formavit illud Ἐρινιάτης. Sunt autem hujuſmodi σφάλματα auctori noſtri ſatis familiaria.

ἘΡΚΥ'ΝΙΟΝ, ὄρος Ἰταλίας] Dicere debuit Γερμανίας· & intelligitur *ſylva* vel *ſaltus Hercynius.* Apollonius Rhodius lib. IV. v. 640.

> Ἀλλ' Ἥρη σκοπέλοιο καθ' Ἑρκυνίου ἰάχησεν
> Οὐρανόθεν προθοροῦσα.
>
> *Sed Juno monte ab Hercynio inclamavit Delapſa cœlo.*

ubi Scholiaſtes vetus: Ἑρκύνιον ὄρος Κελτῶν, ἢ δρυμός. Hunc locum, ni fallor, Stephanus reſpexit. Auctor enim Etymologici explicat fere, ut hic legitur: Ἑρκύνιος δρυμὸς, ὁ τῆς Ἰταλίας ἐνδοτάτω, ὡς φησιν Ἀπολλώνιος ἐν δ' Ἀργοναυτικῶν, σκοπέλοιο καθ' Ἑρκυνίου ἴαχυσε. lege ἰάχησε. Suidæ: Ἑρκύνιοι δρυμοί. & v. χεῖμα, Ἑρκυνία ὕλη ex Juliano adducitur.

— Ἑρκύνιος τὸ κτητικὸν] Item Ἑρκυναῖος, quod in veteri Epigrammate Crinagoræ in Cæſarem Auguſtum extat, quod quoniam hactenus ineditum eſt, hic dabo:

> Κἢν μυχὸν Ἑρκυναῖον, ἢ ἐς πύματον σολοέντα
> Ἔλθῃς καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων,
> Καῖσαρ ὁ πολυσέβαστος ἅμα κλέος εἰσὶ κείνῳ
> Πάντη Πυρήνης ὕδατα μαρτύρια.
> Οἷσι γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο
> Λουτρὰ καὶ Ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

ἙΡΜΙΟΝ, καὶ Ἑρμιόνη, ἀπὸ τῆς Ἑρμίονος γυναικῆς] Puto legendum: Ἑρμιὼν, ut apud Scylacem, Euſtathium ad Homeri Iliad. Β. pag. 286. & Etymologum: quod in ſecundo caſu facere dicitur Ἑρμιόνος, unde Ἑρμιόνη, niſi potius debeat Ἑρμιῶνος; unde Ἑρμιώνη, quod ſe vidiſſe in nummo Juliæ Domnæ æreo

ærео teſtatur Ortelius. Et Triſtanus Tom. II. pag. 99. producit alium Sept. Severi & Juliæ Domnæ nummum, in quo, ΕΡΜΙΩΝΕΩΝ legitur: unde vix dubium relinquitur hic reſcribendum, Ἑρμιὼν & Ἑρμιώνη· apud alios tamen invenitur per ο Ἑρμιόνη. Urbs fuit Peloponneſi ad ſinum Argolicum, quæ nominis ſui originem ab *Herme* ſive Mercurio deducebat. Unde in priore nummo Mercurii ſigillum expreſſum fuiſſe teſtatur Ortelius, & in poſteriore Mercurium ipſum cum caduceo & Venerem Triſtanus.

— Ἕρμιον δὲ, ἀπὸ τοῦ τὴν Δία καὶ τὴν Ἥραν ἐνταῦθα ἀπὸ Κρήτης ἀφικομένους ὁρμισθῆναι. καὶ τροπῇ τοῦ ι εἰς ε] Euſtathius legit: καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς ε. Recte. Vidit hoc etiam Salmaſius.

— Ὅθεν καὶ ἱερὸν Ἥρας παρθένου ἦν ἐν αὐτῇ] Zenobius Centuria II. pag. 33. Ἐν Ἑρμιόνῃ τῆς Πελοποννήσου ἱερὸν ἦν Κόρης καὶ Δήμητρος ἀσφάλειαν παρέχον τοῖς καταφεύγουσιν. *In Hermione Peloponneſi civitate templum erat Cereri & Proſerpinæ ſacrum aſylum præbens eo confugientibus.* Laudatque hujus rei teſtem *Ariſtophanem in Babylonii.* Veneris quoque Pontiæ templum habebat hæc urbs, teſte Pauſania, unde ſimul cum Mercurio Venus in illius nummis conſpicitur.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἑρμιονεύς] Extat hoc gentile in Veteri Hegeſippi Epigrammate in Zoilum Hermionenſem, τῷ ἐν Ἄργει τελευτήσαντι, hactenus non edito:

Ἑρμιονεὺς ὁ ξεῖνος ἐν ἀλλοδαπῇ δὲ τέθαπται
Ζωΐλος, Ἀργείαν γαῖαν ἐπεσσάμενος.
Ἃν ἐπὶ οἱ βαθύκολπος ἀμάσατο δάκρυσι νύμφα
Λειβομένα, παῖδες τ' εἰς χρόα κειράμενοι.

ΕΡΜΟΣ, ὡς ἕρκος, οὐδετέρως.

— Εἰς Ἕρμους] εἰς Ἕρμος.

ΕΡΜΟΤΥΜΒΙΕΙΣ, μοῖρα τῶν μαχίμων ἐν Αἰγύπτῳ, ὡς Ἀρισταγόρας ἐν Αἰγυπτιακῶν πρώτῃ· οἱ αὐτοὶ καὶ Λαβαρεῖς] *Ariſtagoras* hauſit hæc ex Herodoto lib. II. cap. 164. Ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἑπτὰ γένεα· καὶ τούτων οἱ μὲν ἱρέες, οἱ δὲ μάχιμοι κεκλέαται· οἱ δὲ βουκόλοι· οἱ δὲ συβῶται· οἱ δὲ κάπηλοι· οἱ δὲ ἑρμηνέες· οἱ δὲ κυβερνῆται· γένεα μὲν Αἰγυπτίων τοσαῦτά ἐστι. ὀνόματα δέ σφι κέεται ἀπὸ τῶν τεχνέων. οἱ δὲ μάχιμοι αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες, ἐκ νομῶν δὲ τῶνδε εἰσί· κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυπτος ἅπασα διαραίρηται. *Sunt autem in Ægypto ſeptem hominum genera: quorum alii ſunt ſacerdotes, alii, qui pugnatores appellantur, alii bubulci, alii ſubulci, alii inſtitores, alii interpretes, alii gubernatores navales. Tot ſunt Ægyptiorum genera à ſuo quoque artificio appellata; ſed pugnatores vocantur Calaſiries & Hermotybies, qui harum regionum ſunt: nam in regiones diſtincta eſt omnis Ægyptus.* Ex quo loco apparet in principio hic reſcribendum, ΕΡΜΟΤΥΒΙΕΙΣ. in fine vero: οἱ αὐτοὶ Καλασιρεῖς.

ΕΡΜΟΥ ΠΕΔΙΟΝ, τόπος πλησίον Κύμης] Meminit *Hermi* fluminis in Aſia Herodotus in vita Homeri pag. 561. à quo vicinus ager Ἕρμου πεδίον dictus. Euſtathius ad Dionyſium pag. 103. Οἱ δ' αὐτοὶ λέγουσι καὶ τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Σινωπαίαν Ἀσσυρίαν, τοιαύτην πρόσχυσιν εἶναι τοῦ Ἅλυος· καὶ δῶρον αὐτοῦ τὴν ἐκεῖ γῆν, ὡς καὶ τοῦ Νείλου τὴν Αἴγυπτον. οὕτω δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πεδία κατὰ τὸν Ἀρριανὸν ποταμῶν εἰσι ποιήματα· οἷον τοῦ Ἕρμου πεδίον, καὶ τὸ τοῦ Καΰστρου τὸ Λύδιον, καὶ Μαιάνδρου τὸ Καρικόν. Vide infra v. Πεδίον. Denique viſus à me nummus apud V. CL. Meneſtier, in quo fluvius expreſſus erat jacens, infra legebatur, ΕΡΜΟΣ. ſupra, ΚΥΜΑΙΩΝ. qui egregie locum hunc illuſtrat.

ΕΡΜΟΥΠΟΛΙΣ, Αἰγύπτου πόλις.

— Καὶ δ' κατὰ Ῥυμόν] An non legendum Θμοῦιν. Vide infra h. v.

— Καὶ ε' ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ] *Hermum* fluvium intelligit, de quo voce præcedenti.

ΕΡΜΩΝΑΣΣΑ, νῆσος μικρὰ πόλιν ἔχουσα ἐν τῷ Κιμμερίῳ Βοσπόρῳ Ἰώνων ἄποικον, ὡς ὁ Περιηγητής] Dionyſius in Periegeſi v. 552.

Ἧς ἐπὶ Φαναγόρη τε καὶ εὔκτιτος Ἑρμώνασσα.
Super quam Phanagoraque & bene conſtructa Hermonaſſa.

— Στράβων ἑβδόμῃ Ἑρμώνακτος κώμην φησί] Perperam Strabonis mentem refert Stephanus: ille enim locum hunc ad Tyræ fluminis oſtium ponit lib. VII. pag. 306. longe diverſum ab *Hermonaſſa Boſpori*, quam lib. XI. pag. 495. commemorat; ut & aliud ejuſdem nominis oppidum prope Trapezuntem lib. XII. pag. 548.

— Μένιππος δὲ χωρίον Τραπεζοῦντος, ἐν περίπλῳ τῶν δύο πόντων] In deſcriptione Ponti Euxini & Mæotidis Paludis Anonymi ex Menippo ſeu Marciano.

— Καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτὴν φασιν, ἀπὸ Ἑρμωνάσης. τὸ ἐθνικὸν Ἑρμωνασσαῖος] Poſt φασὶν ponenda ϛιγμή, poſtulante ſenſu: legendumque ἀπὸ Ἑρμωνάσσης τὸ ἐθνικὸν Ἑρμωνασσαῖος, &c. Repetit autem ideo loci nomen, unde gentilia derivantur, quæ ſubjicit, propter Ἑρμώνειαν & Ἑρμώνακτος κώμην, quos interjunxerat, quæ alia gentilia formant.

ΕΡΜΩΝΘΙΣ, πόλις Αἰγύπτου.

— Τερένουθις] Lege: Θέρμουθις, unde Θερμουθιακὸς ποταμὸς, fluvius ſive foſſa Nili apud Ptolemæum lib. IV. cap. 5.

ΕΡΥΘΕΙΑ, νῆσος Γηρυόνου ἐν τῷ Ὠκεανῷ] Etymologicum: Ἐρύθεια, νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ. Corrupta eſt hæc vox apud Scholiaſten Pindari Olymp. Od. III. pag. 35. Ὁ Ἡρακλῆς ἡνίκα ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας εἰς τὴν Ἐρυθραίαν λεγομένην νῆσον πρὸς τῷ Ὠκεανῷ παρεγένετο πᾶσιν διεξελ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

διεξελθὼν τὴν πλεομένην θάλασσαν ἐθέλειο περισσοτέρω χωρεῖν. lege, εἰς τὴν Ἐρύθειαν.

— Ἀπὸ Ἐρυθείας τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ, ὡς Παυσανίας] MSS. legunt: ἧς καὶ Ἑρμοῦ Νώραξ, ὡς Παυσανίας. optime. Locus Pauſaniæ in Phocicis pag. 639. eſt ſequens: Μετὰ δὲ Ἀρισταῖον Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβαίνουσιν ὑπὸ ἡγεμόνι τοῦ στόλου Νώρακι, καὶ ᾠκίσθη Νώρα πόλις ὑπὸ αὐτῶν. ταύτην πρώτην γενέσθαι πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ. Παῖδα δὲ Ἐρυθείας τε τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ λέγουσιν εἶναι τὸν Νώρακα. *Poſt Ariſtæum Iberi in Sardiniam tranſmiſerunt, duce Norace, à quo novam urbem Noram vocaverunt. Et hanc primam omnium, quæ in ea inſula fuerint, urbem notant. Noracem filium fuiſſe dicunt Mercurii ex Erythia Geryonis filia.*

— Ὡς τὸ Ἀγάμμεια Ἀγάμμη] Supra h. v. editur Ἀγάμεια Ἀγάμη. ſic Ψυττάλεια & Ψυττάλη. de quo vide infra ſuo loco.

— Ὡς Ὅμηρος, Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν] Verſus ex Odyſſ. A. 23. Sed quorſum is adducitur? An ut probet *Æthiopas Erythiam* ultimam hanc orbis inſulam habitaſſe; unde Homerus d. l.

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.
Æthiopas, qui biſariam diviſi ſunt, ultimi hominum,
Alii quidem ad occidentem ſolem, alii vero ad orientem.

Certe Marcianus hoc clare dicit in Periegeſi v. 156.

Πρὸς ἑσπέρας Αἰθίοπας οἰκητὰς ἔχειν
Λέγουσιν αὐτὴν, γενομένης ἀποικίας.
Ad occidentem Æthiopas habitatores habere
Dicunt illam, facta deductione coloniæ.

& Dionyſius Afer v. 558.

Ἤτοι μὲν ναίουσι βοοτρόφον ἀμφ' Ἐρύθειαν
Ἄτλαντος περὶ χεῦμα θεουδέες Αἰθιοπῆες.
Nempe habitant boum nutricem circum Erythiam
Atlanticum ad mare pietatem in Deum colentes Æthiopes.

ad quem locum videndus omnino Euſtathius.

ΕΡΥΘΙΝΟΙ, πόλις Παφλαγονίας] Eadem habes apud Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 362.

— Ἀπολλώνιος. Καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους] Locus hic male iterum mutilatus, niſi quis μνημονικὸν ἁμάρτημα ipſius Stephani exiſtimat. Nam Hemiſtichium, quod tamquam Apollonii ſubjicitur, Homeri eſt ex Iliad. B. v. 855. Apollonius autem meminit lib. II. v. 943.

——— ἀπεινοὺς τε παρεξενίον τ' Ἐρυθίνους.
——— *excelſoſque prætererierunt Erythinos.*

Unde potius credo Stephanum ſcripſiſſe: Ἀπολλώνιος· Ἀπεινοὺς τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνους. καὶ Ὅμηρος· ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους. Ex hiſce autem colligere eſt, quam miſere opus hoc, aut ab Epitomatore, aut à librariis mutilatum truncatumque ſit.

ΕΡΥΘΡΑ, ἡ θάλασσα, ἀπὸ Ἐρύθρου τοῦ ἥρωος] Hanc & plures alias denominationis *maris Erythræi* cauſſas habes apud Euſtathium ad Dionyſium v. 38. & auctorem Etymologici h. v.

— Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρα] Lege: ἐν Ἀραβικῶν δευτέρω. ſic enim alibi paſſim hoc *Uranii* opus à noſtro vocatur.

— Καὶ Ὅμηρος δὲ καταπλυθέντων τῶν ὀρέων, κάτω συῤῥεέντων εἰς θάλασσαν] Euſtathius d. l. συῤῥέοντων.

— Καὶ ἔστιν ἄκρα Ἐρυθρὰ τῆς Λιβύης] Eadem, quæ mox commemoratur in Ἐρυθρά, πόλις Ἰώνων.

ΕΡΥΘΡΑ Βῶλος, πόλις Αἰγύπτου· Ἡρόδοτος δευτέρα] Herodotus lib. II. cap. III. ubi concremata dicitur à Pherone Seſoſtris filio.

ΕΡΥΘΡΑ, πόλις Ἰώνων] Apud Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 267. ſcribitur, ΕΡΥΘΡΑΙ.

— Ἐκαλεῖτο δὲ Κνωπούπολις, ἀπὸ Κνώπου] Quomodo *Erythras* occupaverit *Cnopus* ſtratagemate Chryſamæ, Hecates ſacerdotis, narrat Polyænus lib. VIII. pag. 618. dicitur autem à Polyæno Κνῶπος iſte τοῦ Κοδριδῶν γένους. *Codridarum genere oriundus.* quo confirmatur lectio calamo exaratorum codicum apud Strabonem lib. XIV. pag. 633. Ἐρύθρας δὲ καὶ Κνῶπος καὶ ἔτος υἱὸς Κόδρου νόθος. *Erythras condidit Cnopus: qui eſt ipſe filius Codri ſpurius.* Vulgo perperam νῶπος editur & Caſaubonus poſtea probavit MSStorum lectionem.

— Ἔστι καὶ Λιβύης ἄλλη] Meminit Syneſius Epiſt. LI.

— Καὶ Κύπρου ἄλλη] Meminit Metaphraſtes in vita S. Spyridonis. Χρείας ποτὲ . . . καλούσης εἴς τινα κώμην Ἐρυθρᾶν καλουμένην, ἥτις ὑπὸ Κωνσαντίαν τὴν μητρόπολιν τελοῦσα, ὡς ἀπὸ σημείων διακειται τριάκοντα.

— Ὁ πολίτης Ἐρυθραῖος] Harpocratio: Ἐρυθραῖοι, οἱ ἀπὸ πόλεως τῆς ἐν Ἰωνίᾳ Ἐρύθρας καλουμένης. Et ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ nummus apud Triſtanum extat Tom. II. pag. 331.

ΕΡΥΚΗ, Σικελικὴ πόλις] Diverſa fuit hæc urbs ab illa, quæ *Eryx* à monte, in quo ſita, appellata eſt, de qua poſtea noſter ſuo loco. Auctor Etymologici: Ἔρυξ, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς· τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκῖνος· τὸ θηλυκὸν Ἐρυκίνη. ἔστι δὲ καὶ Ἐρύκη πόλις καὶ Ἐρυκαῖος.

— Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρα] Scribe potius Σικελικῶν δ. uti ſolet alibi.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυκαῖος] Et Ἐρυκῖνος, quomodo legendum videtur infra v. Παλική. vel Ἐρυκηνὸς, ut vult Philippus Cluverius lib. II. Sic. Antiq. cap. 9. pag. 347.

ἘΡΥ´ΜΑΝΘΟΣ, ὄρος καὶ ποταμός] Forte poſt τὸ, ποταμὸς, addendum: περὶ Ἀρκαδίαν. Certe Euſtathius ad Homeri Odyſſ. Ζ. pag. 1554. has duas voces addit. *Erymanthi* autem & Taygeti, Peloponneſi montium, meminit Ælianus lib. III. Hiſt. Animal. cap. 27. ubi locus Homeri, qui hic à noſtro adducitur, pariter adfertur.

— Ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον] Locus ex Homeri Odyſſ. Ζ. v. 103. depromptus: ſed apud Homerum verſus hic, & qui paullo poſt à noſtro adducitur, ſe invicem continuo ſequuntur:

Ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον
Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι.
Aut per Taygetum arduum aut Erymanthum
Seſe oblectans capris & velocibus cervis.

de Diana ſermo eſt.

ἘΡΥΞ, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς] *Eryx* mons Drepano imminens ab oriente æſtivo, in quo olim urbs monti cognominis, & fanum *Veneris Erycinæ*, omnium totius Siciliæ celeberrimum. Veneri autem columbas ſacravit antiquitas. Unde emendandus Ælianus lib. IV. Hiſt. Anim. cap. 2. apud quem perperam legitur: περὶ τῶν ἐν Ἐρύκῃ τῇ Σικελικῇ περιστερῶν, pro ἐν Ἔρυκι. *De columbis in Eryce Siciliæ.* & mox apud eundem idem error repetitur. Meminit enim ibi duplicis feſti in honorem Veneris ab Erycinis cuſtoditi.

— Ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ Ἀφροδίτης καὶ Βύτου] Servius ad Virgilii lib. V. Æn. v. 24.

——— *nec littora longe*
Fida reor fraterna Erycis.

Propter Erycem Butæ & Veneris filium: ſecundum alios, Neptuni & Veneris, regem Siciliæ, unum, ſicut dicitur, de numero Argonautarum. quod poſtremum tradit etiam Tzetzes ad Lycophronem pag. 141. Περὶ τὴν Σικελίαν, ὅπου αἱ παλαῖστραι τοῦ Ἔρυκος τοῦ ξενοκτόνου, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Ποσειδῶνος.

ἘΡΥ´ΣΘΕΙΑ, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης] In pluribus Cypri urbibus Apollo hic colebatur, ut *Amamaſſi*, ſupra v. Ἀμάμασσος. *Hylæ*, infra v. Ὕλη.

— Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτη, Οἵ τ' ἔχον Ὑλάοιο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος] MSS. Ὑλάταο. Quomodo reſcribendum, ut jam docti monuerunt.

ἘΡΥΣΙ´ΚΗ, πόλις Ἀκαρνανίας, ἥτις ὕστερον Οἰνεάδαι ὠνομάσθη] Cl. Salmaſius legit, ἘΡΥΣΙ´ΧΗ. Atque ita ſcribendum apparet tam ex gentilibus, quæ paullo poſt referuntur, quam ex eo, quod Οἰνειάδαι infra clare Ἐρυσίχη dicuntur appellatæ.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυσικαῖος] Ἐρυσιχαῖος.

— Ὁ Τεχνικὸς γὰρ καὶ Ἡρόδοτός φησιν] Lege: Ἡρωδιανός. qui celebris Grammaticus, & paullo poſt iterum hac voce citatur. Nihil enim quidquam tale apud Herodotum extat. Et monuimus jam, confundi hæc nomina apud noſtrum ſolere, ſupra v. Ἄβαρνος. Correxit & Salmaſius hunc errorem.

— Ὅτι σεσημείωται τὸ Ἐρυσιχαῖος προπαροξυνόμενον] Scribendum ergo juxta *Herodianum*, Ἐρυσίχαιος.

— Μήποτε οὖν τὸ χαιὸν ἔγκειται, ὅ ἐστιν ἡ βουκολικὴ ῥάβδος] Scribe: χαῖον. Apollonius Rhodius lib. IV. Argon. v. 972. Ἀργύρεον χαῖον. ubi Scholiaſtes: Χαῖόν ἐστι καμπύλη βακτηρία, ᾗ οἱ ποιμένες χρῶνται, &c.

— Οὐκ εἶς ἀνὴρ ἄγρειος, οὐδὲ σκαιὸς, οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν, οὐδὲ Θεσσαλὸς, οὐδὲ Ἐρυσιχαῖος] Hoſce *Alcmanis* verſus ſic reſtituit Iſaacus Caſaubonus ad Strabonis lib. x. pag. 460. apud quem poſterior illorum pars extat, ſed æque mutila & corrupta quam hic prior. Sic autem legit:

Οὐκ εἶς ἀνὴρ ἄγρειος, οὐδὲ σκαιὸς,
Οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν, οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος,
Οὐδ' Ἐρυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν,
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας.

Sed non video ſenſum in verbis, Οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν. ac propterea exiſtimo Græcanicum aliquod ruſticæ gentis nomen in illis latere: & quod potius, quam Παρασώπιος; Certe Παρασωπίας regionis ſub Cythærone meminit noſter infra v. Ὑρία. & Strabo lib. IX. pag. 408. Γένος autem quod reſtituit ex ſequentibus Stephani verbis Caſaubonus, MSS. agnoſcunt. Verterem igitur Alcmanis locum:

Non venit vir agreſtis, non lævus,
Non Paraſopius, non Theſſalus genus,
Non Eryſichæus, non Calydonius paſtor,
Sed ab extremis Sardibus.

Apollonii Scholiaſtes, loco ante allegato, tamquam appellativum legit ἐρυσίχαιος apud Alcmanem: καὶ τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι δὲ λεγόμενον Ἐρυσίχαιον, τοιοῦτόν ἐστι. σημαίνει γὰρ τῷ χαίῳ ἐρύοντας, ἤγουν ποιμαίνοντας.

— Εἰ γὰρ τὸ Θεσσαλὸς γένος συναπτέον, &c.] Lege: εἰ γὰρ τῷ Θεσσαλὸς, &c. *Si enim vox* γένος *cum voce* Θεσσαλὸς *conſtruenda, gentile eſt* (ſcilicet Ἐρυσιχαῖος) *& penultima circumflectitur.*

— Εἰ δὲ τὸ οὐδὲ ποιμὴν συνάψειέ τις λέγων, ἢ Ἐρυσιχαῖος· τὸ δὲ οὐδὲ ποιμὴν] Scribe: Εἰ δὲ τῷ, οὐδὲ ποιμὴν συνάψειέ τις λέγων, οὐδ' Ἐρυσίχαιος, οὐδὲ ποιμήν. *Si vero cum verbis*, οὐδὲ ποιμὴν, *conjungere quis velit*, οὐδ' Ἐρυσίχαιος οὐδὲ ποιμήν.

ἘΡΕΧΘΙ´Α, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς] Ordo literarum poſtulat. ἘΡΧΕΙ´Α, quam Harpocratio pariter τῆς Αἰγηΐδος δῆμον facit ex Diodoro.

ΕἸΔΗΤΕ`Σ, ἔθνος Ἰβηρικόν] Nomen ΕἸΔΗΤΕ`Σ corruptum eſſe ordo literarum oſtendit. Quoniam autem Palat. B. novum hinc

librum

librum inchoatum à Stephano demonſtrat, nimirum ιϛ′. *ſextum decimum*, non dubitaverim, ἘΣΔΗΤΕΣ reponere: putoque eoſdem intelligendos, qui Ἡδητανοὶ Ptolemæo lib. II. Geogr. cap. 6. quorum oppidum Ἥδητα, ἡ καὶ Λειρία. *Hedeta, quæ & Leria.* Straboni lib. III. pag. 136. Σιδητανοί. Livio & Plinio lib. III. cap. 3. *Sedetani.* qui meo judicio non ſatis recte ut diverſas regiones commemorat *Edetaniam & Sedetaniam.*

ἙΣΠΕΡἸΣ, πόλις Λιβύης] Scylaci & Ptolemæo numero plurium Ἑσπερίδες. & ſic ipſe noſter ex Hecatæo infra v. Μάσκωτος. Sed v. Εὐεσπερίδες docet utroque numero dici.

— Ὁ πολίτης Ἑσπερίτης] Extat apud Pauſaniam lib. IV.

ἙΣΤΙ΄ΑΙΑ, πόλις, Εὐβοίας· Ὅμηρος, Πολυστάφυλον θ᾽ Ἑστίαιαν] Citatur locus hic Homeri etiam infra v. Χαλκίς. depromptus ex Iliad. B. v. 537.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἑστιαιεύς] Ἑστιαεῖς legitur in Olymp. Coll. Olymp. LXXXIII.

— Λέγεται καὶ τελουσλάβως] Scilicet Ἑστιεύς, quod extat in Epiſtolis apud Themiſtium.

— Ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα] Lego cum Cl. Salmaſio, ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, καὶ θηλυκῶς Ἑστιαιῶτις, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα. Herodotus lib. I. cap. 56. Ἱστιαιῶτιν vocat regionem ſub Oſſa & Olympo ſitam: ſed Ἑστιαιῶτιν Harpocratio, v. Τετραρχία. ubi enumerat quatuor Theſſaliæ Tetradas, Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑστιαιῶτιν. Suidas autem corrigendus, apud quem v. Τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας, librarii ſcripſere perperam: Ἑστιεῶτιν, pro Ἑστιαιῶτιν.

ἘΤΑΕΙ῀Σ, διὰ διφθόγγου, ὡς Διπεδιεῖς] Lege: Διπαιεῖς. infra v. Ὀδυσσεῖς, & ſupra v. Δίπαια.

ἘΤΕΩΝὈΣ, πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος, Πολύκνημον τ᾽ Ἐτεωνόν. ἀπὸ Ἐτεωνέως] Locus Homeri ex Iliad. B. v. 497. ad quem vide Euſtathium pag. 265. qui legit: ἀπὸ Ἐτεωνοῦ. non Ἐτεωνέως, ut hic.

ἘΥ̓Α, πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος ἕκτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐαῖος] In duobus nummis apud Goltzium occurrit, ΕΥΑΙΩΝ.

ἘΥ̓ΙΟΙ, ἔθνος Λιγυστικόν] MSS. legunt, ἘΥ̓ΒΙΟΙ. Recte: nam & hoc ordo literarum poſtulat, & ſic infra legendum v. Ἰψίκουροι, ubi male vulgo Εὔβοιοι editur.

— Περὶ τῶν Ἀρταξάνων] Scribe: Ἀρβαξάνων, ut ſupra h. v.

ἘΥ̓ΒΟΙΑ, νῆσος μία τῶν ἑπτὰ περιμήκης] Mallem: παρομήκης aut παραμήκης, uti eſt apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 75. unde apparet locum hunc eſſe mutilum. & ſic etiam Strabo lib. x. princip. Παραμήκης μὲν τοίνυν ἐστὶν ἡ νῆσος ἐπὶ χιλίους σχεδόν τι καὶ διακοσίους σταδίους ἀπὸ Κηναίου πρὸς Γεραιστόν. *Eubœa inſula oblonga eſt à Cenæo ad Geræſtum porrecta ad ſtadia circiter mille & ducenta.*

— Ἣ καὶ Μακρίς] Sic dicta à forma oblonga & anguſta. Strabo d. l. Διὰ δὲ τὴν στενότητα καὶ τὸ λεχθὲν μῆκος ὑπὸ τῶν παλαιῶν Μάκρις ὠνομάσθη. *Ob anguſtiam porro & quam diximus longitudinem, ab antiquis Macris appellata eſt.* Non deſunt tamen, qui & Junonis nutricem *Macrin* dictam, & ab illa inſulam denominatam velint. Sed minus veriſimiliter.

— Ἀπὸ Εὐβοίας· Ἡρόδοτος] Nomen *Herodoti* hic mihi ſuſpectum eſt. Nam etſi apud illum Eubœæ inſulæ mentio ſatis ſit frequens, denominationis tamen origo, quantum memini, non extat. Unde forte apud noſtrum ſcribendum: ἀπὸ Εὐβοίας Ἡρωΐνης. *Eubœa* enim Junonis nutrix appellatur à Strabone, dicto libro, pag. 445. vel potius: ἀπὸ Εὐβοίας Ἥρας τροφοῦ. *ab Eubœa Junonis nutrice.* quomodo vocatur à Proclo ad lib. II. Ἔργων Heſiodi pag. 142. Tzetzes ibidem nominat τροφὸν Διός· credo ne idem dicat cum Proclo.

— Εἰς Ἰλλυριοὺς ἀπιόντες, Ἄβαντες ἐκλήθησαν] MSS. Ἄμαντες. & ſupra v. Ἄβαντες ex Antigono & Callimacho patuit Illyricos iſtos, *Amantes* fuiſſe dictos. Apollonius tamen lib. IV. Argonaut. v. 1214. Ἄβαντας etiam vocat illos.

——— κεῖθεν δ᾽ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων
Οὔρεα Νεσταίους τε καὶ Ὤρικον εἰσαφικέσθαι.
——— *unde ad Ceraunios Abantum*
Montes & Neſtæos & Oricum abituri erant.

Immo ipſorum regio, quæ Ἀμαντία, & Ἀμαντίνη ſupra, Ἀβαντὶς etiam dicitur in veteri Epigrammate Anthologiæ, quod adduximus ſupra v. Ἀμαντία.

— Καὶ Εὐβοιίς, τὸ θηλυκόν] Sophocles Trachiniis v. 234.

Ἀκτή τις ἔς᾽ Εὐβοιίς, ἔνθ᾽ ὁρίζεται
Βωμοὺς τέλη τ᾽ ἔγκαρπα Κηναίῳ Διΐ.
Eſt littus in Eubœa, ibi ſtatuit
Aras & de frugibus ſacrificat Cenæo Jovi.

— Καὶ Εὐβοεύς, χωρὶς τοῦ ι] Hinc Cl. Salmaſius in Exercit. Plin. pag. 72. exiſtimat *Euboënſis* Latinius dici, quam *Eubœenſis.* Vide, quæ de hac formatione præcipiat auctor Etymologici v. Εὔβοια.

— Ἔστι καὶ Εὐβοεικὸς κτητικόν] Scribo: Εὐβοϊκός. ſic Æſchylus apud Plutarchum de Orac. def. pag. 434.

Λαβὼν γὰρ αὐτόθηκτον Εὐβοϊκὸν ξίφος.
Sumens acutum Euboïcum enſem.

ἘΥ̓ΕΡΓΕ΄ΤΑΙ, Σκυθικὸν ἔθνος.

— Ἐκεῖ γὰρ σωθέντες Ἀργοῦς χειμῶνος πυθόμενοι διασωθῆναι, καὶ οὕτω κληθῆναι] Reſcribe cum MSS. ἐκεῖ γὰρ σωθέντες ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς, &c. *ibi enim Argonautæ ſuborta tempeſtate ſervati.* Sed Diodorus aliam adfert cauſſam cur *Arimaſpi* dicti *Euergetæ* lib. XVII. pag. 552. nimirum inde, quod

quod olim Cyro, cum exercitus ejus tanta fame laboraret, ut miles militis carnibus veſci cogeretur, frumentum ſuppeditaſſent. Idemque refert Arrianus lib. III. de Exped. Alex. pag. 73. Sed ibi *Agriaſpæ* vocantur pro *Arimaſpæ*, librariorum, ni fallor, vitio: Ἀλέξανδρος δὲ ἀφικνεῖται εἰς τοὺς πάλαι μὲν Ἀγελάσπας καλουμένους, ὕστερον δὲ Εὐεργέτας ἐπονομασθέντας, ὅτι Κύρῳ τῷ Καμβύσου ξυνεπελάβοντο τῆς ἐς Σκύθας ἐλάσεως. *Alexander vero ad eos pervenit, qui olim quidem Agriaſpæ, poſtea vero Euergetæ vocati ſunt, quod Cyrum Cambyſæ filium in expeditione Scythica adjuviſſent.* Sed puto Arrianum ſcripſiſſe Ἀρημάσπας· nam utroque modo appellatus hic populus *Arimaſpæ* & *Arimaſpi*, uti oſtendimus ſupra v. Ἀρημασποί.

ΕΥΕΣΠΕΡΙΔΕΣ, πόλις Λιβύης] Eadem urbs, quæ ſupra Ἑσπερὶς, aliis Ἑσπερίδες dicitur. Herodoto lib. IV. cap. 171. Εὐεσπερίδες, ut hic.

— Λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ δὲ μορίου Ἑσπερίς] Lego: χωρὶς τοῦ δὲ μορίου, *ſine* δὲ *particula*.

ΕΥΘΗΝΑΙ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν καθ' ἡμᾶς Εὐθηναῖος] Apud Pyrrhum Ligorium extat nummus, in quo Dea Ceres cum duabus facibus expreſſa, additum, ΕΥΘΗΝΑΙΩΝ.

— Πολέμων δὲ καὶ Εὐθηνίτας φησίν] Sic legitur & in nummo apud Goltzium.

ΕΥΚΑΡΠΙΑ, δῆμος τῆς μικρᾶς Φρυγίας.

— Ἔστι καὶ Εὐκαρπία φρούριον Σικελίας, ἐν τοῖς λεγομένοις Τιμαίοις] Ultima hujus loci verba mutila eſſe cuilibet legenti facile apparet. Sed quomodo explenda difficile conjectu ſine ſcriptorum codicum ope. Suſpicor tamen legendum: ἐν τοῖς λεγομένοις Ὑκκάροις, ὡς Τίμαιος. *Eſt & Eucarpia præſidium Siciliæ, in urbe, quæ appellatur Hyccara, ut Timæus.* Veritas hujus lectionis apparebit ex collatione horum & ſequentium verborum, in quibus Lais, celeberrimum ſcortum, *Eucarpiæ* nata dicitur juxta *Timæum*, cum loco Athenæi lib. XIII. pag. 589. in quo eadem nata dicitur *Hyccaris* ex Nymphodori, tum, quod huc facit, *Timæi* mente. Νυμφόδωρος δ' ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων ἐξ Ὑκκάρου φησὶ Σικελικοῦ φρουρίου εἶναι τὴν Λαΐδα. Τίμαιος δ' ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν ἐξ Ὑκκάρων. *Nymphodorus Syracuſius libro de his, quæ in Sicilia ſunt admiratione digna, tradit, ex Hyccaro præſidio Laïdem fuiſſe. Timæus libro tertio decimo hiſtoriarum ex Hyccaris.* Utroque enim numero urbs hæc appellata, uti docet noſter infra v. Ὕκκαρον. ubi pariter: Ὕκκαρα δὲ πόλισμά ἐστι τῆς Σικελίας, ἔνθεν φασὶ γενέσθαι καὶ Λαΐδα τὴν ἑταίραν.

— Καὶ Καρικὸν ἀνδράποδον, ὡς Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ] Legendum: Καὶ Ὑκκαρικὸν ἀνδράποδον. *Hyccaricum mancipium.* Locus apud Syneſium extat Epiſt. III. ἡ γὰρ Λαῒς ἔφη τις ἤδη λογογράφος, ἀνδράποδον ἦν Ὑκκαρικὸν ἐκ Σικελίας ἐωνημένον. *Lais enim, ſcriptor quidam dixit, mancipium erat Hyccaricum, emptum è Sicilia.* Sed eodem quo hic modo corruptus Syneſii locus apud Ariſtophanis Scholiaſten in princip. Pluti: ὡς παρὰ Συνεσίῳ· ἡ γὰρ Λαῒς ἀνδράποδον ἦν Καρικὸν Σικελίας ἐωνημένον. pro Ὑκκαρικόν. Idem enim Scholiaſtes ad eandem Fabulam pag. 20. *Hyccaris* illam oriundam facit: Λαῒς δὲ θυγάτηρ ἦν Ἐπιμάνδρας· ἥτις ἐξ Ὑκκαρῶν τῆς Σικελίας ἦν. Apud Thucydidem etiam lib. VII. pag. 147. occurrunt ἀνδράποδα Ὑκκαρικά. Ubi Scholiaſtes leviter corruptus: ἀπὸ Ὑκκάρων πόλεων Σικελῶν, ὧν μέμνηται ἐν τῇ ἕκτῃ. corrige πόλεως. Forte idem vitium quod hactenus noſtrum & Ariſtophanis Scholiaſten deturpavit, obſidet etiam Dionis codices in Excerptis lib. LXXIX. pag. 813. ubi Hierocles Heliogabali maritus dicitur *Caricum mancipium*. in Græco: Ἱεροκλῆς ἦν Καρικὸν ἀνδράποδον.

ΕΥΚΡΑΤΙΔΑ, πόλις Βάκτρων] Scribe: ΕΥΚΡΑΤΙΔΙΑ, quemadmodum extat apud Strabonem, cujus auctoritate noſter hic utitur lib. XI. pag. 516.

ΕΥΜΕΝΕΙΑ, πόλις Φρυγίας.

— Ἡ Ὕλλας] MSS. Ὕλλος.

— Ὁ πολίτης Εὐμενεύς] Gentile olim fuiſſe Εὐμενείτης oſtendit Plinius, dum lib. V. cap. 29. *Eumeneticam* vocat regionem. Sed in nummo Gazophylacii S. M. Ducis circum caput muliebre turritum, ΕΥΜΕΝΕΙΑ legitur: in averſa ejuſdem parte ſupra fluvium recubantem cum cornu copiæ, ΕΥΜΕΝΕΩΝ. ſub fluvio, ΓΛΑΥΚΟΣ. Similiter in nummo Antonini apud D. Mareſchallum Lotharingum circum Victoriam & bovem, ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΦΛΑΒΙΩΝ. niſi me characterum in voce poſteriori fallit obſcuritas.

— Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ Εὐμενείας] Sic Euſebius lib. V. Hiſt. Eccleſ. cap. 24. Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας. quæ interpres Britannus male vertit: *Eumeniæ natus.* cum debuiſſet: *Eumeniæ Epiſcopus & martyr.*

ΕΥΝΑΙ, πόλις Καρίας, ἐν ᾗ ποταμὸς Εὐναῖος.

— Ἣν ᾤκουν Κυρούριοι] Scribe: Κυνούριοι. Vide infra v. Κύνουρα.

ΕΥΠΑΛΙΑ, πόλις Λοκρίδος, ἣν Εὐπάλιον Ἀρτεμίδωρός φησι] Item Strabo lib. X. pag. 450.

ΕΥΠΑΤΡΙΑ, πόλις Λυδῶν. Οἱ πολῖται Εὐπατρίδαι, μᾶλλον δὲ Εὐπατρεῖς] Goltzius ex Veſpaſiani nummo adfert, ΑΥΠΑΤΡΙΔΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. ſed puto in nummo fuiſſe, ΕΥΠΑΤΡΙΔΩΝ. Grammatici autem, quorum fidem Stephanus hic ſequitur, nomen patronymicæ formæ cum gentili confudiſſe videntur. Nam Εὐπατρίδαι proprie dicebantur Athenienſium nobiliſſimi, αὐτόχθονες, οὐχὶ ἐπήλυδες, uti explicat

cat Heſychius, qui Romanis *Patricii* vocabantur. Sic enim inter alios etiam M. Antoninus eos appellat lib. I. ubi à Frontone ſe didiciſſe ait: ὅτι ὡς ἐπίπαν οἱ καλούμενοι οὗτοι παρ' ἡμῖν εὐπατρίδαι ἀστοργότεροί πως εἰσι. *quod ut plurimum qui patricii nobis nuncupantur, ab affectu genuino alieniores ſint.*

ΕΥΡΥ'ΑΜΠΟΣ, πόλις Μαγνησίας. Ὁ πολίτης Εὐρυάμπιος. Λυκόφρων, Ἀμφρυσίων σκηπτοῦχον Εὐρυαμπίων] Supra v. Ἄμφρυσος, legitur: Ἀμφρυσίων. rectius quam hic: at apud Lycophronem pag. 145. in vulgatis pejus: Ἀφρουσίων. Tzetzes autem ad illum locum fallitur, dum putat Εὐρυαμπίαν, civitatem *Magneſiæ* dictam, cum appellata fuerit Εὐρύαμπος.

ΕΥΡΥ'ΗΛΟΣ, οὕτως ἡ Μακρόπολις τῶν ἐπιπολῶν] MSS. οὕτως ἡ ἀκρόπολις. Recte: monueratque jam Philipp. Cluverius lib. I. Sic. Antiq. pag. 148.

ΕΥ'ΡΥΜΕ'ΔΩΝ, ποταμὸς Παμφυλίας.

— Ἀπὸ δὲ Εὐρυμήδους, Εὐρυμηδόντιος] Scribe: Ἀπὸ δὲ Εὐρυμήδους. Sic à Σελινοῦς fit Σελινούντιος.

ΕΥ'ΡΥΤΑ~ΝΕΣ, ἔθνος Ἰταλικόν] Lege: Αἰτωλικόν. Strabo lib. x. pag. 465. Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου τοὺς Κουρῆτας ὀνομασθῆναι, τοῦ ὑπερκειμένου τῆς Πλευρῶνος. εἶναί τε φῦλόν τι Αἰτωλικὸν τοῦτο, ὡς Ὀφιεῖς καὶ Ἀγραῖοι καὶ Εὐρυτᾶνες καὶ ἄλλα πλείω. *Sunt qui è Curio monte Curetas appellatos ſentiunt, qui eſt ſupra Pleuronem ſitus: & eſſe eos Ætolicam gentem, ut ſunt etiam Ophienſes, Agræi, Eurytanes & alii plures.* Thucydides lib. III. Ἐπιχειρεῖν δὲ ἐκέλευον πρῶτον μὲν Ἀποδώτοις, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους Εὐρυτᾶσιν, ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν. ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ ὠμοφάγοι εἰσὶν, ὡς λέγονται. *Jubebantque* (Meſſenii Demoſthenem Athenienſium ducem) *primum invadere Apodotos, dehinc Ophionenſes, poſt hos Eurytanes, quæ maxima eſt pars Ætolorum, lingua ignotiſſimos, & quemadmodum dicuntur crudivoros.* Denique Tzetzes ad verſum Lycophronis pag. 126. (qui hoc loco adducitur)

Μάντιν δὲ νεκρὸν Εὐρυτὰν στέψει λεώς.

Vaticinans autem cadaver Eurytanum coronabit populus.

Ἀριστοτέλης φησὶ ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ, Εὐρυτᾶνας ἔθνος εἶναι τῆς Αἰτωλίας, ὀνομασθὲν ἀπὸ Εὐρύτου, παρ' οἷς εἶναι μαντεῖον Ὀδυσσέως. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Νίκανδρός φησιν ἐν Αἰτωλοῖς. Εὐρυτὰν, ὡς Παιάν.

ΕΥ'ΡΩ'ΠΗ, ἡ χώρα ἐκ τῆς Φοινίκης θυγατρὸς τοῦ Ἀγήνορος. Λέγεται καὶ Εὐρώπεια] Vide Etymologicum M. hac voce.

— Ὁ οἰκῶν Εὐρωπαῖος] Formatum & Εὐρωπανὸς. in Subſcr. Concilii in Trullo Εὐρωπανῶν ἐπαρχίας. de provincia Thraciæ.

ΕΥ'ΡΩΠΟ'Σ, πόλις Μακεδονίας.

— Ἀπὸ Ἰδελος, τοῦ Χρυσάορος] Scribe: Ἀπὸ Ἰδρέως. Nam ſic habet ſupra v. Εὔρωμος. & infra v. Ἴδρίας. Vide etiam v. Μύλασα.

— Ὠρόπιος] Ὠρώπιος.

ΕΥ'ΤΡΗΣΙΣ, κώμη· Ὅμηρος· Κώπας, Εὔτρησίν τε] Iliad. B. v. 502.

Κώπας, Εὔτρησίν τε, πολυτρήρωνά τε Θίσβην.

Copas, Eutreſinque, columbiſque abundantem Thisben.

— Ἣν ἐτείχισε Ζῆθος καὶ Ἀμφίων] Strabo lib. IX. pag. 411. Ὁ δὲ ποιητὴς ἐφεξῆς ταῖς Κώπαις Εὔτρησιν τίθησι, κώμιον Θεσπιέων. ἐνταῦθά φασι Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα οἰκῆσαι πρὶν βασιλεῦσαι Θηβῶν. *Copis poëta ſubjicit Eutreſin, pagum Theſpienſium exiguum. Ibi ferunt Zetham & Amphionem habitaſſe antequam Thebis regnarent.* Eadem habes ex Strabone apud Euſtathium.

— Ἐκλήθη δὲ Εὔτρησις διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν πρότερον χρήσασθαι ῥύμαις] Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 268. Ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν ῥυμοτομίαις, οἱονεὶ συντετρῆσθαι τεμνομένην εἰς ἀμφόδους συχνάς. Ex quo loco, tum ex ipſa voce, apparet pro χρήσασθαι reſcribendum hic τρήσασθαι: quod & à τρέω vel τράω, Futuro τρήσω, quod idem quod τιτράω. Senſus igitur: *Appellata autem eſt Eutreſis, quod multis olim vicis pervia fuerit.* Sic Etymologicum: Εὔτρησις παρὰ τὸ τετρῆσθαι, &c.

— Τὸ γὰρ Εὐτρήσιον, πόλις Ἀρκαδίας, καὶ οὐκ ἐθνικόν] MSS. Εὐτρήσιος. Pauſanias tamen lib. VIII. pag. 498. Εὐτρησίους dixit.

ΕΥ'ΦΡΑΤΙ'Σ, ἡ Συρία, ἀπὸ τοῦ παρακειμένου ποταμοῦ ἐλέγετο. αὐτὸς καὶ Ἀράξης ἀδελφοὶ, ῥέοντες ἐξ ὄρους Ἀρμενίας] In Notitia MS. Provinciarum Εὐφρατησία vocatur, quomodo etiam Procopio dicitur lib. II. de Ædif. Juſt. pag. 22. Latinis Syria Commagene *Euphratenſis* appellata. Cæterum MSS. habent ἐλέγοντο, ut cum ſequentibus conjungatur: quam lectionem cum Cl. Salmaſio omnino recipiendam exiſtimo.

Ε'ΦΕΣΟΣ, πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη, καὶ λιμὴν ἐν κόλπῳ.

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σαμόρνα] Heſychius: Σαμονία οἱ δὲ Σαμορνία ἡ Ἔφεσος. Lege: Σάμορνα, οἱ δὲ Σαμορνία ἡ Ἔφεσος. Et apud eundem: Ἄρτεμις Ἀρμενίη ἡ Ἔφεσος ἀρμενία καλεῖται, οἷον οὖν Ἐφεσία. Puto bis legendum Σαμορνίη. Σαμόρνιος enim à Σάμορνος factum, quomodo etiam dixerunt, docente noſtro infra v. Σάμορνα.

— Καὶ Τελχία] MSS. Τρηχεῖα. Recte. Nam Τρηχεῖα vel Τραχεῖα mons fuit in continente, quem Epheſii, ex inſula in continentem proferentes pomœrium, ædificiis inſedere, uti docet Creophylus de Epheſiorum finibus apud Athenæum lib. VIII. pag. 361. & Hipponax poëta Epheſius apud Strabonem lib. XIV. pag. 633.

Ὤικει δ' ὄπισθεν τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ
Μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς.

Habi-

Habitabat in parte urbis poſteriore in Smyrna,
Inter Aſperam & Lepren actam.
ubi Strabo: Τραχεῖα δ' ἐκαλεῖτο, ἡ ὑπὲρ τ Κορησσὸν παρώρειος. *Aſpera dicebatur, quæ ad montes eſt ſupra Coriſſum.* Denique ſic Scylax & Euſtathius ad Dionyſium pag. 109. Vide Cl. Salmaſium Exercit. Plin. pag. 809.

— Καὶ Ὀρτυγία] Strabo lib. XIV. pag. 639. *In eadem ora paullulum ſupra mare Ortygia eſt, lucus elegans omnis generis arboribus, plurima tamen cupreſſo. Per eum Cenchrius labitur fluvius, quo ſe abluiſſe à partu Latonam perhibent. Iſtis enim in locis partum Latonæ ponunt fabulæ & Ortygiam nutricem & adytum, in quo enixa fuerit, & proximam oleam, in qua primum ſoluta doloribus Dea acquieverit.* Hinc Epheſii ad probandum jus aſyli, quod dicebant templo ſuo deberi, ſub Tiberio allegant, apud Tacitum lib. III. Ann. cap. 61. *Non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam maneat, adniſam edidiſſe ea numina: deorumque monitu ſacratum nemus.* Scholiaſtes vetus ad Pindari Nem. Od. I. pag. 332. ex Ariſtone refert Dianam quidem in hac *Ortygia* natam, Apollinem vero in Delo. Vide & Apollonii Scholiaſten ad lib. I. v. 419.

— Καὶ Πτελεὴς] Lego cum Cl. Salmaſio: Πτελέη. Vide infra v. Πτελέα.

— Ἐκλήθη ἢ ἀπὸ μιᾶς τ Ἀμαζόνων] Hæc & alia item Etymologia extat apud Heraclidem Ponticum de Politiis pag. 455. Ἔφεσον κληθῆναί φασιν ἀπὸ μιᾶς τ Ἀμαζόνων· οἱ ἢ ἀπὸ τ Ἡρακλέα τ Ἀμαζόσιν ἐφεῖναι τὰ ἀπὸ Μυκάλης ἕως Πιτάνης. *Epheſum dictam ajunt à nomine cujuſdam Amazonum: alii dictam volunt ab eo, quod Hercules Amazonibus regionem à Mycale ad Pitanen conceſſerit.*

— Καὶ πρόσπολον Ἀρτέμιδος] MSS. Πρόπολον A.

— Λυσίμαχος τ πόλιν μετέθηκεν, ἔνθα νῦν] Meminit Pauſanias, licet cauſſa ſuppreſſa, lib. I. pag. 16. de Lyſimacho: Συνῴκισε ἢ ἢ Ἐφεσίων ἄχει θαλάσσης τ νῦν πόλιν, ἐπαγόμενος ἐς αὐτὴν Λεβεδίες τε οἰκήτορας ἢ Κολοφωνίες, τὰς ἢ ἐκείνων ἀνελὼν πόλεις, ὡς Φοίνικα ἰάμβων ποιητὴν Κολοφώνιον θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν. *Condidit vero & quam nunc Epheſii urbem, mari proximam, incolunt, deductis in illam Lebadiis & Colophoniis, poſtquam urbes illorum evertiſſet, quarum haloſin Phœnix Colophonius, poëta Jambicus, deploravit.*

— Ἐκάλεσε δ' Ἀρσινόην αὐτὴν ἀπὸ τ γυναικὸς Ἀρσινόης] Euſtathius ad Dionyſium, pag. 109. Ἀπὸ Ἀρσινόης τ ἐκείνε θυγατρός. At MS. quem verſavi, iſto in loco legit, γυναικὸς, ut hic apud Stephanum.

— Ἠέριαι νεφέλαι πόθεν ὕδατα πικρὰ πιοῦσαι, &c.] Extat hoc *Duridis Elaitæ* epigramma lib. I. Anthologiæ cap. LXX. quod Vincentius Opſopœus ſic totidem diſtichis Latine reddidit:

Aëriæ nubes, ubi amaro flumine potæ
Omnia nocturnis diripuiſtis aquis?
Innumeras Epheſi tectis ſublimibus ædes
Atque tot annorum non numeranda bona.
Quo ſuperi tali flexerunt tempore vultum?
Eheu! nunc Aſiæ maxima ſcena jacet.
Omnia reſpondent facie volventibus undis,
Et rapidis fluviis in mare tracta ruunt.

— Ταλαίνης] MSS. ταλαίναι. ut ad νεφέλαι referatur.

— Σαωτῆρες] Scribe: σαωτῆρες. ex Anthologia.

— Πολλῶν] Lege: πολλὸν ex eadem.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἐφέσιος] Epheſiorum nummus extat apud Franc. Gotifredum, in quo circum cervum jacentem legitur: ΕΦ. ſubtus: CΚΩΠΙ. in averſa circum apiculam: ΚΗΡΙΑΙΕΩ ΑC ΠΡΟC ΠΑΛΥΡΙΝ. Similem habet Eminentiſſimus Cardinalis Franciſcus Barberinus. Item aliam Commodi, in quo carpentum ſeu rheda, cum inſcriptione: ΙΕΡΑ ΕΦΕCΙΩΝ ΑΠΗΝΗ. Item in Galieni nummo in Theſauris S. M. Ducis circum eandem rhedam: ΑCΙΑC ΕΦΕCΙΩΝ. quia prima civitas ſedeſque Proconſulis. Et in alio ejuſdem Galieni ibidem circum Dianam Venatricem: ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. quæ verba quoque in ſimili Saloninæ, & in alio Gordiani ibidem leguntur. Apud Triſtanum in nummo Gordiani Tertii Tom. II. pag. 521. circum Ægyptiorum Mnevin legitur, ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. quo duarum maximarum urbium amicitia & commercium explicatur. Quam alii duo ejuſdem Gordiani nummi confirmant, apud Franc. Gotifredum: quorum alter circum Deam Iſidem velificantem habet: ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. alter circum Dianam Epheſiam, & Imperatoris in navi prætoria effigiem: ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. Atque hæc occaſione gentilitii. Quibus addo quod Strabo lib. IV. pag. 179. commemoret τὸ Ἐφέσιον, in arce Maſſiliæ fanum, τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἐφεσίας, cujus ductu civitas hæc à Phocæenſibus condita fuerat.

— Οὕτω γὰρ ἐν Ἀλεξ* Σοφοκλῆς] Legendum, remoto aſteriſco: Ἀλεξάνδρα. vel, Ἀλεξάνδρῳ. His enim nominibus citatur una eademque, ni fallor, Sophoclis Tragœdia ab Heſychio v. Δύσαυλος. & Θηλάστεια.

— Ὡς Ἄβρ* φησί] An ſcribendum Ἄβρων. Grammaticus, qui paſſim à noſtro adducitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ἜΦΥΡΑ, πόλις Ἠπείρου, ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Ἀμάρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ] Plures *Ephyræ* fuerunt. Prima hæc *Epiri* ſita fuit in Theſprotiæ parte, quæ *Elæatis* dicta, intus ſupra portum *Chimerium*. Thucydides lib. I. Ἔστι δὲ λιμὴν, καὶ πόλις ὑπὲρ αὐτοῦ κεῖται ἀπὸ θαλάσσης, ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι τῆς Θεσπρωτίδος Ἐφύρη. *Eſt autem portus* (Chimerium) *& ſuper eum urbs à mari diſtans in Elæatide Theſprotiæ, nomine Ephyre.* Ad quem locum notat Scholiaſtes Græcus, hanc Ephyram diverſam eſſe ab altera, quæ & Corinthus dicta fuit. Hanc olim cepit Hercules, pro Theſprotis contra Calydonios bellum gerens; ut teſtatur Apollodorus lib. II. Biblioth. Denominata autem dicitur ab *Ephyro* τοῦ Ἀμάρακος. Infra vero v. Κόρινθος, Corinthus *Ephyre* dicitur appellata ab *Ephyro* τοῦ Μύρμηκος. Sed hoc loco ſcribendum, τοῦ Ἀμβρακος. uti patet ſupra v. Ἀμβρακία. ubi *Ambracia* dicta perhibetur ἀπὸ Ἀμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ. plane ut hic.

— Ἐκ τούτου Ἀστυόχη ἡ μήτηρ Τληπολέμου, ὥς φησιν Ὅμηρος. ἣν δὲ αὕτη μεταξὺ Πύλου καὶ Ἤλιδος, ὡς Παρμενίσκος] Homerus Iliad. B. v. 658.

Τῶν μὲν Τληπόλεμος δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν,
Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ,
Τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.
Horum quidem Tlepolemus bello clarus dux erat,
Quem peperit Aſtyochea forti Herculi,
Quam duxerat ex Ephyra fluvio à Selleënte.

ad quem locum Euſtathius pag. 315. Ἀστυόχη, κατὰ δὲ Ὅμηρον Ἀστυόχεια, ὡς καὶ Πενελόπη Πενελόπεια, Φύλαντος ἣν θυγάτηρ. Ταύτην Ἡρακλῆς ἄγεται, ἀνελὼν τὸν Φύλαντα, ὅτε κατὰ Ἐφυραίων Αἰτωλοῖς ἐστρατήγει. Similia habes apud Apollodorum lib. II. Biblioth. qui *Phylantem* regnaſſe *Ephyræ* perhibet. Verum Strabo lib. VIII. pag. 338. exiſtimat *Ephyram* Homericam, unde *Tlepolemi* mater, fuiſſe in Elea, quoniam poëta cum *Sellente* fluvio illum conjungit, & apud reliquas *Ephyras* nullus eo nomine eſt fluvius. In qua opinione fuiſſe etiam Parmeniſcum, qui hic ab auctore adducitur, apparet, dum ponit inter *Pylum* & *Elidem* iſtius tractus urbes, quam Strabo centum & viginti ſtadiis ab *Elide* verſus mare facit diſtantem. Cæterum quam parum accurate Geographica noſter tractaverit, vel potius ipſius Epitomator, dum confundit *Ephyram Theſprotiæ*, de qua in principio actum, cum *Ephyra Elea*, de qua Parmeniſcus, ex hoc loco apparet.

— Ἠγνόησε δ' ὅτι μυχὸς ἡ Κόρινθός ἐστι] Hæc non cohærent: nam Parmeniſcus illius *Ephyræ* ſitum deſcribit, ex qua Hercules *Aſtyochen Tlepolemi* matrem abduxerat, auctore Homero Iliad. B. Diverſa autem iſta eſt ab *Ephyra*, quæ poſtea *Corinthus* dicta, ex qua Glaucus Homericus genus ſe ducere gloriatur Iliad. Z. v. 152.

Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο.
Eſt civitas Ephyra in receſſu Argi equorum altricis.

Unde hæc quoque imperite truncata ab Epitomatore apparet. Videtur autem ex ſequentibus legendum: μυχὸς ὁ Κορίνθιος.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Ἐφύρη Κράννους λεγομένη] Incipit tandem velle agere diſtinctius, dicitque aliam *Ephyram* dictam fuiſſe *Cranonem*. Κρανῶν enim hic reſcribendum pro Κράννους, uti patet infra v. Κρανῶν. & ex Euſtathio ad Homeri Iliad. N. pag. 933. hæc in Theſſalia fuit. Scholiaſtes Græcus ad Pindari Pyth. Od. X. pag. 315. egregie & diſtincte de diverſis *Ephyris* diſquirit, ponitque tres, *Theſſalicam*, *Corinthicam*, *Theſproticam*. Verum ad Nem. Od. III. pag. 389. adhuc agit accuratius, commemoratque quatuor: Τέσσαρες δὲ ἀναγράφει τὰς Ἐφύρας· πρώτην μὲν τὴν αὖθις Κόρινθον ὀνομασθεῖσαν. Ὅμηρος· Ἔστι πόλις Ἐφύρη. Ἑτέραν δὲ τὴν περὶ Θεσσαλίαν. Ὅμηρος· Ἐξ Ἐφύρης ἀνιόντι παρ' Ἴλου Μερμερίδαο. Τρίτην δὲ περὶ Μῆλιν· ἧς Ἱππίας μνημονεύει. Τετάρτην τὴν ἐν Θεσπρωτοῖς. (quam in ſuperioribus Κίχυρον dixerat deinceps appellatam.) In hoc autem loco menda tollenda, legendumque ex noſtro: περὶ Μῆλον. quæ una ex Cycladibus, à qua non multum diſſita *Ephyra* inſula pariter. Sed omnium diligentiam facile vincit Strabo, qui lib. VIII. pag. 338. Primam *Ephyram* ponit ſub monte Pholoë ad *Selleentem* fluvium prope *Elidem*, quam vel eandem cum *Oenoë* facit, vel vicinam. Secundam *Theſproticam*, quæ *Cichyrus* poſtea. Tertiam *Theſſalicam*, *Cranonem* poſtea. Quartam *Corinthum*. Quintam pagum apud *Sicyonem*, ubi pariter *Selleis* fluvius. Sextam itidem pagum in *Agræa Ætoliæ*. Septimam in *Perrhæbis Macedoniæ*. Quibus ex Stephano & Pindari Scholiaſte addenda octava, inſula prope *Melum*. Item nona *Italiæ circa Campaniam*, ex Stephano. Sic, ni fallor, omnes *Ephyras* deſcripſimus.

— Ὥς φησι Κινέας ὁ ῥήτωρ] Auctor hic appellatur Καινέας à Scholiaſte Pindari ad Pyth. Od. X. pag. 315. Κρανὼν δὲ πόλις Θεσσαλίας, Θέσσαλος δὲ ἦν ὁ Νικηφόρος. οὕτω δὲ πρότερον οἱ Κρανώνιοι Ἐφύριοι ἐκαλοῦντο, μαρτυρεῖ δὲ τοῦτο Καινέας.

— Δευτέρα, περὶ Θεσσαλίαν] Hæc eadem cum ſuperiori, quæ *Cranon* dicta, ut jam oſtendimus.

— Τρίτη, Οἰνόη] Lege, addito articulo: τρίτη, ἡ Οἰνόη. Hæc illa eſt, quam ſupra primo loco ex Strabone deſcripſimus, in *Elea* ad *Selleentem*.

— Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας ἄλλη] Puto eandem eſſe cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

cum illa, quam paullo ante *Oenoen* dixit appellatam. Nam Euſtathius ad Homerum Iliad. B. pag. 300. *Pholoën* Arcadiæ facit montem, ſub quo *Ephyra*, quæ deſcripta ſupra primo loco juxta Strabonem, ſita.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἐφυρος] Videtur legendum: ἧς τὸ ε. Ε. ſic ut gentile hoc ad ſolum præcedentem vicum reſtringatur. Certe ſic legiſſe quondam Euſtathium hoc loco colligitur ex Commentario ejus ad Homeri Iliad. B. pag. 301. & Odyſſ. A. pag. 1415. in quo ultimo loco à reliquis dicit formari Ἐφυραῖος.

ἘΧΕΉΔΑΙ, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Ἐχέμου ἥρωος] MSS. ἘΧΕΛΊΔΑΙ, & mox, Ἐχέλου, & Ἐχελίδης. & ſic Joannes Meurſius jam olim reſtituit libro de Pop. Attic. Etymologicum: Ἔχελος, ἥρως παρὰ Ἀθηναίοις τιμώμενος. καὶ δῆμος τῆς Ἀττικῆς Ἐχελίδαι, ἀπὸ τοῦ κειμένου ἕλους τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἵδρυται τὸ τοῦ Ἐχέλου ἄγαλμα.

ἘΧΕΤΙΆ, πόλις Ἰταλίας] Eadem procul dubio cum *Echetra*, quæ altera abhinc voce deſcribitur. quod & Philipp. Cluverius ſenſit lib. III. Ital. Antiq. pag. 1031.

ἘΧΕΤΛΑ, πόλις Σικελίας] Meminit Diodorus lib. xx. Polyb. lib. I. pag. 14.

— Ἐχετλιάτης] Scribe: Ἐχετλάτης. & ſic Cluverius.

ἘΧΕΤΡΑ, πόλις Ἰταλίας, διαφέρει Οὐολούσκοις] MSS. Οὐολίσκοις.

— Τὸ, ἐθνικὸν Ἐχετρανός] Pyrrhus Ligorius nummum ΕΧΕΤΡΑΝΩΝ adfert, ſignatum capite Herculis. & in averſa parte clava trinodoſa cum arcu & pharetra.

ἘΧΙΝΑΙ, νῆσοι περὶ τὴν Αἰτωλίαν, αἷς Ἀχελῷος ποταμὸς προσέβαλλεν ἰλύν] Hinc Plutarchus libello de Exilio pag. 602. inſulas haſce appellat ex poëta aliquo elegantiſſime, ἰλὺν νεοπαγῆ τοῦ Ἀχελῴου προχωννυμένος. *Limum recens compactum, quem Achelous adgeſſerat.*

— Ἀπὸ Ἐχίνου μάντεως] Euſtathius: ἀπὸ Ἐχίονος. Sed Etymologus ut noſter.

ἘΧΙΝΟΣ, πόλις Ἀκαρνανίας Ἐχίνου κτίσμα.

— Ῥιανὸς Ἔχιον ἄσυ ταύτην εἶπεν] Salmaſius legit: Ἐχίονος. Sed rectius forte Ἐχίνιον.

— Ὡς Κελαῖος, Κελαιεύς] Lege: Κηλαῖος, Κηλαιεύς.

Z.

ZΆΓΚΛΗ, πόλις Σικελίας.

— Καί τοι] Καί τις.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ζαγκλαῖος] Apud Pauſaniam lib. IV. bis legitur, Ζάγκλιος. niſi ſcriptura corrupta ſit, quod vereor. Solet enim formare Ζαγκλαῖος.

ΖΑΔΡΑΜΗ, βασίλειον τῶν Κιναιδοκολπιτῶν, περὶ οὗ ἐροῦμεν ἐν τῷ Κ] Infra ἐν τῷ Κ. (ubi promittit ſe de hac regia dicturum) hæc perierunt. Apud Ptolemæum lib. VI. Geogr. cap. 7. corrupte ſcribitur: Ζααράμ, βασίλειον. Κιναιδοκολπιτῶν χώρας.

— Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς, Ζαδραμιτῶν] Apud Marcianum hæc jam non extant: ſed apud Ptolemæum, unde is omnia hauſit, legitur: Ἀδραμιτῶν.

ΖΆΚΑΝΘΑ, πόλις Ἰβηρίας] Quæ & Ζάκυνθος, & Σάγουνθος, & Σάγουντος, & Σαγουντία. Romanis, *Saguntbus*.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ζακανθαῖος] Sic Polybius lib. III. ſæpius. Arrianus. alii.

ΖΆΚΥΝΘΟΣ, πόλις, ἀπὸ Ζακύνθου τοῦ Δαρδάνου] Parva inſula cum urbe cognomine in mari Ionio Ætoliæ objacens, ſic dicta à *Zacyntho* Herculis in expeditione contra Geryonem comite. Cujus hiſtoriam ex Silio Italico refert Triſtanus ad nummum Alexandri Severi Tom. II. pag. 414. *Zacynthum* autem *Dardani* filium fuiſſe auctores præter noſtrum Pauſanias lib. VIII. pag. 491. & Euſtathius ad Iliad. B. pag. 307.

— Καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος] Quod Virgilius vertit lib. III. Æn. v. 270. *nemoroſa Zacynthus.*

— Δευτέρα, Ἰβηρίας] Quæ Σάγυνθος infra ſuo loco, ſupra Ζάκανθα auctoritate Apollodori dicitur. Colonia fuit *Zacynthiorum* teſte Strabone lib. III. pag. 159.

ΖΆΡΗΞ, πόλις Λακωνικὴ πρὸς τῇ θαλάσσῃ] Ab hac urbe diverſus eſt Ζάρηξ apud Etymologum ex Lycophrone, Eubœæ mons: Ζάρηξ καὶ Ὀφέλτας ὄρη Εὐβοίας, περὶ ἃ γέγονε τὰ ναυάγια τῶν Ἑλλήνων. Hic à Tzetze ad Lycophronem pag. 67. Καφηρεὺς dicitur poſtea appellatus.

— Ἔστι καὶ Ἱπποθόωντος ἡρῷον, ἀφ' οὗ καὶ φυλὴν ὀνομάζουσι] Locus Pauſaniæ lib. I. pag. 71. hic imperite mutilatus extat. Verba enim, propter quæ à Stephano adductus eſt, omiſſa ſunt. Reſcribendum igitur ex illo: ἀφ' οὗ τὴν (non καὶ) φυλὴν ὀνομάζουσι· καὶ πλησίον Ζάρηκος.

ΖΆΡΗΤΑ, κρήνη ὑπὲρ τῆς Καλχηδονίας θαλάσσης, μικροὺς τρέφουσα κροκοδείλους, οἱ καλοῦνται Ζαρῆτοι] Strabo lib. XII. pag. 563. fontem hunc appellat Ἀζαριτίαν. Ἔχει δ' ἡ χώρα μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κρήνην Ἀζαριτίαν τρέφουσαν κροκοδείλους μικρούς. *Habet ea regio paullo ſupra mare fontem Azaritiam, qui crocodilos parvos alit.* Meminit & Antigonus in Mirabil. Narrat. cap. 162. Εὔδοξον δ' ἱστορεῖν τὴν μὲν ἐν Καλχηδόνι κροκοδείλους ἐν αὐτῇ μικροὺς ὁμοίους τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ. *Eudoxum narrare fontem Calchedone parvos habere crocodilos Ægyptiorum ſimiles.* Sic enim ibi legendum, non ἐν Καρχηδόνι, uti vulgo editur: quod mendi genus apud hunc ſæpius occurrit & apud alios eſt fre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

frequens. Cæterum hoc crocodili genus exiſtimo ſerpentem ſive lacertam eſſe Chalcidicam, de qua Dioſcorides, lib. II. cap. 70. Σὴψ ἣν ἔνιοι σαύραν ἐκάλεσαν Χαλκιδικὴν, ἐν οἴνῳ ποθεῖσα, τοὺς ὑπ' αὐτῆς δηχθέντας ἰᾶται. *Seps quam nonnulli lacertam Chalcidicam vocant, ex vino pota, quos momorderit iis medetur.*

ΖΑΥ'ΗΚΕΣ, ἔθνος Λιβύης. Ἡρόδοτος ζ. Ζαύηκες ἔθνος] Non video, quid ſibi velint hæc duo vocabula hoc loco, Ζαύηκες ἔθνος. Herodoti enim non ſunt. An male ſunt repetita ex præcedentibus? An vero loci cujuſdam principium ſunt apud Hecatæum, qui deinde adducitur?

ΖΕΙΡΙΝΙ'Α, πόλις Θρᾴκης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ζειρινάτης] Ζειρινιάτης.

ΖΕ'ΛΕΙΑ, πόλις Τρῳάδος.

— Οἱ δὲ Ζέλειαν ἔναιον, Ὅμηρος. ἀπὸ Ζελείου ἥρωος] Homerus Iliad. Β. v. 824.

Οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης.
Qui vero Zeliam habitabant ſub pedem imum Idæ.

Ad quem locum Euſtathius pag. 354. dicit eam ἀπὸ Ζελίου ἥρωος appellatam, juxta noſtrum. Unde apparet Ζελίου illum hic legiſſe, non Ζελείου. Etymologus autem: Ζέλεια ὠνόμασται ἀπὸ Ζέλυός τινος.

— Οἱ δὲ Ζέλην αὐτὴν φασι] Sic Ἀγάμεια & Ἀγάμη ſupra. Νίκαια & Νίκη. Φώκαια & Φώκη. Vide Euſtathium ad Iliad. Δ. pag. 449.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ζελείτης] Occurrit hoc gentile apud Arrianum lib. I. de Exped. Alex. pag. 17. Ζελείτας δὲ ἀφῆκε τῆς αἰτίας, ὅτι πρὸς βίαν ἔγνωσαν συστρατεῦσαι τοῖς βαρβάροις. *Zelitis quoque culpam remiſit, quod coactos illos cum barbaris militaſſe ſciret.*

— Παρὰ Ποσιδίππῳ δὲ εὕρηται διὰ τοῦ ι] Id eſt, Ζελίη. quod etiam docet Euſtathius priore dicto loco.

— Ἔστι καὶ Ζέλεια φρούριον Κυζίκου] Haud dubie eadem cum præcedente, uti & Iſaacus Caſaubonus cenſuit.

— Ποσίδιππος δὲ Πάνδαρος παρὰ τῷ Σιμοῦντι τέθαπται] Videtur legendum, ut ſenſus conſtet: Ποσίδιππος δὲ ὅτι Πάνδαρος, &c. Cæterum locus hic miſere mutilatus eſt, de quo adi Euſtathium ad Iliad. Β. pag. 354. ex Strabone & Arriano diſſerentem.

ΖΕΥ'ΓΜΑ, πόλις Συρίας ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ, ὃν Ἀλέξανδρος ζεύξας ἁλύσεσι, διεβίβασε τὰ στρατόπεδα] Omnes uno ore tradunt veteres Alexandrum Magnum trajeciſſe Euphratem apud *Zeugma* Syriæ urbem, ſic appellatam à ponte, qui jam olim ſuper Euphrate à Libero patre, ut ferebatur, ibi erat exſtructus. Pauſanias lib. x. pag. 665. Οὐκ ἄλλος κατὰ ἐμὴν δόξαν, ἀλλὰ ὁ πρῶτος μὲν ἐλάσας ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατείᾳ, πρῶτος δὲ Εὐφράτην γεφυρώσας ποταμόν. Ζεῦγμά τε ὠνομάσθη πόλις καθότι ἐζεύχθη τῆς χώρας Εὐφράτης. *Neque mea opinione alius fuit* (hic Liber) *ab eo, qui primus ad Indos cum exercitu penetravit, cum Euphraten ponte junxiſſet. Et Zeugma appellata eſt urbs, quod Euphrates illic ponte ſit junctus.* Iidem etiam conſentiunt Alexandrum conſtructo ibi ponte, quoniam vetus iſte perierat, cum exercitu trajeciſſe, qui deinceps uſque ad Romanorum in Aſia imperium, illoque durante ibidem duravit. Unde Statius lib. III. Sylv. Carm. II. v. 137. *Zeugma Latinæ Pacis iter.* Nihilominus Triſtanus Tom. II. pag. 192. inductus male intellecto Strabonis loco Alexandrum putat trajeciſſe apud *Thapſacum*, urbem pariter ad Euphratem, ſed ad duo millia ſtadiorum infra *Zeugma* ſitam; ad quam olim etiam pontem fuiſſe auctor eſt Strabo. Deinde, ut conciliet cum hac ſua hypotheſi auctores, qui Alexandri pontem adſcribunt *Zeugmati*, alterum etiam *Zeugma* confingit, non longe à *Thapſaco* ſitum, ad quod fuiſſe pontem illum ab Alexandro factum exiſtimat. Sed in utroque falſus eſt. Cauſſa erroris à male intellecto, ut dixi, Strabonis loco profecta eſt, qui legitur lib. XVI. pag. 746. & eſt ſequens: Τὸ μὲν οὖν μέγιστον, ὃ ἀφίστανται διάστημα ἀπ' ἀλλήλων, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσίν ἐστι· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ αὐτὸ ὅπερ εἴρηκεν Ἐρατοσθένης, τὸ ἀπὸ Θαψάκου, καθ' ὃ ἦν τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου τὸ παλαιὸν, ἐπὶ τὴν τοῦ Τίγριδος διάβασιν, καθ' ἣν διέβη Ἀλέξανδρος αὐτὸν, δισχιλίων τετρακοσίων. *Maxima diſtantia, qua inter ſe fluvii* (Euphrates & Tigris) *diſtant, eſt verſus montes: quantum etiam Eratoſthenes à Thapſaco, juxta quod erat pons Euphratis antiquitus, dixit eſſe ad Tigridis tranſitum, ubi Alexander cum exercitu trajecit, ſtadiorum bis mille & quadringenta.* quæ ultima verba: *ubi Alexander cum exercitu trajecit*, Triſtanus intellexit de *Euphrate & ponte juxta Thapſacum*, ſed in Græco clare apparet, Strabonem loqui de trajectu Tigridis, quem fecit Alexander: dicit enim καθ' ἣν, quod non poteſt reſpicere aliud, quam præcedens διάβασιν.

— Τὸ ἐθνικὸν οἱ μὲν ἐπιχώριοι Ζευγματεύς] Inveni in nummo apud Franc. Gotifredum, ΖΕΥΓΜΑΤΕΩΝ.

ΖΕΦΥ'ΡΙΟΝ, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ζεφυριώτης] Apud Hub. Goltzium extat nummus, in quo ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ. item alius, in quo ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. Franc. Gotifredus nummum Hadriani poſſidet, in quo circum Jovem haſtatum ſedentem & læva victoriolam ſuſtinentem pariter legitur, ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ. Idemque conſpexi in alio Treboniani Galli circum Jovem ſtantem.

— Ἔστι καὶ ἄκρα τῆς Αἰγύπτου, ἀφ' ἧς ἡ Ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρῖτις] Extat elegans Poſidippi Epigramma in Appendice Anthol. Græc.

Epigr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Epigr. pag. 22. εἰς τὴν ἐν Ζεφυρίῳ τιμωμένην Ἀφροδίτην. quod, ſi lubet, viſe.

ΖΗ͂ΛΑ, τόπος Ἀρμενίας, ἢ * Ἀρτέμιδι] MSS. PP. ᾧ Ἀρτέμιδι. An legendum: ἦν ἱερόν. aut, ἦν Ἀναΐτιδος ἱερόν?

ΖΗΝΟΔΟΤΙΟΝ, πόλις Ὀσροηνῆς] Meminit Dio lib. XL. pag. 126.

— Καὶ Ζηνοδοτῖνος ἐπιχωρείως] Scribe: Ζηνοδοτηνός. is enim typus illarum regionum ubique toto hoc opere.

ΖΗΡΥΝΘΟΣ, πόλις καὶ ἄντρον Ἑκάτης ἐν Θρᾴκῃ] De *antro Zerynthio* vel *Zeryntho* memorat Suidas. Ζηρύνθιον καὶ Ζήρυνθον ἄντρον, ἐν ᾧ τῇ θεῷ κύνας ἔθυον, ἔνθα ἦν τὰ τῶν Κορυβάντων καὶ τῆς Ἑκάτης μυστήρια.

— Λυκόφρων, Ζήρυνθος ἄντρον τῆς κυνὸς φανῆς θεᾶς] Apud Lycophronem pag. 18. perperam editur: Ζήρυνθον ἄντρον pro Ζήρυνθον. quomodo apud Suidam. Nam ſic ſcripſiſſe Lycophronem apparet pag. 79. ubi:

Μορφῶ παροικήσουσι τὴν Ζηρυνθίαν.
Morphonem accolunt Zerynthiam.

ubi Tzetzes: ἐν Θρᾴκῃ ἄντρον ἐστὶν, ἐν ᾧ ἡ Ζηρυνθία Ἀφροδίτη τιμᾶται. & iterum pag. 376. Deinde legendum & hic & apud Lycophronem: τῆς κυνοσφαγοῦς Θεᾶς. *canivoræ Deæ.* quoniam canes ipſi immolabant, ut Suidas & Nicandri Scholiaſtes.

— Καὶ Ζηρυνθίας] Lege: Ζηρυνθία. ita Ζηρυνθία Ἀφροδίτη. Videantur Suidas & Etymologus.

ΖΙΠΟΙΤΙΟΝ, πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ζιποίτου] MSS. male: Ζιπότου.

ΖΟΑΡΑ, πόλις Περσική] Hierocli & in Actis Concilii Chalcedon. Act. I. dicitur Ζοώρα. & antiquiſſimus codex MS. verſionis Latinæ *Zoorenenſem* vocat Epiſcopum.

— Ἔστι καὶ κώμη μεγάλη, φρούριον ἐν Παλαιστίνῃ ἐπὶ τῇ Ἀσφαλτίδι καλουμένῃ θαλάσσῃ] *Caſtellum* hoc à Ptolemæo lib. v. Geogr. cap. 17. appellatur Ζώαρα, poniturque in Palæſtina Tertia, ſive Arabia Petræa. LXX. longius abeunt, dum Geneſ. cap. XIX. v. 22. vertunt Ζηγώρ.

— Ζοαρηνοί] Extat ſupra v. Ἄδανα· infra v. Παραίτακα.

ΖΟΙΤΕΙΟΝ, πόλις Ἀρκαδίας. Παυσανίας ὀγδόῳ] Apud Pauſaniam lib. VIII. pag. 498. legitur: Ζοίτιον. at pag. 511. & ſeq. Ζοιτία, bis terve.

— Λέγεται καὶ Ζείτειον, ἀπὸ Ζείτεως] Lege: Ζοίτεια, vel potius Ζοιτία ἀπὸ Ζοιτέως. *Zœteus* hic Tricoloni fuit filius, ut Pauſanias d. l.

ΖΟΜΒΙΣ, πόλις τῆς Μηδίας] Meminit Ammianus Marcellinus lib. XXIII. pag. 254.

ΖΥΓΑΝΤΙΣ, πόλις Λιβύης] Vide, quæ notata ſupra v. Γύζαντες.

— Οἱ πολῖται, Ζυγάντες, οἵτινες τὰ ἄνθη] Idem tradit Herodotus lib. IV. cap. 194.

— Ὡς Εὔδοξος ὁ Κνίδιος] Idem ex Eudoxo adfert Apollonius Hiſtor. Mirab. cap. XXXVIII.

ΖΥΓΟΙ, περὶ τῷ τῆς Ἀσίας Βοσπόρῳ· Στράβων ἑνδεκάτῃ] Quaſi diverſus eſſet *Boſporus Europæ*, aut non uterque tam *Cimmerius*, quam *Thracius* Europam Aſiamque interflueret. Sed dicere debuit, *Zygos* non procul à *Boſporo Cimmerio* ſitos eſſe, in parte Aſiæ, ut accurate deſcribit Strabo lib. XI. pag. 492. ex quo male hæc compilata ſunt.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ζυγιανός] Occurrit infra v. Ταῦρος.

ΖΩΝΗ, πόλις Κικόνων] Meminit Herodotus lib. VII. cap. 59. Nicandri Scholiaſtes pag. 23. Apollonii Scholiaſtes ad lib. I. v. 29.

ΖΩΣΤΗΡ, τῆς Ἀττικῆς ἰσθμός] Inſignis eſt locus ex Deliaca oratione Hyperidis apud Scholiaſten Græcum Hermogenis pag. 389. de cauſſa hujus appellationis. Ζωστὴρ autem Etymologo explicatur, Θώραξ, ζώνη· καὶ τόπος τῆς Ἀττικῆς.

— Ἐνταῦθα θύουσιν ἁλιεῖς Λητοῖ, καὶ Ἀρτέμιδι, καὶ Ἀπόλλωνι Ζωστηρίῳ] Aliud erat in ipſa urbe templum Dianæ Λυσιζώνης. Apollonii Scholiaſtes ad lib. I. v. 288. λύουσι γὰρ τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι. ὅθεν καὶ Λυσιζώνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις.

— Τιμᾶται καὶ Ζωστηρία Ἀθηνᾶ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἐπικνημιδίοις] Cl. Salmaſius exiſtimat legendum: Ζωστεῖρα ex Heſychio, qui hoc epitheton Minervæ dicit in Bœotia. Cæterum Lycophron pag. 188. etiam Ζωστήριον promontorium in Italia ponit circa Cumas.

Ζωστηρίου τε κλιτὺν, ἔνθα παρθένου
Στυγνὸν Σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον.
Et Zoſterii promontorium, ubi virginis
Horrendum Sibyllæ eſt domicilium.

ubi Tzetzes: Ζωστὴρ, ὄρος Ἰταλίας, ἐν ᾧ ἱερὸν Ζωστηρίου Ἀπόλλωνος.

H.

ἨΔΩΝΟΙ, ἔθνος Θρᾴκης] Tzetzes ad Lycophronem pag. 74. Ἠδωνοὶ καὶ Ἤδωνες Θρᾳκῶν ἔθνη. ἀλλ᾽ οἱ μὲν Ἤδωνες περὶ θάλασσαν οἰκοῦσιν, Ἠδωνοὶ δὲ τὴν μεσογείαν.

— Καὶ τὸ θηλυκὸν Ἠδωνή] Euripides Hecuba v. 1153.

——— Τρώων κόραι
Θάκουν, ἔχουσαι κερκίδ᾽ Ἠδωνῆς χερός.
——— *Trojanorum puellæ*
Sedebant, tenentes telam Edonicæ manus.

ubi Scholiaſtes Ἠδωνῆς explicat: Μακεδονικῆς. Et in neutro legitur apud Suidam Ἠδωνὰ ἱμάτια, Θρᾳκικά. *Edona veſtimenta, id eſt, Thracica.*

ἨΕΤΙΩΝΕΙΑ, οὕτως ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ Ἠετίωνος] Suidas paullo plenius: Ἠετιώνεια. οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα

ἀπὸ

ἀπὸ τοῦ καταπεπτωκότων τὴν γῆν Ἠετίωνος. Herodotus lib. 1. cap. 14. facit *Eetionem* Cypſeli patrem Corinthiorum tyranni. Apud Homerum celebratur & Ciliciæ Rex hoc nomine Iliad. Ζ.

ἨΙὨΝ, πόλις ἐν Χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδίδης] Thucydides lib. I. pag. 65. agens de Athenienſibus: πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, Μήδων ἐχόντων, πολιορκίᾳ εἷλον καὶ ἠνδραπόδισαν, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος. *Primum quidem Eïonem, quæ eſt ad Strymonem, Medis tenentibus, expugnarunt, & in ſervitutem redegerunt, duce Cimone Miltiadis filio.* Quo loco Scholiaſtes duo hoc nomine loca in Thracia fuiſſe commemorat, quorum illud, de quo Thucydides loquitur, portum Amphipoleos, alterum oppidum dicit. Reſpexit Scholiaſtes ad alium Thucydidis locum lib. IV. pag. 254. ubi Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Θρᾴκης Μενδαίων ἀποικίαν appellat. Sed hæc plane eadem cum illa, quam portum Amphipoleos Scholiaſtes vocat; uti colligitur tum ex eo, quod Chalcidenſes & Boltiæi dicuntur ibi Eïonenſibus ſuppetias tuliſſe, ut vicini: tum ex illis, quæ deinceps eodem libro de Amphipoleos expugnatione per Braſidam & conſervatione *Eïonis* per ſemet ipſum narrat Thucydides, ubi illam vocat, ἐμπόριον ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ ποταμοῦ ἐπιθαλάσσιον, πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως, ἣν Ἀμφίπολιν Ἅγνων ὠνόμασεν. *Emporium in oſtiis fluvii maritimum, quinque & viginti ſtadiis ab urbe, quæ nunc eſt, diſſitum, quam Agnon Amphipholin appellavit.* Quod autem Stephanus in peninſula *Eïonem* ſitam ſcribit, auctoritate Thucydidis, illud nuſquam apud Thucydidem reperio. Id tantum indicat, lingulam quandam, πρέχουσαν ἄκραν, ab oppido in mare procurrere, quam occupaſſe Braſidam ſpe potiundi fluminis oſtiis ſcribit pag. 323. Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 287. à noſtro deceptus *Eïonem* facit Χερρονησίαν. & pag. 179. πόλιν ἐν Χερρονήσῳ. auctoritate Thucydidis, & ab ea diverſam aliam *Strymonicam.* Sed una tantum in Thracia fuit, *Strymonica* ſcilicet, quæ Lycophroni pag. 73. dicitur.

> Ἠϊὼν Στρυμόνος Βισαλτία.
> *Eïon Strymonis Biſaltica.*

ad quem locum Tzetzes: Ἠϊὼν πόλις Θρᾴκης ἐπὶ Στρυμόνι, ἔνθα τὸν Φοίνικα τελευτήσαντα ἔθαψεν ὁ Νεοπτόλεμος, ἡνίκα ἔπλει ἐπὶ τὴν πατρίδα. περὶ δὲ τὴν Ἠιόνα ταύτην καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς Μήδους ἐνίκησαν. καὶ ἔστησαν τοῖς νικήσασιν οἱ λοιποὶ Ἀθηναῖοι, Ἑρμᾶς τρεῖς λιθίνους, καὶ ἐπέγραψαν.

> Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι, οἵ ποτε Μήδων
> Παισὶν ἐπ' Ἠιόνι Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοάς,
> Λιμόν τ' αἴθωνα, κρατερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα
> Πρῶτοι δυσμενέων εὗρον ἀμηχανίην.

Τούτων δὲ τῶν ἐπιγραμμάτων Αἰσχίνης ῥήτωρ μέμνηται. Vide & Harpocrationem v. Ἠϊών.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἠιονεύς] In Collectionibus Pyrrhi Ligorii extat nummus, in quo circum urceum & uvam legitur, ΗΙΟΝΕΩΝ.

— Ἔστι καὶ ἄλλη πρὸς τῇ Πιερίᾳ] Idem tradit Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 179. & 287. Nihilominus ſuſpicor eandem eſſe. Nam regio circa Strymonis oſtia *Pieria* etiam dicta, antequam reges Macedonum inde expuliſſent *Pieres*, qui ſub Pangæo monte trans Strymonem poſtea incoluerunt Phagretem & alia oppida, teſte Thucydide lib. II. Ab hac diverſa Macedoniæ *Pieria*, inter fluvios Haliacmonem & Peneum ad ſinum Thermaïcum ſita. Sed in hac nemo, quantum memini, præter noſtrum, & qui eum ſequuti ſunt, *Eïonem* commemorat.

ἨΛΕΚΤΡΊΔΕΣ νῆσοι, ἐν αἷς εἰσι δύο ἀνδριάντες, Δαιδάλου καὶ Ἰκάρου, &c.] Totus hic locus deſcriptus propemodum verbotenus ex Ariſtotelis libro De Mirab. Auſcult. quare inde corrigendum, quod hic commiſſum eſt.

— Ταύτας δὲ τὰς νήσους φασὶ κατὰ τὸν Ἠριδανὸν προσκεχωρηκέναι] Ariſtoteles προσκεχωκέναι.

— Ἔστι δὲ ὁ κύκλος στάδια διακόσια τὸ εὗρος] MSS. στάδιοι διακόσιοι. unde Cl. Salmaſius, σταδίων διακοσίων. Sed ſequentia mutila ſunt. Omnia autem reſtituit Ariſtoteles, qui; ἔχει δὲ τὸν μὲν κύκλον σταδίων διακοσίων, τὸ δὲ εὗρος, ἕως δέκα. *In circuitu eſt ducentorum ſtadiorum, latitudo accedit ad decem.* Thomas Aldobrandinus in ſuo codice loci hujus ultimam partem, τὸ δὲ εὗρος, δέκα, ex Ariſtotele reſtituerat.

— Ὅμοιον κομμιδίῳ] Ariſtoteles: ὅμοιον εἶναι κόμμι· & poſterior pars vocis κομμιδίῳ ex ſequenti particula διὰ male geminata poteſt coaluiſſe videri. Sed Nicandri Scholiaſtes etiam κομμίδιον vocat.

ἩΛΙΑΊΑ, δικαστήριον Ἀθηναίων παρὰ τὸ ἅλις] MSS. ἀλεές.

— Τὸ ἐκ τῶν τεττάρων ἠλισμένον δικαστηρίων] Horum *quatuor judiciorum* nomina refert Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas Act. I. pag. 438. Παράβυστος, καινὸς, τρίγωνος, μέσος. Alii aliter.

— Ἐκ γὰρ τοῦ Ἅλις, ἁλία γίγνεται] Ab Ἅλις derivat quoque Ulpianus in Demoſthenis Timocratem: ἡ Ἡλιαία λέγεται αὐτὸς ὁ τόπος τοῦ μεγάλου δικαστηρίου καὶ τὸ ἄθροισμα αὐτῶν τῶν ἐκεῖσε δικαζόντων. Ἡλιαία δὲ ἐκλήθη ὁ τόπος παρὰ τὸ ἐκεῖσε ἀλίζεσθαι καὶ συναθροίζεσθαι τὸ πλῆθος τῶν δικαστῶν· τὸ γὰρ α εἰς η μεταβέβληται, ὡς καὶ πολλαχοῦ.

ἩΛΙΟΎΠΟΛΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ἣν ἔκτισεν Ἀκτὶς ὁ ἡλι * ῥόδης] Scribe remoto aſteriſco: Ἀκτὶς ὁ Ἡλίου καὶ Ῥόδης. Sic antiquus Dionyſii Periegetæ Paraphraſtes ad v. 291. Phaëtontem Ἡλίου καὶ Ῥόδης facit filium. Scholiaſtes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

liaſtes Pindari Olymp. Od. VII. pag. 68. enumerat ſeptem filios, quos *Sol* ex nympha *Rhodo*, ita eam appellat, ſuſcepit, in quibus *Actis* & *Phaeton*.

— Καὶ τοῦ Ἀρωματοφόρου ἀπὸ τοῦ Αἰγυπτίας] Videtur legendum ὑπὸ τοῦ Αἰγυπτίας. Verum Cl. Salmaſius Exercitat. Plinian. pag. 594. ita accipit, aç ſi *Heliopolis* Arabiæ ſive *Thuriferæ regionis*, τοῦ Ἀρωματοφόρου, colonia fuerit Ægyptia. Quod ſi patitur Græciſmus, vulgata lectio ſollicitanda non eſt.

— Ἔστι καὶ ἐν Φοινίκῃ] Hæc in Chronico Alexandrino pag. 642. vocatur, ἡ τῶν Ἡλίου πολιτῶν πόλις τῆς Λιβανασίας· *Heliopolis urbs Libanaſiæ*. Damaſcius apud Photium pag. 1048. Ἡλιούπολιν Συρίας vocat. ὅτι κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν Συρίας, εἰς ὄρος τὸ τοῦ Λιβάνου τὸν Ἀσκληπιάδην ἀνελθεῖν φησὶ, καὶ ἰδεῖν πολλὰ τῶν λεγομένων Βαιτυλίων, ἢ Βαιτύλων περὶ ὧν μυρία τερατολογεῖ ἄξια γλώσσης ἀσεβούσης. *Juxta Heliopolin Syriæ, ait Aſclepiadem in montem Libani aſcendiſſe & vidiſſe multa Bætulia vel Bætyla, de quibus multa prodigioſe dignaque impio ore proſequitur.* Ex quo loco colligitur cur Libanaſiæ dicatur ab auctore Chronici Alexandrini. Extat in inſtrumento nummario Franciſci Gotifredi nummus, in quo vir quidam equum manu ducit, addita inſcriptio, ΗΛΙΟΠΟ. ΠΡΟϹ. ΛΙΒΑΝΟΝ. Fuit in hac urbe famoſiſſimum templum τοῦ Βαλανίου, quod Theodoſius Chriſtianorum cultui conceſſit, ut ejuſdem tradit Chronici auctor pag. 705. Τὸ ἱερὸν Ἡλιουπόλεως τὸ τοῦ Βαλανίου τὸ μέγα καὶ περιβόητον, καὶ τὸ τρίλιθον, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ ἐκκλησίαν Χριστιανῶν. *Templum Heliopolitanum Balanii ingens illud & famoſiſſimum, triplicique lapide conſtructum & ipſum eccleſiam fecit Chriſtianorum.* Thomas Reineſius lib. I. Var. Lect. cap. 25. pag. 116. hunc locum examinat, & pro Βαλανίου legit Ὠνίου. pro τρίλιθον vero πολυθρύλλητον, criſi ſatis violenta. Ego hoc nomen pro numine accipio, & in eo latere *Beli* aut *Baal* Solis exiſtimo. τρίλιθος autem ſcriptori huic idiotæ, uti eum vocat Scaliger (qui tamen hæc omiſit, aut in Caſauboniano codice non reperit) forte dicitur *ex tribus lapidum generibus conſtans.* Colebatur præterea in hac urbe *Gennaus* in templo Jovis ſpecie leonis, referente Damaſcio apud Photium pag. 1064. De quo vide notata Triſtano Tom. II. pag. 168. Hæc *Heliopolis* in Phœnicia Litanenſi coloniam juris Italici à Severo Imperatore accepit, ut nos docet Ulpianus *l.* I. D. de Cenſib. *Eſt & Heliopolitana, quæ à Divo Severo per belli civilis occaſionem Italicæ coloniæ rempublicam accepit.* Ideoque *Heliopolitæ* nummum cuderunt in Severi honorem, in quo Antoninum & Getam filios ejus expreſſerunt; qui extat apud Triſtanum Tom. II. pag. 104. licet hic nummum hunc & Ulpianum ad Superioris Ægypti *Heliopolin* trahere velit. In quo plane ratio eum fugit. Nam cum Ulpianus in ſuperioribus agat de duabus coloniis, quarum primam Tyriorum dicat in *Syria Phœnice* ſitam, alteram Berytenſium in eadem provincia: mox ſubjiciat, *Eſt & Heliopolitana, quæ*, &c. & in ſequentibus adhuc agat de urbibus in *Syria Cœle inter Phœnicen & Palæſtinam*, & *in Phœnice ſitis*; non poſſunt Jureconſulti verba de alia *Heliopoli*, quam de *Libanenſi*, intelligi. Præterea teſtatur hoc nummus ejuſdem Severi apud Ill. Caſſianum de Puteo, Æneæ Vici manu depictus, in quo circum caput muliebre turritum legitur COL. HEL. qui nummus de nulla alia explicari poteſt, quoniam civitates Syriæ paſſim hac figura repræſentantur. Cæterum præter illas, quas Stephanus enumerat, fuit & in Galatia *Heliopolis*, cujus meminit Hierocles in Notitia, & Procopius lib. V. de Ædif. Juſtin.

— Ὁ πολίτης, Ἡλιοπολίτης] Ariſtonicus, qui regnum Pergamenum poſt Attali Philometoris mortem occupare voluit, teſte Strabone, lib. XIV. pag. 646. exercitum, quem ex mendicis & infima hominum colluvie conflaverat ἡλιοπολίτας appellavit: ni fallor, quod mendici apricari & ad ſolem corpus fovere ſoleant; vel quod ædibus & tecto carentes ſub dio vivant.

ΗΛΙΣ, πόλις πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ, ἀπὸ Ἠλείου τοῦ Ταντάλου παιδός] Turbat, quod *Olympia* Elidis urbs hic appellatur *Ægyptia*. Apud Pauſaniam lib. VIII. pag. 498. Αἰγύπτιοι, Arcadiæ gens, commemorantur, & ager ſive regio eorum appellatur Αἰγυπτὶς pag. 510. In quibus locis interpretes Αἰπυτίων & Αἰπυτίδος ſubſtituere conantur. Euſtathio jam olim ſuſpectam fuiſſe hanc lectionem ex eo apparet, quod locum hunc citans Iliad. Β. pag. 303. Αἰγυπτίᾳ omittit; deinde ſubjungit ab Homero *Ætolorum* appellati. Verba ejus hæc ſunt: Ἡ δὲ Ἦλις πόλις ἦν πρὸς τῇ Ὀλυμπίᾳ κατὰ τὰ ἐθνικὰ γράψαντα. κληθεῖσα φησιν ἀπὸ Ἠλίου (lege Ἠλείου) παιδὸς Ταντάλου. κατὰ δὲ Ἡρόδοτον, Αἰτωλῶν ἡ Ἦλις. ἔστι δὲ Ἀρκαδική. Unde aliquis poſſet ſuſpicari quaſi Stephanus ſcripſiſſet: πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ ἡ Ὀλυμπία. Sed videant docti.

— Καὶ Εὐπολίδειος· καὶ κτητικῷ τύπῳ καθ' ὕφεσιν τοῦ δ, Ἠλίειος] Euſtathius ad Homerum d. l. locum hunc adducit tranſpoſitis vocibus: Ὁ πολίτης φησὶν, Ἠλίδειος τύπῳ κτητικῷ. καὶ ὑφέσει τοῦ δ, Ἠλίειος. Unde hic neceſſario legendum: καὶ Εὐπολίδειος, κτητικῷ τύπῳ· καὶ καθ' ὕφεσιν τοῦ δ, Ἠλίειος.

— Καὶ Ἠλεῖος, ἀφ' οὗ Ἀλεῖος ὁ Ζεὺς] Legendum Ἠλεῖος ὁ Ζεύς. Et ſic inveni in Trajani nummo apud Fr. Gotifredum in corona apii,

ΗΛΕΙΩΝ. Sic pariter in pulcherrimo Hadriani in Ducalibus Theſauris, circum Jovem ſedentem cum haſta & victoriola, ΗΛΕΙΩΝ.

— Τρύφων δέ φησιν, ὅτι Ἠλίειος, καὶ Ἠλιεῖος καὶ Ἠλεῖος] Lege pro Ἠλιεῖος ex Euſtathio Ἠλεῖος. Sic enim ille d. l. Τρύφων δέ φησιν Ἠλίεος· καὶ κατὰ μετάθεσιν Ἠλέϊος καὶ Ἠλεῖος.

— Καὶ πατρωνυμικῶς Ἠλιάδαι] Cl. Salmaſius legit: Ἠλίδαι. Bene. Nam Plauto *Alidæ* vocantur in Captiv. prol. v. 24.

Poſtquam belligerant Ætoli cum Alidis.

& in eadem Fabula ſæpius. Idem Salmaſius mox: Ἠλιδὶς, Ψωφιδὶς, Ἀρκαδὶς, legit pro Ἠλιδία, Ψωφιδία, Ἀρκαδία.

ἨΛΏΝΗ, πόλις Περαιβική] Solet Περραιβικὴ paſſim ſcribere, & ſic Euſtathius ex hoc loco ad Iliad. B. pag. 333. adducit, licet utroque modo fuerit dictum: Homero enim Περαιβοὶ, uti & recentioribus; reliquis veteribus Περραιβοὶ, teſte eodem Euſtathio ad Iliad. B. pag. 335.

— Νῦν δὲ λειμώνη] Eadem hæc habet Euſtathius d. l. pag. 333. & Strabo lib. IX. pag. 440.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἠλωναῖος] Apud Suidam corrupte ſcribitur: Ἠλωνιαῖος.

ἨΜΑΘΊΑ, πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδονία] Polybius in Excerpt. lib. XXI. apud Conſtant. Porphyrog. pag. 118. *Emathiam* ſuo tempore dictam fuiſſe ſcribit, quæ olim *Pæonia* vocabatur. Vide infra v. Οἰζύμη.

ἩΜΕΡΟΣΚΟΠΕΙ͂ΟΝ, Κελτιβήρων πόλις, Φωκαέων ἀποικος] Intelliguntur Maſſilienſes, Phocæenſium coloni. Hi tria oppida inter Sucronem & Carthaginem in Hiſpania habuerunt, teſte Strabone; inter quæ celeberrimum *Dianium*, quod hic Ἡμεροσκοπεῖον Artemidori auctoritate dicitur, eodemque modo appellatur à Strabone lib. I. pag. 159. Τούτων δ᾽ ἐστὶ γνωριμώτατον τὸ Ἡμεροσκοπεῖον, ἔχον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν σφόδρα τιμώμενον, ᾧ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ κατὰ θάλατταν Σερτώριος· ἐρυμνὸν γάρ ἐστι καὶ λῃστρικὸν, κάτοπτον δ᾽ ἐκ πολλοῦ τοῖς προσπλέουσι, καλεῖται δὲ Διάνιον. *Inter quæ celeberrimum eſt Hemeroſcopium, quod in promontorio fanum habet Dianæ Epheſiæ magna religione cultum, quo ad res mari gerendas uſus eſt arce & receptaculo Sertorius: munitum enim eſt editi loci natura & latrociniis aptum, longeque ab adnavigantibus cerni poteſt: nomen eſt ei Dianium.*

ἩΜΙΚΎΝΕΣ, ἔθνος οὐ πόρρω Μασσαγετῶν καὶ Ὑπερβορέων ἐν Ἀπολλωνίῳ] Locus hic in fine mutilus eſt & corruptus, quem ex Joannis Tzetzis Hiſt. Chiliad. VII. ſic reſtituo: Σίμμιας ἐν Ἀπόλλωνι. Iidem enim verſus, qui hic mox adducuntur, ibi ſub hoc nomine, ſed aliquanto plures adferuntur, quos omnes ex hoc ipſo Stephani loco, ſed nondum mutilato eum deſcripſiſſe reor. Præmittit autem illis:

Περὶ τῶν Ἡμικυνῶν δὲ τῶν καὶ Κυνοκεφάλων
Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι καθ᾽ ἔπος οὕτω γράφει.
De Semicanibus & Cynocephalis
Simmias in Apolline ſic ſcribit.

Citatur & Antonino Liberali cap. XX. Metamorph. Σιμμίας ὁ Ῥόδιος Ἀπόλλωνι· qui idem plane auctor & liber.

— Ἡμικυνωτ᾽] Emenda ex Tzetze, Ἡμικύωντε.

— Τοῖς ὤμοις καθύπερθεν ἐϋστρεφέων κυνισκεράς*] Corrige ex Tzetze.

Τῶν ὤμων ἐφύπερθεν ἐϋστρεφέων, κυνέον κάρς.
Quorum humeris ſuperne bene mobilibus caninum
caput.

Hinc diſce Ἡμικύνας & Κυνοκεφάλους eoſdem eſſe, de quibus Cteſias in Indicis apud Photium ſimilia plane ſcribit, & iiſdem ferme verbis, Indorumque lingua Καλυστρίους dicit appellatos.

— Ἐρυμνῶς] Scribe ex Tzetze, ἐρυμνόν.

— Καὶ Ἡσίοδος] Heſiodum meminiſſe *Semicanum* Strabo ex Poſidonio refert lib. VII. pag. 299.

ἬΠΕΙΡΟΣ, ἡ ἠπειρωτικὴ χώρα] Harpocratio auctor eſt Iſocrati in more poſitum Ἤπειρον appellare, τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν γῆν. *continentem Aſiæ, qui ſubeſt Perſarum regi.* Apollonii Rhodii Scholiaſtes ad lib. IV. v. 71. diſtincte: Ἤπειρος λέγεται πᾶσα γῆ καταχρηστικῶς· κυρίως δὲ ἡ εἰς ἄπειρον ἐκβάλλουσα. ὡς φανερὸν Εὐριπίδης πεποίηκεν. ἤπειρον ὡς ἄπειρον ἐκβάλλων χθόνα. *Ἤπειρος dicitur quævis terra abuſive: proprie vero ea, quæ in immenſum extenditur. uti manifeſtat Euripides*, &c.

ἬΠΙΟΝ, πόλις Τριφυλίας] Apud Herodotum lib. IV. cap. 148. legitur Ἔπιον. apud Xenophontem lib. III. Hiſt. Græc. pag. 492. Ἤπειον, quomodo hic quoque fuiſſe ſcriptum ex gentili apparet Ἠπειοῦς.

— Ἣν Ἠλεῖοι προσελάβοντο] *Quam Elei pretio dato in ditionem ſuam acceperunt.* Et teſtantur apud Xenophontem d. l. Elei ſe oppidum *Epion* cum agro emiſſe ab incolis triginta talentis. Sed Lacedæmonii, qui vi ab invitis emere, & vi inferioribus extorquere, non putabant multum differre, *Epium* in libertatem iterum vindicarunt.

ἩΡΑΊΑ, ἄκρα οὕτω λεγομένη, καταντικρὺ Χαλκηδόνος] Mentio hujus promontorii infra v. Μεγαρικόν. Sic autem dictum antiquitus, quod templum Ἥρας, ſive Junonis, in eo eſſet. Juſtinianus & Theodora, quo ſine interpellatoribus in illo æſtivare poſſent, ſumptuoſo illud ornaverunt prætorio; quod excitavit poëtarum iſtius temporis ingenia ad ſui celebrationem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

tionem, appellarique etiam locus ab iſtis aliter paullo, ac olim, cœpit.

— Ταύτην δ' ἐν τῇ συνηθείᾳ Ἥρειαν φασί τινες, κακῶς] Forte legendum, Ἵερειαν. Sic enim appellatur à neſcio quo poëta in Antholog. Græc. Epigr. lib. IV. cap. 4.

Εἰς τὴν εἴσοδον τῆς Ἱερείας.

Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγακλέα δείματο χῶρον
Ὕδασι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας.

In introitum Hieriæ.

Hunc Juſtinianus illuſtrem exſtruxit locum
Aquæ & terræ ſuperimponens pulchritudinem.

Ad quem locum Joannes Brodæus perperam tradit Ἱερείαν vocari ædem Divæ Mariæ virgini à Juſtiniano conſtitutam, ut jam notarunt alii. Nicephoro Patriarchæ CP. Hiſt. pag. 75. & pag. 231. Ἱερεία vocatur. Tamen apud auctorem Etymologici legitur Ἡρεία, apud quem locus hic iiſdem penè verbis extat v. Ἡραια. Ergo nihil mutandum.

— Ἄλλοι δὲ Ἥρειον] In Cod. MS. Auguſtæ Reginæ Chriſtinæ reperi hoc fragmentum inter excerpta varia: Ὅτι τὸ τοῦ Χαλκηδόνος ἀκρωτήριον τὸ παλαιὸν Ἥρειον καὶ ὂν καὶ λεγόμενον, ταφεῖον γὰρ ἦν τῆς πόλεως Χαλκηδόνος. ὁ μὲν Ἰουστινιανὸς ἀνασκάψας τὸ ὅλον ἀκρωτήριον καὶ ἀνακαθάρας τὸν τόπον βασίλεια ἔκτισε περιφανέστατα καὶ Ἡρεία ὁ τόπος μετωνομάσθη ἢ Ἀρεία. Procopius in Anecdotis pag. 70. Ἐν προαστείοις δὲ τοῖς ἐπιθαλαττίοις τὸ πλεῖστον τοῦ ἔτους, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν τῷ καλουμένῳ Ἡρείῳ διατριβὴν εἶχε. *Anni majorem partem in maritima ſuburbana, præſertim in Heræum ſecedebat.* Rurſus lib. I. de Ædif. Juſtiniani τὸ Ἡραῖον bis vocat, item Ἥρειον etiam. In Cod. MS. Palat. Græc. Epigr. qui in Vaticana Bibliotheca aſſervatur, Epigrammatis, quod ante adduxi, inſcriptio ſic habet: Εἰς εἴσοδον τῆς Ἡρείας.

— Τῷ ιδ' βιβλίῳ] Etymologus: τῷ δ' βιβλίῳ.

— Ἔνθά τε νῆας ἀνῆγον] Ἔνθα γε νῆας ἐνῆγον. Etymologus: Ἔνθα θοὰς νῆας ἦγον.

— Κακῷ δ'] Etymologus: κακῶν.

— Ἑτοίμῳ] Etymologus: ἑτοίμως.

ἸΑΙΤΊΑ, πόλις Σικελίας· Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρῳ] Abrahamus Ortelius exiſtimavit Ἰαιτίαν & Ἰετὰς, quarum mentio paullo poſt apud Stephanum, eandem Siciliæ urbem eſſe. Situs autem argumenta hic non ſuppeditat, quoniam *Iætiæ* ſitus plane incertus. Scripturæ tantum in utraque urbe obſervatur diverſitas; nec hic tantum, ſed & in nummo apud Philippum Parutam, in quo legitur: ΙΑΙΤΙΝΩΝ. quamquam is eum ad *Ietas*, quæ hodie *Iato*, referat.

ἸΆΛΥΣΣΟΣ, πόλις ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ ἐν Ἀδρίᾳ] Locus hic deſcriptus ab Euſtathio in Commentario ad Iliad. B. pag. 315. ſed codex, quo ille eſt uſus, per unum σ ſcripſit Ἰάλυσος. Et ſic quoque Strabo, Scylax, Heſychius v. Ἰαλύσια. ipſe, infra v. Σύμη. Plinius.

ἸΆΜΝΙΑ, πολίχνιον Φοινίκης.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Ἰαμνίτης] Supra v. Ἐλαΐα, legitur: Ἰαμνιάτης καὶ Ἰαμνίτης. & infra v. Ξιλία, Ἰαμνιάτης. Unde & hic excidiſſe illud Ἰαμνιάτης videri poſſet.

ἼΑΜΟΙ, Σκυθίας ἔθνος] Puto eſſe eandem gentem cum præcedenti, Ἰάμαι.

ἸΑΠΙ'Σ, χαράδρα Ἀττικὴ εἰς Μέγαρα ἀπάγουσα] Hic fluvius terminus olim fuit inter Athenienſes & Megarenſes. Scylax in deſcriptione *Megarorum*: Παράπλους δὲ τῆς Μεγαρέων χώρας μέχρι Ἰαπίδος, ἐστὶ γὰρ οὗτος ὅρος τῆς Ἀθηναίων χώρας, στάδιοι ρμ'. *Præternavigatio Megarenſium regionis uſque Iapidem (eſt enim hic terminus Athenienſium regionis) ſtadiorum* CXL. Vulgo ibi legitur μέχρι Ἄπιδος, nullo ſenſu: occurritque idem error in ſequenti Atticæ deſcriptione.

ἸΑ'ΠΟΔΕΣ, ἔθνος Κελτικὸν, πρὸς τῇ Ἰλλυρίᾳ] Philippus Cluverius lib.1. Ital. Antiq. cap.19. exiſtimat hic & apud Strabonem pro Ἰάποδες, ſcribendum eſſe Ἰάπυδες, quoniam hæc gens à Latinis auctoribus paſſim *Iapydes* & *Iapides* appellantur. Nihil tamen temere mutandum exiſtimo. Nam non modo MSS. omnes, uno duntaxat excepto, vulgatam lectionem hic præferunt, ſed apud Strabonem quoque libro IV. & lib. VII. ſæpe hæc ſcriptura invenitur, indeque Ἰαποδικὸς παράπλους lib. VII. Appianus quoque in Illyricis ſcribit, ut editur. Deinde ipſe literarum ordo huic mutationi reſponſat. Dicuntur autem, ἔθνος Κελτικόν. Recte. Nam & Scylax hic *Celtas* agnoſcit: Μετὰ δὲ Τυρρηνούς εἰσι Κελτοὶ ἔθνος, ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας ἐπὶ στενῶν μέχρι Ἀδρίου· ἐνταῦθα δέ ἐστιν ὁ μυχὸς τοῦ Ἀδρίου κόλπου. *Poſt Tyrrhenos eſt Celtarum gens, qui relicti ſunt in expeditione ad anguſtias uſque ad Adriam. Et iſtic eſt intimus ſinus Adriatici receſſus.*

ἸΑΠΥΓΙ'Α, δύο πόλεις· μία ἐν τῇ Ἰταλίᾳ· καὶ ἑτέρα ἐν τῇ Ἰλλυρίδι] Auctor hic videtur confundere Ἰαπυγίαν, quæ in Italia, & Ἰαπυδίαν, quæ in Illyrico. Dein utraque regio eſt. Niſi *Iapydia* oppidum *Iapydium*, cujus meminit Servius ad Virg. III. Georg. v. 475.

——— *Iapidis arma Timavi.*

Id eſt, Venetiam. Nam Iapidia pars eſt Venetiæ, dicta ab Iapidio oppido.

ἸΑ'ΡΔΑΝΟΣ, ποταμὸς Λυδίας] Hic locus mihi non ſine cauſſa ſuſpectus fuit. Nam cum Homerus Iliad. H. v. 135. *Jardanum* in Peloponneſo ad Phæam oppidum diſerte ponat; Odyſſeæ vero Γ. v. 292. *Jardanum* Cydones in Creta circumcolant; (quod Strabo, Pauſanias atque Euſtathius confirmant) nec quiſquam veterum Lydii fluminis hoc nomine meminerit; putabam Ἠλείας vel Κυδωνίας legendum, pro Λυδίας. Sed cum Omphalen Lydorum reginam *Jardanum* patrem habuiſſe teſtetur Hyginus, & noſter infra v. Ὕδη. (unde Muſæus Omphalen Ἰαρδανίην νύμφην appellat v.151.) nihil temere mutandum cenſeo. Pleraque enim Lydorum à regibus vel heroïbus denominata fuere. Quinimmo Heraclidæ in Lydia regnantes ex Hercule & *Jardani* ancilla nati fuere; ut teſtatur Herodotus lib. I. cap. 7. Interpretes Herodoti *Jardanam* vertunt, quaſi ſervæ non domini id nomen eſſet.

ἸΑΣΣΟ'Σ, πόλις Καρίας] Ἰασὸς vocatur hæc urbs apud Athenæum in Archeſtrati verſibus lib. III. pag. 105.

Ἢν δέ ποτ' εἰς Ἴασον Καρῶν πόλιν εἰσαφίκηαι.

Si quando Iaſum oppidum Cariæ veneris.

Alibi apud eundem citatur Λύκων ὁ Ἰασεύς. Hinc etiam *ſinus Iaſius* apud Melam lib. I. cap. 16. qui ſupra Βαργυλικὸς κόλπος. Auctori tamen Carminum Sibyllin. lib. III. pag. 242. Ἰασὶς dicitur:

——— ἐν Ἀσίδι μὲν Ἰασίς.

— Ἴασος δὲ τὸ Ἄργος] Supra v. Ἄργος. εἶτα Ἴασος, ἀπὸ Ἰάσου τοῦ καὶ ἐνίους πατρὸς Ἰοῦς. Vide ibi.

— Καὶ Ἰάσιοι, οἱ κατοικοῦντες] Lege: καὶ Ἰάσιοι κ.

ἸΑ'ΩΝ, καὶ Ἰήων] Apud Dionyſium Perieg. v. 416. occurrit *Iaon* fluvius.

Ἔνθα Μέλας, ὅθι Κρᾶθις, ἵνα ῥέει ὑγρὸς Ἰάων.

— Ἀφ' οὗ τὸ Ἰανιστὶ ἐπίρρημα] An ſcribendum, Ἰωνιστί?

ἸΒΗΡΙ'ΑΙ, δύο· ἡ μὲν πρὸς ταῖς Ἡρακλείοις στήλαις, ἀπὸ Ἴβηρος ποταμοῦ· ἡ δὲ ἑτέρα πρὸς Πέρσαις ἐστί] Locus hic integer extat apud Conſtantinum Porphyrogennetam de Adminiſtrando Imperio cap. XXIII. ibi autem legitur: ἡ μὲν πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις, &c. quæ à Dioſcoride lib. II. cap. 110. appellatur ἡ πρὸς ἑσπέραν Ἰβηρία.

— Καὶ ἀπὸ τοῦ Ἴβηρος θηλυκῆς, Ἰβηρὶς καὶ Ἰβηρικός] Hinc Oppianus lib. I. v. 396. dixit Ἰβηρίδα νύμφην.

ἼΒΥΛΛΑ, πόλις Ταρτησίας] Rodericus Carus libro de Antiqua Hiſpali, *Ibyllam* eandem eſſe docet cum *Hiſpali* ſive *Sibilia*.

ἼΓΝΗ, πόλις πλησίον Πελάπου. τὸ ἐθνικὸν, Ἰγναῖος, καὶ Ἰγναία, Ἴγνητις. οἱ καὶ χωρὶς τοῦ ι λέγονται, ὡς εἴρηται ἐν τῷ Γ] Hic duo vocabula conflata ſunt. Quæ iterum diſtinguenda hoc modo:

ἼΓΝΗΤΕΣ, οἱ καὶ χωρὶς τοῦ ι, &c. Vide ſupra v. Γνῆς.

ἸΔΑ'ΛΙΟΝ, πόλις Κύπρου. χρησμὸς γὰρ ἐδόθη, ὅπου ἴδοι τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα, πόλιν κτίσαι] Id forte in veteri nummo apud Goltzium indicat equus cum ſtella: equus enim Soli ſacer.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰδαλεύς] ΙΔΑΛΕΩΝ duo nummi apud Goltzium.

ἸΔΟΜΕΝΑΙ', πόλις Μακεδονίας] Ἰδομένη vel Ἰδομεναί duo editi colles fuerunt in Amphilochorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

chorum regione inter Ambraciam & Olpas, Εἰδομενή vel Ἰδομενή Macedoniæ civitas, uti ſupra ex Thucydide probavimus v. Εἰδομενή.

ἸΔΟΥΜΑΙ͂ΟΙ, ἔθνος Ἑβραίων, ἀπὸ Ἀδόμου. Ἄδωμα γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσιν] Verba, in quibus ratio denominationis redditur, deſumpta ſunt à Joſepho, qui lib. II. cap. I. in narratione venditæ Jacobo ab Eſavo primogenituræ pro algente rubentis juſculi catino, hæc habet: Ἔνθεν διὰ τὴν ξανθότητα τοῦ βρώματος, ὑπὸ τῶν ἡλικιωτῶν Ἄδωμος καλεῖται, κατὰ παιδίαν ἐπικληθείς. Ἄδωμα γὰρ Ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι. τὴν δὲ χώραν οὕτως προσηγόρευσεν. Ἕλληνες γὰρ αὐτὴν ἐπὶ τὸ σεμνότερον Ἰδουμαίαν ὠνόμασαν. *Ob ejus cibi colorem ab æqualibus per ludibrium Adomus eſt cognominatus. Adoma enim Hebrais ſignificat rubens. Quod nomen deinceps regioni hæſit: quam Græci caſtigatius pronuntiantes Idumæam appellaverunt.*

ἸΔΡΙΑ͂Σ, πόλις τῆς Καρίας, ἡ πρότερον Χρυσαορίς, ἀπὸ Ἰδριέως παιδὸς Καρός] Supra: Ἑκατησία, οὕτως ἡ Ἰδριὰς πόλις ἐκαλεῖτο Καρίας. v. Εὔρωπος· ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ἣν Ἰδελάδα, ἀπὸ Ἰδελος τοῦ Χρυσάορος. At conditoris nomen integrum extat v. Εὔρωμος, quæ *Cariæ* civitas dicitur ἀπὸ Εὐρώμου τοῦ Ἰδριέως Καρός. Unde & hic, ἀπὸ Ἰδριέως, legendum. Memini enim in nummo apud CL. Meneſtrier me legiſſe, ΙΔΡΙΕΩC.

— Ὁ οἰκῶν, Ἰδριεύς] Gentile hoc infra v. Τειρεσία corrupte legitur, Ὑδριεύς.

ἼΔΥΡΟΣ, πόλις καὶ ποταμὸς Παμφυλίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰδυρίτης, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ησ] Lege, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις. ut alibi paſſim. Monuit hoc & Salmaſius.

ἹΕΡΑ` κώμη, δῆμος Καρίας· Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ] In Excerptis Polybii adhuc bis mentio Ἱερᾶς Κώμης, ſemel lib. XVI. pag. 69. iterum lib. XXXI. pag. 170. ſed utrobique tamquam oppidi: cujus incolæ *Hierocomitæ* appellantur à Plinio.

ἹΕΡΑ` νῆσος, ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει] Plinius lib. II. cap. 87. in inſulis enatis inter *Theram* & *Theraſiam* numerat *Hieram*: ejuſdemque meminit iterum lib. IV. cap. 12. utrobique docens *Antomaten* etiam dictam. Scholiaſtes vetus: Ἱερὰν νᾶσον apud Pindarum Pyth. Od. IV. pag. 232. de *Thera*, vicina inſula, explicat. Tertullianus hanc inſulam, niſi fallor, *Hierannapen* vocat in Apolog. cap. 40. *Legimus Hierannapen & Delon & Rhodon & Co inſulas multis cum millibus hominum peſſum abiiſſe.* & lib. I. ad Nationes cap. 9. *Ubi tunc Chriſtiani, cum Hierannape & Delphos & Rhodos & Creta inſulæ multis cum millibus hominum peſſum ierunt.* Nec dubito, quin ea vox compoſita ſit ex *Hiera* & *Anaphe.* Quæ ambo nomina inſularum ſubito enatarum. *Hiera*, de qua jam egimus: *Anaphe* ultra Melon. Cæterum fuit & Ἱερὰ νῆσος prope Siciliam. Polybius lib. I. pag. 61.

ἹΕΡΑ`, πόλις, μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας, πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα, ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν] Lege, ἹΕΡΑ`ΠΟΛΙΣ, una voce, uti ex ſequentibus apparet. Admirabilis fuit aquarum calidarum hujus urbis natura: quam deſcribit Vitruvius lib. VIII. cap. 3. *Hierapoli Phrygiæ effervet aquæ calidæ multitudo, ex qua circum hortos & vineas foſſis ductis immittitur. Hæc autem efficitur poſt annum cruſta lapidea, & ita quotannis dextra ac ſiniſtra margines ex terra faciendo inducunt eam & efficiunt his cruſtis in agris ſepta.* Idem narrat Strabo lib. XIII. pag. 629. ubi pariter alterum hujus loci miraculum, antrum ſubterraneum, nomine *Plutonium*, deſcribit. De quo pariter videndus Damaſcius in Vita Iſidori apud Photium Cod. CCXLII. pag. 1054. Vocatur autem hæc *Hierapolis ad Mæandrum.* Vetus lapis: ΜΕΝΑΝΔΡΟC ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΗC ΠΡΟC Μ.. ΑΝΔΡΟΝ ΠΟΤΑΜΟΝ. Ad hanc urbem pertinet L. Veri nummus inſignis, in quo circum Muſam cum lyra & Dianam Epheſiam: ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕCΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.

— Γ, Συρίας] Lucianus principio libri de Dea Syria: Ἔστιν ἐν Συρίῃ πόλις οὐ πολλὸν ἀπὸ τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ, καλέεται δὲ Ἱρή· καὶ ἔστιν ἱρὴ τῆς Ἥρης τῆς Ἀσσυρίης. *In Syria non procul ab Euphrate fluvio eſt civitas, quæ vocatur Sacra: eſtque ſacra Junoni Aſſyriæ.* In nummo Alexandri Severi circum Deam Syriam: ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ. In M. Aurelii Antonini: ΘΕΑC CΥΡΙΑC ΙΕΡΑΠ. In alio: ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ.

— Ἡ καὶ Ἱερόπολις διὰ τοῦ ο] Sic in nummo Heliogabali circum Providentiam: ΙΕΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. . . . . . ΑΛΕΩΝ. quod forte fuit: ΗΛΑΓΑΒΑΛΕΩΝ. In alio apud Franc. Gotifredum ab una parte caput turritum, ab altera in corona ΕΥΦΡ. ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Pari modo in Subſcriptionibus Concilii V. Cpni. *Hierapolitarum apud Euphratem Metropolis* dicitur.

ἹΕΡΑ` πύτνα, πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Κύρβα, εἶτα Πύτνα, εἶτα Κάμιρος, εἶθ' οὕτως Ἱερὰ πύτνα] Lege cum MS. ἹΕΡΑ´ΠΥΤΝΑ, uno vocabulo. & mox iterum. Dio princip. lib. XXXVI. τὰ Ἱεράπυδνα vocat.

ἹΕ´ΡΝΗ, νῆσος ἐν τῷ πέρατι, πρὸς δυσμαῖς] Ἰέρνη illa inſula eſt, quæ hodie *Hibernia* dicitur. Ariſtoteles de Mundo: Ἐν τῷ Ὠκεανῷ γε μὴν νῆσοι μέγισταί τε τυγχάνουσιν οὖσαι δύο, Βρεττανικαὶ λεγόμεναι, Ἄλβιον καὶ Ἰέρνη. *In Oceano inſulæ duæ ſitæ ſunt quam maximæ, quas Britannicas appellant, Albion & Ierna*: De hac vide plura apud Andr. Schottum lib. II. Obſervat. cap. 20. Feſto Avieno in Ora Maritima *Hibernia*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

bernia vocatur *Sacra* inſula. Quod quam aliam ob cauſſam fecerit nunc non ſuccurrit, niſi quod Ἱερὴ legerit, pro Ἰέρνη.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰερναῖος, ὡς Λερναῖος] Et fœmininum Ἰερνίς. quod apud Orpheum legitur Argon. v. 1179.

Πὰρ δ' ἄρα νῆσον ἄμειβεν Ἰερνίδα.

ἹΕΡΟΣΟΛΥΜΑ, ἡ μητρόπολις τῆς Ἰουδαίας.

— Ὁ πολίτης, Ἱεροσολυμίτης] Et *Hieroſolymarius*. Cicero lib. II. ad Att. ep. 9. *Ut ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis puriſſimis orationibus gratiam retulerit.* de Pompejo.

ἸΕΤΑΙ, φρούριον Σικελίας, θηλυκῶς.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰεταῖος] Plinio *Ietenſes*.

ἸΘΑΚΗ, νῆσος πρὸς τῇ Κεφαλληνίᾳ, ἀπὸ Ἰθάκου, ἀφ' ἧς Ὀδυσσεύς. ἔστι καὶ Συρίας] Euſtathius ad Homeri Iliad. B. v. 307. Ἰθάκη δὲ ἐκλήθη, ἀπὸ Ἰθάκου ἥρωος. οὗ καὶ Ὅμηρος μέμνηται. Ἔστι δέ φασι καὶ Συρίας πόλις Ἰθάκη. Ex quo locus hic ſuppleri, minimum illuſtrari poteſt.

— Ὑπὸ τὸν Εὐφράτην] An ſcripſit παρὰ vel ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ.

ἸΘΩΜΗ, πόλις Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος] Strabo lib. IX. pag. 437. *Ithomen* Theſſalicam ponit in *Eſtiæotide*, & de illa hæc notat: Τὴν δ' Ἰθώμην ὁμωνύμως τῇ Μεσσηνιακῇ λεγομένην, οὔ φασι δεῖν οὕτως ἐκφέρειν, ἀλλὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἀφαιρεῖν. οὕτω γὰρ καλεῖσθαι πρότερον. *Ithomen, quæ idem cum Meſſeniaca nomen habet, ajunt prima ſyllaba adempta debere appellari, ſic enim appellatam antiquitus.* qui locus mutilus eſt & è noſtro & Euſtathio ſupplendus. Stephanus enim ſua inde depromſit.

— Ὅμηρος,

Οἵ τ' εἶχον Τρίκκην, καὶ Ἰθώμην κλημακόεσσαν] Extat locus hic apud Homerum Iliad. B. v. 729. Sed ibi hodie legitur:

Οἳ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν.

Rectius, quam hic. Pauſanias lib. IV. pag. 233. apud Homerum ſic legit: licet Homeri locum ad *Ithomen* Meſſeniacam trahat.

— Καλεῖται δὲ ὁ τόπος τῆς Θετταλικῆς, Θούμαιον] MSS. καλεῖται καὶ ὁ τόπος τῆς Θετταλικῆς Θούμαιον, ἀποβολῇ τοῦ ι, καὶ τροπῇ τοῦ ω εἰς τὴν ου δίφθογγον. Euſtathius quoque auctiorem hunc locum legit. Ita enim ad Iliad B. pag. 330. commentatur: Ἡ δὲ Ἰθώμη, Θετταλικὴ δὲ καὶ αὐτὴ, καλεῖται καὶ Θούμαιον κατὰ τὴν ἀναγραφέα τῶν Ἐθνικῶν, ἀποβολῇ φησι τοῦ ι, καὶ τροπῇ τοῦ ω εἰς τὴν ου δίφθογγον. Sed mox male apud Euſtathium, ἐθνικὸν, Ἰθωμίτης, pro Ἰθωμήτης ſcribitur. Apud Strabonem locus, unde Stephanus ſua hæc transſcripſit, mutilus eſt, ut jam ante monuimus.

— Καὶ Ἰθωμίτης διὰ τοῦ ι] MSS. καὶ Ἰθωμήτης διὰ τοῦ η. Probe. Thucydides lib. I. pag. 67. Ζεὺς Ἰθωμήτης. Clemens Alexandrinus pariter in Protreptico: licet Euſebius lib. IV. de Præparat. Euang. pag. 157. ex Clemente Ἰθωμίτην vocet.

— Ἀφ' οὗ ὁ πολίτης, Ἰθωμάται, καὶ Ζεὺς Ἰθωμάτας] In Eumeli, antiquiſſimi poëtæ, verſibus apud Pauſaniam lib. IV. pag. 278.

Τῷ γὰρ Ἰθωμάτᾳ καταθύμιος ἔπλετο μοῖσα,
Ἁ καθαρὰ καὶ ἐλεύθερα σάμβαλ' ἔχουσα

& alibi.

ἸΚΑΡΟΣ, μία νῆσος τῶν Κυκλάδων. ἐκαλεῖτο δὲ Μάκρις, καὶ Δολιχὴ, καὶ Ἰχθυόεσσα] Heraclides de Politiis: Ἴκαρος ἡ νῆσος, Ἰχθυοῦσσα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ κάλλος τῶν ἐν αὐτῇ γινομένων ἰχθύων, πρὸς ὃν Ἴκαρος παρέβαλεν, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔσχεν. *Icarus inſula Ichthyuſa ante dicebatur, quod piſces pulcherrimos gigneret. Ad hanc Icarus appulit, unde ab eo nomen accepit.* Nomen *Icari*, ut hoc obiter moneam, corruptum apud Heſychium, apud quem: Ἴκαρος, υἱὸς Δαιδάλου. pro Ἴκαρος. reliqua jam alii correxerunt. Vide & Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 306.

— Δευτέρα, πόλις] Porphyrius lib. II. de Abſtin. cap. 8. meminit Ἰκάρου *Atticæ*, ſed tamquam montis. Ait enim: Αἶγα δ' ἐν Ἰκάρῳ τῆς Ἀττικῆς ἐχειρώσαντο πρῶτον, ὅτι ἄμπελον ἀπέθρισεν. *Capram in Icaro Atticæ primum jugularunt, quod vitem corroſerat.*

— Τρίτη, νῆσος πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ] Meminit Dionyſius Perieg. v. 609.

Ἐκ τῆς δ' ἂν περάσειας ἐπὶ στόμα Περσίδος ἅλμης,
Ὁρμηθεὶς βορέηνδε, καὶ Ἴκαρον εἰσαφίκοιο.
Ex Ogyri autem trajiciens ad fauces Perſici ſali;
Proficiſcens boream verſus & Icarum pervenies.

— Ὁ πολίτης, Ἰκάριος] Virgilius format & *Icariotes*, in Cyri v. 264.

Ecce Ithaci conjunx ſemper decus Icariotis
Femineum incorrupta decus manet.

— Πόντου Ἰκαρίοιο] Hemiſtichion Homeri ex Iliad. B. v. 145.

— Καὶ θηλυκῶς, Ἰκαρία] Corrupta eſt hæc vox *l. 9. D. de lege Rhodia.* ubi perperam legitur: Ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. *Naufragium in Italia facientes, direpti ſumus à publicanis Cycladas inſulas habitantibus.* Quid enim *Italiæ* cum *Cycladibus* inſulis? Samuel Petitus lib. III. Miſcell. cap. II. pro ἐν τῇ Ἰταλίᾳ legit, ἐν τῇ Τηλίᾳ, & ſubintelligit θαλάσσῃ· deque iſto mari explicat, quod inter *Telum* eſt, quæ una ex Cycladibus. Cl. Salmaſius de Modo Uſurar. pag. 205. rejecta Petiti emendatione, quoniam nullum mare *Telium* aut *Telianum* à quoquam nominetur, & *Telus* ignobilis admodum inſula ſit non inter Cycladas ſed Sporadas, conjicit ἐν Παραλίᾳ legendum, nihilo profecto felicius quam Petitus divinaverat. Locus enim, ubi naufragium fecerat Eudæmon Nicomedienſis

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

in libello Imperatori oblato ut exprimeretur, cauſſa poſtulabat. Ego plane exiſtimo ſcriptum in iſta lege olim: ἐν τῇ Ἰκαρίᾳ. ſcilicet θαλάσσῃ. Icarium enim mare naufragiis infame præter alios teſtatur & deteſtatur epigramma hoc ἀδέσποτον vetus non editum in Bibliotheca Eminentiſſimi & Reverendiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini.

Ἰκάρου ὦ νεόφαιτον ἐς ἠέρα ποτηθέντος
Ἰκαρίη πικρῆς τύμβε κακοδρομίης.
Ἄβαλε, μήτε σε κεῖνος ἰδεῖν, μήτ' αὐτὸς ἀνεῖναι
Τρίτων αἰγαίου νῶτον ὑπὲρ πελάγους.
Οὐ γάρ σοι σκεπινή τις ὑφόρμισις, οὐδὲ Βόρειος
Ἐς κλίτος, οὔτ' ἄγειν κύματος ἐς νοτίην.
Ἔρροις ὦ δύσπλωτε, κακόξενε· σεῖο δὲ τηλοῦ
Πλώοιμοι συγεροῦ ὅσσον ἀπ' ἀίδεω.

ἸΚΌΝΙΟΝ, πόλις Λυκαονίας, πρὸς τοῖς ὅροις τοῦ Ταύρου] *Iconium* aliquando Piſidiæ tributum docet Henricus Valeſius ad Ammianum Marcellinum pag. 7. Sed uſitatiſſimum auctoribus harum provinciarum fines confundere.

— Φασὶ δ' ὅτι ἦν τῆς Ἀννακός] MSS. φασὶ δ' ὅτι ἦν τις Ἀννακός. Quam lectionem ſequentia adſtruunt. Suidæ vocatur, Νάννακος, παλαιὸς ἀνὴρ πρὸ τοῦ Δευκαλίωνος. quem vide v. Νάννακος.

— Ζεὺς ἐκέλευσε τῷ Προμηθεῖ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ εἴδωλα διαπλάσαι ἐκ τοῦ πηλοῦ, &c. διὰ οὖν τὰς εἰκόνας ἐκεῖ διαγεγράφθαι, Ἰκόνιον κληθῆναι] Aliam fabulam de nomine hujus urbis refert Euſtathius ad Dionyſ. pag. 113. Τούτων τῶν Λυκαόνων ἐστὶ καὶ τὸ Εἰκόνιον, τῇ εἰκόνι τοῦ Γοργόνος παρονομαζόμενον, ἣν αὐτόθι ἀναστηλῶσαι λέγεται ὁ Περσεύς. Item apud auctorem Chronici Alexandrini pag. 92. Utramque habes in Etymologico v. Ἰκόνιον.

ἼΚΟΣ, νῆσος τῶν Κυκλάδων.

— Ὁ νησιώτης, Ἴκιος] Et femininum Ἰκίας. Heſychius: Ἰκιάδες, αἱ ἐξ Ἴκου τῆς νήσου.

— Ἔγραψε δὲ Φανόδημος Ἰκιακός] MS. Ἰκιακά. Et ſic puto.

ἸΛΑΡΑΥΓΆΤΑΙ, οἱ Ἴβηρες] Sunt aliorum *Ilurgetes.*

ἸΛΆΡΙΣ, πόλις Λυκίας.

— Πολύχαρμος ἐν Λυκιακοῖς] MS. ὡς Πολύχαρμος ε. Λ.

ἸΛΑΤΤΊΑ, πόλις Κρήτης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλάττια] Puto: Ἰλάττιος.

ἼΛΙΟΝ, πόλις Τρῳάδος, ἀπὸ Ἴλου, ἣν οἱ Τρῶες Ἀκτὴν ἐκάλουν. καὶ αὐτῆς λόφοι δύο ἐν τῇ Προποντίδι παρὰ Ῥυνδάκῳ ποταμῷ] Lege: ἣν οἱ Τρῶες Ἄτην ἐκάλουν. uti jam monuit Joannes Meurſius in Comment. ad Lycophronis v. 29.

Ἄτης ἀπ' ἄκρων βουπλανοκτίστων λόφων.
E ſummis Atis vaccivagis collibus.

ubi apud Heſychium pariter recte emendat, Ἄτης λόφος, οὕτως τὸ Ἴλιον ἐκαλεῖτο πρῶτον. pro Ἀπόλοφος.

— Τρίτη Μακεδονίας, Ἑλένου κτίσμα] Secunda hujus nominis civitas hic deſideratur, errore librariorum. Puto commemoraſſe novum *Ilium* ab Alexandro Magno poſt prœlium ad Granicum, & poſtea à Lyſimacho conditum & ornatum. De quo Strabo lib. XIII. pag. 593. ubi contendit novam illam urbem omnino diverſam eſſe ſitu à veteri *Ilio.* & pag. 596. oſtendit abeſſe ab *Ilio* veteri *Ilium* novum triginta ſtadiis.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλιεύς] In Pyrrhi Ligorii Collectionibus extat Septimii Getæ nummus, in cujus averſa parte fluvius, ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ. & ſubtus: ΙΛΙΕΩΝ. Item alius Trajani, in cujus averſa fabula Laocoontis, additum: ΙΛΙΕΩΝ. Similiter in nummo Commodi Mediceo ſub Ganymede aquilæ potum præbente: ΙΛΙΕΩΝ. Item in Hadriani, circum Æneam geſtantem patrem Anchiſen, ducentemque Iulum filium, ſub cujus pedibus lupa lactans Romulum & Remum: ΙΛΙΕΩΝ.

— Καὶ θηλυκὸν, Ἰλιάς] Herodotus lib. VII. cap. 42. de Xerxe: Τὴν Ἴδην δὲ λαβὼν ἐς ἀριστερὴν χεῖρα, ἤιε ἐς τὴν Ἰλιάδα γῆν. *Idam ad ſiniſtram manum ſtringens ad terram Ilienſem pervenit.* Et ſic Euripides in Hecuba ſæpius. Apud Heſychium v. Ἰλίεια mentio Ἀθηνᾶς Ἰλιάδος. uti etiam in antiquo hoc epigrammate Τύμνεω, hactenus non edito, in Bibliotheca Barberina.

Νικηθεὶς ὁ Πελλαναῖος ἐνυαλίου βαρὺν αὐλὸν
Τόν δ' ἐς Ἀθαναίας ἐκρέμασ' Ἰλιάδος.
Τύρσηνον μελέδαμα· δι' οὗ πόκα πολλ' ἐβόησεν
Ἀνὴρ εἰράνας σύμβολα καὶ πολέμου.

& in alio ſimili Ἀρχίου.

Τρωϊάδι Πελλαναῖος ἀνηέρτησεν Ἀθάνᾳ
Αὐλὸν ἀελβρεμίταν σμικρὸν ἐνυαλίου.
Αἴ ποτε καὶ θυμέλησι καὶ ἐν πολέμοισιν ἔμελψεν
Πρόσθε τὸ μὲν στοναχᾶς σῆμα, τὸ δ' εὐνομίης.

Extat ad eandem Mivervam τὴν ἐν Ἰλίῳ Epigramma Agathiæ Scholaſtici lib. 1. Anthol. cap. 3. pag. 59.

— Καὶ Ἴλιος, καὶ Ἰλία, καὶ Ἰλιακός] Euripides Hecuba v. 1008.

Οἶσθ' οὖν Ἀθάνας Ἰλιάς ἵνα στέγαι;
Noſti igitur Minervæ Iliæ ubi tecta?

Formatur hinc & Ἰλήιος apud Heſychium v. Ἰλήιον. & Ἰλιόθι apud eundem, & Homerum.

— Οὐδετέρως δὲ παρὰ πᾶσι τὸ Ἴλιον· παρ' Ὁμήρῳ δὲ θηλυκῶς] Ἴλιος ἱρή Iliad. Δ. v. 46. & Z. v. 448. & alibi.

— Ἴλιον αἰπύ] Homerus Iliad. O. v. 71.

ἸΛΙΣΣΌΣ, πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες] MSS. ἸΛΙΣΣΌΣ, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, &c. Et ſic omnino legendum. Vitium ex compendioſiore ſcribendi ratione natum. Cæterum fluminis hujus nomen per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

peram ſcribitur apud Pollucem lib. VIII. cap. 10. Ὁ δὲ Ἀρδηττὸς Εἰλιασοῦ μέν ἐστι πλησίον. pro Ἰλιασοῦ. Perperam itidem apud Heſychium v. Ἀρδηττοῦς. τόπος περὶ τὸν Ἰλεασὸν ἐγγὺς τοῦ παναθηναϊκοῦ σταδίου. pro Ἰλιασόν.

ἸΛΛΥΡΊΑ, χώρα πλησίον τοῦ Παργαίου, ἀπὸ Ἰλλυριοῦ τοῦ Κάδμονος παιδός] Scribe: Ἰλλυριοῦ τοῦ Κάδμου παιδός. Notavit hoc & Salmaſius. Euſtathius etiam *Illyrii* patrem vocat *Cadmum*, ad Dionyſium pag. 19. Et *Cadmus* atque Hermione circa Ceraunios in ſerpentes mutati ſunt juxta fabulas. Appianus autem princip. Illyric. *Illyrium* cyclopis Polyphemi & Galateæ facit filium.

— Οἱ οἰκήτορες, Ἰλλυριοὶ, καὶ Ἰλλυρεῖς] Cl. Salmaſius: Ἴλλυρες.

ἸΛΟΥΡΓΕΙΑ, πόλις Ἰβηρίας] Appiano in *Ibericis*: Ἰλυργία.

— Τὸ ἐθνικὸν, *] MSS. addunt Ἰλουργοῦς.

ἼΜΒΡΑΣΟΣ, ἡ Σάμος, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ] Scholiaſtes vetus ad Apollonii lib. I. v. 187. *Imbraſum* dicit fluvium *Sami*, non ipſam *Samum*: Ἴμβρασος γὰρ ποταμὸς Σάμου, ὃς μετεκλήθη Παρθένιος, διὰ τὸ ἐκεῖ παρθένον οὖσαν τετράφθαι τὴν Ἥραν. & ſic pariter lib. II. v. 868. Ἴμβρασος, ποταμὸς Σάμου, πρότερον Παρθένιος λεγόμενος. Scholiaſtes item Callimachi Hymn. in Dianam v. 228. Ἴμβρασος, ποταμὸς τῆς Σάμου. Diodorus etiam diſtinguit in Epigrammate, quod extat lib. VI. Anthol. Græc. cap. 10.

Ἥτε Σάμου μεδέουσα, καὶ ἣ λάχες Ἰμβρασον Ἥρη.

Cum hoc *Sami* fluvio confunditur *Imbros*, quæ mox ſubjicitur, ab Scholiaſte Nicandri ad Alexipharm. pag. 57.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰμβράσιος καὶ Ἰμβρασία] Apud Apollonium lib. II. v. 187. Occurrit: Ἰμβρασίης ἕδος Ἥρης. lib. I. v. 868. Ἰμβρασίοισι παρ' ὕδασιν. Apud Nicandrum: Ἰμβρασίδος γαίης.

ἼΜΒΡΟΣ, νῆσος ἱερὰ Καβείρων, καὶ Ἑρμοῦ, ὃν Ἴμβρον λέγουσι μάκαρες] MSS. PP. legunt: ὃν Ἴμβραμον λέγουσιν οἱ Κᾶρες. Quomodo reſcribendum. Euſtathius ad Dionyſium pag. 75. Ἡ δὲ Ἴμβρος Θρακικὴ μέν ἐστι νῆσος, ἱερὰ Καβείρων καὶ αὐτή. ὄνομα δὲ δαιμόνων οἱ Κάβειροι. ἐτιμᾶτο δὲ αὐτόθι καὶ Ἑρμῆς, ὃν Ἴμβραμον λέγουσιν οἱ Κᾶρες, ὡς ἐν τοῖς ἐθνικοῖς ἀναγράφεται. Scholiaſtes item Heſiodi vetus ad Theogon. pag. 261. licet corruptus, teſtatur idem. Et *Cares* hæc loca tenuiſſe olim notiſſimum eſt.

ἸΝΑΧΙΆ, ἡ Πελοπόννησος, οὐ μόνον τὸ Ἄργος] Pro parte tantum *Peloponneſi* accipit Plutarchus in Quæſt. Græc. pag. 292. τὴν περὶ τὸν Ἴναχον χώραν vocans. Eidem incolæ Ἰναχιεῖς dicuntur. ubi ab *Inachienſibus* & *Achivis* regionem illam habitatam fuiſſe ſcribit, quam poſtea *Ænianes* occuparunt.

— Κόρις] Κόρης.

ἸΝΔΙΚΗ, πόλις Ἰβηρίας, πλησίον Πυρήνης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰνδικῖται] Lege: Ἰνδικῆται. ita Strabo bis lib. III. Latini *Endigetas*. Avienus *Indigetas* vocat.

ἸΝΔΟΣ, ποταμός· ἀφ' οὗ Ἰνδοί.

— Καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης] Hemiſtichium Dionyſii Perieg. v. 37.

ἸΝΥΣΣΟΣ, πόλις Αἰγύπτου, προσεχὴς τῷ Κασίῳ ὄρει· Ἡρόδοτος] Ex ordine literarum turbato apparet vocem hanc corruptam eſſe. & apud Herodotum lib. III. cap. 5. Ἰήνυσος dicitur trium dierum itinere à monte *Caſio* diſtitiſſe.

ἸΝΣΟΒΑΡΕΣ, ἔθνος Κελτικὸν πρὸς τῷ Πάδῳ, οὓς καὶ Ἰνσόβρας φασίν] MSS. οὓς καὶ Ἰνσούβρας φασίν.

ἼΝΥΚΤΟΝ, πόλις Σικελίας] Lege: ἼΝΥΚΟΝ. Sic enim Pauſanias Achaicis pag. 403. eam vocat, & ipſe infra v. Κάμικος. Heſychio: Ἰννυκῖνος οἶνος, ἀπὸ Ἰνύκου τῆς Σικελίας. ut recte emendat Philippus Cluverius lib. I. Sicil. Antiq. pag. 230. qui & ſequentia apud noſtrum ſic legit: Ἡρόδοτος δὲ Ἴνυκα αὐτὴν φησιν, ἀπὸ τοῦ Ἴνυξ. ἀφ' οὗ Ἰνυκῖνος οἶνος. ἴδιος γὰρ ὁ τύπος τῶν Σικελῶν. Ἰνυκῖνος οὖν δεῖ. Et MSS. in poſteriori loco habent Ἰνυκῖνος.

ἸΞΙΒΆΤΑΙ, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ, προσεχὲς τῇ Ἰνδικῇ] Lege: προσεχὲς τῇ Σινδικῇ. Et ſic conjecit etiam Salmaſius.

ἸΌΠΗ, πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας, ὡς Φίλων. ὡς δὲ Διονύσιος, Παλαιστίνης] Æthiopiæ oppidum facit Tzetzes ad Lycophronem pag. 135. ubi Andromedæ fabulam ei aſſignat. Idque auctore Euripide, uti apparet ex Hygino lib. II. Aſtron. & Apollodori lib. II. Bibliothecæ. Vide Cl. Salmaſium in Exercit. Plin. pag. 569.

— Οἱ Ἕλληνες κακῶς φασιν] Quid hæc ſibi volunt? ſcopæ diſſolutæ. forte pro οἱ leg. ὡς.

— Ἀφ' οὗ Κηφῆνες οἱ Αἰθίοπες] De hoc loco vide Tzetzem ad Lycophronem pag. 134. (ubi non Κηφῆνας, ſed Κηφηίδας dicendos probat.) & Salmaſium ad Solinum pag. 570. & 606.

— Τὸ ἐθνικὸν τῆς προτέρας, Ἰοπήτης λέγεται καὶ Ἰοππία, διὰ τοῦ ι. καὶ ἴσως ἐκ τοῦ Αἰθιοπία. ἐκ δὲ τοῦ Ἰόπεια διὰ διφθόγγου, Ἰοπείτης, καὶ Ἰοπεύς] MSS. τὸ ἐθνικὸν τῆς προτέρας Ἰοπίτης· ἐκ δὲ τοῦ Ἰοπείας διὰ διφθόγγου Ἰοπείτης. Λέγεται καὶ Ἰοπία διὰ τοῦ ι. ἐκ δὲ τοῦ Ἰόπεια Ἰοπεὺς καὶ Ἰοπείτης. Ἰοπία quoque in R. MS. ubi hoc fragmentum extat & in excerptis Cononis apud Photium. Goltzius ΙΟΠΗΤΩΝ ex nummo Titi profert.

ἸΌΝΙΟΝ, πέλαγος, τὸ περὶ τὴν Ἰταλίαν. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ] Deeſt hoc loco id, cujus gratia *Æſchylus* teſtis adducitur. Addo igitur poſt τὴν Ἰταλίαν, ἀπὸ τῆς Ἰοῦς ἐκλήθη. Stephani locum adhuc integrum legere Euſta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſtathius ad Dionyſium v. 94. & Tzetzes ad Lycophronem pag. 104. *Æſchyli* locus, quem Stephanus & Euſtathius innuunt, & à Tzetze loco citato adducitur, hic eſt: Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος βυθὸς σαφῶς ἐπίστασ' Ἰόνιος κεκλήσεται τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

— Οἱ δὲ ἀπὸ Ἰονίου Ἰλλυριοῦ] Hanc opinionem habes pariter cum ſuperiore apud Apollonii Scholiaſten ad lib. IV. v. 308. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Ἰονίου τὸ γένος Ἰλλυριοῦ. ὥς φησι Θεόπομπος ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ. Ἰόνιον πέλαγος πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ οὕτω καλούμενον ἀπὸ Ἰονίου ἀνδρὸς Ἰλλυριοῦ. Τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς γενομένης πλάνης τῇ Ἰοῖ. Item apud Pindari ad Pyth. Od. III. pag. 223. Τὸ Ἰόνιον πέλαγος τὸ περὶ Σικελίαν, τὸ ὄνομα ἔλαβεν, ὡς μὲν ἔνιοι, ἀπὸ Ἰοῦς. Θεόπομπος δὲ, ἀπὸ Ἰονίου ἀνδρὸς Ἰλλυριοῦ. Ἀρχίδαμος δὲ ἀπὸ τῶν ἀπολλυμένων ἐν αὐτῷ Ἰόνων.

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀδρίας ὁ Ἰόνιος κόλπος, τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου] Locus hic mutilus eſt. Ex Euſtathio ad Dionyſium pag. 19. apparet, quomodo expleri poſſit. Nimirum poſt verba, ὁ Ἰόνιος κόλπος, addendum: καλεῖται δὲ Ἰόνιον καὶ τ. α. Γ. μ. Α. aut poſt, μέχρις Αἰγύπτου, ſubjiciendum: Ἰόνιον πέλαγος καλεῖται. peccatumque haud dubie repetitione ſimilis vocis. Salmaſius ita explebat: φασὶ δὲ καὶ τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου πέλαγος Ἰόνιον λέγεσθαι.

— Ἰώνη γὰρ καὶ ἡ Γάζα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἰοῦς βοῦν ἐχούσα πλησίον ἐν τῇ εἰκόνι] Euſtathius d. l. Ἰόνη ſcribit. Cujus verba: Καὶ τὴν ἐκεῖ δὲ Γάζαν, Ἰόνην καλοῦσί τινες. ἔνθα βοῦς Ἰὼ ἐν ἀγάλματι τῆς Ἰοῦς, ἤτοι τῆς σελήνης. Ἰὼ γὰρ ἡ σελήνη, κατὰ τὴν τῶν Ἀργείων διάλεκτον. Meminit Chronicon Alexandrinum, ſed per ω ſcribit pag. 94. Ὁ δὲ αὐτὸς Περσεὺς μετὰ τὸ βασιλεῦσαι τῆς Περσικῆς χώρας, ἔτη πολλὰ, μαθὼν, ὅτι ἐν τῇ Συρίᾳ διάγουσιν ἐκ τοῦ Ἄργους Ἰωνῖται, ἦλθεν ἐπὶ τὴν Συρίαν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ Σίλπιον ὄρος, ὡς πρὸς ἰδίους συγγενεῖς. *Perſeus vero ipſe cum regnum in Perſas multos annos habuiſſet, intellexit Ionitas ex Argivis oriundos in Syria verſari, profectuſque ad montem Silpium venit in Syriam, tamquam ad cognatos & gentiles ſuos.* Et mox eoſdem Ἰωπολίτας & illorum oppidum τὴν Ἰωνιτῶν πόλιν appellat. Refert autem iſta ex Pauſania Chronographo.

ἸΟΣ, νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ Ἰώνων οἰκησάντων.

— Ὄλβη] Ὄλβιε. & ſic Salmaſius.

— Ὁ πολίτης, Ἰήτης] Apud Franc. Gotifredum in nummo Lucillæ Auguſtæ, circum Palladem haſtam vibrantem legitur: ΙΗΤΩΝ.

ἸΟΥΔΑΙΆ, Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ, ἀπὸ τῶν παίδων Σεμιράμιδος, Ἰούδα καὶ Ἰδουμαία] Videtur addendum, ὡς μὲν, ante Ἀλέξανδρος.

— Ὡς δὲ Κλαύδιος Ἰόλαος] Videtur legendum: Κλαύδιος Ἰούλιος. Sic vocatur infra v. Λάμπη. Vide & ſupra v. Ἄκη.

— Ἐκ Θήβης μετὰ Διονύσου ἐστρατευκότος] MSS. ἐστρατευόντος.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰουδαῖος] MSS. Ἰουδαιεύς.

— Τινὲς δὲ Ἰουδαίας φασίν] MSS. Ἰουδαίους.

ἸΟΥΕΡΝΙΆ, ἡ Πρετανική, τῶν δύο ἐλάσσων] Primum ordo poſtulat, ut legatur, ἸΟΥΈΡΝΑ. dein pro ἡ videtur ſcribendum νῆσος. Eſt enim ex duabus Britannicis *Iuverna* minima, quam ante ſub nomine *Ierna* deſcripſit, quæque hodie *Hibernia* dicitur. Juvenalis Sat. II. v. 160.

—— *Arma quod ultra*
Littora Juvernæ promovimus.

ἸΟΥΛΊΣ, πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ] Totus hic locus deſcriptus eſt ex Strabonis lib. X. pag. 486.

— Μένανδρος.

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι Φανία,
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς] De hac lege *Ceorum* de ſenibus, videndus Ælianus lib. III. cap. 37. & Heraclides in Excerpt. Politiar. ubi male Κώων legitur pro Κείων.

— Προσέτακτο γὰρ τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἀγωνίζεσθαι, τοῦ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφὴν] Apud Strabonem, unde hæc deſumpta ſunt, d. l. legitur κωνεάζεσθαι. quod Caſaubonus recte reformat in κωνειάζεσθαι, quoniam *Ceorum* lex jubebat, ut qui ſexaginta annos eſſent nati cicuta ſemet interficerent, Heraclide & Æliano teſtibus. Idem Caſaubonus exiſtimat Stephanum legiſſe apud Strabonem κονίεσθαι vel κονίζεσθαι, idque eum reddidiſſe ἀγωνίζεσθαι. Sed ab hoc errore Stephanum MSS. abſolvunt, qui plane hic, ut Caſaubonus in Strabone conjecit, κωνειάζεσθαι. Suidas: Κωνειαζομένοις· θανάσιμον φάρμακον πινοῦσιν. κώνειον γὰρ θανάσιμον δηλητήριον.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰουλιεύς, καὶ Ἰουλιήτης, ὡς πολεμιήτης] In Valeriani nummo circum tres Gratias, ΙΟΥΛΙΕΩΝ legitur, apud Triſtanum Tom. III. pag. 13. Alterum gentile occurrit apud Antoninum Liberalem cap. I. Metamorph. παρὰ τοῖς Ἰουλιήταις. apud Diogenem Laërtium in Ed. Caſauboni alicubi mendoſe editur Ἰλιήτης, pro Ἰουλιήτης. Exemplum autem appoſitum corruptum eſt: ſcribendum forte, Πτολεμαΐτης.

ἼΠΑΝΑ, πόλις περὶ Καρχηδόνα, ὡς Πολύβιος πρώτῳ] Apud Polybium lib I. pag. 25. occurrit Ἵππανα, Siciliæ civitas inter Panormum & Mytiſtratum, Carthaginienſibus per Romanos erepta. Quæ procul dubio hic ab auctore intelligitur, ſed non ſine inſigni Hiſtoriæ ignorantia: dum *circa Carthaginem* affirmat urbem auctoritate Polybii, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

is in Sicilia Carthaginienſium dicit fuiſſe Imperii. Vide Cluverium lib. II. Sicil. Ant. cap. 13. Similiter lapſus eſt ſupra v. Ἀσταπαῖοι.

ΙΠΝΟΣ, ἣν Ἰπνέαν τινὲς, Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων] Herodotus lib. VII. cap. 189. Ἰπνοὺς vocat loca in monte Pelio, ad quæ Xerxis naves actæ tempeſtate fuerint. Puto cavernas fuiſſe. Deſideratur autem hic verbum, καλοῦσι, aut ſimile quoddam.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἰπνεύς] Extat hoc gentile apud Thucydidem lib. III. pag. 240.

ΙΠΠΟΣ, νῆσος Ἐρετρίας] Strabo lib. XIV. pag. 644. Ἵππους numero plurium appellat inſulas quatuor ante portum *Erythrarum* ſitas. Unde videtur hoc loco legendum, Ἐρυθραίας.

ΙΠΠΟΤΑΜΑΔΑΙ, δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς] Joannes Meurſius putat legendum, Ἱπποδαμειάδαι. cujus conjecturæ fundum Harpocrationem habet. Ego nihil temere mutandum cenſeo contra tam conſtantem MSStorum ſcripturam & Alphabeti ſeriem.

ΙΠΠΟΥΑΚΡΑ, πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης, Ἱππακρείτης] Polybius lib. I. pag. 72. vocat Ἱππακρείτας. Diodorus in Excerptis lib. XXV. pag. 277. Ἱππακρεινοὺς.

ΙΠΠΟΥΡΙΣΚΟΣ, νῆσος Καρίας] An hæc eſt Ἱππουρὶς Apollonii Rhodii lib. IV. v. 1712. quam Scholiaſtes Græcus ait vicinam *Theræ*, quam noſter ſupra v. Θήρα Cariæ tribuit? Non dubito, quin eadem ſit inſula. Nam ſupra Salmonium promontorium navigantibus apparuit, tum ὀλίγη Ἱππουρὶς dicitur. Utrumque apud Apollonium.

— Ὡς Δωρίσκιος] Scribe, Δορίσκιος, ut ſupra h. v.

ΙΠΠΩΝΙΟΝ, πόλις Βρεττίων, ἀπὸ ἥρωος, ἣ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐίβων ἢ Οὐαλεντία] MS. η. μ. υ. P. Οὐιβουαλεντία. & ſic pariter editio Aldi præfert. Plinius lib. III. cap. 5. *Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus.* Vulgata lectio ab Xylandri emendatione profecta eſt.

ΙΡΑ, ὄρος Μεσσηνίας· Ῥιανὸς ἐν Μεσσηνιακῶν πρώτῳ. ἔστι καὶ πόλις Μαλιέων] Apud Suidam v. Τράγος mons hic *Meſſeniæ* pariter Ἱρὰ vocatur. Apud Pauſaniam vero lib. IV. pag. 249. ubi etiam *Riani* verſus de ejus obſidione adducuntur, Εἶρα. Et ſic etiam apud Collectorem Olympiadum, Olymp. XXVIII. Fuit & urbs Ἱρὴ in hoc tractu, quæ una ex ſeptem, quas Agamemnon Achilli in dotem promittit apud Homerum Iliad. I. v. 150.

Ἑπτὰ δέ οἱ δώσω εὖ ναιόμενα πτολίεθρα,
Καρδαμύλην, Ἐνόπην τε καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν, &c.
Septem vero ei dabo celeberrima oppida:
Cardamylem, Enopemque & Hiram herboſam.

Strabo lib. VIII. pag. 360. locum hunc Homeri explicans addit: Τὴν δὲ Ἱρὴν κατὰ τὸ ὄρος δεικνύουσι τὸ κατὰ τὴν Μεγαλόπολιν τῆς Ἀρκαδίας ὡς ἐπὶ Ἀνδανίαν ἰόντι, ἣν ἔφαμεν Οἰχαλίαν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ εἰρῆσθαι. *Hiram oſtendunt ad montem, qui ſitus eſt in via, quæ à Megalopoli Arcadiæ urbe ad Andaniam ducit, quam Oechaliam à poëta dici monuimus.* Vide & Euſtathium ad d. l. pag. 743. Ex quo pariter animadvertes locum hunc Stephani auctiorem ab eo lectum, quam nunc in vulgatis exemplaribus editur. Verum egregie damnum hoc reſarciunt MSS. qui poſt verba, ἐν Μεσσηνιακῶν πρώτῳ, ita legunt: ἔστι καὶ πόλις Λέσβου καὶ παρ' Ὁμήρῳ· Καρδαμύλην τ' Ἐνόπην τε καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν. τὸ ἐθνικὸν, Ἱρεύς. ἔστι καὶ πόλις τῶν Μαλιέων ἀπὸ Ἱροῦ. Et ſic Euſtathius ex noſtro jam olim transſcripſit ad dictum Homeri locum.

ΙΡΑΣΑ, τόπος Λιβύης, εἰς ἣν μετήγαγον Βάττον οἱ Λίβυες, ὡς Ἡρόδοτος τετάρτῃ] Pindarus Pyth. Od. IX. pag. 307. ſcribit Ἴρασσα. Ubi Scholiaſtes: Ἴρασσα, πόλις Λιβύης, ἣν ᾤκησεν Ἀνταῖος οὐχ ὁ παλαίσας Ἡρακλεῖ, ἐκεῖνος γὰρ Διαφαλασίοις τοῖς χρόνοις, ὃν καὶ ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς· ἀλλ' ἕτερος, &c. Sed Herodotus lib. IV. cap. 158. ut hic, Ἴρασα, per σ ſimplex.

ΙΣ, πόλις Περσική· Ἡρόδοτος πρώτῃ. ἔνθα καὶ ποταμὸς Ἴς. ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐν δὲ * τεῖχος ἐκομίσθη] Herodotus lib. I. cap. 179. dicit urbem hanc octo dierum itinere à Babylone abeſſe. Ex illo autem lacuna hic ſupplenda eſt hoc modo: ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐς τὸ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη. MSS. PP. ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐν Β. τεῖχος. ſine lacunæ ſuſpicione.

ΙΣΑΥΡΙΑ, μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας, πρὸς τῷ Ταύρῳ. Χάραξ θηλυκῶς. ἡ πόλις, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἰσαυρεύς, καὶ Ἴσαυρος] Henricus Valeſius exiſtimat aliquid in principio hujus loci deeſſe, legitque: ΙΣΑΥΡΑ, οὐδετέρως πόλις Ἰσαυρίας· ἡ δὲ Ἰσαυρία μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ. Χάραξ δὲ θηλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσαυρεύς, καὶ Ἴσαυρος. Certum autem Strabonem τὰ Ἴσαυρα, genere neutro, urbem hanc appellare. Vide Valeſium ad Ammianum Marcellinum pag. 38. Ad gentilia pertinet Ἰσαυρείτης, & Ἰσαυρεῖτις. quomodo appellatur una ex decem Cappadociæ præfecturis apud Strabonem lib. XII. pag. 534. De *Iſaurorum* autem nomine hic verſus extat in Collectione veterum Epigrammatum MS.

Αὔραις ἶσα θέουσιν, ὅθεν λάχον οὔνομα τοῦτο.

ΙΣΕΙΟΝ, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἴσιδος.

— Προσπελοπίτεια δὲ ὡς Ἱρεῖον] Videtur ſcripſiſſe: Ἱερεῖον. vel potius Ἡρεῖον.

ΙΣΘΜΟΣ, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας πόλις.

— Καὶ Ἰσθμιάδες σπονδαί] Suidas v. Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου. καὶ τὰς Ἰσθμιάδας σπονδὰς ἐπήγγελε. Venit hinc & adverbium Ἰσθμοῖ. quod occurrit apud Pindarum Pyth. Od. VII.

pag.

pag. 286. Ἄγοντι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ νῖκαι, μία δ' ἐμπρεπὴς Διὸς Ὀλυμπίας. *Impellant autem me quinque apud Iſthmum victoria, una vero excellens Olympiæ Jovis.* Et apud Plutarchum in Themiſtocle.

ἼΣΙΝΔΟΣ, πόλις Ἰωνίας. ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος ἐνελιτὰς λέγεται] Vox ἐνελιτὰς corrupta eſt. Sed MSS. nihil juvant. Unus enim ἐναυτίτας habet, alter ἐνετίτας. Forte ſcribendum: κατά τινας.

— Καὶ Ἴσινδα] Sic MSS. ſupra v. Ἄμβλαδα, uti vulgati codices habent Σίνδα. perperam. Ἴσινδα enim appellant etiam Acta Concilii V. CP.[ni] ſed Piſidiæ vel Pamphyliæ tribuunt.

ἼΣΜΑΡΟΣ, πόλις Θρᾴκης τῶν Κικόνων.

— Ὁ πολίτης, Ἰσμάρειος, καὶ Ἰσμαρικός] Hinc apud Dionyſium Perieg. v. 113.

——— θάλασσαι
Ἰσμαρικοῦ πνοιῇσιν ἐλαυνόμεναι Βορέαο.
——— maria
Iſmarici flatibus agitata boreæ.

Ubi Euſtathius: Τὸν δὲ Βορρᾶν Ἰσμαρικὸν εἶπεν ἀντὶ τοῦ Θρᾳκικὸν, ἀπὸ Ἰσμάρου πόλεως Θρᾴκης. Ab hac urbe Ἰσμαρικὸς οἶνος, apud Suidam, qui *Iſmarum* deinceps *Maroneam* dicit appellatam. Ἴσμαρος δὲ πόλις, ἡ νῦν Μαρώνεια λεγομένη. Idemque affirmat v. Μαρώνεια.

— Ἔστι καὶ Ἰσμαρὶς λίμνη] *Lacus* hic jacet intra Maroneam & Strymam teſte Herodoto lib. VII. cap. 109.

ἸΣΠΑΝΙ͂ΑΙ, δύο τῆς Ἰταλίας ἐπαρχίαι· ἡ μὲν μεγάλη, ἡ δὲ μικρά. ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰβηρία, καὶ Παννωνία] Locus hic multo auctior legitur apud Conſtantinum Porphyrogennetam de Adminiſtrando Imperio cap. XXIV. Idem tamen mendum, quod hic in fine occurrit, ibi pariter conſpicitur. Quis enim unquam *Panoniæ* vocabulum pro Hiſpaniæ parte uſurpavit? Legendum procul dubio: καὶ Πανία. Plutarchus lib. de Fluviis, in Nilo pag. 1157. agens de Dionyſio: Νικήσας δὲ καὶ Ἰβηρίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ἐπιμελητὴν τῶν τόπων, ὃς τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ Πανίαν μετωνόμασεν, ἣν οἱ μεταγενέστεροι παραγώγως Σπανίαν προσηγόρευσαν, καθὼς ἱστορεῖ Σωσθένης ἐν ιγʹ Ἰβηρικῶν. *Devicta Iberia Panem illorum locorum præſidem reliquit, qui regionem à ſe ipſe Paniam nominavit, quam poſteri ſequuti derivationem Spaniam tandem appellarunt, ut refert Soſthenes lib.* XIII. *rerum Ibericarum.*

ἼΣΣΑ, πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα Ἱμέρα.

— Ἔστι καὶ νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα κατὰ Δαλματίαν, καὶ Ἰλλυρίαν] Hæc appellatur Ἡασὸς ab Appiano in Illyricis, incolæ vero Ἡάσιοι aliquoties: ſed librariorum, ut puto, vitio, pro Ἴσσα & Ἴσσιοι. Certe Ἴσσα appellatur hæc inſula à Dione in Excerpt. Legat. lib. XII. & aliis.

— Ἔστι καὶ θηλυκῶς, Ἰσσοὺς, ἐπὶ τῆς Λέσβου] Deeſſe hoc loco aliquid manifeſte apparet. Gentile enim Ἰσσαῖος, quod de *Iſſa* Illyrica uſurpat dicto loco Dio, videtur hic periiſſe. Deinde ſequentibus verbis aliud inſidet vulnus, cui Cl. Salmaſius ſic medebatur: ἔστι καὶ θηλυκῶς Ἰσσηΐς. Quaſi innuat, non Ἰσσαῖος, ſed Ἰσσοὺς ejus gentile fuiſſe.

ἸΣΣΗΔΌΝΕΣ, ἔθνος Σκυθικόν] Ælianus lib. III. Hiſt. Anim. cap. 4. *Iſſedones* facit gentem Indicam, apud quam formicæ aurum cuſtodiant. Herodotus lib. IV. cap. 13. illos inter *Arimaſpas* & Scythas ex Ariſtea Proconneſio collocat. Idque Pauſanias ſequitur lib. I. pag. 43.

— Λέγονται καὶ Ἴασιδοι, τελουσλάβως] Legendum Ἰσσηδοί. Tzetzes Chiliad. VII. Hiſt. v. 688.

Σύγχορτον δ' Ἀριμασποῖσι ναίει μέγα φῦλον
Ἰσσηδῶν Σκυθίης, νάμασι πὰρ ποταμοῦ.
Καὶ Ἀριστέας δέ φησιν ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις·
Ἰσσηδοὶ χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι ταναῇσι.
Coalita autem Arimaſpis habitat magna tribus
Iſſedorum Scythiæ, fluenta prope fluminis.
Ariſteas autem dicit in Arimaſpeis:
Iſſedi jubis gaudentes extenſis.

ἼΣΣΟΣ, πόλις μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας, ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν] Cicero lib. V. ad Att. ep. 20. *Caſtra paucos poſt dies habuimus ea ipſa, quæ contra Darium habuerat apud Iſſum Alexander, Imperator haud paullo melior, quam aut tu aut ego.* Locum ad *Iſſicum* ſinum, in quo prœlium contigit inter Alexandrum & Darium graphice depingit Herodianus lib. III. cap. 4. Συνέρχεται δὴ ἑκατέρωθεν ὁ στρατὸς εἰς τὸ κατὰ τὸν Ἰσσικὸν καλούμενον κόλπον πεδίον πλατύτατόν τε καὶ ἐπιμηκέστατον· ᾧ περίκειται μὲν λόφος εἰς θεάτρου σχῆμα, αἰγιαλὸς δὲ ἐπὶ θαλάσσης μέγιστος ἐκτείνεται. ὥσπερ τῆς φύσεως ἐργασαμένης στάδιον μάχης. Ἐκεῖ φασι καὶ Δαρεῖον Ἀλεξάνδρῳ τὴν ὑστάτην καὶ μεγίστην μάχην συμβαλόντα, ἡττηθῆναι καὶ ἁλῶναι, ὑπὸ τῶν ἀρκτῴων ἀνδρῶν καὶ τότε τῶν ἀνατολικοὺς νενικηκότων. Μένει δὲ ἔτι νῦν τρόπαιον καὶ δεῖγμα τῆς νίκης ἐκείνης, πόλις ἐπὶ τοῦ λόφου, Ἀλεξάνδρεια καλουμένη· ἄγαλμά τε χαλκοῦν, οὗ τὴν προσηγορίαν ὁ τόπος φέρει. Quod Angelus Politianus ita convertit: *Ita concurrerunt ad Iſſicum, quem appellant, ſinum, longe lateque ſpatioſiſſima in planitie, quæ perpetuis ſubjecta collibus in theatri ſpeciem, litus habet à mari longiſſime excurrens: quaſi quoddam belli ſtadium fabricata natura. Quin eodem quoque loco Darium ab Alexandro ferunt maximo extremoque illo prœlio profligatum captumque, ſeptentrionalibus etiam tum viris orientis nationes ſuperantibus. Manet adhuc tropæum & tantæ victoriæ teſtimonium urbs in colle, Alexandria: ſimul æneum ipſius ſimulacrum, unde loco impoſitum nomen.*

— Ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πίναρος ὀνομαζόμενος]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Ad hunc fluvium contigit prœlium, de quo paullo ante. Apollonius Hiſt. Comment. cap. XLIII. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν περὶ Σόλους τῆς Κιλικίας, παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Πίναρον, οὗ μάχη Ἀλεξάνδρου πρὸς Δάρειον ἐγένετο, αἱ ῥόαι ἀπύρηνοι γίγνονται. *Theophraſtus de Stirpibus ſcribit, juxta Solos Ciliciæ urbem, ad amnem Pinarum, ubi Alexander cum Dario pugnavit, mala Punica naſci ſine oſſibus.* Ad quem locum vide Joannis Meurſii Commentarium.

ἼΣΣΩ΄ΡΙΟΝ, ὄρος τῆς Λακωνικῆς, ἀφ᾽ οὗ ἡ Ἄρτεμις Ἰσσωρία] *Iſſoriæ Dianæ* mentio apud Appianum lib. III. pag. 112. Heſychium, Plutarchum. Apud Appianum dicto libro pag. 186. Ἀρτέμιδος Ἰσώρας ἱερὸν ſcribitur. Perperam.

ἹΣΤΙ΄ΑΙΑ, πόλις Εὐβοίας. Ὅμηρος,

— Πολυστάφυλόν τ᾽ Ἑστίαιαν] Locus Homeri extat Iliad. B. v. 537. ſed ibi hodie legitur:

——— πολυστάφυλόν θ᾽ Ἱστίαιαν.

& ſic pariter occurrit infra v. Χαλκίς.

— Ἡ δὲ διὰ τοῦ ι Ἰωνικὴ γραφή ἐστι] Euſtathius ad adductum ab auctore Homeri locum pag. 280. Γράφεται δὲ καὶ διὰ τοῦ ε κατὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ διὰ τοῦ ι. ὥσπερ καὶ ἡ καὶ οἴκους ἱστία καὶ ἑστία λέγεται. Ἰωνικωτέρα δέ φασιν ἡ διὰ τοῦ ι γραφή. Et ita loquitur Herodotus lib. I. cap. 176. lib. IV. cap. 59. & 127. Ἱστία ſcilicet pro Ἑστία.

— Νῦν δέ καλεῖται Ὠρωπός] Lege: Ὠρεός. Euſtathius d. l. ὕστερον δέ φασιν ἐκλήθη αὐτὴ Ὠρεός. Strabo lib. X. pag. 545. Scholiaſtes vetus ad Ariſtophanis Irenam pag. 701. Mendum hoc notavit etiam Salmaſius.

— Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Ἑστιαῖός φησι] Apud Pyrrhum Ligorium in Collectionibus extant tres nummi, apud Goltzium item tres, & ipſe vidi diverſos, in quibus omnibus legitur, ΙΣΤΙΑΙΩΝ.

— Καὶ Ἱστιώτης, τῆς Θετταλικῆς] Lege: Ἱστιαιώτης. uti eſt apud Euſtathium loco ante allegato: & poſt τῆς Θετταλικῆς adde ex eodem, Ἱστιαίας. ut oſtendatur hanc tantum per ι in principio ſcribi. Vide ſupra v. Ἑστίαια. Parum autem diſtincte proponit duas *Hiſtiæas*, unam *Theſſaliæ*, alteram *Eubœæ*.

ἹΣΤΟ῾Σ, νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγομένη ὑπὸ Λιβύων, ὑπὸ δὲ Φοινίκων Κέρραραροαθ᾽] MS. duabus vocibus legit: Κέῤῥα ῥαροαθ᾽.

— Ὁ ἑρμηνεύεται Ἱστωνίς] Cl. Salmaſius pro Ἱστωνὶς legebat: Ἱστὸς νῆσος.

ἹΣΤΡΙ΄Α, χώρα κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον] Ita quoque Scythiæ partem circa *Iſtrum* à Pindaro Olymp. Od. III. pag. 33. vocari putat ejus Scholiaſtes. Sed in Pindaro vulgo Ἱστρίαν legitur.

ἹΣΤΡΙΑΝᾺ, πόλις περὶ τὴν Περσικὴν θάλασσαν, ὡς Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς] Meminit hujus urbis Ptolemæus in Arabiæ Felicis deſcriptione.

Ἵ΄ΣΤΡΟΣ, πόλις Κρήτης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἴστριος] Hinc Ἱστρία Ἄρτεμις apud Scholiaſten Pindari Olymp. Od. III. pag. 33.

— Καὶ Ἱστριεύς] Apud Goltzium in nummo occurrit ICTPIHΩN. Sed idem nummus apud Franc. Gotifredum tantum ICTPIH habet in ſuperiore parte, ſubtus vero non ΩN, ut Goltzius ſed A. ut valde dubitem, num nummi mentem recte Goltzius expreſſerit.

— Καὶ κατὰ τρόπον Ἱστριανὸς λιμήν] In nummo Gordiani circum figuram Æquitatis apud Illuſtrem Equitem de Puteo legitur: ICTP. NΩN. quod haud dubie fuit, ICTPIHNΩN.

— Καὶ Ἱστριανὶς θηλυκῶς] Heſychius: Ἱστριανίδες, αἱ Σκυθικαὶ στολαὶ καὶ παρὰ Ἀθηναίοις σκεπάσματα, οἷς ἐκάλυπτον τὰ ἱερὰ κανᾶ.

— Τρίτη, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα, κατὰ Τριόπιον τῆς Κνιδίας] De hac inſula intelligendus Dioſcorides lib. I. cap. 19. quando dicit. Ἀσπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος, γεννώμενος ἐν Ἴστρῳ, καὶ Νισύρῳ, καὶ Συρίᾳ, καὶ Ῥόδῳ. *Aſpalathus, aliis eryſiſceptrum, frutex eſt lignoſus, ſpinis crebis aculeatus. Naſcitur in Iſtro, Niſyro, Syria & Rhodo.* Vide de hoc loco plura ſupra ad v. Ἀσπαλαθίς.

— Τετάρτη, πόλις τῆς Ἰαπυγίας] Lege, Ἰαπυδίας. Nam *Iſtria* regio *Iapydia* olim dicta, teſte Plinio: incolæ Ἰάπυδες & Ἰάποδες. Supra v. Ἰάποδες. Niſi velis peccatum auctoris eſſe, ſupra v. Ἰαπυγία, *Iapydiam* & *Iapygiam* confundentis. Hujus autem *Iſtriæ* fluvius à multis veterum dicitur *Iſter*, alter Danubii alveus, in mare Hadriaticum ſeſe exonerans, ſed errore ingenti. Vide Scholiaſten Apollonii ad lib. IV. v. 284.

ἹΣΤΩ΄ΝΗ, ὄρος προσεχὲς τῇ Κερκύρᾳ.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἱστωναῖος] Pyrrhus Ligorius in Collectionibus inſcriptionem adfert antiquam, in qua gentile hoc extat:

ΘΕΟΙ. ΔΙΟΣΚΟΡΟΙ. ΙΣΤΩΝΑΙΟΙ
Λ. ΑΥΡΗΛΙΟC. ΦΕΡΕΚΥΔΗC. ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟC
CΕΒΑΣΤΟΥ. ΤΟΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. CΕΒΗΡΟΥ
ΕΠΙΣΤ. ΚΕΡΚΥΡΑΙΩΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

ἸΤΑΛΙ΄Α, ἡ χώρα, ἀπὸ Ἰταλοῦ] Suidas locum hunc totum deſcripſit.

— Καὶ Λικιώτης] Videtur ſcribendum: καὶ Σικελιώτης. Nam Κιλικιώτης, quod proxime accederet, neſcio an dixerint. Dein infra v. Σικελία ad Σικελιώτης adducitur Ἰταλιώτης. Error autem hic ſatis eſt antiquus, quippe quem Suidas fideliter in deſcribendo hoc loco expreſſerit.

— Καὶ

— Καὶ Ἰταλδὺς] Lege καὶ Ἰταλιδὺς. & ſic Salmaſius. Nihilominus Suidas ut vulgatum.

— Καὶ Ἰταλικὸς, τὸ κτητικόν] Hinc Silius *Italicus.* Unde apparet & Ἰταλικὸς dici.

ἸΤΑΝΟ'Σ, πόλις ἐν Κρήτῃ.

— Οἱ πολῖται, Ἰτάνιοι] ΙΤΑΝΙΩΝ nummum vidi apud Cl. Meneſtrier.

ἸΤΕ'Α, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἰταῖος] MSS. ὁ δημότης, Ἰεταῖος. Unde legendum: ο. δ. Ἰτεαῖος. ut Harpocratio & Suidas. Nam ſi Ἰταῖος hic legendum eſſet, adderet ſine cauſſa *Androtionem* tribus ſyllabis illud extuliſſe. Meurſius & Salmaſius errorem hunc etiam notarunt.

ἸΤΥ'ΚΗ, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. τὸ ἐθνικὸν, Ἰτυκαῖος] Romanis *Utica* & *Uticenſis.* Ἰτυκαῖος legitur apud Polybium lib. I. pag. 73.

Ἴ'ΤΩΝ, πόλις Θεσσαλίας] Heſychius. Ἴθων, ἡ πόλις Θεσσαλίας. Melius Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. v. 551. Ἔργον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος docet Minervam appellari, ἀπὸ Θεσσαλικῆς Ἰτωνίας, περὶ ἧς Ἑκαταῖος μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν λέγει. Ἀρμενίδας δὲ ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς Ἀμφικτύονος υἱὸν Ἴτωνον ἐν Θεσσαλίᾳ γεννηθῆναι, ἀφ' οὗ Ἴτων πόλις καὶ Ἰτωνὶς Ἀθηνᾶ. Vide eundem ad v. 721. ejuſdem libri.

— Ἴτωνά τε μητέρα μήλων] Homerus Iliad. B. v. 696.

— Λέγεται καὶ ἡ Ἴτωνος] Apud Euſtathium ad Homeri paullo ante allegatum locum pag. 324. ubi noſtrum deſcripſit, articulus ἡ ante Ἴτωνος non conſpicitur. Nihilominus hic retinendus eſt: ſervit enim ad oſtendendum genus.

— Ἀπὸ Ἰτώνου ἥρωος] Apud Apollonii Scholiaſten ad lib. I. v. 721. legitur, ἀπὸ Ἰτώνου τοῦ ἱερέως. credo male, corrigendumque ex hoc loco, τοῦ ἥρωος. Nam idem Scholiaſtes *Itonum* hunc ex Hecatæo Amphyctionis filium fecerat ad v. 551. ejuſdem libri. Noſter ſupra v. Βοιωτία· Γενέσθαι δέ φασι Βοιωτὸν Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος. Ad quæ verba Pauſaniæ locum adduximus, in quo Amphictyonis filius pariter *Itonus* dicitur. Patet igitur ratio, cur Ἥρως dicatur à noſtro, cur Ἱερεὺς ab Apollonii Scholiaſte non patet.

— Ἀφ' οὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, ἥτις καὶ Ἰτώνη] Intellige verba, ἥτις καὶ Ἰτώνη, non de *Minerva* ſed de oppido. Euſtathius dicto loco meliori ordine: τὴν δὲ Ἴτωνα προπαροξύνεσθαί φασιν οἱ παλαιοὶ ὡς Μήκωνα. Τινὲς δὲ ὀξύνουσι, λέγοντες ὅτι ὠνομάζετο καὶ Σιτὼν, διὰ τὸ σιτοφόρον. Λέγεται δέ φασι καὶ Ἰτώνη τετρασυλλάβως. ἔτι δὲ καὶ Ἴτωνος ἀπὸ Ἰτώνου ἥρωος. καὶ Ἀθηνᾶ δὲ ἐξ αὐτῆς Ἰτωνία. Nam viri docti emendatio, ἥτις καὶ Ἰτωνὶς, pro, ἥτις καὶ Ἰτώνη, recipi non poteſt, niſi cum ineptiſſima auctoris ταυτολογίᾳ. Paullo enim poſt, καὶ Ἰτωνὶς dicit. *Itoniæ Minervæ* mentio in fragmento Bacchylidis apud Dionyſium Halicarnaſſenſem περὶ Συνθέσεως ὀνομάτων pag. 30.

Οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς·
Ἀλλὰ χρυσαιγίδος Ἰτωνίας.
Χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν
Ἐλθόντας, ἁβρόν τι δεῖξαι.

— Καὶ Βοιωτίας] Plutarchus *Minervæ Itoniæ* aram fuiſſe ait Coroneæ in *Bœotia* narrans Callirhoës hiſtoriam in Amator. Narrat. pag. 774. Καὶ τότε εἰς Κορώνειαν ἐλθοῦσα, ἱκέτις καθέζεται ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς. *Coroneam profecta ſupplex conſedit in ara Itoniæ Minervæ.* De hac ara ſive fano plura collegit loca Henricus Valeſius ad Excerpta Polybii pag. 22.

— Καὶ Ἰτωνιάς] Callimachus Hymno in Cererem v. 74.

Ἦνθον Ἰτωνιάδος μιν Ἀθαναίας ἐπ' ἄεθλα
Ὀρμενίδαι καλέοντες.
Invitabant eum ad Itoniæ Minervæ feſta
Ormenidæ.

Et in Θεοδωρίδου Epigrammate non edito in duodecim vaccas æneas *Minervæ* dedicatas.

Θεσσαλαὶ αἱ βόες αἵδε παρὰ προθύροις δ' Ἀθάνας
Ἑστᾶσιν καλὸν δῶρον Ἰτωνιάδος.
Πᾶσαι χάλκειαι δυοκαίδεκα, Φειδίμονος ἔργον,
Καὶ πᾶσαι γυμνῶν σκῦλον ἀπ' Ἰλλυρίων.

— Καὶ Ἰτωνίς] Sic vocatur lib. VI. cap. 25. Antholog. Græc. in Epigrammate Leonidæ:

Τοὺς θυρεοὺς ὁ Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ
Πύρρος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασεν Γαλατᾶν.
Hæc ſcuta Itonidi Minervæ munus Moloſſus
Pyrrhus ſuſpendit detracta Gallis confidentibus.

quod apud Plutarchum in vita Pyrrhi & Pauſaniam in Atticis etiam legitur. Sic pariter in Apollonio lib. I. v. 551. Ἔργον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος. & eodem libro v. 721. θεᾶς Ἰτωνίδος ἔργον. Ubi Scholiaſtes: ἐν Θεσσαλίᾳ θεὰ Ἰτωνὶς τιμᾶται, καὶ ἐν Κορωνείᾳ πόλει τῆς Βοιωτίας.

— Καὶ χώρα Ἰτώνη ὑπὸ τὸν Αἷμον] Videtur eſſe Σιθωνίη, de qua Herodotus lib. VII. cap. 122. & infra ſuo loco. aut Ἠδωνή.

ἼΧΝΑΙ, πόλις Μακεδονίας· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ] Herodotus lib. VII. cap. 123. urbem hanc Pellæ facit vicinam.

— Φιλητᾶς δὲ Ἄχνην φησὶ, διὰ τοῦ α] διὰ τοῦ ἑνικοῦ.

— Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Ἰχναῖος] Lycophron v. 129.

Τῆς θ' Ἡλίου θυγατρὸς Ἰχναίας βραβεύς.
Et Ichnææ Solis filiæ præſes.

ad quem locum Iſaacius Tzetzes *Ichnæam* dictam vult, διὰ τὸ καὶ Ἴχνος καὶ κατὰ πόδας τῶν Γιγάντων ἕπεσθαι.

— Καὶ Ἰχναία ἡ Θέμις] Eadem alio vocabulo *Nemeſis* & *Adraſtia* dicebatur. Vetus Epigramma Diodori lib. I. Anthol. Græc. pag. 60.

Ἀδρά-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Ἀδράστειά τε Δῖα καὶ Ἰχναίη σε φυλάσσοι,
Παρθένος, ἡ πολλοὺς ψευσαμένη Νέμεσις.
Adraſtea Diva & Ichnæa te cuſtodiat
Virgo, multos fruſtrata Nemeſis.

Ad quem locum vide Joannem Brodæum.

— Ἑτέρα ἐστὶ τῆς Ἀνατολικῆς πόλις] Meminit Iſidorus Characenus in Σταθμοῖς Παρθικοῖς pag. 185. Ἴχναι, πόλις Ἑλληνὶς, Μακεδόνων κτῆμα. Κεῖται δὲ ἐπὶ Βάλιχα ποταμοῦ. Dio lib. IV. pag. 126. Ἰχνίας vocat, una litera amplius.

ΙΥΙΚΟΥΡΟΙ, ἔθνος Λιγυστικόν] Vide ſupra vv. Ἀρβαξανοὶ & Εὔιοι.

— Καὶ Ἀρβαζανοὶ, καὶ Εὔβοιοι] Lege: Καὶ Ἀρβάξανοι καὶ Εὔβοιοι. ut ex citatis locis apparet.

ἸΩΛΚΟΣ, πόλις Θεσσαλίας] Scholiaſtes vetus Pindari ad Nem. Od. IV. pag. 363. Magneſiæ fuiſſe ſcribit ad radices Pelii, poſtea *Theſſaliæ*. Heſychius: Ἰαωλκὸς, πόλις Θεσσαλίας. Homeri Scholiaſtes MS. in Bibliotheca Medicea: ἐξ Αἰόλου Κρηθεὺς, ὃς Ἰωλκὸν κατέσχε Πελασγοὺς ἐκβαλών. τούτου δὲ οἱ παῖδες Πελίας μὲν ἅμα Ἰάσονι Ἰωλκὸν ᾤκουν· Νηλεὺς Πύλον σὺν Ἀμαθάονι· Φέρης δὲ Φεράς.

— Φοίβην, καὶ Γλαφυράς, καὶ εὐκτιμένην Ἰωλκόν] Verſus eſt Homeri ex Iliad. B. v. 712. ſed triplici ſtigmate hic deturpatus. Unde reſcribendum, ut ibi legitur:

Βοίβην καὶ Γλαφυρὰς καὶ εὐκτιμένην Ἰαωλκόν.

— Ἀπὸ Ἰωλκοῦ τοῦ Ἀμύρου, ἀφ' οὗ τὸ Ἀμιερικὸν πεδίον Λαρισσαίων] Scribe: Ἀμυρικὸν πεδίον. Hujus campi mentio apud Polybium lib. V. pag. 437. ubi dicit Ætolos ſæpe populabundos ἕως τὸ καλούμενον Ἀμυρικὸν πεδίον perveniſſe. Euſtathius ad allegatum Homeri locum pag. 327. Ἰαωλκὸς ἡ ἀπὸ Ἰαωλκοῦ φασιν υἱοῦ Ἀμύρου. ἀφ' οὗ Ἀμυρικὸν πεδίον ἐν Λαρίσσῃ. Vide ſupra v. Ἄμυρος.

— Καὶ Ἰωλκίς] Apollonius Rhodius lib. I. v. 572. de Diana.

Ῥυομένη καὶ γαῖαν Ἰωλκίδα.
Servans etiam terram Iolcida.

ἼΩΛΟΝ, ὄρος Περραιβίας. οἱ οἰκοῦντες, Ἴωλοι. Ὅμηρος,

Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, Μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί] Quid hæc ſibi velint plane non perſpicio. *Ioli* enim nemo, quantum recordor, meminit: & verſus Homericus plane eſt ἀπροσδιόνυσος. Nulla enim in eo neque hic neque apud Homerum *Ioli* mentio. Legitur autem apud illum Iliad. B. v. 749. Vetuſtiſſimus tamen Manuſcriptorum lectionis prodit diverſitatem, qua citationis abſurditas tollitur. Habet enim: Τῷ δ' ἄρ' Ἴωλοι ἕποντο Μενεπτόλεμοι Περραιβοί. Sed alius: Τῷ δ' Αἰνιῆνες Μενεπτόλεμοί τε Περραιβοί.

ἸΩΝΗ, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀντιόχεια, ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, ἣν ᾤκισαν Ἀργεῖοι] Scaliger in Animadverſ. ad Euſebium pag. 130. profitetur libenter ſe diſcere velle, ſi quis docere velit, quando Ἀργεῖοι ᾤκισαν τὴν Ἀντιόχειαν. Dein ſubjicit, videndum, an ſentiat *Antiochiam* ab Io filia Inachi Argivi conditam, à qua Ἰώνη dicta fuerit. Idque comprobat loco Cedreni. Rem acu tetigit Scaliger. Libanius enim Oratione XIII. ad Theodoſium ἐπὶ ταῖς διαλλαγαῖς, ſive, poſtquam recepti eſſent in gratiam Antiocheni, pag. 417. καὶ γέγονας οἰκιστὴς διὰ τῆς σωτηρίας· οὐ λίθους ἐπὶ λίθοις διὰ τεκτόνων τιθείς· οὐδ' ἐναρμόττων ξύλα· οὐδ' ἐπάγων κέραμον, οὐδ' εἰς πόνον καὶ τὸ καθῆσθαι μερίζων τὸν ἐνιαυτόν· οὐδὲ πολλῶν ἐτῶν εἰς τὸ πᾶν δεόμενος· ἀλλ' ἀπὸ γνώμης τε ἡμέρου, καὶ γραμμάτων ὀλίγων, καὶ τοῦ κρείττω θυμοῦ γενέσθαι· καὶ νῦν ἅπαντα ἐκεῖνα τὰ τῶν περὶ τὴν Ἰοῦς· τὰ τῶν ἐκείνην ζητούντων· τὰ Ἀλεξάνδρου, τὰ Σελεύκου, τὰ τῶν μετ' ἐκεῖνον ἀρξάντων σὰ γίνεται. Quem locum miror cur Federico Morello ſuſpectus fuerit, cum non male verterit: *Atque ejus conditor ſalute conceſſa extitiſti: non lapides lapidibus architectorum opera addens neque trabes aſſabre jungens, nec tegulas ſuperinducens, nec anno in laborem & quietem diſtincto: nec longa annorum ſerie ad opus univerſum indigens: verum lenitate conſilii & exiguis literis & virtute æſtum animi regente. Et ecce illa jam omnia, quæ ante Ionem contigerunt, & eorum, qui illam quæſiverunt, acta: & Alexandri Seleucique & eorum etiam, qui poſt illos regnaverunt, præclara opera, tua exiſtunt.* Dicit enim orator Imperatorem ſervando ſive non diruendo urbem Antiochenſium, quod culpa meruerant (dejecerant enim in ſeditione quadam Flaccillæ Auguſtæ ſtatuas) conditorem ejus auctoremque factum. Itaque omnem priorum conditorum gloriam eum in ſe tranſtuliſſe, omnia beneficia in urbem unquam collata eum jure tamquam à ſe profecta imputare. De *Ionis* autem fuga, Inachi manu ad eam inveſtigandam miſſa, *Ioniſque* illa occaſione conditu videnda ejuſdem Orat. XI. quæ inſcribitur Λόγος Ἀντιοχικός. Cæterum illud quoque monendum videtur Gazam quoque *Ionen* dictam, teſte Stephano ſupra v. Γάζα.

ἸΩΝΙΑ, ἡ Ἀττικὴ πρότερον] MSS. auctius: ἸΩΝΙΑ οὕτως, &c.

— Καὶ Ἰωνικίζω ῥῆμα] Et Ἰάζω apud Dicæarchum.

ἸΩΤΑΠΑΤΑ, πόλις Συρίας· Ἰώσηπος τρίτῳ] Ἰωτάπη Ptolemæi lib. V. Geogr. cap. 8. Ἰωτάπη Notitiæ Epiſcopatuum MS. ab hac diverſa eſt (Ciliciæ ſcilicet) Ἰωτάπατα Syriæ à Joſepho contra Veſpaſianum per ſeptem & quadraginta dies defenſa, ejuſque captivitate nobilitata. Quæ deſcribit ipſe lib. III. Belli Judaïci cap. 6. & ſeqq.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

K.

KΑΒΑΛΙ'Σ, πόλις πλησίον Κιβύρας, πρὸς νῶτον Μαιάνδρου] Locus hic depromptus eſt ex Strabone lib. XIII. pag. 630. ſed qui hinc reſtituendus eſt. Legitur enim: Τὰ δ' ἑξῆς ἐστὶ τὰ πρὸς δύσιν, ἡ τῶν Ἀντιοχέων πόλις τῶν ἐπὶ Μαιάνδρῳ τῆς Καρίας ἤδη. τὰ δὲ πρὸς νότον Κίβυρά ἐστιν ἡ μεγάλη, καὶ ἡ Σίνδη καὶ ἡ Καβαλαῒς μέχρι τοῦ Ταύρου καὶ τῆς Λυκίας. Sed corrigendum Καβαλίς. *Verſus occaſum ſequitur Antiochia ad Mæandrum Cariæ olim: verſus meridiem Cibyra magna, Sinda, Cabalis uſque ad Taurum & Lyciam.* Ex quo loco apparet apud noſtrum ſcribendum, πρὸς νότον M. Mox incolæ hujus urbis apud eundem Strabonem male Καβαλλεῖς dicuntur pro Καβαλεῖς. & paullo poſt item perperam: Λέγονται δ' ἀπόγονοι Λυδῶν Κιβυρᾶται τῶν Καταχόντων τὴν Καβαλλίδων· pro Καβαλίδα. *Cibyratæ dicuntur prognati à Lydis, qui Cabalidem obtinuerunt.*

— Ὁ πολίτης, Καβαλεύς] Apud Herodotum lib. VII. cap. 77. vocantur Καβαλέες hujus urbis incolæ.

— Ὡς Στράβων ἐν τῇ εἰρημένῃ] Ergo ante citaverat locum Strabonis; eum, quem paullo ante adduximus, ſcilicet ex lib. XIII.

ΚΑΒΗΣΣΟ'Σ, πόλις ἐν Καππαδοκίᾳ, πατρὶς Ὀθρυονέως. Ὅμηρος,
Καβησσόθεν ἔνδον ἐόντα] MSS. PP. & Ed. Ald. legunt: ΚΑΒΑΣΣΟ'Σ. & ſic ordo literarum poſtulat. Supra v. Ἀγάθυρσοι· Ἀπὸ δὲ τοῦ Καβάκησος οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν Καβασσός. πόλις δὲ αὕτη Ὀθρυόνεως, περὶ ἧς βιβλίον ὅλον συνέγραψε. δειχθήσεται δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ τοῦτο ψεῦδος. Ex quo loco apparet hic multa reciſa eſſe. Suidas: Καβησός, πόλις. καὶ Καβησόθεν ἀπὸ Καβησοῦ πόλεως. & ſic pariter Homerus, non ut hic, Καβησσόθεν, Iliad. N. v. 363.

Πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα.

Interficit enim Othryoneum ex Cabeſo qui aderat.

Ergo Καβασσὸς, Καβησσὸς, Καβησὸς & Κηβησσὸς una eademque urbs, ſed quæ ob regionum viciniam diverſis regionibus adſcribitur. A Stephano *Cappadociæ*, ab aliis Lyciæ, à Ptolemæo Minori Armeniæ lib. v. Geograph. cap. 7. Curtius Ciliciæ videtur tribuere. Apud illum enim lib. III. cap. 4. ſic videtur legendum: *Multa in ea regione monumenta vulgata carminibus vetuſtas exederat. Monſtrabantur urbium ſedes, Lyrneſſi & Cebeſſi.* Edd. Antiq. habent *Cebeſti*. Ad hanc urbem pertinet nummus, quem Gazophylacium Mediceum aſſervat, in quo ſub Hygeia & Æſculapio, ΚΗΒΗΣΣΕΩΝ. circum ΕΠΙ. ΑΥΡ. ΜΑΡΚΟΥ. ΑΡΧ. ΠΡΩ. ΤΟ. Β. Vide infra v. Κύβασσος.

— Μάζακα δὲ ἡ Καππαδοκία ἐκαλεῖτο Καισάρεια] Lege: Καππαδοκίας. non enim *Cappadociam* ſic vult appellatam, ſed *Cappadociæ* urbem. Infra: Μάζακα, πόλις Καππαδοκίας, ἡ νῦν Καισάρεια. Vide & v. Καισάρεια. Cl. Salmaſius exiſtimat nihilominus vulgatam lectionem tolerari poſſe, ut intelligatur ἐθνικῶς dici, ut à Κίλιξ Κιλίκιος. Καππαδόκιον enim Κώρυκον dixit alicubi in Orationibus Themiſtius.

— Ὡς τὸ Καμειρόθεν] An Κασπειρόθεν. Vide infra v. Κάσπειρος.

ΚΑΒΕΙΡΙ'Α, πόλις τῆς κάτω Ἀσίας.

— Τοῦτο τὸ ἐθνικὸν, Καβείριος] Pyrrhus Ligorius in Collectionibus ex gemma veteri adducit, ΚΑΒΕΙΡΙΑ ΣΕΛΗΝΗ.

— Καὶ Καβειριὰς, παρὰ τὸ Καβείριος] MSS. inſigni additamento locum hunc augent, hoc modo: Καὶ Καβειριὰς, καὶ Νύμφαι Καβειρίδες ἀπὸ Καβείρου τῆς Πρωτέως καὶ Ἀγχινόης, ἀφ' ἧς καὶ Ἡφαίστου Κάδμιλός ἐστι. καὶ ἡ μὲν Καβειρὶς παρὰ τὸ Καβειρός. Vide Scholiaſten Apollonii Rhodii lib. I. v. 917.

ΚΑΒΥ'ΛΗ, πόλις Θρᾴκης, οὐ πόῤῥω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας] Vide Harpocrationem & Suidam. Paulus Diaconus lib. VI. à Lucullo dicit captam.

ΚΑΔΜΕΙ'Α, πόλις, Θηβῶν ἀκρόπολις.

— Καὶ Καδμείονες] Καδμείωνες. Euſtathius ad Iliad. Δ. pag. 487.

— Καὶ τὸ τεῖχος, Καδμεία] Τεῖχος hic caſtellum ſignificat.

ΚΑ'ΔΟΙ, πόλις Μυσίας· Στράβων ιβ', ἐν Δορύλαον πόλις, ἐν Κάδοι] Apud Strabonem lib. XIII. pag. 576. legitur Δορύλαιον. unde & ſic hoc loco ſcribendum.

— Τὸ ἐθνικὸν, Καδηνός] In nummo Claudii Cæſaris in Theſauris Mediceis circum virum pileatum & togatum, dextra piſcem, ut videtur, protendentem: ΕΠΙ. ΜΕΛΙΤΩΝΟΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. ΚΑΔΟΗΝΩΝ. clariſſimis literis. Plinius quoque *Caduenos* vocat. Itaque dubium nullum eſt, quin hic quoque Καδοηνὸς ſcribendum. Triſtanus Tom. I. pag. 352. producit nummum Domitiæ Auguſtæ, in quo circum Dianam Epheſiam legitur: ΚΑΛΟΗΝΩΝ. Neſcio an ſatis accurate inſpexerit expreſſeritque nummum. Vix enim dubito, quin & iſthic ΚΑΔΟΗΝΩΝ ſculptum fuerit. Cæterum quæ ad ejus explicationem de *Caloë* lacu ex Strabone affert, & de *Caloënæ* Dianæ cultu diligenter conſideranda.

ΚΑΔΟΥ'ΣΙΟΙ, ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καὶ τοῦ Πόντου] Καδδούσιοι per geminum δδ ſcribuntur Polybio lib. v. pag. 389. & pag. 421.

ΚΑ'ΔΡΕΜΑ, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ὀλβίων. ἑρμηνεύεται δὲ σίτου φιγμὸς ἡ πόλις] MSS. pro φιγμὸς legunt φυγμός. Unde Cl. Salmaſius

putabat legendum, φρυγμὸς. Saltem aliquo ſenſu: nam in vulgata eſt nullus.

ΚΑ´ΘΑΙΝΑ, *πόλις Ἰνδική*] Apud Strabonem lib. xv. pag. 699. unde hæc deſcripta, Καθέα ſcribitur. Sed MS. hic legit, ΚΑ´ΘΑΙΑ. Et mox pro, Καθαιναῖος, Καθαιαῖος. Optime.

ΚΑΙΝΙ´ΝΗ, *πόλις Σαβίνων, ἡ ὑπὸ Ῥωμύλου ἁλοῦσα, τὸ ἐθνικὸν Καινίτης*] MSS. ΚΑΙΝΙ´ΤΗ. male. Καινίνη enim appellatur Dionyſio lib. II. pag. 101. Nicolao Damaſceno in Excerptis apud Conſtantinum Porphyrogennetam pag. 469. & Romanis ipſis. Vide Philippum Cluverium lib. II. Ital. Antiq. pag. 664. & de urbe & de gentili.

ΚΑΙΡΗ`, *πόλις Τυῤῥηνίας. τὸ ἐθνικὸν, Καιρητανός*] Supra v. Ἄγυλλα urbs ſcribitur, Καῖρε, gentile Καιρετανοί.

ΚΑΙΝΥ`Σ, *νῆσος πλησίον Πελωριάδος, τῆς κατὰ Σικελίαν ἄκρας, πρὸς δύσιν νεύουσα*] Auctor hoc loco admodum oſcitanter Strabonem tractavit, dum *Cænyn* facit inſulam, quam ille docet eſſe promontorium lib. VI. pag. 257. Vide Philippum Cluverium lib. IV. Sicil. Antiq. cap. 15. pag. 1294. Iſaacus Caſaubonus eo excuſare Stephanum conatur, quod promontoria non raro peninſulæ & inſulæ appellentur; ad Strabonem lib. III. pag. 57. Vide ſupra v. Ἀχίλλειος δρόμος.

— *Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας Καινύσιον*] Infra ſcribitur Καγύσιον. Rectius.

ΚΑΙΣΑ´ΡΕΙΑ, *μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν Εὐσέβεια, καὶ Μάζα, ὡς Στράβων*] Scribe Μάζακα. ut paullo ante v. Καβησσὸς docuit, & docebit infra v. Μάζακα. appellaturque ſic Conſtantino Porphyrogennetæ lib. I. de Them. Themate ſecundo. *Καισάρεια μητρόπολις, ἡ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Καίσαρος Ἰουλίου ὠνομασμένη. ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Μάζακα ἀπὸ Μουσὼχ τοῦ τῶν Καππαδόκων ἀρχεγόνου. Cæſarea metropolis à magno illo Cæſare Julio ita appellata, quæ antea vocabatur Mazaca à Mouſoch primo Cappadocum auctore.* A quo Suidas diſſentit v. Καισάρεια, docens à Tiberio *Cæſaream* appellatam, quæ ante *Mazaca*, poſtquam Archelao illam ademiſſet. Rurſus Sozomenes lib. V. Hiſt. Eccleſ. cap. 4. dicit ſic appellatam à Claudio. Idemque legitur in Hiſtor. Tripart. lib. VI. cap. 4. Ad hanc urbem pertinet Getæ nummus, quem habet Caſſianus à Puteo, quique ab Occone eſt editus, in quo circum Herculem cum hydra pugnantem: ΚΑΙCΑΡΕΙΑC CΕΒΑCΤΗC ΜΗΤΡΟΠ. ΤΗC ΙΕΡΑC ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Cui ſimilis alius Macrini cum filio Diodumeniano apud Triſtanum Tom. II. pag. 292. In quo circum montem Argæum. ſub quo hæc urbs ſita erat: ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΚΑΙCΑΡΙΑC. ſubtus: ΝΕΟΚΟΡΟΥ. ΕΤ. Β. Item alius Alexandri Severi apud eundem Tom. II. pag. 399. in quo circum eundem montem: ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙCΑΡΕΙΑ. ſubtus: ΕΤ. Β. Hinc Solinus cap. XLVII. *Mazacam ſub Argæo ſitam Cappadoces matrem urbium nominant. qui Argæus nivalibus jugis arduus, ne æſtivo quidem torrente pruinis caret: quemque indigenæ populi habitari Deo credunt.*

— *Ἔστι καὶ Παλαιστίνης*] Hæc *Stratonis turris* ante dicta, ab Herode vero inſtaurata *Cæſareæ* nomen accepit. Poſtea *Colonia Prima Flavia* à Veſpaſiano. Plinius lib. V. cap. 13. *Stratonis turris, eadem Cæſarea, ab Herode rege condita: nunc Colonia Prima Flavia, à Veſpaſiano Imperatore deducta.* Apud Franc. Gotifredum vidi inſignem nummum, in cujus una parte circum effigiem Titi Imperatoris: TITO. FLAVIO . . . in averſa circum caput muliebre turritum: COL. CÆSARIA. LIB. ΦΛΑ. Ad cujus nummi explicationem imprimis facit, quod Jacobus Cujacius obſervat lib. X. Obſervat. cap. 35. Nimirum hanc *Cæſaream*, licet colonia fuerit provincialis, nihilominus immunem fuiſſe Veſpaſiani beneficio ex *l. ult. D. de cenſibus*. Porro ad hanc urbem pertinet quoque M. Aurelii nummus, in quo circum caput Serapidis: COL. PR. FLAV. CÆSAREA. Item ſimilis Caracallæ & alius Antonini Pii, in quo COL. PRIMA FLAV. CÆSAREA. Triſtanus Tom. II. pag. 168. ſimilem Caracallæ profert. Sed in ejus explicatione mire hallucinatur: cognomen enim *Flaviæ* inverſo literarum ordine ſcriptum, ΑΛΦ. de *Diana Alphæa* in Elide explicat.

— *Καὶ τρίτη, πρὸς τῇ Πανεάδι*] Ad hanc ſpectat nummus æreus Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini, in quo ab una parte caput virile cum inſcriptione: ΒΑCΙΛΕΥC ΗΡΩΔΗC. in averſa coronæ inſcriptum: ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΙΣΑΡΙΑ. Item alius M. Aurelii Antonini in Gazophylacio Mediceo, in quo circum Panem deum rupi innixum: ΚΑΙC. CΕΒ. ΙΕΡ. ΚΑΙ. ΑΣΥ. ΥΠ ΠΑΝΕΙΩ. ΡΟ. Β. De *Paneo* monte & fontibus Jordanis ad ejus radices Euſebius lib. XII. Hiſt. Eccleſ. cap. 17. *Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύουσι, φασὶ παρὰ τὰς αὐτόθι δεικνυμένας ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ καλουμένου Πανείου ὄρους πηγαῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἰορδάνην προχεῖσθαι. Apud Cæſaream Philippi, quam Phœnices Paneada nominant, ad pedes Panei montis fontes viſuntur, ex quibus profluit Jordanis.* Item alius Antonini Pii in Gazis Mediceis, in quo circum montem, cui inſiſtit figura nuda haſtata: ΚΑΙCΑΡΕΩΝ Γ ΠΑΤΙ. Ad hanc urbem magnificentiſſimum templum in Auguſti honorem extructum fuit, cujus & nummus meminit in ejuſdem honorem

cuſus

cuſus cum hoc titulo: ΘΕΙΟΥ CΕΒΑΣΤΟΥ ΠΑΤΡΟC ΠΑΤΡΙΔΟC. in averſa vero circum templum: ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. ΦΙΛΙΠΠΟΛΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Unde apparet gentile fuiſſe, Καισαρεὺς Φιλιππολίτης. Vide Occonem pag. 82.

ΚΑΛΑΒΡΙΆ, χώρα πλησίον Ἰταλίας] *Calabriam* hic ab *Italia* diſtinguit: quia diſtinctæ erant provinciæ.

ΚΑΛΆΘΗ, πόλις οὐ πόρρω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.

— Ἔφορος δὲ Καλάθουσαν αὐτὴν φησιν] An ſcribendum Ἔφορος? Salmaſius ſic divinabat.

— Ὡς νύσιος] Forte, ὡς Οἰνοῦσιος. Vide infra v. Οἰνοῦσαι.

ΚΆΛΑΡΝΑ, πόλις Μακεδονίας, ὡς Λούκιλλος ὁ Ταῤῥαῖος] MSS. ὡς Λούκιος ὁ Θαῤῥαῖος.

ΚΑΛΑΣΙΡΙΣ, μοῖρα Αἰγύπτου· Ἡρόδοτος β΄. οἱ καὶ Καλασίριοι, καὶ Καλασιρίαι] Apud Herodotum lib. II. cap. 164. & ſeqq. non Καλάσιρις ſcribitur ſingulari numero & ut regionis nomen, ſed Καλασίριες plurali & tamquam gentis. Videtur & ſic à noſtro ſcriptum, quoniam ſubjungit, οἱ καὶ Καλασίριοι. Supra v. Ἑρμοτυμβιεῖς hæc vox pariter corrupta extat, ut ibi monuimus.

ΚΑΛΑΤΙΆΙ, γένος Ἰνδικόν] Ἴνδοι Καλαντίαι vocantur Herodoto lib. III. cap. 97.

ΚΑΛΑΥΡΕΙΑ, νησίδιον πρὸς τῇ Κρήτῃ] Sic appellatur etiam Harpocrationi: Straboni, Plutarcho, aliis Καλαυρεία. De ſcriptura & accentu hujus vocis diſputat Euſtathius ad Dionyſium v. 499. & Καλαύρεια ſcribendum docet. Suidas: Καλαβρεία, νῆσος πλησίον Τροιζῆνος. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Εἰρήνη. perperam pro Καλαύρεια. *Calauria, inſula prope Trœzenem: olim autem vocabatur Irene.* Fuerunt & aliæ inſulæ circa *Cretam*: ut Κύθηρα, Σίκινος, de quibus vide infra ſuis locis.

— Ὅσον τετταράκοντα σταδίων] Locus hic deſcriptus eſt ex Strabonis lib. VIII. pag. 373. unde hic poſt σταδίων addendum, ἔχον τὸν κύκλον.

— Ἐκαλεῖτο καὶ Εἰρήνη] Sic etiam Suidas loco paullo ante adducto. Plutarchus in Quæſt. Græc. pag. 295. Τὴν Καλαυρείαν Εἰρήνην τὸ παλαιὸν ὠνόμαζον ἀπὸ γυναικὸς Εἰρήνης, ἣν ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Μελανθείας τῆς Ἀλφειοῦ γενέσθαι μυθολογοῦσιν. Ὕστερον δὲ τῶν περὶ Ἄνθην καὶ Ὑπέρην, αὐτόθι κατοικούντων, Ἀνθηδονίαν καὶ Ὑπέρειαν ἐκάλουν τὴν νῆσον. *Calauria antiquitus dicta fuit Irene, à femina Irena, quam fabulantur natam Neptuno & Melanthia Alphei filia. Poſtmodo cum Anthes Hypereſque cum ſuis ibi habitarent dicta fuit Anthedonia & Hyperia.*

ΚΑΛΗ ἀκτὴ, πόλις Κρηνῶν] Legendum: πόλις Σικελῶν, uti ex Herodoto apparet lib. VI. cap. 22. Ἡ δὲ Καλὴ αὕτη ἀκτὴ καλεομένη ἐστὶ μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς Σικελίης. Et MSS. qui habent Καλῶν, pro Κρηνῶν, ſic ut prima ſyllaba cum præcedentis fine cohæreat, lectionis hujus præbent indicium.

— Ἔστι δὲ μεγάλη κώμη] Locus corruptus: non enim hoc vult *Calacten* vicum eſſe magnum, ut verba ſonant, ſed exempla adducit alia. Itaque legendum: Ἔστι δὲ ὡς Μεγάλη Κώμη. Supra v. Διοσκούρων Κώμη, adducitur Μεγαλοκωμήτης ἐκ δύο ἓν παράγωγον.

— Καὶ ἀκτίτης] An non legendum, καὶ Καλακτίτης? Diodoro Siculo lib. XII. appellantur Καλακτῖνοι. & ſic pariter Ciceroni & Priſciano. In nummo etiam antiquo apud Philippum Parutam in Numiſmatibus Siciliæ pag. 102. legitur: ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ. In alio tamen ΚΑΛΛΑΚΤΙΩΝ. Corruptum eſt hoc gentile apud Suidam v. Καικίλιος. ubi, Καλλαντιανὸς, Καλλάντις δὲ πόλις Σικελίας, ſcribitur: pro Καλακτῖνος & Καλάκτη. Ita enim appellata contracte etiam hæc urbs, ut & Καλάκτα, à Græcis; & Latinis *Calacte*. Similem errorem tollemus in Athenæo infra ad v. Παλική.

— Ἡ Καλοακτίτης διὰ τοῦ ι] Lege: διὰ τοῦ ο.

— Ἐπεὶ, καὶ παρὰ τὸ Ἀκτὴ, Ἀκτικὸς, καὶ Ἀττικός] Cl. Salmaſius legit: καὶ ὁ Ἀττικός.

ΚΆΛΑΡΟΣ, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀλωπεκία νῆσος] Lego una voce, Ἀλωπεκόννησος, uti ſtatim repetitur. Hæc enim de *Alopeconeſo* Propontidis inſula, non de *Alopecia*, Mæotidis paludis, accipienda clare evincunt ea, quæ ſupra v. hac ſcribuntur.

ΚΑΛΗΣΙΆ, πόλις Αὐσονική] Apud Ptolemæum inter mediterranea Campaniæ oppida recenſetur Καλὴς, quod Latinis ſcriptoribus *Cales*, plurali numero, cujus oppidani Straboni lib. V. Καληνοί. Id forte idem eſt cum *Caleſia*. Niſi quis Καλατίαν potius credat, proximum *Calibus* oppidum, cujus incolæ *Calatini*. Idque rectius mihi cum *Caleſia* convenire videtur. Hic accurate tractandum de *Calibus*, *Caleno*, & duabus *Calatiis*, hoc eſt, *Calvi*, *Carinola*, *Cajazzo*.

ΚΑΛΑΤΙΒΟΣ, πόλις Λιβύης· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ] Apud Herodotum lib. VII. cap. 31. ſcribitur Καλλάτηβος. Unde hoc quoque loco Καλλάτηβος aut Καλάτηβος ſcribendum cenſeo, ordine literarum id poſtulante. Deinde pro Λιβύης MSS. habent Λυδίης. Et ſic Herodotus d. l. Quare & ſic reponendum.

ΚΆΛΑΤΙΣ, πολίχνιον ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου] Videtur ſcribendum ΚΆΛΛΑΤΙΣ, ordine exigente literarum. Et ſic ſcribunt Etymologus & Suidas: alii rurſus per Λ ſimplex. Fuit autem colonia Heracleenſium Ponticorum. Memnon apud Photium Narrat. XXII. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον χρόνῳ πόλεμος ἀνεῤῥάγη Βυζαντίοις πρὸς Καλλατιανοὺς (ἄποικοι δὲ οὗτοι Ἡρακλεωτῶν ἦσαν) καὶ πρὸς Ἰστριανοὺς περὶ Τό-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

μεως τοῦ ἐμπορίου, ὃ τοῖς Καλατιανοῖς ὅμορον ἦν· μονοπώλιον τοῦτο διανοουμένων κατασκευάσαι τῶν Καλατιανῶν. *Interlapſo hinc tempore aliquo Byzantinis bellum adverſus Calatianos (Heracleotarum Colonia hæc eſt) & Iſtrianos erupit : propter Tomin, emporium Calatianis vicinum, quod monopolium ex eo facere, animo conceperant Calatiani.* Videtur autem hæc urbs nomen accepiſſe à *Callete* Heracleenſium fluvio, cujus idem Memnon meminit capite ſequenti : Γάλαται ὡς ἐχθρὰν τὴν Ἡράκλειαν κατέδραμον, ἕως Κάλλητος ποταμοῦ. *Galatæ Heracleam, ut inimicam, invaſerant, ad Calletem uſque fluvium.* Etymologus à vicina palude ſic dictam ſcribit ex Oro : Κάλλατις, πόλις ἐστὶ κτισθεῖσα ὑπὸ Ἡρακλεωτῶν. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς παρακειμένης λίμνης. Ὦρος.

— Κάλαθος εὑρέθη ἐοικὼς τοῖς Θεσμοφοριακοῖς] Cl. Salmaſius legit : ἐν ᾗ κάλαθος εὑρέθη ε. τ. Θ. Sed *Calathus* ille myſticus non in *Theſmophoriis*, ſed Eleuſiniis ſacris vehebatur, ut docet Joannes Meurſius lib. de Eleuſiis cap. XXV. Verum, ut idem, notat ſæpe hæc veteres Grammatici confundunt.

— Ὁ πολίτης, Καλατιανός] In nummo apud Franc. Gotifredum circum duas figuras equeſtres, Caſtorem puto & Pollucem, legitur : ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ. In averſa Cereris figura conſpicitur. Apud alios tamen per Λ ſimplex. Vide ſupra v. Ἀμασεύς.

— Ἔοικε δ' εἶναι ἀπὸ τοῦ Καλατία] Extat hoc in nummo apud Hubertum Goltzium.

ΚΑΛΛΙΑΙ, πόλις μία τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ Τελπόλεως] Supra v. Βωμοὶ ex Thucydide hæc urbs pariter *Ætoliæ* adſcribitur.

— Ὁ πολίτης, Καλλιεύς, ὡς σπανίας] Olim putabam gentilitium aliquod ſimile latere in corrupto σπανίας, divinabamque Πανιεύς aut Φανιεύς. Verum poſtea vidi aliud quid latere, legendumque procul dubio : ὡς Παυσανίας. Apud illum enim lib. x. pag. 650. & ſeq. ter quaterve hoc gentile legitur. & ipſum oppidum Κάλλιον neutro genere dicitur, idemque facit noſter infra v. Σόλλιον.

— Ἔστι καὶ χωρίον πλησίον Ταλάντου] MS. melior pro Ταλάντου, legit Τάραντος. Iſaacus Caſaubonus, Ταράντου. & de *Calliſis* intelligit. Ego vix dubito, quin à Stephano ſcriptum fuerit, Σαλάντου. Oppidum enim Σαλλεντία, quod noſter infra commemorat, unde *Sallentini*, quodque Plinio *Soletum* (neſcio an ſatis recte) Σάλαντον quoque antiquioribus Græcis dictum omnino cum Cluverio ſentio. Nam in nummis eorum legitur Σαλαντίνων. non Σαλλεντίνων aut Σαλεντίνων, ut Græci Latinique auctores vocant : tum hoc quoque tempore *Salanto* nominatur. Decem circiter ab hoc oppido paſſuum millibus *Callipolis* jacet maritima urbs. Hanc ego *Callias* illas poſteriores Stephani eſſe non dubito. Iſaaci Caſauboni emendatio nequaquam ferri poteſt : *Tarentum* enim Græcis Τάρας non Τάραντον. *Calliſæ* autem plus centum paſſuum millibus inde jacent in mediis Hirpinis.

ΚΑΛΛΙΑΡΟΣ, πόλις Λοκρῶν, ἀπὸ Καλλιάρου τοῦ Ὀδοιδόκου καὶ Λαονόμης] Transſcripſit hæc Euſtathius ad Iliad. B. pag. 277.

— Στράβων δ' ἐν ἐννάτῃ παρὰ τὸ εὔηροτον αὐτὴν εἶναί φησι. Καλλίαρα οὐδετέρως] Neſcio unde hæc hauſerit. Certe non ex Strabone. Saltem nihil quidquam tale hodie apud illum extat.

ΚΑΛΛΙΠΟΛΙΣ, πολίχνιον Λαμψάκου * ἐν τῇ Περαίᾳ τῆς Χερρονήσου] Tollendus eſt aſteriſcus : nihil enim deeſt.

— Δευτέρα κατὰ τὴν Ἀνάπλουν, &c.] Præter illas, quas hic enumerat, occurrit adhuc alia *Callipolis* infra v. Κόραξ.

ΚΑΛΠΑΙ, πόλις Βιθυνῶν] In nummo M. JULII PHILIPP. CAESARIS circum triremem legitur : C. J. CALPA. & ſubtus D. D. Unde apparet coloniam eo deductam à Philippo Imperatore, & *Coloniam Juliam Calpen* dictam fuiſſe.

— Καὶ Καλπῖνος, ὡς Πεύκη, Πευκῖνος] Puto rectius legi Καλπηνός. ita enim etiam legitur infra, Πευκηνός. Altera autem forma Italica eſt.

— Καὶ τὴν πόλιν, Κάλπειαν· τινὲς τούτους Καρπιτανοὺς, ὡς Καλεπιανοὺς φασι] Locus mutilus & qui ſic explendus videtur : Ἔστι δὲ καὶ ὄρος τῆς Ἰβηρίας, πρὸς αὐτὸ πόλις Κάλπη. ex Strabone lib. III. pag. 140. Cujus locum ab Iſaaci Caſauboni emendatione recte vindicat Henricus Valeſius in Notis ad Excerpta Nicolai Damaſceni. Ubi reliqua auctoris noſtri ſic ordinat : Τὸ ἐθνικὸν, Καλπιανὸς, λέγουσι γὰρ καὶ τὴν πόλιν Κάλπειαν, τινὲς τούτους Καρπιτανοὺς οὐ Καλπιανοὺς φασι. multo profecto felicius, quam Salmaſius, qui ſic ſanabat : τινὲς τούτους Καρπιτανοὺς, ὡς Καλπειανοὺς φασι καὶ τὴν πόλιν Κάρπειαν. Cæterum Nicolaus Damaſcenus pag. 482. Καλπίαν vocat, non Κάλπειαν, quod propius cum gentili convenit. Stephani autem ſcriptura uſitatam Græcorum formationem ſequitur. Utroque enim modo hæc nomina ſcribebantur, ut alibi pluribus exemplis oſtendi.

ΚΑΛΥΒΗ, πόλις Θρᾴκης, ἄποικος Μακεδόνων] Strabo lib. VII. pag. 320. Ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. *Supra Byzantium eſt Aſtorum gens, in qua eſt urbs Calybe, in qua Philippus Amyntæ filius peſſimos homines collocavit.*

ΚΑΛΥΔΝΑ, νῆσος καὶ πόλις Θήβης, ἀπὸ Καλύδνου παιδὸς Οὐρανοῦ] Strabo lib. XIII. pag. 604. *Calydnas* dicit inſulas duas parvas inter

inter *Lectum* & *Tenedum* jacentes. Unde Tzetzes ad Lycophronem pag. 8. Καλύδναι, νῆσοι Τροίας, ἀπό τινος Καλύδνου. Nautica Batavorum Mediterranea inſulas *Mavaneas* vocat. Unde apparet non verſus *Lectum*, promontorium, ſed verſus Sigæum & Helleſponti fauces eſſe ſitas.

— Ὁ πολίτης Καλυδναῖος] Hinc Ἄνδρων Καλυδναῖος, ſculptor, in ſtatuis apud Pyrrhum Ligorium.

ΚΑΛΥΔΩ'Ν, Αἰτωλίας πόλις, ἀπὸ Καλυδῶνος, τοῦ Ἐνδυμίωνος, ἢ τοῦ Αἰτωλοῦ] Xenophon lib. III. Hiſt. Græc. pag. 530. Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ Ἀχαιοὶ ἔχοντες Καλυδῶνα, ἥ τὸ παλαιὸν Αἰτωλίας ἦν, καὶ πολίτας πεποιημένοι τοὺς Καλυδωνίους, φρουρεῖν ἠναγκάζοντο ἐν αὐτῇ. *Secundum hæc Achæi, qui Calydoniis in civitatem ſuam adſcitis Calydonem obtinebant, quondam Ætoliæ oppidum, impoſito illud præſidio tueri cogebantur. Aiton* hodie dici tradit Cyriacus Anconitanus, idemque confirmat Franc. Sangallus, qui in opere Antiquitatum nondum publicato, in edito monte ſitam ait, tria paſſuum millia à ſinu Corinthiaco remotum. Reliqua hujus loci vide etiam apud Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 311.

ΚΑ'ΛΥΜΝΑ, νῆσος, ἣν ὁ Σκήψιος πληθυντικῶς καλύμνας φησί] Vicina hæc inſula fuit *Calydnæ*, quam paullo ante deſcripſit. Unde promiſcue *Calymnæ* & *Calydnæ* ſunt appellatæ. Quod procul dubio antequam Hermolaus locum hunc contraxiſſet, hic fuerat dictum: uti colligere eſt ex Euſtathio & ad Homerum Iliad. B. pag. 319. & Dionyſium pag. 77. Omnia enim ex Strabone hauſta lib. x. pag. 489. quem adi, ſi lubet.

— Τὸ ἐθνικὸν, Καλυμνιάτης] MSS. τὸ ἐθνικὸν, Καλύμνιος· ὡς Στράβων ι. Καλύμνιον μέλι ἐκεῖ εἶναί φησι. Et ſic olim legit Euſtathius.

ΚΑ'ΛΥΝΔΑ, πόλις Καρίας, ὡς Κάρυνδα] Lege: ὡς Καρύανδα. Vide infra h. v. Καλυνδικῶν ὅρων meminit Herodotus lib. I. cap. 172.

ΚΑ'ΛΥΤΙΣ, πόλις Συρίας.

— Ὁ οἰκήτωρ, Καλύτης] Rectius, Καλυτίτης. ut Κανυτίτης. Puto autem *Calytin* & *Canytin* unam eandemque Syriæ urbem eſſe.

ΚΑ'ΜΑΡΑ, πόλις Κρήτης· καὶ ὁ πολίτης, *] MSS. nihil hic juvant. Sed judicatu facile, in lacuna nihil hic periiſſe præter gentilitium, Καμαραῖος. quod Salmaſio etiam monitum.

— Ὅτι Λατὼ ἐλέγετο] MS. ἥτις Λ. ε.

ΚΑΜΑΡΗΝΟΙ', νῆσοι Ἀραβίων] Καμαρίνη Babyloniæ civitas, aliis Οὐρίη, ſive *Ur*, ut Alexandro Polyhiſtori apud Euſebium lib. IX. Præparat. Euang.

ΚΑΜΑΡΙ'ΝΑ, πόλις Σικελίας καὶ λίμνη] De *Camarina* urbe & palude videndus Scholiaſtes Pindari ad Olymp. Od. v. pag. 40.

ΚΑΜΒΥ'ΣΗΝ, κατὰ Ξέρξην, ἡ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου, Περσικαὶ χῶραι] Legendum: ΚΑΜΒΥΣΗ'ΝΗ καθὰ Ξερξήνη, &c. uti apparet infra v. Ξερξήνη.

— Ἐθνικὸν, τὸ αὐτό] Vide ſupra v. Ἀγβάτανα. & infra v. Κύρου πόλις.

ΚΑ'ΜΙΚΟΣ, πόλις Σικελίας, ἐν ᾗ Κώκαλος ἦρχεν, ὁ Δαιδάλου] *Cocali* antiquiſſimi Siciliæ tyranni regiam fuiſſe *Camicum* teſtatur & Pindari Scholiaſtes ad Pyth. Od. VI. pag. 281. Sed falſum *Cocalum* fuiſſe *Dædali* filium, quod hic noſter dicit. Unde Cluverius putabat hic excidiſſe vocabulum ξενοδόχος ante Δαιδάλου, ut auctorem à tam falſa ſententia liberaret.

— Χάραξ δὲ Γύνικον ταύτην φησίν] Supra h. v.

ΚΑ'ΜΙΡΟΣ, πόλις ἐν Ῥόδῳ] Macrob. lib. I. Saturn. cap. 17. *Camirenſes, qui ſacram ſoli incolunt inſulam.* Sic enim ibi legendum Joannes Meurſius recte docuit. Vide plura apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 315.

— Ἀπὸ τοῦ παιδὸς Κερκάφου, τοῦ Πολειάδου, καὶ Κυδίππης] MSS. habent Πηλειάδου. ſed legendum, Ἡλιάδου. Diodorus Siculus lib. v. pag. 328. enumerat ſeptem *Heliadas* ſive Solis filios, Ὄχιμον, Κέρκαφον, Μάκαρα, Ἀκτῖνα, Τενάγην, Τριόπαν καὶ Κάνδαλον. Strabo lib. XIV. pag. 654. Μετὰ δὲ τοὺς Τελχῖνας, οἱ Ἡλιάδαι μυθεύονται κατασχεῖν τὴν νῆσον, ὧν ἑνὸς Κερκάφου καὶ Κυδίππης γενέσθαι παῖδας, τοὺς τὰς πόλεις κτίσαντας ἐπωνύμους αὐτῶν.

Λίνδον, Ἰήλυσόν τε καὶ Ἀργινόεντα Κάμειρον.

Poſt Telchinas Heliadæ (ut fabulæ tradunt) inſulam occupaverunt: quorum unius Cercaphi & Cydippæ filii urbes condiderint, ac de ſe denominaverint,

Lindon, Ialyſumque argilloſamque Camirum.

Scholiaſtes Græcus Epigramm. lib. I. cap. LX. pag. 123. Κερκαφίδαι dicuntur ἀπὸ Κερκάφου. υἱοὶ Ἡλίου καὶ Ῥόδου Κέρκαφος, Ὄχιμος, Τενάγης, Τελόπους, Μακαρεὺς, Φαέθων ὁ νεώτατος. Κερκάφου δὲ τρεῖς Λίνκος, Ἰλυασὸς (lege Ἰαλυασὸς) Κάμειρος. Corruptum idem hoc vocabulum apud Cononem Narrat. XLVII. Τὴν δὲ Ῥόδον τὸ μὲν ἀρχαῖον λαὸς αὐτόχθων ἐνέμοντο, ὧν ἦρχε τὸ Ἰλιάδον γένος. ubi omnino corrigendum, Ἡλιάδων. *Rhodum autem antiquitus incolæ ibidem nati tenuerant, quibus imperaverunt Heliadæ.* Denique infra v. Λίνδος. Κέρκαφος, ὁ Ἡλίου καὶ Κυδίππης dicitur.

— Ἀπὸ Κερκάφου δὲ αἱ Ῥόδιαι γυναῖκες Κερκαφίδες] Etiam viri Κερκαφίδαι. Nam ita lib. I. Anthol. cap. LX. pag. 123. in Apollonidæ Epigrammate, & Euſtathius dicto loco.

— Πείσανδρος ὁ διασημότατος ποιητὴς, Καμιρεὺς ἦν] Apud Scholiaſten Pindari ad Pyth. Od. IX. pag 307. Πείσανδρος ὁ Καμηρεὺς ſcribitur perperam. Apud Suidam v. Πείσανδρος. Καμειραῖος & Κάμειρος legitur, quomodo

Scylax aliique ſcribunt. Alibi tamen apud eundem Suidam Κάμιρος.

ΚΑΜΜΑΝΙ'Α, μοῖρα Θεσπρωτίας· μετωνομάσθη δὲ Κεστρινία] Pauſanias lib. II. pag. 127. Κεστρίνην appellat. ubi ſic pariter vocatam ait à *Ceſtrino Heleni* filio, ut noſter paullo poſt.

— Ἐξ ἧς Κάδμος, ὁ ποταμὸς Κεστρῖνος] Forte ſcripſit: ἐξ ἧς Θύαμις. Pauſanias lib. I. pag. 19. Ἑλένου δὲ, ὡς ἐτελεύτα, Μολοσσῷ τῷ Πύῤῥου παραδόντος τὴν ἀρχὴν, Κεστρῖνος μὲν σὺν τοῖς ἐθέλουσιν Ἠπειρωτῶν τὴν ὑπὲρ Θύαμιν ποταμὸν χώραν ἔχε. *Cum autem Helenus moriens Moloſſo Pyrrhi filio regnum reliquiſſet, Ceſtrinus collecta Epirotarum manu, eam quæ ſupra Thyamin fluvium eſt regionem tenuit.*

ΚΑ'ΜΠΟΣ, κτίσμα Καμπάνου, ἀφ' οὗ ἐκτίσθησαν] Euſtathius ad Dionyſium meminit pag. 50. Etymologus: Καμπανοὶ, ὅτι Κάμπον ἔκτισαν περὶ τὴν Κύμην, τόπον οὕτω λεγόμενον. ὅθεν καὶ Κάμπη ἐκλήθη. οὕτως Ὧρος.

ΚΑ'ΝΑΘΑ, πόλις πρὸς τῇ Βόστρᾳ Ἀραβίας] Κανάθα ſcribitur Ptolemæo lib. V. Geograph. cap. 16. & Cœlæ Syriæ annumeratur. In Hieroclis Notitia Provinciarum ſub Boſtris, Arabiæ metropoli, recenſetur Κανόθα, quæ per ω ſcribitur Κανώθα Concilii Chalced. Act. I. redditurque in verſione antiqua Latina *Canotha*, ejuſque Epiſcopus Theodoſius ibi commemoratur. Qui rurſus in Subſcriptionibus Epiſtolæ Synodicæ Gennadii P. CP. Tom. I. Juris Græco-Romani pag. 189. Κανοθᾶς dicitur Epiſcopus. Rurſus in alia Notitia MS. Κανοθὰς urbs; Epiſcopus, ὁ Κανοθάδος appellatur.

ΚΑ'ΝΑΙ, πολίχνιον Εὐβοϊκὸν, ἢ Λοκρὸν, κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου] MSS. ἢ Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου κατὰ, &c. atque ita ad verbum Strabo lib. XIII. pag. 615. Κάναι δὲ πολίχνιον Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου τὰ νοτιώτατα, κείμενον ἐν τῇ Καναίᾳ. *Canæ autem oppidulum eſt Locrenſium è Cino profectorum eo, juxta extremas Lesbi verſus meridiem partes, ſitum in regione Canæa.*

— Ἔστι καὶ ὄρος Κάνη] Montis hujus meminit Herodotus lib. VII. & Strabo d. l.

— Καὶ Καναία] Sic Strabo regionem circa oppidum illud appellat.

— Στράβων ιγ'. Κιναῖος Ζεὺς, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ Κιναίου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς Κάνης] Legendum: Κηναῖος & Κηναίου. à promontorio Eubœæ. Sic Æſchylus apud Strabonem lib. X. pag. 447.

Εὐβοΐδα καμπτὴν ἀμφὶ Κηναίου Διὸς
Ἀκτὴν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.
Euboida flexam circa Cenæi Jovis
Actam, ſepulchrum pone infelicis Lichæ.

Seneca in Hercule Oetæo v. 783.

Hic rupe celſa, nulla quam nubes ferit,
Annoſa fulgent templa Cenæi Jovis.

Correxit hoc mendum in Stephano Janus Rutgerſius V. CL. lib. II. Var. Lect. cap. 6.

ΚΑ'ΝΑΣΤΡΟΝ, ἄκρον Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας] Scholiaſtes vetus Epigramm. lib. II. pag. 259. genere feminino: Κάναστρα, ἄκρον Θρᾳκίας καὶ Μακεδονίας. Et ſic pariter Tzetzes ad Lycophronem pag. 92. Κάναστρα ἀκρωτήριον, μεθόριον Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης, οὗ πλησίον ᾤκησαν οἱ Γίγαντες.

— Σοφοκλῆς δὲ ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικὰ, Καναστραῖόν φησιν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης] Scholiaſtæ Apollonii Rhodii, quos inter etiam *Sophocles* ad lib. I. v. 599.

——— Καναστραίην ὑπὲρ ἄκρην.

non ita appellant, ut hic dicitur. Habent enim: Κάναστρα, ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. non Καναστραῖον. Cæterum ſupra v. Ἄθως occurrit Καναστραίη ἀκτή. Apud Suidam v. Ἀλκυονίδες. ἀπὸ Καναστραίου, ὅ ἐστιν ἄκρον τῆς Παλλήνης. Item apud Scylacem.

ΚΑ'ΝΔΑΣΑ, ὡς Μάλασα] Lege: ὡς Μύλασα. Infra h. v.

ΚΑ'ΝΔΑΡΑ, πόλις Παφλαγονίας, ὡς ἀπὸ χοινίων τριῶν Γαγγρῶν] Cl. Salmaſius legit: ὡς χοινίων τριῶν ἀπὸ Γαγγρῶν.

— Οἱ οἰκήτορες, Κανδρηνοί· καὶ Ἥρας Κανδρηνῆς ἱερόν] Idem Salmaſius legit: Κανδαρηνοὶ, & Κανδαρηνῆς.

ΚΑ'ΝΤΑΝΟΣ, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων, ἐν περιοδείᾳ κρητικοῦ τόπῳ] MSS. ἐν περιοδείᾳ Κρητικοῦ τύπου. Unde ego mutata duntaxat litterula: ἐν περιοδείᾳ Κρητικοῦ τύπῳ. ut ſit nomen operis, quo *Cretam* inſulam, & quidquid ad ejus territorium pertinet, deſcripſerit. Cl. Salmaſius: ἐν τῷ περὶ ὁρίων Κρητικῶν κρητικῷ τύπῳ. ſed ſibi ipſe non ſatisfacit.

ΚΑΝΥ'ΣΙΟΝ, μεγίστη πόλις τῶν Ἰταλιωτίδων.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κανύσιος] Lege, Κανυσῖνος.

ΚΑ'ΝΥΤΙΣ, πόλις Συρίων μεγάλη] Eadem quæ Κάλυθις paullo ante ex Herodoto commemorata.

ΚΑ'ΝΩΠΟΣ, ἔδει γράφεσθαι διὰ τοῦ β'. Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ.

ΚΑ'ΝΩΒΟΣ, δ' ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας καὶ πεζῇ ἰοῦσιν, &c.] Lege: ἑπτακαιδεκάτῃ. Κάνωβος δ' ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις. Male enim unum idemque vocabulum diviſum eſt in duo. Poſterius enim vocabulum initium eſt loci Strabonis in priore allegati: qui totidem verbis apud Strabonem extat lib. XVII. pag. 801. De *Canobo* addit aliqua Conon apud Photium Narrat. VIII. quæ operæ pretium conſulere.

— Καὶ ἱερὸν Ποσειδῶνος Κανώβου] Strabo non *Neptuni*, ſed *Serapidis* templum *Canobi* fuiſſe d. l. auctor eſt. *Canobi* autem templum iſthic fuiſſe dicit Dionyſius v. 13.

Καὶ τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβου.
Et ſanum percelebre Amyclæi Canobi.

Unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Unde videri poſſet conjunctivam particulam hic inſerendam: Ποσειδῶνος καὶ Κανώβου. Inducor tamen ex illis, quæ apud Suidam extant v. Κάνωπος, ut credam *Canobum* eundem cum *Neptuno* Deum ab auctore habitum.

ΚΑΠΕΤΩ´ΛΙΟΝ, ἐν Ῥώμῃ λόφος] Omittitur hic Καπιτωλιάς, Cavæ Syriæ civitas, apud Ptolemæum, quæ in Hieroclis Notitia, Palæſtinæ Secundæ tribuitur. Cives inde *Capitolienſes l. ult. D. de Cenſibus.* ubi male *Capitulenſes* editur. Recte autem ibidem Cæſarienſibus conjunguntur. Liberam vero & immunem fuiſſe teſtatur nummus Severi apud Franc. Gotifredum, ubi circum templum Jovis: ΚΑΠΙΤΩ. ΙΕΡΑC. ΑΥ. hoc eſt, *Capitoliadis ſacræ & liberæ*, ſive αὐτονόμου, legitur. Errant qui & *Capitoliam* dictam putant ex veteri lapide apud Manutium & Gruterum. Nam ibi junctis vocibus DOMO CAPITOLIADE legendum. & ſic Antonini Itinerarium & Tabula Auguſtana vocant. Eodem pertinet nummus Hadriani, cujus ectypon ex Æneæ Vici ſchedis ſervat Ill. Eques Puteanus, in quo circum colonum cum bubus & labaro erecto: COL. ÆL. KAPI. ſubtus COND. & alius Diadumeniani apud Erizum pag. 463. qui pariter, ſed magis integer, apud eundem Puteanum extat, in quo circum templum Solis aut Imperatoris capite radiato, cui Victoria coronam imponere videtur, ſcriptum eſt: COL. ÆL. CAP. COMM. quod ultimum *Commodianæ* interpretor, eo, quod hoc cognomen ab Imperatore *Commodo* poſtea tulerit. Idque nummus Commodi indicat, qui penes Erizum fuit, in quo itidem circum caput muliebre turritum COL. ÆL. CAP. legebatur. Sic in nummo Antonini Pii apud M. Ducem circum caput Jovis Serapidis: CO. AE. CAP. & in alio ſimili apud Franc. Gotifredum: COL. AE. CAPIT.

— Ταρφαῖος πάλαι λεγόμενος] Scribe: Ταρπαῖος. ut infra v. Τάρπη etiam vocatur.

— Εἰρηναῖος περὶ παροξυνομένων, διὰ τοῦ ι γράφων] Εἰρηναῖος Grammaticus Alexandrinus multaque ejus opera de re Grammatica à Suida commemorantur, ut mirer Salmaſio hoc nomen ſuſpectum fuiſſe. Mentio ejus & in Hiſtoria Eccleſ. ubi ex ejus Lexico explicatur, quid ſignificet vox ὑπόστασις. Legebat autem Salmaſius, Ἐῤῥένιος.

— Ἡρωδιανὸς δὲ Καπετωλίειαν, ἐν ἓξ συλλαβαῖς] Lege: Καπετωλίειον.

— Ὅσα γὰρ ἔχει πρὸ ὑπάρχον * εἰς ος λήγει καθαρόν] Exple: Τὸ ι, καὶ εἰς ος λήγει καθαρόν.

ΚΑΠΙ´ΝΝΑ, Τυῤῥηνικὴ πόλις λέγεται καὶ πληθυντικῶς.

— Ὡς Αἰγινιάτης, καὶ Αἰγινήτης] Lege, Αἰγινάτης.

Dicebatur enim utroque modo. Vide ſupra h. v. & vv. Βεμβῖνα & Βίλβινα.

ΚΑΠΠΑΔΟΚΙ´Α, χώρα τῇ Κιλικίᾳ πρόσβοῤῥος] Claudius Salmaſius legit. κ. χ. τῇ Κιλικίᾳ πρόσχωρος.

— Τὸ ἐθνικὸν, καππάδοξ] Etymologus: καππάδοξ, σεσημείωται ἐκ τῶν εἰς ωξ ἀρσενικῶν διὰ τοῦ ο μικροῦ γραφόμενον· καὶ κλίνεται καππάδοκος· καὶ μετάγεται ἡ γενικὴ εἰς εὐθεῖαν καὶ κλίνεται καππαδόκου· τὸ δὲ καππαδόκης, κατὰ μεταπλασμόν. ἐξ οὗ καὶ ὁ Θεολόγος, οἱ σεμνοὶ καππαδόκαι, λέγει. Intelligit Nazianzenum.

— Καὶ καππαδόκης. Ἡρόδοτος δέ φησιν] Aut legendum: καὶ καππαδόκης Ἡρόδοτός φησιν. aut ſi vulgata retinenda, dicendum Herodoti verba, quæ Stephanus innuit, hic excidiſſe. Sunt autem è lib. I. cap. 72. ſequentia. Οἱ δὲ καππαδόκαι ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται. *Cappadoces vero à Græcis Syri nominantur.*

— Καὶ πανδόκισσα] Ἀπὸ τοῦ πάνδοξ, quod Heſychius explicat, ὁ ἐν πανδοκείῳ οἰκῶν.

— Διείρηται δ᾽ οὐχ ὡς νῦν εἰς πρώτην καὶ δευτέραν, ἀλλ᾽ εἰς μείζονα καὶ ἐλάττονα, καὶ μικρὰν καὶ μεγάλην] Rectius: ἢ μικρὰν καὶ μεγάλην.

ΚΑΠΡΙΗ´ΝΗ, νῆσος Ἰταλίας] Scribe: ΚΑΠΡΙ´Η, νῆσος Ι. Ultima enim ſyllaba in καπρελιώνη male eſt repetita ex ſequentis vocis initio.

— Ἐντεῦθεν ἦν Βλαῖσος σπουδογελοίων ποιητὴς, καπρεάτης] Hujus *Blæſi Meſotriba* citatur Athenæo lib. III. pag. III. & alibi *Saturnus*.

ΚΑ´ΠΥΑ, πόλις Ἰταλίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωϊκοῦ] Euſtathius ad Dionyſium pag, 50. ἐν μεσογείῳ ἐστὶν ἡ Καπύη, κεφαλὴ τῶν ὅλων, ὥς φησιν ὁ γεωγράφος, κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος, γλώττῃ Λατίνων. Sed aliam etymologiam, ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωϊκοῦ ſequi videntur nummi Medicei duo: in quibus circum aquilam diſtentis alis: ΚΑΠΥΑC. In averſa caput virile coronatum, quod exiſtimo eſſe *Capyis*, dependentibus retro tæniis. Niſi quis malit Hannibalis. Nihil enim Romanum præfert. Vide Strabonem lib. XIII. pag. 608.

— Τὸ ἐθνικὸν, καπυανός] Apud Goltzium duo viſuntur nummi, in quibus legitur: ΚΑΠΥΑΝΩΝ.

ΚΑ´ΡΑΛΛΙΣ, ἡ Καράλλεια Ἰσαυρικὴ πόλις] Lege cum Salmaſio: ΚΑ´ΡΑΛΛΙΣ ἡ Καράλλεια, I. π. In Concilio in Trullo Act. XIII. Καραλία Παμφυλίας dicitur.

— Ἔστι καὶ καραλία δι᾽ ἑνὸς λ, Λιβυκὴ πόλις] Suſpicor auctorem *Caralin* Sardiniæ metropolin hic deſignare, quam Carthaginienſium fuiſſe coloniam auctor in Phocicis Pauſanias. Ejus autem cives *Caralitani* & *Caralitæ*. In veteri nummo apud Goltzium: ΚΑΡΑΛΙΤΩΝ. Unde puto & hic pro καραλία reſcribendum κάραλις. Confirmat hanc conjectu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

jectuꝛam id, quod habet noſter infra v. Σόλκοι. Nec refert, quod *Libycam* dicat civitatem, quæ Carthaginienſium imperio ſubjecta eſſet extra *Libyam*; ſic enim ſolet noſter impingere, ut jam ante monuimus vv. Ἀσπαῖοι & Ἵππανα.

ΚΑ'ΡΑΝΝΑ, πόλις Γαλατίας ὑπὸ Ῥωμαίων συνοικισθεῖσα] Ex gentili, tum Strabone lib. XII. pag. 560. apparet ſcribendum: ΚΑ'ΡΑΝΑ. Strabonis autem locus viciſſim hinc emendandus, in quo perperam editur: ταύτην μὲν τὴν μερίδα οὐ πολλὴν οὖσαν, ὑπὸ Ῥωμαίους εἶναι συμβαίνει καλουμένην ἐπαρχίαν, καὶ ἔστι σύστημα καθ' αὐτὸν τὸ πολίχνιον, συνοικισάντων τὰ Κάρανα. pro, ὑπὸ Ῥωμαίων. alias enim participium συνοικισάντων, quod ſequitur, quo referatur non habet. Pyrrhus Ligorius coloniam facit Romanam ex nummo Hadriani Imperatoris, in quo aquila legionaria cum quatuor ſignis militaribus & hac inſcriptione: COLONIA. AELIA. CARANA. AUGUSTA. MARTIALIS. Sed ego iſtum de Hiſpanica aliqua colonia vel Africana potius acceperim.

ΚΑΡΒΑΝΙ'Σ, γέγονε καὶ ἀπὸ γλυκῆς εὐθεῖα ὁ κάρβανος. ἔστι καὶ Κάρβανα πόλις Λυκίας. καὶ τὸ ἐθνικὸν, καρβανεύς] Hinc apud Heſychium: Ἐκαρβάνιζεν, ἐβαρβάριζεν. καρβάνων γὰρ ὁ βάρβαρος. Vide item vv. κάρβανοι. καρβανίζει. καρβαΐζει. Quod poſtremum explicat: κακῶς λαλεῖ καὶ βαρβάρως. Euſtathius item ad Homeri Iliad. B. pag. 368. Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι οὐ μόνον ἡ τῶν καρβάνων ἤτοι βαρβάρων λέξις ἐκ τῶν καρῶν εἰλῆφθαι δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ οἱ παρὰ Παυσανίᾳ κάρδακες. Etymologus: καρβᾶνες, οἱ βάρβαροι οἱ ἔχοντες καρὸς βολήν. Λυκόφρων, κάρβανον ὄχον.

ΚΑΡΔΑΜΥ'ΛΗ, Ὅμηρος,

καρδαμύλην Ἐνόπην τε. - Ἡρόδοτος δὲ Λακωνικὴν αὐτήν φησιν] Herodotus lib VIII. cap. 73. *Cardamylam* dicit *Laconicam*. Ex eo autem, quod ex Herodoto auctor affirmat, ſequitur in principio hujus vocis aliquid omiſſum, quod omittendum non fuit, ſcilicet καρδαμύλη, πόλις Μεσσηνίας. Euſtathius ad Homerum Iliad. I. pag. 743. Τούτων δὲ Καρδαμύλην μὲν, ὁ τὰ ἐθνικὰ συγγράψας πόλιν Μεσσηνίας φησὶν, ἡ κατὰ Ἡρόδοτον Λακωνικήν. Similiter ſupra. Ἐνόπη, πόλις τῆς Μεσσηνίας, Ὅμηρος, καρδαμύλην Ἐνόπην τε. Ex Iliad. I. v. 150.

ΚΑΡΔΙ'Α, πόλις τῆς ἐν Θρᾴκῃ χερρονήσου.

— Ἡ ὅτι τῇ Σκυθῶν γλώττῃ οὕτω κεκλῆσθαι] Heſychius: καρδίαι, οἱ Ἕλληνες περὶ Σκύθαις. διὰ τὸ πόλιν αὐτοὺς Ἑλληνίδα καρδίαν διαρπάσαι.

ΚΑΡΔΟΥ͂ΧΟΙ, ἔθνος Μηδίας, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ἀναβάσεως γ'. Ἐς Καρδούχους ἄγει] Apud Xenophontem lib. III. de Exped. Cyri pag. 315. legitur: ὅτι εἰς Καρδούχους ἄγοι.

— Τούτους δὲ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέως οὐκ ἀκούειν καὶ Σοφαίνετος ἐν Κύρου ἀναβάσει φησὶ περὶ αὐτῶν] Xenophon lib. VII. de Exped. Cyri pag. 427. eos appellat αὐτονόμους.

ΚΑΡΗ'ΝΗ, πόλις Μυσίας· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ] Apud Herodotum lib. VII. cap. 42. hodie ſcribitur καρίνη.

— Ὡς Καρτερὸς γ'. Παρὰ ψηφίσμασι χρυνεῖ σπιζαναῖοι, καρηναῖοι] Scribe: ὡς Κράτερος γ'. περὶ ψηφισμάτων. uti corrigit Xylander in Indice Scriptorum. Sed ſequentia verba pariter corrupta ſunt: pro quibus Salmaſius legebat, χρυνεῖ, Πιζανοῖοι, κ.

ΚΑ'ΡΘΕΙΑ, μία τῆς ἐν Κῷ τετραπόλεως] Supra v. Ἀναία ſcribitur, καρθαία. & ſic pariter apud Antoninum Liberalem Metamorph. cap. I. Apud Suidam v. Βακχυλίδης, Κάρθια. Legendum autem hic, μία τῆς ἐν Κέῳ. Suidas dicto loco: Βακχυλίδης Κεῖος. ἀπὸ Κέω τῆς νήσου. πόλεως δὲ Ἰουλίδος. ἔχει δὲ πόλεις τέσσαρας, Ἰουλίδα, Κάρθιαν, Κορέσσιαν, Ποιήεσσαν.

— Ἔστι καὶ Ἰβηρίας Κάρθαια] Ad hanc refero nummum, quem poſſidet Franc. Gotifredus, in quo circum caput turritum legitur, CARTEIA. in averſa conſpicitur piſcator hamo piſcem attrahens.

ΚΑΡΙ'Α, ἡ χώρα. τὸ ἐθνικὸν, Κάρ.

— Τὸ ἐθνικὸν κατὰ τέχνην Κάειρα, ἡ χρῆσις δὲ τὴν ει δίφθογγον ἔχει] MSS. τὸ ἐθνικὸν κατὰ τέχνην Καΐρα. Recte. Sed totus locus ex Euſtathio ad Homeri Iliad. B. pag. 367. ſic ordinandus reſtituenduſque eſt: τὸ δὲ θηλυκὸν ἐθνικὸν κατὰ τέχνην, Καΐρα· καὶ ἐν διαλύσει, Κάϊρα διὰ τοῦ ι. ἡ δὲ χρῆσις τὴν ει δίφθογγον ἔχει· ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα. Nam Euſtathius ibi hunc auctorem citat. Vide eundem ad Iliad. Δ. pag. 456. ad illud, Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα. Sic Herodotus lib. I. cap. 92. Κροῖσος μὲν γὰρ ἐκ Καείρης ἦν γυναικὸς Ἀλυάττῃ. *Crœſus enim matre erat Carica, Alyattis uxore.* & cap. 146. Οὗτοι δὲ οὐ γυναῖκας ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην, ἀλλὰ Καείρας ἔσχον τῶν ἐφόνευσαν τοὺς γονέας. *Hi uxores ſecum non adduxerunt, quum in coloniam migrarent, ſed Caricas habuerunt, quarum parentes jam ante interemerant.*

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ Μεγαλόπολις Καρία, ἀπὸ Καρὸς τοῦ Φορωνέως] Lege: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ Μεγάρων ἀκρόπολις Καρία, &c. Hauſta hæc ſunt ex Pauſania, qui lib. I. pag. 75. Μετὰ δὲ τοῦ Διὸς τὸ τέμενος ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνελθοῦσι καλουμένην ἀπὸ Καρὸς τοῦ Φορωνέως καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι Καρίαν, ἔστι μὲν Διονύσου ναὸς Νυκτελίου. *A Jovis luco, cum in arcem aſcenderis, quam à Care Phoronei filio ætate etiam noſtra Cariam nominant, Bacchi Nyctelii ædes eſt.* Et ſic ex noſtro deſcripſit quondam Euſtathius d. l. Ἦν δὲ Ἑλληνικός φασι Κάρ, υἱὸς Φορωνέως, ἀφ' οὗ Καρία ἐκαλεῖτο, ἡ ἐν Μεγάροις ἀκρόπολις.

— Ἔστι καὶ Καρίνη] Occurrit apud Plutarchum de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

de Virt. mulierum pag. 246. Ἔτυχε δὲ Καρίνη παρθένος ἐρῶσα τοῦ Νυμφαίου. *Forte virgo quædam Caria Nymphæum amabat.* Et apud Heſychium: Καρῖναι, θρηνῳδοὶ μουσικαὶ, αἱ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ παραπέμπουσι πρὸς τὰς ταφὰς καὶ τὰ κήδη. παρελαμβάνοντο δὲ αἱ ἀπὸ Καρίας γυναῖκες. Sic apud Græcos forte ob cantum ſonumque barbarum appellatæ hæ mulieres: apud Romanos vero *præficæ*.

— Ἔστι καὶ Φρυγίας πόλις Ἀκαρὶς, καὶ Καρίδες] Videtur legendum: Ἔστι καὶ Φρυγίας πόλις Καρὶς καὶ Καρίδες. Meminit hujus urbis ex Ephoro Athenæus lib. III. pag. 105. ſed circa *Chium* ponit: Περὶ δὲ τῶν καρίδων, ὅτι καὶ πόλις ἦν Καρίδες περὶ Χίον τὴν νῆσον, Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορεῖ, κτίσαι φάσκων αὐτὴν διασωθέντας ἐκ τοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος γενομένου κατακλυσμοῦ, μετὰ Μάκαρας καὶ μέχρι νῦν τὸν τόπον καλεῖσθαι Καρίδας. *Quod ad ſquillas pertinet, Ephorus libro primo refert, circa Chium inſulam, urbem fuiſſe Caridas, quam condiderint, qui diluvio Deucalioneo ſuperſtites fuerint poſt Macaras, & locum huc uſque* Caridas, id eſt, Squillas, *nominari*.

— Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ, τὸ Καρικὸν ἔθνος δοκιμώτατον] Apud Herodotum lib. I. cap. 171. Τὸ Καρικὸν ἦν ἔθνος λογιμώτατον τῶν ἐθνέων ἁπάντων κατὰ τοῦτον ἅμα τὸν χρόνον, καὶ μακρῷ μάλιστα. *Carica gens ſuper omnes alias, quæ tum erant, maxime celebris erat.* Unde hic pro δοκιμώτατον reſcribendum, λογιμώτατον.

ΚΑΡΙΚΟ'Ν, τόπος ἰδιάζων ἐν Μέμφιδι] Addi poteſt hoc loco ex Tzetze ad Lycophronem pag. 29. Καρικὸς, ποταμὸς καὶ τόπος Λακωνικῆς.

ΚΑΡΙΚΟ'Ν ΤΕΙ͂ΧΟΣ, πόλις Λιβύης ἐν ἀριστερᾷ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν] Hanc urbem condidit pro Carthaginienſibus Hanno, uti teſtatur ipſe in Periplo: Τήν τε λίμνην παραλλάξαντες ὅσον ἡμέρας πλοῦν, κατῳκήσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμένας Καρικόν τε τεῖχος, καὶ Γύττην, καὶ Ἄκραν, καὶ Μέλιτταν καὶ Ἀραμβυν.

ΚΑΡΚΙΝΙ'ΤΗΣ, πόλις Σκυθική] Herodoto dicitur ΚΑΡΚΙΝΙ͂ΤΙΣ lib. IV. cap. 99. Αὕτη ἤδη ἀρχαίη Σκυθίη ἐστὶ πρὸς μεσαμβρίην τε, καὶ νότον ἄνεμον κειμένη, μέχρι πόλιος καλεομένης Καρκινίτιδος. *Ab iſtro hæc jam vetus Scythia eſt meridiem verſus & auſtrum poſita uſque ad urbem Carcinitidem.*

ΚΑ'ΡΜΗΛΟΣ, ὄρος δυσχείμερον.

— Καὶ κύριον ἐντεῦθεν] Nam & Καρμήλιον vocatur.

ΚΑ'ΡΝΑΝΑ, πόλις Μιναίων, ἔθνος πλησίον ἐρυθρᾶς θαλάσσης] Strabo lib. XVI. pag. 768. Μειναῖοι μὲν ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν μέρει, πόλις αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα ἢ Καρνανά. *Minæi in parte ad Rubrum mare ſita: maxima eorum civitas Carna ſive Carana.* Unde apparet pro ἔθνος hic legendum ἔθνους.

— Σοῦνιος δὲ Καρνανίαν καὶ Καρνανίτης φησί] Lege: Οὐράνιος δὲ κ. κ. κ. φ. in MSS. fuit οὐνιος. Qui iſtum ſcribendi modum non intelligebant, inde fecere Σούνιος. Simili modo erratum ſupra v. Ἐδουμαῖοι.

ΚΑ'ΡΝΗ, πόλις Φοινίκης, ἀπὸ Κάρνου τοῦ Φοίνικος] In Collectionibus Pyrrhi Ligorii nummus extat, in cujus una parte caput Apollinis, altera ſagitta, arcus & pharetra cum hac epigraphe: ΚΑ'ΡΝΗ, quæ ad Aſiaticam *Carnem* ſine dubio referenda.

— Ὁ πολίτης, Καρνίτης] Vide ſupra v. Αὖλαι.

— Λυκόφρων,

Ὄλοιντο ναῦται πρῶτα Καρνῖται κύνες] Lycophron Caſſandra v. 1291.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Αἰολίδος] Hæc eſt procul dubio Καρνία Ἰωνίας, quæ ſequitur.

— Ἔστι Κάρνος καὶ συνεχῶς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις] Hæc de Syriæ ſive Phœniciæ oppido accipienda, uti ex adjunctis locis apparet.

ΚΑ'ΡΝΟΣ, νῆσος Ἀκαρνανίας] Scylax in deſcriptione *Acarnaniæ*: Μετὰ ταῦτα πόλις Ἀλυζεία, καὶ κατὰ ταύτην νῆσος Κάρνος καὶ πόλις Ἄστακος καὶ λιμὴν καὶ ποταμὸς Ἀχελῷος καὶ Οἰνειάδαι πόλις. *Poſt hæc urbs Alyzia & circa hanc eſt Carnus inſula & urbs Aſtacus cum portu & fluvius Achelous & urbs Oeniadæ.*

— Ἀρτεμίδωρος β' γεωγραφουμένων] Vereor ne idem ſit locus, qui paullo ante ex libro decimo citatus eſt. Notum quomodo paſſim in MSS. confundantur β, κ, μ. Quod ſi verum eſt, perperam hic *Artemidori* adducitur auctoritas. Videtur autem hoc potius, quam aliud; ex eo, quod infra v. Πάλτος *Artemidorus* pariter adducitur.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κάρνειος] Heſychius: Κάρνειος, ἐπίθετον Ἀπόλλωνος, ἴσως ἀπὸ Κάρνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. Vide eundem v. Καρνεάται. Et ſimiliter cognominatur apud Callimachum. Sed an *Apollo* ab hac inſula ſic denominatus videndum amplius. Apud Herodotum lib. VIII. cap. 72. occurrunt Κάρνεια, tamquam ludus ſacer: Τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἔμελε οὐδέν. Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη. *Cæteris enim Peloponnenſibus id nihil admodum curæ erat & Olympia jam & Carnia præterierant.*

ΚΑΡΟ'Σ κῆποι, χωρίον Θρᾴκης] An ſunt Καρῶν λιμὴν Arriani, Κάραι ſive Καρέαι Anonymi?

ΚΑ'ΡΠΑΘΟΣ, νῆσος πλησίον τῆς Κῶ. Ὅμηρος, Κάρπαθος αὖ ἐπὶ νῆσι ποτὶ ζόφον -] Ex Scholiaſte Apollonii patet, quis Homeri locus hic fuerit adductus: ſic enim is commentatur ad lib. IV. v. 1636. Κάρπαθος, νῆσός ἐστι τῶν Σποράδων, πλησίον τῆς Κῶ. περὶ ἧς Ὅμηρος εἴρηκε. Κράπαθόν τε Κάσον τε καὶ Κῶν. Ἄλλοι πλησίον Κρήτης αὐτὴν εἶναι λέγουσιν. extat autem is Iliad. Β. v. 676. Nec refert, quod Κράπαθον

 dixerit

dixerit metatheſi τοῦ ρ, pro Κάρπαθον. Præterquam enim quod metri ratio hoc poſtularit, (uti & in ſequenti voce in verſu Dionyſii Κραπάσειαν pro Καρπάσειαν) nihilominus Doribus hæc literarum permutatio uſurpata fuit, teſte eodem Scholiaſte veteri ad Apollonii lib. I. v. 332. Κρατιώαντες. Δωρικὸν δέ ἐστι τὸ καὶ ἐναλλαγὴν στοιχείων διαλέγεσθαι· ὡς καὶ κραδίαν καὶ κάρτος λέγουσιν. Similiter Romæ vulgus *Frebe*, *Craſtato*, *Crapiccio* dicit, pro *Febre*, *Caſtrato*, *Capriccio*. Verum hæc occaſione verſus *Homeri*, qui hic omiſſus eſt. Nam qui *Homero* hic ſubjicitur, *Dionyſii* eſt, non *Homeri*. Apud illum autem pro αὖ ἐπὶ τῇσι legitur, αὖθ᾽ ἑτέρωθι.

— Ὁ οἰκήτωρ, Καρπάθιος, καὶ Καρπαθία, καὶ Κάρπαθον] Pro Κάρπαθον lege, Καρπάθιον. Ita enim Καρπάθιον πέλαγος.

ΚΑΡΠΑΣΙ´Α, πόλις Κύπρου] Strabo hanc urbem commemorat lib. XIV. pag. 682.

— Ἰδ᾽ αἰπεινὴν Κραπάσειαν] De hac metatheſi jam diximus ad vocem ſuperiorem.

— Ἔστι καὶ νῆσος Καρπασία κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδονίαν] Strabo d. l. de urbe *Carpaſia*, κεῖται δὲ κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα. *Jacet è regione promontorii Sarpedonis*. Unde & hic ſic ſcribendum videtur.

— Ξεναγόρας δὲ Κάρπαθον αὐτὴν φασι] An non ſcripſit, Κάρπασον? Certe Conſtantino Κάρπασος dicitur lib. I. de Themat. Themat. 15. Apud Hieroclem & in Notitia Leonis Imperatoris Κάρπασιν ſcribitur pro Καρπάσιον more poſterioris Græciæ. Hujus loci Epiſcopus fuit Philo, ille, cujus expoſitio celebris in Cantica Canticorum extat, quem vulgo male *Carpathium* vocant, cum in Græco MS. Καρπάσιος nominetur.

— Ὅτι πρὸς τὸν καλούμενον Καρβᾶν ἄνεμον κεῖσθαι δοκεῖ] MS. Καρπάσιον ἄνεμον κ. δ.

— Ὁ πολίτης Καρπασεώτης] Apud Goltzium duo extant nummi, in quibus legitur, ΚΑΡΠΑΣΙΕΩΝ. Unde apparet Καρπασιεῦς uſitatam fuiſſe formam.

ΚΑΡΠΗΪ´Α, εἴρηται ἐν τῷ Κάλπαι. ὅτι τινὲς Κάρπειαν τὴν πόλιν φασί] Henricus Valeſius Notis ad Excerpta Nicolai Damaſceni pag. 72. conjicit pro Κάρπειαν legendum, Κάλπειαν, quoniam ſupra v. Κάλπαι, Κάλπη, urbs ad montem *Calpen* ſita, dicitur etiam Κάλπεια appellata (pro hypotheſi ſcilicet habens Καρπηΐαν hoc loco eandem eſſe cum *Calpe*, *Calpen* eandem cum *Carteja* Latinorum & Græcorum Καρτηΐα) additque *Cartejam* ab Appiano appellari Καρπησσόν, priſciſque temporibus Strabone, Pauſania, Mela & Plinio teſtibus appellatam fuiſſe Ταρτησσόν. Ultimum, ſcilicet *Cartejam Tarteſſum* ante appellatam, licet hoc nonnulli è veteribus putaverint, erudite redarguit Salmaſius in Excercitat. ad Solinum pag. 285. Sed quantum ad reliqua omnibus recte perpenſis ita ſtatuendum exiſtimo, tria diverſa eſſe loca, Καρπηΐαν vel Κάρπειαν vel Καρπίαν (ita enim appellatur Pauſaniæ lib. II. Eliac. pag. 378.) *Carpejam*; Καρτηΐαν, *Cartejam*; Κάλπην vel Κάλπειαν, *Calpen*. *Carpeja* in mediterraneo Hiſpaniæ fuit, *Carpetanorum* urbs, validiſſimæ gentis, Olcadibus Vaccæiſque vicinæ, quæ Καρπήσιοι Polybio lib. III. pag. 169. & noſtro voce ſequenti, *Carpetani* Livio lib. XXI. cap. 5. apud quem pro *Cartejam urbem*, non dubitaverim *Carpejam* reponere. *Carteja* ad fretum Herculis ſita fuit non longe à *Calpe*, nobilis olim Romanorum colonia, quam auctor ſupra vocat Καρθαίαν Artemidori auctoritate. Denique *Calpe*, quæ & Κάλπεια, à ſuperiore diverſa in ipſo freto jacet. Strabo lib. III. pag. 140. Καὶ πρὸς αὐτὸ Κάλπη πόλις ἐν τετταράκοντα σταδίοις, ἀξιόλογος καὶ παλαιὰ, ναύσταθμόν ποτε γενομένη τῶν Ἰβήρων. *Et ad quadraginta inde ſtadia urbs Calpe vetuſta & memorabilis, olim ſtatio navibus Hiſpanorum*. Quem locum infeliciter ſollicitaſſe Caſaubonum, dum pro Κάλπη ſupponit Καλπηΐα recte Valeſio monitum, ut jam ſupra diximus, quamquam à falſa hypotheſi inducto. Ipſe enim ideo correctionem putavit ſupervacaneam, quoniam Κάλπη & Καρτηΐα una eademque urbs; quod eſt aliter, uti jam ante oſtendimus. Ex Stephani autem locis nihil certi conſtitui poteſt, quoniam omnia truncata & mutila maleque cohærent.

— Καὶ Καρπητανοὺς, τὸ ἐθνικὸν] Salmaſius legebat: Καρπηΐανούς. Sed Polybius licet Καρπησίους primum vocet, poſtea tamen lib. X. pag. 581. appellat Καρπητανούς. Livio etiam *Carpetani* dicuntur.

ΚΑ´Ρ´Ρ´ΑΙ, πόλις Μεσοποταμίας ἀπὸ Κάῤῥα ποταμοῦ Συρίας] Nummus Decii Mediceus habet inſcriptam coronæ quernæ:

COL.

AY. KAP.

KOMM.

P. F.

— Τὸ ἐθνικὸν, Καῤῥηνός] Hinc Ἀνδρόμαχος Καῤῥηνὸς Craſſi adulator & proditor ex Nicolao Damaſceno apud Athenæum lib. VI. pag. 252. Et in nummis Gordiani apud Triſtanum; ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. & in alio: ΜΗΤΡΟΠ. ΚΟΛ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. In cujus explicatione mire hallucinatur Sebaſtianus Erizus.

ΚΑ´ΡΥΑ, χωρίον τῆς Λακωνικῆς] Supra v. Βοῖον. legitur Κάρυαι numero plurium. Sed Vitruvius *Caryam* nominat & *Caryatides* ab illa dici in architectura docet lib. I. cap. I. *Carya civitas Peloponneſi, cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit, poſtea Græci per victoriam glorioſe bello liberati, communi conſilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfectis,*

ſectis, civitate deleta, matronas eorum in ſervitutem abduxerunt. Nec ſunt paſſi ſtolas neque ornatus matronales deponere: uti non uno triumpho ducerentur, ſed æterno ſervitutis exemplo gravi contumelia preſſæ, pœnas dare viderentur pro civitate. Ideo qui tunc architecti fuerunt, ædificiis publicis deſignaverunt earum imagines oneri ferundo collocatas, ut etiam poſteris nota pœna peccati Caryatium memoriæ traderetur. In veteri lapide Neapoli apud Julium Cæſarem Capaccium pag. 356. Τῇ Ἑλλάδι τὸ τρόπαιον ἐστάθη κατανικηθέντων τῶν Καρυατῶν. Joſephus Scaliger in Animadverſionibus ad Euſebium pag. 20. duas ait fuiſſe Κάρυας, alteram Laconicam, alteram Arcadiam. Sed tandem fatetur alteram templum Dianæ fuiſſe non civitatem. Heſychius Καροῦαν dicit à Laconibus appellatam.

ΚΑΡΥ´ΑΝΔΑ, πόλις καὶ λίμνη ὁμώνυμος, πλησίον Μύνδου καὶ Κῶ] Salmaſius legit: καὶ λιμήν. Et ita Scylax Caryandenſis.

ΚΑ´ΡΥΣΤΟΣ, πόλις ὑπὸ τῇ Ὄχῃ, πόλει τῆς Εὐβοίας ἀπὸ Καρύστου τοῦ Χείρωνος] Lege: Κ. π. ὑπὸ τῇ Ὄχῃ, ὄρει, &c. Sic enim Strabo lib. x. pag. 446. unde hic locus deſumptus eſt: Κάρυστος δέ ἐστιν ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Ὄχῃ. *Caryſtus ſub monte Ocha ſita eſt.* licet ibi Codd. ſcripti habeant, Ὄχθῃ. quod Caſaubonus ex noſtro & Euſtathio recte emendavit. Nam Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 297. Ἡ δὲ Εὔβοια, ἐκλήθη ὡς ἀπὸ μέρους φασί ποτε, καὶ Ὄχη. Καλεῖται καὶ οὕτω τὸ μέγιστον ἐν αὐτῇ ὄρος τὸ κατὰ Κάρυστον. Dicitur autem *Caryſtus* appellata ἀπὸ Καρύστου τοῦ Χείρωνος. Scholiaſtes vetus Pindari Pyth. Od. IV. pag. 244. ἐκ τῆς Χαρικλοῦς καὶ Χείρωνος Κάρυστος. Apud Euſebium lib. VI. Præparat. Euang. cap. 7. ex Oenomao oraculum refertur, de condenda urbe *Caryſto* datum:

Χείρωνος φίλε τέκνον ἀγακλυτοῖο Κάρυστε,
Πήλιον ἐκ προλιπών, Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι,
Ἔνθ' ἱερὰν χώραν κτίζειν σοι θέσφατόν ἐστι.
Ἀλλ' ἴθι, μηκέτι μέλλε.

quod vertunt:

Chironis magni ſoboles germana, Caryſte,
Deſere Peliacum montem, Eubœæque tumentis
Alta ſubi: ſacram hic fatum eſt tibi ponere ſedem.
Ergo age, rumpe moras.

vulgo Κάρυσε ibi ſcribitur, ſed perperam, ut jam Vigerus monuit.

— Θεωδορίδας Χειρωνίαν αὐτήν φησι] Procul dubio ideo *Theodoridas Caryſtum* appellavit *Chironiam*, quoniam ejus conditor *Chironis* eſſet filius.

— Ἐκλήθη δὲ τὸ ὄρος ἀπὸ τῆς τῶν θεῶν μίξεως, Διὸς καὶ Ἥρας· ἢ διὰ τὸ τὰ πρόβατα κυΐσκεσθαι ὀχευόμενα ἐν τῷ τόπῳ· οἱ γὰρ Ἀχαιοὶ τὴν τροφὴν ὄχην φασί] Euſtathius ad dictum Homeri librum pag. 280. Ἐκλήθη δὲ Ὄχα, ἢ διὰ τὸ ἐξέχειν, ἐξ οὗ ὡς εἴρηται καὶ τὸ ὄχα ἐπίρρημα, ἢ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἀπὸ τῆς ἐκεῖ ὀχείας ἤτοι μίξεως Διὸς καὶ Ἥρας· ἢ διὰ τὴν αὐτόθι τῶν προβάτων ὀχείαν, ἤδη δὲ καὶ τροφήν. Ἀχαιοὶ γὰρ τὴν τροφήν, ὄχην λέγουσιν ὀξυτόνως εἰς διαστολὴν τῆς ὀρεινῆς ὄχης.

— Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει γίγνεται λίθος, ἡ ξαινομένη, καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τῇ ὑφῇ χειρόμακτρα γίγνεσθαι· ῥυποθέντα δὲ εἰς φλόγα βάλλεσθαι, καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τὸν πίνον τῇ πλύσει παραπλησίως] Plutarchus hunc lapidem defeciſſe ait paullo ante ſua tempora lib. de Oraculorum Defectu pag. 434. Τῆς δὲ ἐν Καρύστῳ πέτρας, χρόνος οὐ πολὺς ἀφ' οὗ πέπαυται, μηρύματα λίθων μαλακὰ νηματώδη συνεκφέρουσα. καὶ γὰρ ὑμῶν ἑωρακέναι τινὰς οἴομαι χειρόμακτρα καὶ δίκτυα καὶ κεκρυφάλους ἐκεῖθεν, οὔτε περικαομένους, ἀλλ' ὅσ' ἂν ῥυπανθῇ χρωμένων, ἐμβαλόντες εἰς φλόγα, λαμπρὰ καὶ διαφανῆ κομίζονται. *Neque diu eſt, quod Caryſtia rupes deſiit ſimul cum marmore proferre ſtamina quædam mollia ac quaſi fila lapidea. Exiſtimo enim quoſdam veſtrum vidiſſe mantilia, retia & involucra capitis ea ex materia confecta: quæ neque uruntur, & cum uſu ſordes contraxerint, in ignem conjecta nitorem ſplendoremque ſuum recipiunt.* Meminit & Euſtathius.

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Αἰγαία, ἀπὸ Αἴγωνος τοῦ δυναστεύοντος. ἀφ' οὗ καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον] Euſtathius ad dictum librum pag. 281. Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Κάρυστος καὶ Αἰγαία, ἀπὸ Αἰγαίωνος δυνάστου. ἀφ' οὗ καὶ πέλαγος Αἰγαῖον. Unde apparet hoc loco legendum: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Αἰγαία ἀπὸ Αἰγαίωνος, &c. Solinus cap. XI. *Titanas in Chalcide antiquiſſime regnaſſe oſtendunt ritus religionum: Briareo enim rem divinam Caryſtii faciunt, ſicut Ægæoni Chalcidenſes. Nam omnis ferme Euboea Titanum fuit regnum.* Vide & Apollonii Scholiaſten à Salmaſio ad illum Solini locum adductum.

— Ἔστι καὶ Καρυστὸς, τόπος τῆς Αἴγυος, πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ' οὗ Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν ἔφη, κατὰ Στράβωνα δεκάτῃ] Verba Strabonis lib. x. pag. 446.

— Τῆς προτέρας τὸ ἐθνικὸν, Καρυσίας] Scribe omnino, Καρύστιος, ut in exemplo ſubjecto apparet. Hinc Antigonus *Caryſtius*. In nummo Trajani Imperatoris Mediceo circum caput Jovis legitur, ΚΑΡΥϹΤΙΩΝ. Item in alio apud Goltzium.

ΚΑΡΧΗΔΩ´Ν, μητρόπολις Λιβύης.

— (Χαλκηδὼν δὲ τῆς Βιθυνίας διὰ τοῦ λ, κ)] Scribe, Καλχηδὼν. ſic v. Ζάρητα, Καλχηδόνιος. & Herodotus lib. IV. cap. 85. ſic Etymologus, Καλχηδών. Et eodem modo Memnon apud Photium cap. XX. XXXIX. & XLI. utrumque ſcribit; & ita pariter alii, pro Χαλκηδὼν & Χαλκηδόνιος. quomodo ſcribitur ſupra v. Δημόνησος. Vide & v. Θαψίπολις.

— Ἐκαλεῖτο δὲ καινὴ πόλις] *Carthago* nunquam fuit appellata Καινὴ πόλις. Sed Καρχηδὼν vel *Carthado* Punico ſermone ſignificat *civitatem*

novam. De etymologia hujus vocis videndus Cl. Salmaſius in Exercitat. ad Solinum pag. 322.

— Ἔστι δὲ καὶ Ἀρμφίας Καρχηδὼν] Καρχηδόνος καὶ Βεῤῥοίας τῆς Κοίλης Συρίας Abbates Paulus & Acacius, quorum epiſtola Epiphanii libris præmittitur.

— Ὁ πολίτης, Καρχηδόνιος, σοφὸς μέγας, καὶ Κλειτόμαχος] Videtur locus hic eſſe mutilus & ſic forte explendus: ὁ πολίτης, Καρχηδόνιος· ὧν ἦν Καρχηδόνιος σοφὸς μέγας Κλειτόμαχος. Nam hunc ſolum commemorat Euſtathius ad Dionyſium pag. 30. ubi hunc locum exſcripſit. Salmaſii etiam hæc fuit ſententia. In imaginibus illuſtrium virorum Romæ editis occurrit Ξενοκράτης Ἀγαθάνορος Καλχαδόνιος. ſed apud Clementem Alexandrinum Καρχηδόνιος vocatur.

— Καὶ ταύτης μανθάνων ἀκροάσεως Καρνεάδου] Salmaſius legebat: ἠκροάσατο. & ſic habet Euſtathius dicto loco.

ΚΆΣΙΟΝ, ὄρος καὶ πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῷ Πηλουσίῳ] Adeo editus dicitur mons *Caſius* ut quarta noctis vigilia Solis ortus in ipſius vertice animadvertatur. Ab aliis autem Ægypto, ab aliis Arabiæ tribuitur propter harum regionum collimitium. Eſt & in Syria *Caſius*; ſed nulla ad eum urbs cognominis. Vide Salmaſium in Exercit. ad ſolin. pag. 568.

— Ἡ ἀπὸ Κάσου τοῦ Κλεομάχου· ἀφ' οὗ καὶ Κασίου Διὸς ἱερόν] Epiphanius in Ancor. cap. 108. Κάσιος ὁ Ναύκληρος παρὰ Πηλουσιώταις τιμᾶται.

— Ἀφ' οὗ ἐν τῇ συνηθείᾳ τὰ Κασιωτικὰ ἱμάτια] Dicuntur eadem & *Peluſiaca lintea* à vicina urbe *Peluſio*.

ΚΆΣΟΣ, μία τῶν Κυκλάδων.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα Περσίδος, καὶ πόλις] In nummo Herenniæ Ætruſcillæ apud Franc. Gotifredum circum quadrigam Solis legitur: ΚΑΣΑΤΩΝ. Horum oppidum exiſtimo Κάσας eſſe Ciliciæ, apud Ptolemæum lib. v. Geogr. cap. 5.

ΚΑΣΠΆΠΥΡΟΣ, πόλις Γανδαρική] Herodoto lib. IV. cap. 44. dicitur Κασπάτυρος. Ab hac urbe profectus eſt Scylax Caryandenſis à Dario, Hyſtaſpis filio, miſſus ad Indi fluminis oſtia inſpicienda.

ΚΆΣΠΕΙΡΟΣ, πόλις Πάρθων προσεχὴς τῇ Ἰνδικῇ.

— Ἐν δέ τε Κάσπειροι πᾶσιν κλειτοί, ἐν δ' Ἀρηνοί] MSS. περὶ κλειτοί. Recte.

ΚΑΣΠΊΑ, θάλασσα, οἱ ἐξ αὐτῆς Κάσπιοι.

— Λέγεται καὶ Ὑρκανία ἡ Κασπία] Ita Baſilius Magnus Homilia III. in Hexaëmeron, ſed male.

— Φασὶ γὰρ τὴν ἔξω θάλασσαν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων, Ὠκεανόν. οἱ γὰρ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες, μεγάλην θάλασσαν. οἱ δ' Ἕλληνες Ἀτλαντικὸν πέλαγος] Hic locus eſt Favorini, qui infra, v. Ὠκεανός, integer, hic male mulcatus extat.

ΚΑΣΣΆΝΔΡΕΙΑ, πόλις Μακεδονίας, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, ἡ ποτὲ Ποτίδαια λεγομένη, ἀπὸ Κασσάνδρου τοῦ Ἀντιπάτρου] Ovidio dicitur Κασσάνδρη in Ibin v. 463.

Aut ut Caſſandræ dominus non mitior illo,
Saucius ingeſta contumuleris humo.

Coloniam fuiſſe juris Italici docet nos *l.* 8. §. 8. *D. de Cenſibus.* & Plinius lib. IV. cap. 10. *In Pallenenſi Iſthmo quondam Potidæa nunc Caſſandria colonia.* In Muſeo Mediceo extat nummus Nervæ Imperatoris, in cujus averſa parte circum caput Jovis Hammonis claris literis legitur: COL. JUL. AUG. CASSANDRENS. in quo legendo & explicando operam ludit Erizus pag. 170. Inde autem patet Auguſtum ejus Coloniæ auctorem eſſe. Eadem plane epigraphe in alio Trajani nummo legitur apud Franc. Gotifredum. Cedrenus, qui ab Ænea urbem hanc conditam atque à filia ejus Caſſandra ſic denominatam, aſſeverat, pro more ſæculi, quo ſcripſit, nugatur.

— Ὁ πολίτης, Κασσανδρεύς] Apud Goltzium in duobus nummis legitur, ΚΑΣΣΑΝΔΡΙΕΩΝ. Sed in nummo Ligorii, ΚΑΣΣΑΝΔΡΕΩΝ.

ΚΑΣΣΏΠΗ, πόλις ἐν Μολοσσῷ, ἐπώνυμος τῇ Κασσωπίᾳ χώρᾳ] Videtur ſcribendum, πόλις ἐν Μολοσσοῖς vel τῶν Μολοσσῶν. *Caſſopia* autem regio Theſprotiæ eſt tria habens oppida Eleorum colonias, Pandoſiam, Bucheſium & Elatiam, teſte Demoſthene in Orat. de Haloneſo. Primæ & ultimæ meminit noſter ſuo loco: item Harpocration, quem corrigendum ſupra monui v. Ἐλάτεια. Male enim apud illam Κασιεπεία pro Κασωπία vel Κασσωπία editur, quomodo ipſe Harpocration ſcribit v. Πανδοσία.

— Ἡρόδωρος δὲ Κασσώπους αὐτούς φησιν] Sic pariter Scylax: παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Κασσωπῶν χώρας ἥμισυ ἡμέρας. *Prælernavigatio Caſſoporum regionis eſt diei dimidiati.*

ΚΑΣΤΆΒΑΛΑ, Κιλικίας καὶ Φοινίκης πόλις. Στράβων δυοκαιδεκάτῃ] Illud, καὶ Φοινίκης, neque ex Strabone deſumptum, libro XII. pag. 537. (unde reliqua hauſta ſunt) neque huic loco convenit. Ille enim *Caſtabala* Cappadociæ urbem vocat in præfectura *Ciliciæ*, quæ ſatis magno terrarum intervallo à *Phœnicia* disjungitur. In Append. Conſtantini Porphyrogennetæ: Καστάβαλα Κιλικίας, ἡ νῦν Μάμισα. In nummo Diadumeniani apud Eminentiſſimum Cardinalem Franciſcum Barberinum circum vaſculum munerarium cum duabus facibus legitur, ΙΕΡΑΠΟ. ΚΑΣΤΑΒΑ. & ſub ipſo vaſculo, ΙΕΡΟC. Puto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Puto ſacrum certamen ſive Agonem intelligi in honorem Dianæ *Peraſiæ* celebrari ſolitum.

— Ὁ πολίτης, Καϛαβαλεύς] Forte & Καϛαβαλίτης, corrigenduſque Dioſcorides lib. I. cap. 79. ubi Στύραξ Καταβαλίτης, pro Καϛαβαλίτης.

— Ἡ καὶ Περασία ἐκαλεῖτο] Locus hic miſere eſt mutilatus. Neque enim Καϛάβαλα, urbs, Περασία dicta, ut verba ſonant, ſed *Diana*. Strabo dicto loco: ἐν τοῖς Καϛαβάλοις ἐϛὶ τὸ τῆς Περασίας Ἀρτέμιδος ἱερόν. *Apud Caſtabala Peraſiæ Dianæ fanum eſt.* Unde hic ſupplendum: ἔνθα Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἣ, &c. Pergit Strabo: ὅπου φασὶν τὰς ἱερείας γυμνοῖς τοῖς ποσὶ δι' ἀνθρακιᾶς βαδίζειν ἀπαθεῖς. *ubi ajunt ſacrificas mulieres illæſis pedibus per prunas ambulare.* Hoc pariter habes apud Jamblichum de Myſteriis Ægypt. cap. 4. ubi perperam ſcribitur ἐν Καϛαβάλλοις, pro, ἐν Καϛαβάλοις. Simile quid legitur de *Hirpis*, familia Italiæ in Faliſcorum agro apud Plinium lib. VII. cap. I. *Haud procul urbe Roma in Faliſcorum agro familiæ ſunt paucæ, quæ vocantur Hirpi: hæ ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non aduruntur.* De iiſdem Servius ad lib. XI. Æneid. v. 787. *Varro, ubique expugnator religionis, ait, cum quoddam medicamentum deſcriberet: Eo uti ſolent Hirpini, qui ambulaturi per ignes, medicamento plantas ungunt.*

ΚΑΣΤΑΛΩ'Ν, μεγίϛη πόλις Ὠρηλανίας] MSS. Ὠρελανίας. & ſic infra v. Ὤρελσία, ſcribitur Ὠρελανός. Urbis meminit Polybius lib. XI. pag. 639. Aliis *Caſtulo* dicitur.

ΚΑΣΤΑΝΑΙ'Α, Εὔδοξος δὲ διὰ τοῦ θ φησί. Λυκόφρων,
Καὶ Καϛαναίαν ἀκτέρσον ἐν πέτραις] Herodoto pariter lib. VII. cap. 183. & 188. Καθαναία ſcribitur per θ & ſic Straboni quoque lib. IX. pag. 443. Epitomator autem male urbis hujus ſitum omiſit, quem Tzetzes ſuppeditat ad allegatum hic Lycophronis verſum pag. 147. Καναϛραία, πόλις Μαγνησίας τῆς Θετταλικῆς. eumque confirmat Etymologus, Καναϛρα, dicens, ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. & ipſe Herodotus dictis locis. Scholiaſtes Græcus in Alexipharm. Nicandri pag. 62. Καϛανὶς, πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν τὰ Καϛάνια, ἀπὸ τῆς Καϛανίδος γῆς. ἡ Καϛανὶς, πόλις Ποντικὴ, ὅπου πλεονάζει τὸ Κάϛανον.

ΚΑ'ΣΤΑΞ, Κάϛακος, ὡς νάρυξ νάρυκος, πόλις Ἰβηρίας. τὸ ἐθνικὸν, Καϛακαῖος, ὡς ναρυκαῖος, ὁ Ἀππιανός φησι] Locus *Appiani* eſt in Ibericis pag. 272. πολεμικῶς δ' αὐτῷ τῶν Καϛακαίων ἐχόντων, περιεϛρατοπέδευε, καὶ τοῦτο ἐμήνυσε τῷ Σκιπίωνι. *Poſtquam apud Caſtacaos omnia ad bellum inclinarent, parabat eos obſidere, ſuumque conſilium Scipioni ſignificavit.* & mox iterum eodem loco.

— Κάϛνιον ὄρος ἐν Ἀσπένδῳ τῆς Παμφυλίας] Hæc vox ſeparanda à ſuperiori, nihil enim cum illa habet commune. MS. autem κάϛινον. Perperam: uti ex ſubjecta gentilium ſcriptura colligitur, tum infra v. Μέλινα.

ΚΑΤΑ'ΝΑ, πόλις Σικελίας.

— Κέκληται δὲ οὕτως, ἐπειδὴ κατέβη πρὸς τὸν Ἀμελιανὸν ποταμὸν ἡ Θεοκλέους τοῦ Χαλκιδέως ναῦς, ἣν Δωριεῖς χωρὶς τοῦ υ νᾶν φησί] Philippus Cluverius lib. I. Sicil. Antiq. cap. 9. recte monuit ex nummo antiquo, Strabone & Ovidio, legendum hic: πρὸς τὸν Ἀμενανόν. Proclives enim in hoc librarii, ut pro Ν pingant ΑΙ, uti in Scylace ſæpius obſervare eſt. Quod autem dicit *Dorienſes* pro ναῦν, dicere νᾶν, ſine υ, verum eſt. Heſychius: κατὰ νᾶν, κατὰ ναῦν. ex emendatione Cl. Salmaſii, quem, ſi lubet, conſule in Exercit. ad Solinum pag. 110.

ΚΑΤΑΟΝΙ'Α, μοῖρα ἐσχάτη τοῦ Ταύρου. Στράβων δὲ Καππαδοκίαν ταύτην φησίν] Lege: Καππαδοκίας. Neque enim tota *Cappadocia* vocata eſt *Cataonia*; ſed *Cataonia*, quæ olim peculiaris erat regio, poſtea facta eſt una ex decem *Cappadociæ* præfecturis. Vide Strabonem in princ. lib. XII.

ΚΑ'ΤΡΗ, πόλις οὐκ Ἰωνικὸν ἔχουσα τρόπον] Delenda particula negativa ante Ἰωνικόν. Supra v. Ἄσκρη, Ἰωνικῶς σχηματισθεῖσα. Et ſic Salmaſius.

— Περὶ τῆς Ὀλυκρῆς] Infra occurrit Ὄλυκα & Ὀλύκραι.

ΚΑΤΤΑΒΑΝΙ'Α, κατοικία τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας] Alii καταβανία ſcribunt per τ ſimplex.

— Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ. φέρει δὲ τὸν λιβανωτὸν ἡ Καττταβανία, σμύρναν δὲ ἡ Χατραμωτίτης] Strabo lib. XV. pag. 768. Φέρει δὲ λιβανωτὸν ἡ καταβανία, σμύρναν δὲ ἡ Χατραμωτῖτις. *Catabania thus gignit, myrrham vero Chatramotitis.* Unde & ſic hoc loco reponendum eſt. uti & infra v. Χατραμωτίτης.

ΚΑ'ΤΤΟΥΖΑ, ὅθεν δὲ τὰς γεράνους ὁρμᾶν, τὸ χωρίον. Ῥακώλην προσαγορεύεσθαι. ἀπὸ δὲ καρῶν, Τουσύλοι ἐκαλοῦντο] Lege ex MSS. ΚΑ'ΤΤΟΥΣΑ, πόλις Θρᾴκης, ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ Πυγμαῖοι. ὅθεν καὶ τὰς γεράνους, &c.

ΚΛΑΥ'ΔΙΟΝ, ὡς Ῥήγιον, πόλις Ἰταλίας] Mirum quantum ſibi librariorum imperitia indulget. Scribe omnino, ΚΑΥ'ΔΙΟΝ. & in gentilibus ſubjectis dele pariter Λ. Cluverius ſimiles corruptiones in aliis auctoribus commiſſas à librariis in hac voce notat lib. IV. Ital. Antiq. cap. 7.

— Τὸ ἐθνικὸν, Καυδῖνος, ὡς αὐτός φησι· καὶ Καυδῖνα θηλυκόν] Hinc *Furculæ Caudinæ* ignominioſa Romanorum clade per Samnites nobilitatæ. Apud Plutarchum in Parallelis parvis

pag. 306. perperam editur φορκοῦντας κλαυδίνας, pro Φορκούλας Καυδίνας. Interpres tamen recte vertit.

ΚΑΝΙ´ΝΔΑΝΑ, Ἰσαυρίας κώμη] Ordo poſtulat, ut legatur: ΚΑΥΙ´ΝΔΑΝΑ.

ΚΑΥ´ΚΑΣΟΣ, τὸ ὄρος ὀρῶν μέγιστον.

— καὶ Καυκασία, θηλυκῶς] Hinc apud Apollonium lib. IV. v. 135.

Καυκασίην ἅλα δ᾽ εἰς ἓν ἐλαυνόμενοι περόωσιν.

ad quem locum Scholia, cum prius de mari Caſpio expoſuiſſent, addunt per correctionem: Βέλτιον Καυκασίαν θάλασσαν νῦν τὸν Εὔξεινον νοεῖν, τὸν πλησιάζοντα τῷ Καυκάσῳ. οὐ γὰρ ἐς τὴν Καυκασίαν, ἀλλ᾽ εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκδίδωσιν ὁ Φᾶσις.

— Ὡς Κασπιανός] Κασπιανός.

— Ὡς τὸ, Ὀασίτης, τοῦ Ὄασις] Lege: ὡς τὸ, Αὐασίτης, τοῦ Αὔασις. Vide ſupra v. Αὔασις.

ΚΑΥΚΩ´ΝΕΙΑ, χώρα τῶν Καυκώνων.

— Βυζάντιος Βυζαντία] Βύζαντος.

— Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ βασιλέως Καύκωνος, ἢ ποταμοῦ] Eſt & Arcadiæ mons. Scholiaſtes vetus ad Callimachi Hymnum in Jovem v. 39. ὄρος Ἀρκάδων ὁ Καύκων. *Fluvius* autem hoc nomine occurrit etiam ſupra v. Δύμη.

— Λέγεται καὶ Καυκωνίς] Supra Ἀραβύζα, πόλις Καυκωνίδος.

— καὶ Καυκωνίτης] Extat apud Strabonem lib. XII. pag. 542.

ΚΑΥΛΙΚΟΙ´, ἔθνος κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον.

— Κέκληται δ᾽ ἀπὸ ὄρους] Forte: ὁ κέκληται δ᾽ ἀπὸ ὄρους.

— Ἀπολλώνιος μετὰ τὰ Καυλιακῶν φησι] Scribe: Καυλιακόν. Apollonius lib. IV. v. 324.

——— ἄπωθεν ἐόντα
Ἀγγούρου ὄρεος σκόπελον περὶ Καυλιακοῖο.

Legitur ibidem & Καυκασίοιο, cujus diverſitatis meminit & Scholiaſtes; ſed noſter legit, ut poſuimus.

ΚΑΥΛΩΝΙ´Α, πόλις Ἰταλίας.

— καὶ αἱ Κλαζομεναί] MSS. Πλαζόμεναι:

— Ὁ πολίτης, Καυλωνιάτης] Sic in aliquot nummis apud Goltzium, & in præclaro nummo Mediceo, in quo figura virilis capite tæniato, dextra laurum tenens, ſiniſtra puerulum nudum, ante pedes cervus adſtat retroſpiciens.

ΚΑΥ˜ΝΟΣ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Καύνου, οὗ Βίβλις ἦν ἀδελφὴ, ἐρασθεῖσα, φεύγοντος ἐκείνου] Hiſtoriam *Cauni* & *Biblidis* narrat Antoninus Liberalis cap. XXX. Euſtathius ad Dionyſium pag. 77. unde patet hoc loco legendum: ἀπὸ Καύνου, οὗ Βίβλις ἡ ἀδελφὴ ἐρασθεῖσα, φεύγοντος ἐκείνου ἀπήγξατο. Βύβλις autem ſcribitur apud Euſtathium dicto loco, Suidam v. Καύνιος ἔρως, Cononem Narrat. II. apud Photium, Parthenium Erot. cap. II. Ab hac autem fons & oppidum quoque *Cariæ* denominata ſunt. Utriuſque mentio apud Liberalem. Oppidi territorium Βυβλησίη, pro Βιβλησίη, occurrit apud Herodotum lib. I. cap. 174.

— Ὅθεν ἡ παροιμία, ὁ Καύνιος ἔρως] Vide Euſtathium ad Dionyſium d. l.

— καὶ Καυναῖος] Hoc gentile deduci analogia vetat à vocabulo propoſito, Καῦνος. Formatur autem à Καῦναι, quæ Æolidis urbs, ut ab Ἀθῆναι Ἀθηναῖος, Θῆβαι Θηβαῖος. Vide Caſaubonum in Animadverſ. ad Athenæum lib. III. cap. 3. Unde patet hæc perperam mutilata eſſe.

ΚΑΥ´ΣΤΡΙΟΝ, πεδίον τῆς Ἐφεσίας, ἀπὸ Καΰστρου ποταμοῦ] Meminit hujus campi etiam Euſtathius ad Dionyſium pag. III. Ἀπὸ δὲ Καΰστρου καλεῖται καὶ πεδίον Καΰστριον, τὸ καὶ Καϋστρηνόν. Ariſtophanes in Acharnenſ. Act. I. Sc. 2. plurali numero effert: διὰ τῶν Καϋστρίων πεδίων. *per campos Cayſtrios.* Ad quem locum Scholiaſtes: Κάϋστρος, ποταμὸς τῆς Λυδίας περὶ Μίλητον πλησίον Λυδίας, παρ᾽ ᾧ καὶ ὁ Ἄσιος λειμών. Et de *Cayſtro* longe plura habes apud Euſtathium d. l. Ab his campis diverſum Καΰστρου πεδίον, mediterranea Phrygiæ civitas apud Xenophontem lib. I. de Exped. Cyri pag. 246. vocat enim diſerte πόλιν οἰκουμένην.

ΚΑΦΗΡΕΥ`Σ, ἐπίνειον Εὐβοίας.

— Καὶ τὸ θηλυκὸν, Καφηρίς] Sic in Epigrammate Baſſi lib. I. Antholog. pag. 108.

Οὐλόμεναι νήεσσι Καφηρίδες.

— καὶ κτητικὸν, Καφήρειος] Euripid. in prologo Troad. Καφήρειος.

Σκῦρός τε, Λῆμνός θ᾽, αἱ Καφήρειοι τ᾽ ἄκραι.

Et in Epigrammate Crinagoræ ἀνεκδότῳ in Nauplium:

Τὸν σκοπὸν Εὐβοίης ἁλικύμονος ἦστεν Ἀρείῳ
Ναύπλιον, ἐκ μολπῆς δὲ ὁ θρασὺς ἐφλεγόμην.
Ὀψιδύσης δ᾽ ὑπὸ νύκτα Καφηρείης ἀπὸ πέτρης,
Πυρσοὺς ἐμὴν μετέβη δύσμορος εἰς κραδίην.

Latini *Caphareus.* Propertius lib. III. eleg. 7.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes
Naufraga cum vaſto Græcia tracta ſalo.

ΚΑΦΥΓ˜Α, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κάπυος, τοῦ πατρὸς Ἀγχίσου, ἢ ἀπὸ Κηφέως. ὁ πολίτης Καφυεύς, καὶ Καφυάτης, ὡς Καρυάτης] Apud Strabonem lib. XIII. pag. 608. ſcribitur nomen Arcadicæ hujus urbis, Καπύαι. Tum ex gentili apparet hic tranſpoſitione literarum peccatum legendumque procul dubio: ΚΑΦΥ´ΑΙ. Nam quæ υ habent illud retinent in gentilibus, ut Ἀγυιαὶ, Ἀγυιεὺς & Ἀγυιάτης.

ΚΑ´ΨΑ, πόλις Χαλκιδικῆς χώρας, κατὰ Πελλήνην] Videtur ſcribendum: ΚΑΜΨΑ, π. Χ. χ. κ. Παλλήνην. *Capſa* enim notiſſima Africæ civitas. Κάμψα inter urbes *Pallenæ* vicinas enumeratur ab Herodoto lib. VII. cap. 123. quæ ſunt Λίπαξος, Κώμβρεια, Λισαὶ, Γίγωνος, Κάμψα, Σμίλα, Αἴνεια, quarum regionem ſuo tempore *Croſſæam* dicit appellatam.

ΚΕΡΑ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ΚΕΡΔΑΝΙ'ΤΑΙ, ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας] Hæc quoque vox mihi ſuſpecta ob turbatum literarum ordinem. Puto ſcribendum: ΚΕΒΡΑΝΙ'ΤΑΙ.

ΚΕΒΡΗΙ'Α, χώρα τῆς Τρωάδος] Lege: ΚΕΒΡΗ'ΝΙΑ. Auctor vitæ Homeri cap. 20. Τὰ δὲ Κεβρήνια τοῦτον τὸν χρόνον κτίζειν οἱ Κυμαῖοι παρεσκευάζοντο πρὸς τῇ Ἴδῃ καὶ γίνεται αὐτόθι σίδηρος. *Eo autem tempore Cumani Cebrenia ad Idam montem ædificare parabant, unde ferrum effoditur.* Plinius lib. v. cap. 30. *Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipſaque Troas Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Romana, &c.*

— Ἀπὸ Κεβρήνου, τοῦ Πριάμου] Κεβρήνης filius ſpurius fuit Priami, cujus & Homerus meminit. Strabo lib. XIII. pag. 596.

— Δίδυμος δὲ Κέβρενα τὴν πόλιν φησίν] Videtur legendum: Κέβρηνα pro Κέβρενα. Harpocration. Κέβρηνα, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, πόλις ἐστὶ τῆς Τρωάδος Κεβρήνη, Κυμαίων ἀποικία, ὥς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ. Scylax: Αἰολίδες δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν ἐπὶ θαλάττῃ αἵδε· Κεβρήνη, Σκῆψις, Νεάνδρεια, Πιτύεια. *Civitates in ea Æolicæ ad mare ſunt hæ; Cebren, Scepſis, Neandria, Pityia.* Apud auctorem Carm. Sibyll. lib. III. pag. 243. vocis hujus nomen corrupte legitur Κέβρη, pro Κεβρήνη. Sed pleraque locorum nomina iſthic tam vitioſe extant, ut fruſtra certi aliquid ac veri inde exſculpere labores. Strabo lib. XIII. pag. 596. urbem appellat Κεβρηνήν. Vide & Parthenium Erot. cap. 4.

— Ἀπὸ Κεβρῆνος ποταμοῦ] Ἀπὸ Κεβρῆνος.

— Ὁ οἰκήτωρ, Κεβρηνός, καὶ Κεβρηνεύς, καὶ Κεβρηνίτης] Strabo dicto libro pag. 597. Κεβρηνοὺς & Κεβρηνιέας vocat. Homerus Epigramm. εἰς Πόντον, Κεβρηνίους. & ſic etiam auctor de Vita Homeri.

ΚΕΓΧΡΕ'ΑΙ, πόλις Τρωάδος.

— Ὡς Κερσεάτης] Κορσεάτης. Vide infra v. Κόρσεαι.

— Λέγεται καὶ Κέγχρειος ὁ Ποσειδῶν, ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἥρωος Κεγχρέου] Eſt quoque Κέγχρειος fluvius prope Epheſum, per ſylvam Ortygiam fluens. Strabo lib. XIV. pag. 641. Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ παραλίᾳ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐστὶ καὶ ἡ Ὀρτυγία, διαπρεπὲς ἄλσος παντοδαπῆς ὕλης, κυπαρίττου δὲ τῆς πλείστης· διαρρεῖ δὲ ὁ Κέγχρειος ποταμός. *In eadem ora paullulum ſupra mare Ortygia eſt, locus elegans omnis generis arboribus, plurima tamen cupreſſo. Per eam Cenchrius labitur fluvius.* Apud Tacitum lib. III. Ann. cap. 61. ipſi Epheſii memorant, *eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam.* Meminit & Pauſanias in Achaicis pag. 406. Item nummus Epheſiorum præclarus cum imagine Sept. Severi Imperatoris apud Franc. Gotifredum, in cujus averſa parte duo fluvii circum Dianam Epheſiam cum inſcriptione: ΚΑΥΣΤΡΟΣ ΚΕΝΧΡΙΟΣ. & ſubtus: ΕΦΕΣΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΚΕΔΡΩΣΣΟΙ, ἔθνος πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης] Supra v. Γεδρωσία jam docuit Polyhiſtorem ſcripſiſſe hanc vocem per κ, ut hoc loco. Juxta autem illum per ſimplex σ ſcribendum ΚΕ'ΔΡΩΣΟΙ. quomodo fit in fragm. Euſebii Lat. Idem & Ortelio viſum.

ΚΕΙΡΙΑ'ΔΑ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς] Scribe: ΚΕΙΡΙΑ'ΔΑΙ, ut Harpocration & Heſychius.

ΚΕΚΡΥΦΑ'ΛΕΙΑ, ἄκρα τις, περὶ ἣν ἐνίκησαν Αἰγινῆται Ἀθηναίους] Contra hiſtoriæ veritatem, ſi ſic legas. Quare corrige: περὶ ἣν ἐνίκησαν Αἰγινήτας Ἀθηναῖοι. Vide Diodorum lib. XI. pag. 59. ubi Κεκρυφαλία ſcribitur minus bene. Verum ad hanc non victi ſunt *Æginetæ* ab Athenienſibus, ſed ad *Æginam* ipſam, poſtquam Peloponnenſes paullo ante ad *Cecryphaleam* ab iiſdem eſſent victi. Thucydides lib. I. pag. 68. Καὶ ὕστερον Ἀθηναῖοι ἐναυμάχησαν ἐπὶ Κεκρυφαλείᾳ Πελοποννησίων ναυσί· καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι. Πολέμου δὲ καταστάντος πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοις, μετὰ ταῦτα ναυμαχία γίγνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη Ἀθηναίων καὶ Αἰγινητῶν· καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν. καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ ναῦς ἑβδομήκοντα λαβόντες αὐτῶν, ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν καὶ ἐπολιόρκουν, Λεωκράτους τοῦ Στροίβου στρατηγοῦντος. *Et poſtea Athenienſes navali pugna ad Cecryphaleam cum Peloponnenſium claſſe conflixerunt: ubi victores fuerunt Athenienſes. Moto vero poſtea adverſus Æginetas bello, ingens inter hos ad Æginam extitit pugna navalis, ſuis utroſque ſociis juvantibus. Victoria penes Athenienſes fuit, captis hoſtium ſeptuaginta navibus, qui egreſſi in terram urbem oppugnare cœperunt, duce Leocrate Strœbi filio.*

— Τινὲς δὲ νῆσον αὐτήν φασι Πελοποννήσου] Scholiaſtes Græcus ad dictum Thucydidis locum: Κεκρυφάλεια, νῆσος αὐτὴ περὶ τὰ δυτικὰ τῆς Πελοποννήσου.

ΚΕΛΑΔΩ'ΝΗ, πόλις Λοκρίδος.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κελαδωναῖος] Nummus Titi apud Goltzium, item Hadriani apud Pyrrhum Ligorium circum Jovem cum fulmine & Dianam Venatricem cum arcu & ſagittis: ΚΕΛΑΔΩΝΑΙΩΝ.

ΚΕΛΑΙ'ΘΡΑ, πόλις Βοιωτίας, Ἄρνης πλησίον, ἀπὸ Κελαίθρου] Pyrrhus Ligorius exhibet nummum L. Septimii Severi, in quo circum Minervam galeatam cum haſta & ſcuto & dracone ad pedes legitur: ΚΕΛΑΙΘΡΑΙΩΝ. Colebant enim Minervam Poliadem.

ΚΟ'ΡΑΚΟΣ πέτρα, τόπος ἐν Ἰθάκῃ. Ὅμηρος] Homerus Odyſſ. N. v. 408. ad quem locum vide Euſtathium pag. 1746. Meminit & Plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

& Plutarchus lib. Cum principibus viris philoſophandum pag. 776.

ΚΟ'ΡΑΞΟΙ, ἔθνος Κόλχων, πλησίον Κώλων.

— Κοραξικὸν τεῖχος, καὶ Κοραξικὴ χώρα] Sic *Coraxici* montes Plinio.

ΚΟΡΙΣΣΟ'Σ, πόλις τῆς Ἐφησίας] Ordo literarum poſtulat, ut ſcribatur, ΚΟΡΗΣΣΟ'Σ. quomodo ſcribitur Xenophonti lib. I. Hiſt. Græc. pag. 433. licet ibi perperam edatur: ἐν τῷ Κορυσσὸν in Leunclavii editione. Alii tamen ut hic ſcribunt.

— Τῆς δὲ πυθομένης, τίνος ἐστιν; Κορισσὸς εἰπεῖν] Lege: Κόρη σὸς, εἰπεῖν. Et ſic etiam Salmaſius.

— Καὶ Κορησσία πολίχνιον τῆς Κέω, καὶ ἐπίνειον] Apud Suidam v. Βακχυλίδας legitur: Κορεσσία. ſed apud Strabonem lib. x. pag. 486. Κορησσία, ut hic.

ΚΟ'ΡΙΝΘΟΣ, πόλις ἔσω τοῦ Ἰσθμοῦ τῆς Πελοποννήσων.

— Ἡ αὐτὴ ἐκαλεῖτο Ἔφυρα, ἀπὸ Ἐφύρας τοῦ Μύρμηκος, τῆς Ἐπιμηθέως γυναικός] Supra v. Ἔφυρα legitur, ἀπὸ Ἐφύρας τοῦ Ἀμάρακος, τοῦ Θεοπέωτοῦ. ſed perperam pro, τοῦ Ἄμβρακος τ. Θ. ut ibi diximus. Sed Euſtathius ad Iliad. B. pag. 290. longe aliter, quam aut hic, aut ibi. Ἐκαλεῖτο δέ φασι ἡ Κόρινθος, ποτὲ καὶ Ἔφυρα, ἀπὸ Ἐφύρης τινὸς ἡρωΐνης. Heraclides de Politiis *Ephyren* quidem primo, dein *Corinthum* à *Corintho* rege dictam fuiſſe auctor eſt, ſed prioris nominis non detegit originem. Quidquid ſit, pro, τῆς Ἐπιμηθέως γυναικὸς, MSS. habent τοῦ Ε. γ. Cæterum *Corinthi* primum triremes ædificatas auctor eſt Thucydides lib. I. pag. 10. Exciſa autem vetus *Corinthus* à Romanis anno V. C. 708. Deinde iterum condita deductis eo colonis à Julio Cæſare anno V. C. 710. cum ipſe conſul eſſet quintum collega M. Antonio teſte Dione lib. XLIII. pag. 238. & aliis. Hinc in nummo rariſſimo Julii apud Triſtanum Tom. I. pag. 28. LAUS JUL. CORINT. & in aliis paſſim occurrentibus, COL. JULIA COR.

— Ἐκαλεῖτο δὲ ἀκροκόρινθος Ἐπωπὴ, διὰ τὸ Σίσυφον ἐντεῦθεν ἐπιδεῖν τὴν τῆς Αἰγίνης ὑπὸ Διὸς ἁρπαγήν] Hinc *Corinthus* alicubi in Anthologia Σισυφὶς αἶα dicitur.

— Εἶτα Ἡλιούπολις, διὰ τὸ ξήραν· εἶναι εἶτα πάγος· εἶτα Ἔφυρα] Vide ſupra v. Ἡλιούπολις.

— Οἱ πολῖται, Κορίνθιοι, καὶ θηλυκῶς, Κορινθιάς] Hoc antiquæ urbis gentile fuit, reſtauratæ vero *Corinthienſis*, ſi fides habenda Feſto, apud quem hæc extat: *Corinthienſes ex eo dici cœperunt, ex quo coloni Corinthum ſunt deducti, qui antea Corinthii ſunt dicti. Quam conſuetudinem ſervamus etiam, cum Romanenſes & Hiſpanenſes & Sicilienſes negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur.*

— Καὶ σύνθετον, Κορινθιουργοὺς, ὡς Ἀττικουργοὺς] Lege: Κορινθιουργὲς, ὡς Ἀττικουργές. Sic Καρικοεργέος ὀχάνου citat ex Anacreonte Euſtathius ad Iliad. B. pag. 367. & Καρικέργεως ὀχάνοιο apud Scholiaſten Homeri ἀνέκδοτον ad Iliad. Θ. Sic Κέραμος Βοιωτιουργὴς apud Ælianum lib. III. cap. 24. & apud eundem lib. XII. cap. 58. Κάτοπτρον Κορινθιουργές. Sic apud Ariſtophanem Irene pag. 632. Ναξιουργὴς κάνθαρος. ubi Scholiaſtes: πλοῖα ἦν οὕτω λεγόμενα, κάνθαροι ἐν Νάξῳ γινόμενα τῇ νήσῳ, καὶ Κνιδουργεῖς ἢ ἄλλας ναῦς ἀπὸ Κνίδου. Sic apud Suidam Λυκιουργεῖς de poculis in Lycia factis, & κλίνη Μιλησιουργὴς, *lectus à Mileſiis factus*, aliaque paſſim occurrunt ſimilia.

— Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος Κανώπῳ δευτέρῳ] Scribe: Κανώπῳ δευτέρῳ. Infra v. χώρα idem opus citatur, ἐν Κανώβῳ. è quo loco apparet jambicis verſibus illud conſcriptum fuiſſe.

ΚΟΡΙ'ΛΛΑ, πόλις Λατίνων· Διονύσιος τετάρτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας] Ordo literarum poſtulat, ut ſcribatur, ΚΟΡΙ'ΟΛΑ. Apud Dionyſium tamen lib. IV. Antiq. Rom. pag. 247. adhuc legitur, ἐν πόλει Κορίλλῃ. Eadem tamen videtur urbs, quæ Latinis *Corioli*, quæque voce inſequente Κορίολλα dicitur. Hæc pariter ſententia fuit Cluverii.

ΚΟΡΙ'ΟΛΛΑ, πόλις τῆς Ἰταλίας· Διονύσιος καὶ τῆς ἐπιτομῆς] In copulativa καὶ videtur numerus abſconditus, quo indicabatur epitomes hujus liber, ſcribendumque: Διονύσιος ε' τῆς ἐπιτομῆς. *Dionyſius libro quinto epitomes.* Nam Dionyſius Halicarnaſſenſis libros XX. hiſtoriarum, quot compoſuerat, ipſe in compendium redegit librorum quinque: quos legit Photius, de iiſque judicat in Biblioth. Cod. LXXXIV.

— Ὡς μύρλεα μυρλεανὸς καὶ ὕφεσιν τοῦ ι] Ὡς Μύρλεια Μυρλεανός. Vide infra h. v.

ΚΟ'ΡΙΟΝ, τόπος ἐν Κρήτῃ, ἀπὸ κόρης τινός.

— Καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν, Κορησίας] Pauſanias lib. VIII. pag. 487. meminit Ἀθηνᾶς Κορίας. Cicero lib. III. de Natura Deor. cap. 23. *Quarta* (Minerva) *Jove nata & Coryphe, Oceani filia: quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt.* Callimachus Hymno in Dianam v. 234. etiam Dianæ Κορίης meminit. ubi vide quæ notarunt eruditi.

ΚΟΡΚΥΡΙ'Σ, πόλις Αἰγύπτου.

— Ἡ ἢ Ψενύρις Αἰγύπτιος κώμη, βαρύνεται] Hæc infra Ψενηρὸς dicitur.

ΚΟ'ΡΝΙΚΛΟΣ, πόλις Λατίνων· Διονύσιος τετάρτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. τὸ ἐθνικὸν, Κορνικλανός] Apud Dionyſium lib. III. & IV. ſcribitur Κορνίκολος, & gentile Κορνικολανός. Latini *Corniculum* vocant.

ΚΟΡΙΚΟΝΔΑ'ΜΗ, πλησίον Σινώπης] Straboni

boni lib. XI. pag. 494. ΚΟΡΟΚΟΝΔΆΜΗ ſcribitur: & ſic pariter Ptolemæo: idque literarum ordo poſtulat.

— Κορωκονδαμίτις] Strabo d. l. Ὑπέρκειται δὲ τῆς Κοροκονδάμης εὐμεγέθης λίμνη, ἣν καλοῦσιν ἀπ' αὐτῆς Κοροκονδαμῆτιν. *Supra Corocondamen lacus eſt juſtæ magnitudinis, quem ab eo vocant Corocondametin.*

ΚΟΡΟΜΆΝΗ, πόλις πρὸς τὸν Περσικὸν κόλπον] Apud Ptolemæum lib. VI. cap. 7. legitur Κορομανὶς πόλις Ἀβουκαίων.

— Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς] Scribe: αὐτοῦ. refertur enim ad *ſinum Perſicum*, cujus *Periplum Marcianus* conſcripſit. Infra v. Μαλλάδα. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κορομάνιος, διὰ τὸν τύπον τῶν Περσῶν. Παραιτακηνοὶ γὰρ, τῆς Παραιτάκης] Salmaſius legit, Κορομανηνός. Supra tamen v. Δαρσανία, occurrit Κορομάνιοι. Unde, ut cum ſequentibus hæc conveniant, ſcribendum exiſtimo: Κορομάνιος καὶ Κορομανηνὸς, &c. ut alterum ex uſu ſit, alterum ex analogia.

ΚΟΡΌΠΗ, πόλις Θεσσαλίας.

— Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς·

——— ἢ ἐν Ἀπόλλων

Μαντείας Κοροπαῖος ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν] Verſus eſt 613. ſed ibi hodie legitur:

——— ἢ ἐν Ἀπόλλων

Μαντοσύνας Κορυπαῖος ἐθήκατο καὶ Θέμιν ἀνδρῶν.

Ad quem Scholia antiqua nihil habent eorum, quæ inde hic adducuntur: habent enim: Κορυπαῖος. τινὲς Θεσσαλικός. Κορύπη γὰρ πόλις Θεσσαλίας. γράφεται καὶ Ὀρόπειος. Ὀρόπεια γὰρ πόλις Βοιωτίας, ὅπου διασημότατον ἱερὸν Ἀπόλλωνος.

— Οἱ δὲ ὑπομνηματίσαντες αὐτὸν, Θέων καὶ Πλούταρχος καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς φασι, Νίκανδρος Ὀροπαῖος, καὶ Ὀροπαῖος Ἀπόλλων. ἀγνοεῖ δὲ τὸ Ἀμφιαράου ἱερὸν Ἀπόλλωνός ἐστι. λέγεται δὲ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ι, Κοροπαῖος, Κορόπη. Κορόπη δὲ Θεσσαλίας πόλις] Scribe: ἱερὸν Ἀπόλλωνος, Νικάνδρῳ Ὀροπαῖος ὁ Κοροπαῖος Ἀπόλλων. ἀγνοεῖ δ' ὅτι Ἀμφιαράου ἱερὸν καὶ οὐκ Ἀπόλλωνός ἐστι. cum Salmaſio. Deinde ſequentia ſic lego: Λέγεται δὲ κατ' ἔλλειψιν τοῦ κ Ὀροπαῖος. Κορόπη δὲ Θεσσαλίας πόλις.

ΚΌΡΟΝΤΑ, πόλις Ἀκαρνανίας· Θουκυδίδης δευτέρᾳ] Sub finem lib. II. pag. 170.

— Τὸ ἐθνικὸν Κορυκεὺς, ὡς Σαμόσατα Σαμοσατεύς] Lege: Κοροντεύς.

ΚΟΡΟΥΪΏΝ, πόλις Αἰκανῶν ἐν Ἰταλίᾳ. Διονύσιος Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας] Numerus procul dubio excidit, legendumque cum Cluverio: Διονύσιος ι Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Bis enim apud Dionyſium lib. X. extat. Sed in noſtris codicibus non Κορουϊὼν, ſed Κορβιὼν legitur. Livio etiam ſemper *Corbio* dicitur, non *Corvio*. Fuit autem hæc urbs prope *Algidum* in *Æquis*, ſive *Æquanis*, ubi nunc *monte Fortino*: vel, ubi *Rocca Priora*.

ΚΟΛΠΗΔΟΙ, Θρακῶν. * τινὲς Ἀράβων ζ. ἡ χώρα Κολπιλικὴ, ἡ γὰρ Αἶνος κεῖται κατὰ τὴν πρότεραν Ἀψυνθίδα. νῦν δὲ Κολπιλικῶν λεγομένη] Ordo literarum poſtulat, ut legatur, ΚΟΡΠΊΛΟΙ. qui procul dubio ſunt *Corpilli* Plinii lib. IV. cap. II. & *Corpili* Solini. Deinde remoto aſteriſco videtur ſcribendum: Θρακῶν ἔθνος. Στράβων ζ. Nam Strabonem lib. VII. in fine, ubi hodie lacuna eſt ſatis magna, veriſimile gentem hanc deſcripſiſſe. Deinde reliqua verba ſic ordinat Salmaſius ad Solinum pag. 158. ἡ χώρα Κορπιλική. ἡ γὰρ Αἶνος κεῖται κατὰ τὴν πρότερον Ἀψυντίαδα, νῦν δὲ Κορπιλικὴν λεγομένην. MSS. νῦν δὲ Κολπηδικῶν λεγομένων. Apud Ptolemæum lib. III. cap. II. inter Thraciæ Strategias verſus Macedoniam & mare Ægæum enumeratur Κορπιαλική. ubi forte ſcribendum: Κορπιλλική. ut jam Salmaſio monitum.

ΚΌΡΣΕΑΙ, νῆσος τῆς Ἰωνίας ἀντικρὺ Σάμου] Ita quoque ſcribitur ſupra v. Αἴνεια.

— Ἡρωδιανὸς Κορσία διὰ τοῦ ι] Strabo lib. XIV. pag. 636. numero plurium Κορσίαι.

ΚΟΡΥΔΑΛΛΟΣ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς] Apud Strabonem uno Λ ſcribitur, diciturque mons, lib. IX. pag. 395. Ὑπὲρ δὲ τῆς ἀκτῆς ταύτης ὄρος ἐστὶν, ὃ καλεῖται Κορυδαλὸς, καὶ ὁ δῆμος οἱ Κορυδαλεῖς. Similiter ſcribitur Æliano lib. III. Hiſtor. Anim. cap. 35. & Athenæo lib. IX.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΝ, ὄρος ἐπὶ τῷ Ἐπιδαυρίῳ, ἐν ᾧ τιμᾶται Ἄρτεμις Κορυφαία· Παυσανίας δευτέρῳ] Videtur ſcribendum: ὄρος ἐπὶ τῇ Ἐπιδαυρίᾳ. quomodo vocatur territorium *Epidauri* apud Pauſaniam lib. II. pag. 131. vel, τῶν Ἐπιδαυρίων. *Dianæ* autem *Coryphææ* meminit idem Pauſanias eodem libro pag. 136. Ἐπὶ δὲ τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους, Κορυφαίας ἐστὶν ἱερὸν Ἀρτέμιδος, οὗ καὶ Τελέσιλλα ἐποιήσατο ἐν ᾄσματι μνήμην. *In ſummo monte eminet Coryphææ Dianæ templum: cujus in cantico quodam ſuo Teleſilla mentionem fecit.* Occurrit & Κορυφαῖος Ζεὺς, quod *Capitolinus* vertit, ſed non à loco dictus, apud eundem pag. 92.

ΚΟΡΥΦΆΣΙΟΝ, χωρίον Λακωνικὸν, πλησίον Πύλου· Θουκυδίδης πέμπτῃ] Pro πέμπτῃ Stephanus videtur ſcripſiſſe τετάρτῃ. Sequentem enim Thucydidis locum innuere videtur, qui libro IV. non longe à principio legitur: Ἀπέχει γὰρ σταδίους μάλιστα ἡ Πύλος τῆς Σπάρτης τετρακοσίους, καὶ ἔστιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ ποτὲ οὔσῃ γῇ. Καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι Κορυφάσιον. *Abeſt namque Pylus à Sparta ſtadia circiter quadringenta, ſita in eo agro, qui olim Meſſenius, quem Lacedæmonii vocant Coryphaſium.* Quem pariter reſpexit infra v. Πύλος. Quamquam ibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

videatur dicere *Pylum* ipſam, *Coryphaſium* dictam. *Coryphaſii* meminit & Antoninus Liberalis in Metamorph. cap. XXIII.

— Τρεῖς δέ εἰσιν αἱ Πύλοι] Euſtathius loca de *Coryphaſio* & *Pylo* apud noſtrum multo legit ampliora, quam nos facimus, uti patet ex iis, quæ commentatur ad Homeri Iliad. Β. pag. 296. Πύλοι δὲ τρεῖς κατὰ τὰ ἐθνικὰ γράψαντα, Μεσσηνίας, Τριφυλίας, Ἀρκαδίας. Scholiaſtes Pindari ad Pyth. Od. VI. pag. 283. Τριῶν γὰρ ὄντων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Πύλων, εἷς μέν ἐστιν, ὁ περὶ τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν ἐν Ἤλιδι Πύλος· ὃν καὶ ὑπὸ Ἡρακλέος πεπορθῆσθαί φασιν. Ἕτερος ὁ Τριφυλιακὸς Πύλος, ἐν ᾧ ὁ Ἀμαθόεις ποταμός. Τρίτος ἐν Μεσσήνῃ, περὶ τὸ Κορυφάσιον.

— Ἐν παροιμίᾳ. Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλος] Euſtathius loco paullo ante adducto in parœmia Πύλος facit feminini generis:

Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλη.

Docet tamen Strabonem maſculini facere. Quod verum eſt, facit enim id lib. VIII. pag. 339. ubi æque ἄλλος ac hic legitur.

ΚΟΡΩΝΕΙΑ, πόλις Βοιωτίας] Vide Euſtathium ad Homeri Iliad. Β. pag. 268.

— Ἐν ταύτῃ οὐ φαίνεται ἀσπάλαξ, πάσης τῆς Βοιωτίας ἐχούσης τὸ ζῶον] Idem teſtatur Ariſtoteles lib. de Mirab. Auſcult. §. 134. Ἐν Κορωνείᾳ δὲ τῆς Βοιωτίας λέγεται τοὺς ἀσπάλακας τὰ ζῶα μὴ δύνασθαι ζῆν, μηδ᾽ ὀρύσσειν τὴν γῆν, τῆς λοίπης Βοιωτίας πολὺ πλῆθος ἐχούσης. *In Coronea Bœotiæ urbe talpæ nec vivere nec terram fodere poſſe dicuntur, magna alioquin copia per totam Bœotiam redundante.* Idemque tradit Antigonus Caryſtius cap. X.

— Κἄν τις ἔξωθεν ἐνέγκῃ εἰς τὴν Κορωνείαν χώραν, οὐ δύναται ζῆν] Scribe, Κορωναίαν. vel Κορωνείας. Antigonus vocat Κορωνικὴν.

— Ε', πόλις λιμένων Καρήνη] Forte auctor hic iterum enumeravit *Cypri* urbem, quam quarto loco jam recenſuerat, legendumque, έ, πόλις Σαλαμινίων Κορώνη. Certe hoc errorum genus ipſi non infrequens. Salmaſius legebat: πόλις καὶ λιμὴν Κορώνη.

— Ὁ πολίτης, Κορωναῖος καὶ Κορωνεύς] Strabo lib. IX. pag. 411. *Coroneæ Bœotiæ* incolas appellari docet Κορωνίους. *Meſſeniacæ* Κορωνέας. Idemque habes ex Strabone apud Euſtathium. Nihil tamen propterea mutandum exiſtimo. Diverſimode enim hæc gentilia formata: ſupra v. Αἰγαὰ occurrit, Κορωνειάτης.

— Οἱ δέ φασι περὶ τὴν Κορωνίαν, Κορωνιεύς] Videtur legendum: περὶ τὴν Κορώνειαν Κορωνειεύς. Infra tamen v. Μεθώνη videtur adduci Κορωναιεύς.

ΚΟΡΩΝΗ, πόλις Μεσσήνης] Vocabuli ſuperioris loco ſecundo urbis hujus jam meminit. Vide Pauſaniam lib. IV. pag. 281. An ad hanc pertinet nummus Sabinæ Auguſtæ à Franc. Gotifredo poſſeſſus, in quo circum figuram muliebrem ſtolatam: ΚΟΡΩΝΙΣ ΕΠΙ CΤΡ. ΠΩΛΛΙΩΝΟC. & ad dextrum mulieris latus.

Π
Ε
Ρ

Inter Æſculapii matres nominatur Κορωνὶς, Phlegyæ filia, quæ in oraculo Apollophani Arcadi dato, apud Pauſaniam lib. II. pag. 133. Ἱμερόεσσα Κορωνὶς dicitur. Templum autem Æſculapii *Coronæ* fuiſſe idem refert alibi.

— Ἔστι καὶ Κορώνη μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ] Hujus jam mentio facta ante, & quidem, ſi conjectura noſtra vera eſt, non ſemel. Porphyrius autem non Κορώνην, ſed Κορωνίδα appellatam ait *Salaminem*, ante Troïca tempora, lib. II. de Abſtin. §. 54. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος καὶ νύμφης Ἀγραυλίδος. *In inſula vero nunc Salamine dicta, olim Coronide, menſe ſecundum Cyprios Aphrodiſio, homo Agraulo Cecropis & nymphæ Agraulidis filiæ mactabatur.* Locus ante male verſus erat. Eum autem allegant Patres Græci, Euſebius lib. IV. de Præparat. Euang. cap. 16. ſed ibi Κορωνείᾳ ſcribitur pro Κορωνίδι. Cyrillus lib. IV. contra Julianum, Theodoretus lib. VII. Therapeut.

— Ἔστι καὶ πόλις Βιθυνίας] Apud Scylacem ponitur in *Paphlagonia* Κορωνὶς πόλις, ſed longius à *Bithynia*, unde corruptum exiſtimo legendumque pro eo, Κιμωλίς.

ΚΟΣΣΑ, πόλις Οἰνώτρων, ἐν τῷ μεσογείῳ] Hæc eſt *Compſa*, Samnii ſive Hirpinorum civitas. Neque enim ullo modo referri poteſt ad *Coſam* ſive *Coſſam*, coloniam maritimam Hetruriæ. Scilicet Græci aſperam appellationem mollierunt. Immo Cluverius etiam apud Latinos ſcriptores *Compſæ* nomen minus notum aliquoties in *Coſam* mutatam oſtendit.

ΚΟΣΣΕΑ, μέρος Περσίδος] Plutarcho in Alexandro pag. 704. Κουσσαῖον ἔθνος. Quam gentem ad internecionem delevit Alexander in Hephæſtionis parentationem.

ΚΟΣΥΡΟΣ, νῆσος κατὰ Σελινοῦντα, καὶ Σικελίας ποταμὸς, καὶ πόλις ὁμώνυμος. καὶ Λιβύης νῆσος Κόσυρα] Philippus Cluverius lib. I. Sicil. Antiq. cap. 18. mirum in modum torquet ſe in loco hoc explicando, tandemque nimis violentam adhibet medicinam, verba ſic transferendo: ΚΟΣΥΡΟΣ, Σικελίας ποταμὸς, καὶ πόλις Λιβύης νῆσος Κόσυρα κατὰ Σελινοῦντα καὶ πόλις ὁμώνυμος. Sed aut ego vehementer fallor, aut tali medicina opus non eſt. *Coſyrus*, inquit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

quit, *inſula eſt*, intellige Africæ, cui illam tribuit Scylax in deſcriptione Carthaginis, *objacens Selinunti*, *Siciliæ fluvio*. Nam pro καὶ Σικελίας ποταμὸς legendum omnino, τοῦ Σικελίας ποταμόν. verba enim ſunt Strabonis deſumpta ex lib. XVII. pag. 834. Ἀπὸ δὲ τῆς Ταφίτιδος ἐν τετρακοσίοις σταδίοις νῆσός ἐστι Κόσσουρα κατὰ Σελινοῦντα τοῦ Σικελίας ποταμὸν καὶ πόλιν ἔχουσαν ὁμώνυμον, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίων οὖσα τὴν περίμετρον, διέχουσα τῆς Σικελίας περὶ ἑξακοσίους σταδίους. *Stadiis quadringentis à Taphitide eſt Coſſura inſula contra Selinuntem Siciliæ fluvium poſita, ambitum habens centum quinquaginta ſtadiorum & urbem eodem nomine: diſtat à Sicilia ad ſexcenta circiter ſtadia.* Dicta autem inſula hæc *Coſyrus* & *Coſyra*. Unde ex duplici hac terminatione duplex etiam juxta analogiam exſurgit gentilitium; è Κόσυρος Κοσύριος, ut è Σύρος Σύριος aliiſque ſimilibus: è Κόσυρα Κοσυραῖος, ut è Κόρκυρα Κορκυραῖος, Κόρτυρα Κορτυραῖος. Nec illud Κόσσουρα, quod apud Strabonem legitur, vitioſum eſt: nam & ſic appellatam patet ex quinque nummis apud Philippum Parutam in Numiſm. Sicil. pag. 106. in quibus omnibus COSSURA legitur. Errat autem Stephanus, quando Κόσυραν Africæ inſulam facit diverſam à Κοσύρῳ κατὰ Σελινοῦντα. una enim eademque inſula, cui hodie nomen eſt *Pantalaria*. Corruptum autem inſulæ hujus nomen vetus apud Epiphanium in Ancorato cap. CXV. ubi pro monſtroſa voce Κουρκουδαλοπάδουσα, legendum, Κόσσουρα, Λοπαδοῦσα.

— Τῆς δὲ δευτέρας, Κοσύραιος] Scribe, ut jam ante exemplis oſtendimus, Κοσυραῖος.

ΚΟΣΥ'ΤΗ, πόλις Ὀμβρική. Κτησίας τρίτη περιηγήσεως] Puto cum Cluverio à *Cteſia* ſcriptum fuiſſe, Κοτύλη. Ita enim hæc urbs à reliquis omnibus appellatur.

— Ὡς Μοτυαῖος, τῆς Μοτύης, Σικελίας πόλις] Lego cum Cluverio, ἣ Σικελίας πόλις.

ΚΟΤΤΥΑ'ΕΙΟΝ, πόλις τῆς ἐπικτήτου Φρυγίας· Στράβων ιβ´] Ordo literarum, tum formatio gentilium poſtulat ΚΟΤΙΑ'ΕΙΟΝ. & ſic ſupra vv. Γορδίειον & Δάρειον. infra v. Μενέλαος ſcribitur. Apud Strabonem tamen, cujus auctoritatem adducit, etiam in noſtris exemplaribus lib. XII. pag. 572. legitur Κοτυάειον. MSS. etiam hic Κοτυάειον. & ſic pariter ſcribitur apud Conſtantinum Porphyrogennetam, ubi MS. Reg. Κοτύαιον. Chronicon Alexandrinum pag. 642. Κοτύσειον pro Κοτυάειον. Manifeſte corrupta lectio apud Euſtathium ad Dionyſ. pag. 108. Κατηνδύειον ex Strabone adducentem. Et hinc gentile quoque ſic ſcribitur. Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεὺς aliquoties laudatur à Porphyrio in Quæſtionibus Homericis. Apud Ariſtidem Oratio Funebris in Alexandrum inſcribitur: Ἀλεξάνδρῳ... Ἀρισείδης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Κοτυαέων. Immo infra v. Φιλομήλιον. in ipſo gentili hæc ſcriptura occurrit.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κοτιαεὺς] Hanc ſcripturam conſtanter exprimunt nummi. Apud R. P. Sirmondum extat nummus cum inſcriptione: ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Alius Agrippinæ Auguſtæ poſſidetur à Franc. Gotifredo, in quo circum figuram ſedentem cum patina: ΚΟΤΙΑΕΩΝ ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥΥΙΟΥ. Cujus ſimilem vidi in Gazophylacio Mediceo, in quo evidentiſſime legitur: ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥΥΙΟΥ. Item alium Alexandri Severi in eodem Gazophylacio, in quo circum Cybelen currui leonum inſidentem: ΕΠΙ ΜΑΥ. ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΥΙΝΤΙΛ. & ſubtus: ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Item alium pulcherrimum Macrini ibidem, in quo circum Fortunam vel Abundantiam: ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΚΕΛΕΡΟϹ ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. & alium Gallieni, in quo circum Abundantiam: ΕΠΙ ΠΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΙΠΠΙΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ. Denique apud Triſtanum Tom. II. pag. 207. extat nummus, in quo circum Bacchum Satyro innitentem: ΚΟΤΙΑΕΩΝ. ubi vide virum doctum prolixe de hac urbe diſſerentem.

ΚΟΤΥ'ΛΑΙΟΝ, ὄρος Εὐβοίας, ἀνακείμενον Ἀρτέμιδι, ὥς φησιν Ἀντίμαχος ἐν Ἀρτέμιδος ε´] Salmaſius legit: ἐν Θηβαΐδος ε´. Et ſic citantur Antimachi libri infra v. Κώθος.

ΚΟ'ΡΤΥΤΑ, χωρίον Λακωνικόν· Θουκυδίδης] Thucydides lib. IV. pag. 288.

ΚΟΥΡΗ'Σ, ὁ Ἀκαρνανίας. Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοί. Ὅμηρος] Supra v. Ἀκαρνανία. *Acarnania* dicitur regio diviſa à *Curetibus* juxta Acheloum amnem. Euſtathius ad Homeri verſum, qui hic adducitur ex Iliad. I. digitum intendit in loca, in quibus *Curetes* habitarunt, quando pag. 771. dicit: Ἰστέον δὲ ὅτι Κουρῆτες οἱ τὴν Πλευρῶνα οἰκοῦντες, δῆλον δ' ὅτι πόλις Αἰτωλικὴ καὶ ἡ Πλευρὼν, Εὐβοέων ἦσαν ἄποικοι, προφερόμενοι τῷ τόνῳ καὶ τῇ κλίσει, ὡς τὸ ἀθλὴς ἀθλῆτος, οὕτω γὰρ καὶ Κουρὴς Κουρῆτος.

ΚΟΥ'ΡΙΟΙ, ἔθνος Σαβίνων, πολεμήσαν Ῥωμαίοις. Χάραξ ιβ´] Infra Κύρεις dicitur *Sabinorum* metropolis.

— Οἱ φυλέται, κουρῖται] Philippus Cluverius corrigit οἱ πολῖται κ. Sed non cogitavit φύλην & φῦλον ſignificare δῆμον & ἔθνος, ut noſter docet infra, indeque formari φυλέτης. Nihil ergo mutandum.

— Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι Κουρῖτες πρὸς ἐκείνου ἐκλήθησαν] Cluverius pro ἐκείνου vult ἐκείνων. Sed æque commode ad ἔθνος referri, quam ad φυλέται poteſt. *Quirites* autem Romanos dici notum eſt.

ΚΟΧΛΙ'ΟΥΣΑ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ] Aliis hæc inſula dicitur Κοχλιοῦς. Sed

utroque modo appellata eſt, ut Ταφιοῦς, Ταφίουσα.

ΚΡΑ´ΓΟΣ, ὄρος Λυκίας] Tzetzes ad Lycophronem pag. 94. *Cragum* dicit Jovem in *Lycia* cultum: Κράγον τὸν Δία ἐτίμων ἐν Λυκίᾳ.

ΚΡΑ´ΜΒΟΥΣΑ, νῆσος περὶ Σελεύκειαν τῆς Ἰσαυρίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κραμβούσης ἢ *] MSS. Κραμβούσιος, ἢ Κραμβουσαῖος.

ΚΡΑΝΑΗ`, νῆσος Λακωνική. Ὅμηρος· Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην] Locus Homeri extat Iliad. Γ. v. 445. ad quem Euſtathius pag. 433. dicit alios *Cranaen* de *Cytheris*, alios de *Helena* exponere.

— Ἥτις προκειται τοῦ Γυθείου] Sic Pauſanias lib. III. pag. 204. Ἡ δὲ νῆσος Κραναὴ πρόκειται Γυθείου· καὶ Ὅμηρος Ἀλέξανδρον ἁρπάσαντα Ἑλένην, ἐνταῦθα ἔφη συγγενέσθαι οἱ πρῶτον. *Gytheo objacet inſula Cranaë: in qua Alexandrum rapta Helena cum ea primum congreſſum Homerus auctor eſt.*

— Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Κραναοῦ] Euſtathius ad Dionyſii Perieg. pag. 60. Ἀττικὴ δὲ ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται καὶ Ἀτθίς. τοῦτο μὲν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς θυγατρὸς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναὴ λέγεται. Et quem Euſtathius ſequutus eſt Strabo lib. IX. pag. 397. Ἀττικὴν μὲν γὰρ ἀπὸ Ἀκταίωνός φασιν· Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ ἔνοικοι. *Regionem quippe Atticam dicunt ab Actaone: Atthidem & Atticam ab Atthide Cranai F. à quo incolæ Cranai.* Hinc apud Ariſtophanem Acharnenſ. Act. I. Sc. 2. ὦ Κραναὰ πόλις, dicitur de *Athenis*.

— Ἑλένη καλεῖται νῦν] Strabo lib. IX. pag. 399. Πρόκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης πρὸ μὲν τοῦ Θορικοῦ καὶ τοῦ Σουνίου νῆσος Ἑλένη, τραχεῖα καὶ ἔρημος παραμήκης, ὅσον ἑξήκοντα σταδίους τὸ μῆκος· ἧς φασι μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν, ἐν οἷς Ἀλέξανδρος λέγει πρὸς τὴν Ἑλένην. *Ante oram hanc & Thurium ac Sunium jacet inſula Helena, aſpera & deſerta, in longum porrecta ſpatio circiter LX. ſtadiorum. Ejus ajunt meminiſſe Homerum in his Alexandri ad Helenam verbis.*, deinde ſubjicitur locus Homeri de *Cranaë* ab Stephano paullo ante adductus.

— Ἐμοὶ δοκεῖ Ἀλέξανδρος δηλοῦν οὐ τὴν διὰ τῶν νήσων πλοῦν πεποιημένον τῶν εἰσαγόντων, ἀλλὰ τὴν ἔξω] Videtur legendum: δηλοῦν οὐ τὴν, &c. deinde pro τῶν εἰσαγόντων, τὴν εἴσω Αἰγαίου. aut potius, τὴν εἰσάγοντα. & porro, ἀλλὰ τὴν ἔξω.

— Τὸ ἐθνικὸν, εἰ μὲν τῆς Λακωνικῆς, Κραναάτης, ὡς Καρυάτης· εἰ δὲ τῆς Ἀττικῆς, Κραναῖος, ὡς Ἀθηναῖος] ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ nummus habetur apud Goltzium cum veſpertilione, qualis etiam in ΕΛΕΝΙΤΩΝ nummo viſitur. Unde omnino exiſtimo cum ipſo Goltzio eoſdem iſthic eſſe Ἑλενίτας καὶ Κραναάτας. Non autem cum Nonio cenſeo iſtum Κραναατῶν nummum ad Laconicam inſulam referendam. Nec me movet quod noſter hic gentilia diverſa facit: in his enim ſæpiſſime fallitur.

ΚΡΑ´ΝΕΙΑ, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν.

— Ὥς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος] Lege cum MSS. Λαρισσαίοις. Et ſic corruptum dramatis nomen jam reſtituit Meurſius lib. de fabulis Sophoclis, & Mauſſacus ad Harpocrationem.

ΚΡΑΝΙ´ΔΕΣ, συνοικία πρὸς τῷ Πόντῳ. Παρθένιος ἐν Ἀνθίπῃ] Lege, ἐν Ἀνθίππῃ.

ΚΡΑ´ΝΙΟΝ, πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ τῇ νήσῳ· τετράπολις δὲ ἡ νῆσος] Thucydides lib. II. pag. 119. Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα, τετράπολις οὖσα, Παλλῆς, Κράνιοι, Σαμαῖοι, Πρόναιοι. *Sita autem eſt Cephallenia Acarnaniam verſus & Leucadem, quatuor habens civitates, Pallenſes, Cranios, Samæos, Pronæos.* In quo loco poſtrema vox per ω ſcribenda, Πρώναιοι. Παλλῆς autem dicitur pro Παλλεῖς, ut Μεγαρῆς pro Μεγαρεῖς, ut notat Scholiaſtes Thucydidis ad lib. I. pag. 20. Παλῆς ὡς Μεγαρῆς. dein addit: Πόλις δὲ ἡ Πάλη τῆς Κεφαλληνίας. Τετράπολις γάρ ἐστιν ἡ Κεφαλληνία, Πάλη, Κράναια, Σάμαια, Πρώναια. Tzetzes ad Lycophronem pag. 125. Θουκυδίδης εἰς τέσσαρα φῦλα διαιρεῖ τὴν Κεφαλληνίαν, Πρωνίους, Σαμίους, Παλεῖς καὶ Κρανείους. Heſychius: Κράνιοι, τῆς Κεφαλληνίας αὗται τέσσαρες Κράνιοι. Et paullo poſt apud eundem *Cephallenia* mentio in Κραντῆρες ὀδόντες. οἱ δὲ τόπον Κεφαλληνίας. Exiſtimo autem verba hæc non ſuo loco poſita, referendaque ad præcedens Κράνιον. Livio quoque quatuor populi in *Cephallenia* commemorantur lib. XXXVIII. cap. 28. *Neſiotæ, Cranii, Pallenſes & Samæi.* & in ſequentibus deſcribitur *Samæorum* excidium. Unde Plinius lib. IV. cap. 12. de *Cephallenia*: *Same diruta à Romanis, adhuc tamen oppida tria habet.* & Strabo lib. X. pag. 455. Τὴν δὲ Κεφαλληνίαν τετράπολιν οὖσαν, οὔτ' αὐτὴν εἴρηκε τῷ νῦν ὀνόματι, οὔτε τῶν πόλεων οὐδεμίαν, πλὴν μιᾶς εἴτε Σάμης εἴτε Σάμου· ἣ νῦν μὲν οὐκέτ' ἐστὶν, ἴχνη δ' αὐτῆς δείκνυται κατὰ μέσον τὸν πρὸς Ἰθάκῃ πορθμόν. οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς Σαμαῖοι καλοῦνται. αἱ δ' ἄλλαι καὶ νῦν εἰσιν ἔτι μικραὶ πόλεις τινὲς, Πρώνησος καὶ Κράνιοι. *Cephallenia, cum habeat quatuor urbes, ne illam quidem ſuo adfecit* (Homerus) *nomine, quod nunc habet, neque ullam urbium, Same ſive Samo excepta, cujus hodie tantum veſtigia extant, ad medium verſus Ithacam trajectum: cives Samæi dicuntur. Superſunt alia ejus exigua oppida, Proneſus & Cranii.* In ultimis verbis Caſaubonus exiſtimat Πάλην omiſſam.

— Ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων, Προνήσου, Σάμου, Πυλέως, Κρανίου] Scribe: Πρωνήσου. ut Strabo d. l. Apud Heraclidem in Excerpt. Polit. Πρόμνησος dicitur.

— Τὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Τὸ ἐθνικὸν, Κρανναεῖς] Lege: Κραννιεῖς. Heſychius: Κρηνίας, Κεφαλλῆνας τινές.

ΚΡΑ΄ΝΩΝ, πόλις τῆς Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος, ἐν τοῖς Τέμπεσιν.

— Ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναί φασι μόνους, ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς Θαυμασίοις, καὶ Θεόπομπος. ὅταν δ' ἄλλους ἐκνοσσεύσωσιν, ἴσους αὐτοὺς καταλιπόντες, ἀπέρχονται] Intellige hæc de *Cranone* Theſſaliæ: uti patet ex Antigono Hiſt. Paradox. cap. XV. (ubi pariter *Theopompus* adducitur) & Ariſtotele Mirab. Auſcult. cap. 136. Legendum autem hic, ἴσους αὐτοῖς κ. α.

— Ὁ πολίτης, Κραννώνιος] Hinc Scopas *Cranonius* apud Diogenem Laërtium in Socrate, qui male ab Aldobrandino *Cranonii filius* redditur.

— Ἡρόδοτος ἕκτῃ. Ἐκ δὲ Θετταλίης ἦλθεν τῶν Σκοπαδέων Διακτορίδης γὰρ Κραννώνιος] Verba ſunt Herodoti è lib. VI. cap. 127. ſed in iis γὰρ deſideratur: quare hic delendum eſt.

— Ἀπέχει δὲ σταδίους ἑκατὸν τῆς Γυρτῶνος ἡ Κράνιον πόλις, ὥς φησι Στράβων] MSS. ἡ Κραννὼν πόλις. quomodo reſcribendum. Locus autem apud ipſum Strabonem hodie deſideratur in fine lib. VII. Veſtigia tamen ejus ſuperſunt in Excerptis, ſed parum ſincera. Scilicet: ἀπέχει δ' ἡ Γυρτὼν τῆς Τύρρηνος πόλεως Κραννῶν. quæ ex Stephano ſic corrigenda; ἀπέχει δὲ σταδίους ρ' τῆς Γυρτῶνος πόλεως Κραννών. Sequentia quoque: Καὶ Ὅμηρός φησιν Ἐφύρους Κρανωνίους· Φλεγύας δὲ τοὺς Γυρτωνίους. inde deprompta ſunt: dicunturque pariter lib. IX. pag. 442.

ΚΡΕ΄ΜΗ, πόλις Πόντου] Videndum an hæc civitas ſit Plinii *Cremniſcos* lib. III. cap. 12. variant enim ibi codices, & alii *Cremenſe*, alii *Crene* præferunt. Herodoto lib. IV. cap. 20. Κρεμνοί dicuntur emporium ad paludem Mæotim; & rurſus cap. 110. ejuſdem libri.

ΚΡΕΜΜΥΩΝ, κώμη Κορίνθου] Pauſaniæ ſcribitur Κρωμύων lib. II. pag. 86. Τῆς δὲ Κορινθίας ἐστὶ γῆς καὶ ὁ καλούμενος Κρωμύων ἀπὸ τοῦ Κρώμου τοῦ Ποσειδῶνος. *In Corinthiaco agro vicus eſt, cui Cromyon nomen, à Cromo Neptuni filio.* Rurſus eidem lib. I. pag. 50. Κρομμυών. Plutarcho Κρομυών. Quam ſcripturam Ovidius ſequutus eſt lib. VII. Metam. ubi de *Theſeo* v. 435. canit:

Quodque ſuis ſecurus arat Cromyona colonus,
Munus opuſque tuum eſt.

— Καὶ τῶν Θησέως ἄθλων] Videtur legendum: καὶ τὸ Θησέως ἄθλον. Salmaſius addebat ἐν. καὶ ἐν τῶν Θησέως ἄθλων.

ΚΡΗΝΙ΄ΔΕΣ, πόλις Σικελίας, ἃς Φίλιππος μετωνόμασε Φιλίππους] In MS. ſupra vocem Σικελίας. recentiori manu additum Θρᾴκης. Verum infra v. Φίλιπποι. apparet legendum Μακεδονίας. etſi proprie *Thraciæ* fuerit.

ΚΡΗ΄ΣΤΩΝ, πόλις Θρᾴκης. ἔοικε δὲ εἶναι ἡ Κρηστώνη παρ' Ἡροδότῳ] Puto eandem eſſe cum Γρηστωνίᾳ & Γαστρωνίᾳ, de quibus ſupra. Apud Herodotum lib. I. cap. 57. Κρηστὼν occurrit, pro Κροτῶνα, oppido Pelaſgorum ὑπὲρ Τυρσηνῶν, in Italia; & gentile Κρηστωνιῆται.

— Λυκόφρων,

Ὁρκωμοτῆσαι τόν τε Κρηστώνης θεόν] Lycophron Caſſand. v. 937. ad quem locum Tzetzes Κρηστώνης explicat, ἡ Θρᾴκης, ἀπὸ μιᾶς πόλεως οὕτω καλουμένης. Vide eundem etiam pag. 88.

— Ὁ πολίτης Κρηστωναῖος] Sic pariter apud Herodotum lib. V. cap. 3. & lib. VII. cap. 124. Thucydidem lib. IV. pag. 325.

ΚΡΗ΄ΤΗ, ἡ μεγίστη νῆσος, ἣν Κρείτην ἔφη Ἀρχίλοχος, κατὰ πλεονασμόν] Euſtathius hoc tribuit Archiæ ad Dionyſ. pag. 71. Ἀρχίας δέ τις, ὡς λέγεται, Κρείτην αὐτὴν ὠνόμασε, πλεονασμῷ τοῦ ε.

— Οἱ δὲ ἀπό τινος γηγενοῦς Κρητός] Hoc Scymnus affirmat ex Ephoro in Perieg. v. 550.

——— εἶναι φησί τε
Ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
Τοῦ δὴ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος.
——— *eſſeque ait*
Nomen nactam inſulam à Crete quodam,
Exiſtente rege indigena.

— Καὶ Χιλώνη] Hoc cognomentum Dianæ fuit. Infra enim, Χιλώνη, οὕτως ἡ Ἄρτεμις. & Callimachus Hymno in Jovem v. 77.

——— ἐπακτῆρας δὲ Χιλώνης
Ἀρτέμιδος.

Ubi Scholiaſtes docet ſic dictam: ὅτι τικτομένων τῶν βρεφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι. Ergo vult venire à χιλών, χιλῶνος.

— Καὶ Εὐφρόνη] Epitheton eſt noctis. Heſychius: Εὐφρόνη νὺξ καὶ εὐφροσύνη. Et ſic etiam Suidas.

— Λέγεται καὶ πληθυντικῶς Κρῆται] Homerus ipſam inſulam plurali numero Κρήτας vocat. Euſtathius ad Iliad. Δ. pag. 490. Κρήτην καὶ Κρήτας τὴν αὐτὴν νῆσον λέγει Ὅμηρος. Item ad Iliad. Ξ. & Π. Hic tamen pro gentili accipere videtur.

— Καὶ Κρηταῖος, καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως] Virgilius in Ciri v. 114.

——— *Gortynius heros*
Attica Cretæa ſternebat rura ſagitta.

Vetus poëta apud Chariſium lib. IV. Inſtit. Gramm. in fine:

Seu Cretæa magis, ſeu tu Dictynna vocaris,
Huc deſcende.

Apollonius Rhodius lib. II. v. 1237. Κρηταῖον ἄντρον. ubi Scholiaſtes. Κρηταῖον ὄρος, τὸ Κρητικὸν, γέγονε δὲ καθ' ὁμοιότητα τοῦ Σιναῖον. Denique apud Goltzium extat nummus cum epigraphe, ΚΡΗΤΑΙΩΝ.

— Καὶ Κρητάς] Diverſum ab hoc gentile eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

κρητικὸς, quod in Sept. Severi nummo extat apud Triſtanum Tom. II. pag. 93. in quo circum Cererem ſerpentibus vectam legitur: ΚΡΗΤΙΕΩΝ ΦΛΑΟΥΙ. Quod nequaquam ad Cretam inſulam referendum, ut facit vir doctus, ſed ad *Cretiam* ſive *Critiam* Bithyniæ, cognomento *Flaviopolin*. Varie autem ea ſcribitur, Κράτεια Ptolemæo; Κράτια Hierocli; in nummo Juliæ Severi apud Franc. Gotifredum: ΚΡΙΤΙΑ ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΣ. ſed omnium rectiſſime in dicto Severi nummo Κρήτια. Atque ita in Juliæ nummo olim quoque excuſum fuerat: ſed qui ab ærugine eum expurgavit, crus inter Ρ & Η compendio hoc Ρ-Η factum ſuſtulit: cujus adhuc veſtigia apparent accuratius conſideranti. Apud eundem Franc. Gotifredum in nummo Antonini Caracallæ ſub Europa tauro vecta: ΚΡΗΤΙΕΩΝ.

— καὶ κρήσιος, ἀπὸ τοῦ κρής] Heſychius: κρήσσας, κρητικὸς, ἀπὸ κρήτης. Unde Salmaſius ſic corrigendum hoc loco putabat. Mihi Heſychius medicina potius indigere videtur, quam noſter. κρήσιον enim πέλαγος habes apud Sophoclem in Trachin. pag. 335. &, κρησίοις ἐν ῥυθμοῖς παῖδα μέλψωμεν, apud Dionyſium Halicarn. lib. περὶ Συνθέσ. Ονομ. & κρήσια φῦλα ἵππων, apud Oppianum lib. I. κυνηγ. v. 299.

— καὶ ἀπὸ τῆς κρητὸς γενικῆς, κρητίς· καὶ τροπῇ τοῦ τ εἰς σ, κρησίς] Hinc σίδης κρησίδος apud Nicandrum Alexipharm. pag. 163.

— καλεῖται δὲ ἡ νῆσος καὶ Ἀερία] Vide ſupra ad v. Ἀερία.

ΚΡΗΤΗΝΙ'Α, τόπος Ῥόδου, ἐν ᾧ ᾤκουν οἱ περὶ Ἀλθημένην] Hiſtoriam *Althæmenis* habes apud Cononem Narrat. XLVII. in Biblioth. Photii. Unde hic corrigendum Ἀλθαιμένην. Sic enim ſcribitur quoque hujus viri nomen ab Euſtathio ad Iliad. Β. pag. 313. In Cononis autem narratione perperam Γλιάδων legitur pro Ἡλιάδων, ut jam monuimus ſupra v. κάμιρος.

ΚΡΗΘΩΤΗ', πόλις Ἑλλησπόντου, ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσα τῆς καρδίας] Scribe, ΚΡΙΘΩ'ΤΗ. ſic poſtulantibus & literarum ordine & gentili ſubjecto; denique Demoſthene, Strabone, Harpocratione, Marciano, Suida. Apud Scylacem tamen & Plinium ſcribitur ut hic.

ΚΡΙ'ΜΙΣΑ, πόλις Ἰταλίας, πλησίον κρότωνος καὶ Θουρίου. Λυκόφρων ἀπὸ κριμίσης νύμφης] Apud Lycophronem pag. 148. ſcribitur κρίμισα.

κρίμισα φιτροῦ δέξεται μιαιφόνον.

In nummo tamen apud Pyrrhum Ligorium, qui nympham exhibet cannis coronatam, legitur, ΚΡΙΜΙΣΑ. In averſa illius parte caput Herculis cum clava expreſſum, additumque ΚΡΟΤΩΝ. Hyginus Fab. CXXCVIII. dicit Theophanen Byſaltidis filiam à Neptuno raptam in inſulam *Crumiſſam* ab eo tranſlatam: mox cives *Crumiſſenſes* vocat. Ubi editores *Cromiuſam* ſubſtituunt, quæ infra Iberiæ inſula dicitur. Sed puto rectius ad *Italiæ* vel *Siciliæ* locum inſulam iſtam referri. Nam & in Sicilia fluvius fuit κριμισσὸς, cujus meminit Lycophron & ad eum Tzetzes pag. 154. qui perperam apud eundem κρημισσὸς ſcribitur pag. 83.

ΚΡΙ'ΣΑ, πόλις Φωκίδος· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἀπὸ κρίσου Φωκίου] A plurimis per duplex σ nomen hujus urbis ſcribitur, κρίσσα. A Sophocle tamen in Electra pag. 89. per σ ſimplex. Deinde MSS. hic porro legunt, ἀπὸ κρίσου Φώκου υἱοῦ. Quomodo hic reſcribendum. Nam Euſtathius ſimiliter ad Homeri Iliad. Β. pag. 274. κρίσσα δὲ πεδίον καὶ πόλις ἐν Λοκροῖς ἢ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ κρίσσου τινὸς τυράννου, ἢ ὡς Ἑκαταῖός φησι, παιδὸς Φώκου. Vide & Euripidis Scholiaſten ad Oreſten pag. 120.

— Τὸ ἐθνικὸν, κρισαῖος, καὶ κρισαῖον πεδίον] Euſtathius d. l. ἐξ ἧς καὶ πεδίον κρισσαῖον, καὶ κόλπος ἐκεῖ κρισσαῖος. Corruptum hoc gentile in Hymno Homeri ad Apollinem, ubi vulgo legitur v. 446.

——— αἱ δ' ὀλόλυξαν
κρισσαγῶν ἄλοχοι καλλίζωνοί τε θύγατρες.

pro κρισσαίων.

——— *ulularunt*
Criſſenſium mulieres beneque cinctæ filiæ.

— Τινὲς δὲ αὐτὴν τῇ κίρρᾳ φασί] Per αὐτὴν intelligit *Criſam* Phocidis. Hanc enim nonnulli veterum cum *Cirrha* confuderunt. Athenæus lib. XIII. pag. 560. καὶ ὁ κρισαϊκὸς δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, ὅτε κιρραῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαέτης ἦν. *Bellum id, quod Criſaïcum eſt nominatum, ut refert Calliſthenes libro de bello ſacro, in quo Cirrhæi adverſus Phocenſes bellarunt, decennale fuit.* Etymologus item ſatis animoſe reprehendit Leocrinem, qui diverſas ſtatuerat. v. κρίσα. Λεωκρίνης δὲ ἡγεῖται δύο εἶναι πόλεις, ἄλλην τὴν κρίσαν, καὶ ἄλλην τὴν κίρραν. ἀντίκειται δὲ ὑπὸ πολλῶν· οὔτε γὰρ τῶν γεωγράφων εἶπέ τις πόλεις δύο διαφόρους, ἀλλ' οὐδὲ τῶν περιηγητῶν, μόνος δὲ αὐτὸς καὶ τοῦτο δι' ἄγνοιαν τοῦ ἰδιωτισμοῦ τοῦ πάθους. Sed Etymologum temere pronuntiaſſe contra Leocrinem Strabonis evincit auctoritas, qui lib. IX. pag. 418. Ὑποπέπτωκε δὲ τῇ κίρφει πόλις ἀρχαία κίρρα, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρυμένη· ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίων· ἵδρυται δ' ἀπαντικρὺ Σικυῶνος· πρόκειται δὲ τῆς κίρρας τὸ κρισαῖον πεδίον εὔδαιμον· πάλιν δ' ἐφεξῆς ἐστιν ἄλλη πόλις κρίσσα, ἀφ' ἧς ὁ κόλπος κρισσαῖος. *Infra Cirphin jacet urbs antiqua Cirrha, ſita ad mare è regione Sicyoni: unde aſcenſus Delphos eſt ſtadio-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſtadiorum circiter XXC. *Ante Cirrham ſitus eſt Criſſæus campus felix. Sequitur inde alia urbs Criſſa, unde Criſſæo ſinui nomen.* Cum Strabone concinunt Plinius & Ptolemæus.

ΚΡΟΒΥΖΟΙ, ἔθνος πρὸς νότου ἀνέμου, τοῦ Ἴστρου] Mentio hujus populi apud Etymologum v. Ζάμολξις. Heſychius, Κροβυζοὶ, γένος Θρᾳκῶν. Et Anonymus in deſcriptione Ponti Euxini, Κρόβυζοι, ἔθνος Θρᾳκῶν.

ΚΡΟΚΕΑ, πόλις Λακωνικὴ, τῶν ἑκατὸν πόλεων μία. λέγεται οὖν ἑνικῶς] Lege numero plurium, ΚΡΟΚΕΑΙ. uti evincitur verbis ſequentibus: λέγεται οὖν ἑνικῶς. In quibus particula καὶ omiſſa eſt: nuſquam enim alio referri poſſunt: λέγεται οὖν καὶ ἑνικῶς. Plurali autem numero extulit Pauſanias in Laconicis, pag. 203. & Corinthiacis pag. 90.

ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΩΝ πόλις, πόλις ἐν τῇ Μοιρίδι λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ. Ἡρόδοτος δευτέρᾳ] Herodotus lib. II. cap. 148. Δόξαν δέ σφι ἐποιήσαντο λαβύρινθον, ὀλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοίριος κατὰ Κροκοδείλων καλεομένην πόλιν μάλιστά κῃ κείμενον. *Ex placito autem eo fecerunt labyrinthum, paullo ſupra ſtagnum Mœridis, maxime urbem verſus, quæ dicitur Crocodilorum.*

— Ἐκλήθη δὲ οὕτως ὁ μαν * ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν διωκόμενος, μεθ' ἵππου φυγή. καταπεσόντος δὲ τοῦ ἵππου ἐν τῇ Μοιρίδι λίμνῃ, ὑπὸ κροκοδείλου ληφθῆναι, καὶ ἐξενεχθῆναι εἰς τὸ πέραν, καὶ οὕτως ὀνομασθῆναι, καὶ πόλιν κτίσαι, καὶ καθιερῶσαι τὸ γένος τῶν κροκοδείλους. ἀπεῖπέ τε μηδένα ἀποκτείνειν τὸ ζῶον, ἡγεῖσθαί τε ὡς θεόν] Lacuna hujus loci ſuppleri facile poteſt ex Diodori Siculi, unde depromptus, lib. I. pag. 56. Φασὶ γάρ τινες τῶν ἀρχαίων τινὰ βασιλέων τὸν προσαγορευόμενον Μηνᾶν, διωκόμενον ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν καταφυγεῖν εἰς τὴν Μύριδος καλουμένην λίμνην, ἔπειθ' ὑπὸ κροκοδείλου παραδόξως ἀναληφθέντα εἰς τὸ πέραν ἀπενεχθῆναι, τῆς δὲ σωτηρίας χάριν ἀποδιδόναι βουλόμενον τῷ ζώῳ, πόλιν κτίσαι πλησίον ὀνομάσαντα Κροκόδειλον. καταδεῖξαι δὲ τοῖς ἐγχωρίοις ὡς θεοὺς τιμᾶν ταῦτα τὰ ζῶα, καὶ τὴν λίμνην αὐτοῖς εἰς τροφὴν ἀναθεῖναι. *Vetuſtorum regum quendam, qui Menas nominatur, dicunt nonnulli canum ſuorum inſectatione in Myridis lacum eſſe compulſum, quem crocodilus, mirabile dictu, in littus tranſportarit. Qui ut gratiam pro donata ſalute beſtiæ reponeret, urbem Crocodili nomine juxta ædificarit, & divinis crocodilos honoribus affici juſſerit, lacumque eorum alimentis dedicarit.* Eandemque hiſtoriam ex Diodoro habes apud Euſebium lib. II. de Præpar. Euang. cap. I. ubi ait fuiſſe τινὰ τῶν παρ' αὐτοῖς βασιλέων. Ergo legendum, deleto aſteriſco, aut: Ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι Μηνᾶς ὑπὸ τῶν ἰδίων, &c. aut: ὅτι βασιλεύς τις ὑπὸ τῶν ἰδίων.

ΚΡΟΚΥΛΙΟΝ, νῆσος Ἰθάκης. Θουκυδίδης τρίτῃ] Κροκύλιον apud Thucydidem lib. III. pag. 238. non inſula, ſed in oppoſita continente *Ætoliæ* oppidum eſt. Homerus Iliad. B. v. 633. τὰ Κροκύλεια vocat. Quem locum Strabo interpretans lib. VIII. pag. 376. in *Acarnania* eſſe dicit. Euſtathius ad dictum Homeri locum pag. 307. noſtrum transſcripſit, ut ſolet.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κροκυλεύς] Cl. Salmaſius volebat, Κροκυλειδεύς. ſed ut hic ita pariter Euſtathius: & recte.

— Τὸ τέταρτον Αἰγιρῆα] Non dubito quin legendum ſit Αἰγίλιπα. quam Homerus Iliad. B. eodem verſu cum Κροκυλείοις conjungit. Αἰγίλιψ enim Suidæ πόλις Κεφαλληνίας, quæ vicina *Ithacæ*, dicitur.

ΚΡΟΤΩΝ, πόλις Ἰταλίας ἐπίσημος, περὶ τὸ Ῥήγιον.

— Τὸ μέν τοι ἀπὸ τοῦ φθαρτοῦ τῶν κανῶν ὀξύνεται] Cl. Salmaſius: ἀπὸ τοῦ φθαρτοῦ τῶν κωῶν.

ΚΡΟΥΣΙΣ, μοῖρα τῆς Μυγδονίας. Στράβων ἑβδόμῃ, ἡγεμονικῆς Κρουσίδος, ἀπὸ Κρουσέως, τοῦ Μύγδονος υἱοῦ] Hæc verba Strabonis nunc deſiderantur in libro VII.

— Ἔστι δὲ κρου *] An ἔστι δὲ καὶ Κρουσαῖος?

ΚΡΥΑΣΣΟΣ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Κρυάσσου τοῦ Κάρητος] Apud Plutarchum lib. de Virt. Mulier. pag. 246. ἡ Κρύασσα dicitur. Ubi narrat quomodo hæc urbs occupata à Meliis fuerit mulierum auxilio, quomodoque paullo poſt alia urbs, quæ νέα Κρύασσα appellata, ab iiſdem ſit condita.

ΚΡΩΒΙΑΛΟΣ, πολίχνιον πρὸς τῇ Ποντικῇ. Ἀπολλώνιος τρίτῳ,

Κρωβίαλον, &c.] Euſtathius ad Iliad. B. pag. 362. Ἀπολλώνιος δὲ γράφει ἐν τοῖς ἑαυτοῦ.

ΚΡΩΜΝΑ, πόλις Παφλαγονίας, ἡ νῦν Ἄμαστρις, ὡς εἴρηται] Vide quæ notavimus ſupra v. Ἄμαστρις. Quibus adde Tzetzem ad Lycophron. pag. 92. item Euſtathium ad Iliad. B. dicto paullo ante loco.

— Καὶ Κρωμναεύς] Euſtathius: καὶ Κρωμνιεύς.

— Ἔστι καὶ Πελοποννήσου πόλις, ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς, καὶ ἑνικῶς, καὶ πληθυντικῶς, ἀπὸ Κρώμνου τοῦ Λυκάονος] Tzetzes d. l. Κρῶμνα δὲ χωρίον Κορίνθου, ἐξ οὗ οἱ στρατεύσαντές φησιν οἱ περὶ Ἴδαν. Pauſaniæ Κρῶμοι dicuntur ἀπὸ Κρώμου lib. VIII. pag. 458. & pag. 498. Corrupte vero bis pag. 510. genitivus occurrit Κρώμωνος pro Κρώμων, ut jam Sylburgio notatum. Ibidem etiam regio bis Κρωμῖτις dicitur, quomodo & vocatur ſupra v. Γαθέαι.

ΚΡΩΠΙΑ, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.

— Ὁ δημότης, Κρωπίδης] Ariſtophanes in Equitib. Act. I. Sc. I. appellat Κλωπίδας. ubi Scholiaſtes: ἐναλλαγὴ πάλιν στοιχείου τοῦ ρ εἰς τὸ λ. Κρωπίδαι γὰρ δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Polybio gentile eſt Κρώπιος in Excerpt. lib. XXVII. pag. 130. ubi Aulum Hoſtilium Conſulem in Phanotenſium oppido diverſatum dicit παρὰ Νέστορι τῷ Κρωπίῳ.

ΚΤΗ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ΚΤΗΜΕΝΗ, πόλις Θετταλίας, ὑπὸ Πηλέως Φοίνικι δωρηθεῖσα, ἧς τὸν πολίτας Ὅμηρος Δόλοπάς φησιν, &c. καὶ Κτημένην Δολοπιάδα] Nequaquam Homerus Κτημένην appellat Δολοπιάδα, ut mutila hæc Stephani verba ſonant, ſed Apollonius Rhodius, cujus locum procul dubio citavit Stephanus. Verum is non Κτημένην vocavit urbem, ſed Κτιμένην. Locus eſt in lib. I. v. 68.

——— ἄγχι δὲ λίμνης
Ξυνιάδος Κτιμένην Δολοπηΐδα ναιετάασκεν.
——— qui prope ſtagnum
Xyneium Ctimenam Dolopeida habitabat.

Ubi Scholiaſtes: Κτιμένη, πόλις τῆς Θεσσαλίας. Δολοπηΐδα δὲ τὴν Θεσσαλίαν εἶπε. Homerus feminam quidem hoc nomine commemorat Odyſſ. O. v. 363. ſed pariter ſcribit Κτιμένην. Verum Stephanus Ptolemæum ſequutus videtur ſcribentem Κτημέναι numero plurium. Immo & ſic ab illo quoque ſcriptum ſuſpicor ex exemplo τῶν Κλαζομενῶν adducto.

ΚΤΗΣΙΦΩΝ, πόλις Ἀσσυρίας] Vide nummum Titi apud Goltzium.

ΚΥΑΛΟΣ, πόλις Λυδίας, κληθεῖσα ἀπὸ Διός] Locus procul dubio corruptus, legenduſque: ὑπὸ Κυάλου τοῦ Διός. aut ſimiliter.

ΚΥΑΡΔΑ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Κυάρδου βασιλέως Καρῶν, υἱοῦ Βαργάσου] Exiſtimo eſſe Κύδρα, oppidum in finibus Lydiæ & Phrygiæ ſitum, apud Herodotum lib. VII. cap. 30.

ΚΥΒΑΣΣΟΣ, πόλις Καρίας, ὡς Κάβησσος] Vide ſupra v. Καβησσός.

ΚΥΒΕΛΕΙΑ, πόλις Ἰωνίας] Straboni Κυβέλλια lib. XIV. pag. 645. qui apud Erythras ponit.

— Ἔστι καὶ Κύβελλα Φρυγίας] Scribe: Ἔστι καὶ Κύβελα Φρυγίας. per λ ſimplex; uti ex voce Κυβέλη apparet, tum ex antiquis monumentis. Marmor Arundellianum Chronicon v. 19. ΕΓΚΥΒΕΛΟΙΣ clare per Λ ſimplex. Orpheus in Argonaut. v. 22. ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν. Præterea Riani, veteris Poëtæ, Epigramma hactenus non editum.

Ἀνάθημα τῇ Ῥέᾳ παρὰ Ἀρχυλίδος.
Ἀρχυλὶς ἡ Φρυγίη θαλαμηπόλος ἡ περὶ πεύκας
Πολλάκι τοὺς ἱεροὺς χευαμένη πλοκάμους.
Γαλλαίῳ Κυβέλης ὀλολύγμασι πολλάκι δοῦσα
Τὸν βαρὺν εἰς ἀκοὰς ἦχον ἀπὸ στομάτων.
Τὰς δὲ Θεῇ χαίτας περὶ δικλίδι θῆκεν ὁραίας,
Θερμὸν ἐπεὶ λύσσης ὧδ' ἀνέπαυσε πόδα.

Scholion marginale: Γαλλαίῳ, τῷ τῶν Γάλλων ἦχον συνέχων. Κυβέλης δὲ τῆς Ῥέας. Κύβελα γὰρ ὄρη Φρυγίας, ἐν ᾗ τιμᾶται ἡ αὐτή. Item ſimile Dioſcoridis itidem ἀνέκδοτον,

εἰς τοὺς αὐλοὺς τοῦ Φρυγὸς ὑάγνιδος.
Αὐλοὶ τοῦ Φρυγὸς ἔργον ὑάγνιδος ἡνίκα μητρὸς
Ἱερὰ τ' ἀν Κυβέλοις πρῶτ' ἀνέδειξε θεῶν.
Καὶ πρὸς ἐμὸν φώνημα καλὴν ἀνεδύσατο χαίταν
Ἔκφρων Ἰδαίης ἀμφίπολος θαλάμης.
Εἰ δὲ Κελαινίτης ποιμὴν πάρος ὅπερ ἀείσας
Ἐγνώσθη, Φοίβου κεῖνον ἔδειξεν ἔρις.

ΚΥΒΟΣ, πόλις Ἰώνων ἐν Λιβύῃ Φοινίκων] Ex exemplis Σαβὼ & Βουτὼ legendum videtur Κυβώ. niſi potius utroque modo dictum fuit: ut Βοῦτος & Βουτώ.

ΚΥΔΝΑ, πόλις Μακεδονίας.

— Ἔστι καὶ Κύδνος ποταμὸς Βιθυνίας] Lege: Κιλικίας. Plinius lib. XXXI. cap. 2. *Cydnus Ciliciæ amnis podagricis medetur.*

ΚΥΔΡΑΙ, πόλις τῶν ἐντὸς * Στρύβων β'] Apud Strabonem lib. VII. pag. 327. legitur Κύδραι Βυρσῶν· ſive Βρυγῶν, uti Caſaubonus mavult legere. Deinde corrige, Στρύβων ζ'. ut prima Editio & ipſe Strabo habet.

ΚΥΔΡΑΡΑ, πόλις. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ] MSS. legunt, ΚΥΔΡΑ, πόλις. Atque ita legendum. Nam & ſic apud Herodotum, cujus auctoritas adducitur, ſcribitur lib. VII. cap. 30. Ἐκ δὲ Κολοσσέων ὁρμεώμενος ὁ στρατὸς ἐπὶ τοὺς οὔρους τῶν Φρυγῶν καὶ τῶν Λυδῶν, ἀπίκετο ἐς Κύδραρα πόλιν. *Movens autem è Coloſſis exercitus venit ad oppidum Cydra, quod eſt in finibus Phrygum & Lydorum.*

ΚΥΔΩΝΙΑ, πόλις Κρήτης] Florus Cydoniam, *urbium matrem*, id eſt, metropolin, appellat lib. III. cap. 7.

— Ἀπὸ Κύδωνος τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ Ἀκακάλλιδος τῆς Μινέως θυγατρός] MSS. καὶ Ἀκάλλιδος. Male. Scholiaſtes Græcus ad Apollonii lib. IV. v. 1492. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν πρώτῳ Κρητικῶν τῇ Ἀκακαλλίδι συνελθεῖν φησι τὸν Ἑρμῆν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα· καὶ ἐκ μὲν Ἀπόλλωνος γενέσθαι Νάξον, ἐκ δὲ Ἑρμοῦ Κύδωνα, ἀφ' οὗ ἡ πόλις Κυδωνία καλεῖται ἐν Κρήτῃ.

— Δευτέρα Σικελίας τῆς Λιβύης] Videtur ſcribendum, τρίτη Λιβύης. uti & Salmaſio viſum.

ΚΥΖΙΚΟΣ, πόλις τῆς Προποντίδος, κειμένη ἐπὶ χερρονήσῳ] *Cyzicus* non jacet in peninſula, ut auctor hic dicit, ſed in inſula duobus pontibus continenti juncta, teſte Strabone lib. XII. pag. 575. Ἔστι καὶ νῆσος ἐν Προποντίδι ἡ Κύζικος συναπτομένη γεφύραις δυσὶ πρὸς ἤπειρον, ἀρετῇ κρατίστη, μεγέθει δὲ ὅσον πεντακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον· ἔχει δὲ ὁμώνυμον πόλιν πρὸς αὐταῖς ταῖς γεφύραις καὶ λιμένας δύο κλειστοὺς καὶ νεωσοίκους πλείους τῶν διακοσίων. *Inſula in Propontide eſt Cyzicus, duobus pontibus continenti juncta, virtute præſtans admodum, ambitu ad quingenta ſtadia. urbem ejuſdem nominis habet ad ipſos pontes duoſque portus, qui claudi poſſunt & navalia plura ducentis.*

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἄρκτων νῆσος] Multa hoc loco reciſa eſſe patet ex eo, quod ſupra v. Ἄρκτων νῆσος, promiſit ſe hic cauſſam denominationis hujus eſſe redditurum, cum tamen nihil tale hoc loco fiat.

— Τὸ

— Τὸ ἐθνικὸν, Κυζικηνός] Occaſione gentilis adducendi nummi videntur ad *Cyzicum* pertinentes. Egregium talem habet Franc. Gotifredus Caracallæ Imperatoris effigie ſignatum, in cujus altera parte circum navem Prætoriam: ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΩΝ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Δ. ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Item alium, in cujus una parte circum caput Proſerpinæ: ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ. in averſa circum Cererem ſerpentibus vectam: ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Similiter quoque inveni in nummo L. Veri, quem aſſervat Gazophylacium Mediceum, circum Proſerpinam duas faces geſtantem. Item in alio magno & præclaro Commodi circum Cybelen leone vectam, ab iiſdem *Cyzicenis* cuſo: ΣΤΡΑ. ΛΟ. . . . . ΗΛΙΟΥ ΑΣΙΑΡΧΟΥ.

— Ὅμηρος δὲ τοὺς κατοικοῦντας Κύζικον Δολίονάς φησιν] Vide quæ notata ſupra v. Δολίονες. Orpheus in Argonaut. v. 530. contra Homeri, Apollonii & reliquorum veterum auctoritatem Δολίονας vocat Δόλοπας.

— Λέγεται καὶ κτηλικὸν, Κυζικηνικός. κέχρηται δὲ καὶ τῷ Κυζικηνὸς ἁπλῶς ἀντὶ κτηλικοῦ] Apud Ariſtophanem in Pace pag. 711. occurrit βάμμα Κυζικηνικόν. Quæ vox corrigenda apud Heſychium, apud quem perperam βάμβα ſcribitur pro βάμμα, & βάμβα Κυζηνικόν pro βάμμα Κυζικηνόν aut Κυζικηνικόν.

— Διὰ τὸ ληΐζεσθαι] MSS. ληστρικοὺς εἶναι.

ΚΥΘΗΡΑ, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα πρὸς τῇ Κρήτῃ.

— Ἐκαλεῖτο δὲ Πορφύρουσα διὰ τὸ κάλλος τὸ περὶ τῶν πορφυρῶν] Euſtathius ad Dionyſium pag. 71. Ἐκαλεῖτο δέ φασι, καὶ Πορφυροῦσά ποτε, διὰ τὸ καλλίστας ἔχειν πορφύρας. MSS. hic, περὶ τῶν π.

ΚΥΘΝΟΣ, νῆσος πρὸς τῇ Δρυόπιδι τῶν Κυκλάδων] Harpocration v. Κύθνιοι. Κύθνος μία τῶν Κυκλάδων νήσων, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κυθνίων πολιτείᾳ. Vulgo perperam ibi ſcribitur Κυθνέων.

— Ὁ νησιώτης, Κύθνιος, καὶ Κύθνιος τυρός] *Cythnii caſei* tamquam optimi & delicatiſſimi mentio extat apud Diogenem Laërtium in vita Epicuri; ſed perperam ibi legitur: Καὶ πέμψον μοι τυροῦ, φησὶ, Κυθρίδιος, ἵν᾽ ὅταν βούλωμαι πολυτελεύσασθαι δύνωμαι. pro Κυθνίου. *Et mitte ad me, inquit, caſei aliquantulum Cythnii, ut, cum velim, ſumptuoſe convivari poſſim.* Corrupta pariter hujus inſulæ vox in *caſei* mentione apud Lucianum in Dialogo Dorionis & Myrtales: καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι τὸν μέγαν ἐκ Γυθίου. pro ἐκ Κύθνου. *Magnum etiam caſeum aliquando memini aſſerre me tibi ex Cythno.* & mox in eodem dialogo idem vitium adhuc bis repetitur.

— Καὶ Κύθνιος ὁ ζωγράφος] Euſtathius ad Dionyſium pag. 67. Ἐξ ἧς καὶ ζωγράφος ὄνομα ἔχων ὁ Κυδίας. Meminit hujus *pictoris* hoc etiam nomine Plinius lib. xxxv. cap. 11. *Eodem tempore fuit & Cydias, cujus tabulam Argonautas Hortenſius orator mercatus eſt eique ædem fecit in Tuſculano ſuo.*

ΚΥΚΝΙΤΙΣ, ἧς ὁ Κύκνος ἐβασίλευσε] De *Cygno* Martis filio videndus Pindari Scholiaſtes ad Olymp. pag. 97. ubi pro θαλασσίας reſcribendum Θεσσαλίας. Nam *Theſſaliæ* loca inſidebat tranſeunteſque ſpoliabat *Cygnus*, uti clare ex Heſiodo colligitur in ſcuto Herculis, ubi certamen adverſus *Cygnum* prolixe deſcribitur circa Pagaſas, Pharſala, Arnen aliaſque *Theſſaliæ* urbes. Ergo *Cygnitis* Theſſaliæ regio.

ΚΥΛΛΗΝΗ, ὄρος Ἀρκαδίας, σταδίων ἐννέα παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα, ἀπὸ Κυλλήνης ναΐδος νύμφης] Euſtathius ad Iliad. B. pag. 300. locum hunc deſcribens omittit *ſtadia* & *pedes*, quorum hic eſt mentio.

— Ἐν τούτῳ δέ φασι τῷ ὄρει τοὺς κοσσύφους λευκοὺς γίνεσθαι, ἄλλοθι δὲ μηδαμοῦ. καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι, θηρᾶσθαι δὲ πρὸς τῇ σελήνῃ. τὴν δὲ ἡμέραν εἴ τις ἐπιχειροίη, σφόδρα δυσθηράτους εἶναι] Euſtathius d. l. idem de *merulis* hujus montis affirmat. At pro τὴν δὲ ἡμέραν, legit τῆς δ᾽ ἡμέρας. *Merulas* autem omnes in monte *Cyllene* albas eſſe ex Soſtrato refert etiam Ælianus lib. v. de Animal. cap. 27. item Scholiaſtes Græcus Antholog. Græc. Epigr. lib. III. pag. 314.

— Ἔστι δὲ καὶ Ἠλείων ἐπίνειον Κυλλήνη] Euſtathius inſerit: Ἔστι δὲ καὶ Κύμης Κυλλήνη. cujus meminit Xenophon lib. VII. Cyropæd. pag. 179. *Eleenſium* vero *Cyllenæ* meminit Thucydides lib. I. pag. 22. Κυλλήνην affirmans, τὸ Ἠλείων ἐπίνειον. Ubi Scholiaſtes: ἄλλα Κυλλήνη τῆς Ἀρκαδίας.

ΚΥΜΗ, πόλις Αἰολίδος πρὸς τῆς Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος.

— Ἐντεῦθεν ἦν Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς, καὶ Ἡσίοδος] *Ephorum* & *Heſiodum* Cumæos fuiſſe pariter Strabo teſtatur lib. XIII. pag. 627. nec refert, quod *Heſiodus* à Græcis Aſcræus dicitur. *Cumæ* enim natus, Aſcræ educatus eſt. Strabo d. l. Καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δῖος μηλῴκησεν εἰς Βοιωτοὺς, Κύμην Αἰολίδα προλιπών.

Νάσσατο δ᾽ ἄγχ᾽ Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέποτ᾽ ἐσθλῇ.

Ante hunc (Ephorum) ibidem editus eſt Heſiodus poëta: ipſe enim narrat Dium patrem ſuum Æolica relicta Cuma in Bœotos commigraſſe, ubi quidem

Habitavit pone Heliconem miſero in pago
Aſcra per hiemem mala, per æſtatem moleſta,
nunquam bona.

— Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Φρικωνῖτις λεγομένη] Falſum, quod *Cuma Phriconis* diverſa à *Cuma Æolidis*, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

quam ante deſcripſerat. Eadem plane urbs, ſic appellata à monte Locridis *Phricio*, quoniam Græci inde profecti *Cumam* in Æolide condiderant. A Strabone autem lib. XIII. pag. 621. non Φρικωνῖτις ſed Φρικωνὶς appellatur; & ſic pariter ante Strabonem ab Herodoto dicta eſt lib. I. cap. 149. Corrigendus itaque Tzetzis Commentarius ad Heſiodi Ἔργα καὶ Ἡμερ. pag. 143. Φρικώπιδα appellans, pro Φρικωνίδα. Φρικωνὶς enim pariter in Heſiodi vita dicitur.

— Αὕτη δὲ καὶ ἡ Λέσβος σκώπτεται εἰς ἀναισθησίαν] Vide Strabonem lib. XIII. pag. 622.

— Ταύτης τὸ ἐθνικὸν, Κυμεύς] Contra uſum. Nam nummi veteres, ΚΥΜΑΙΩΝ, præferunt. Et ſic Græci ſcriptores ac Latini omnes *Cumæos* & *Cumanos* appellant. Ita ſæpe ineptit hic noſter Grammaticus, dum regulas ſuæ artis καὶ τὸν ἐγχώριον τύπον uſu neglecto ſequitur.

— Πέμπλη, τῆς Εὐβοίας] Nullus antiquorum præter Stephanum id oppidum refert. Sed puto ſuo more falli. Legerat ille haud dubie apud aliquem poëtam Græcum *Cumas Euboicas*, quod epitheton apud Latinos ſatis eſt frequens, indeque nobis haſce in *Eubœa Cumas* confinxit.

— Καὶ Παμφυλίας] Pro καὶ procul dubio ſcripſit auctor, ϛʹ, ſive ἕκτη.

— Ἔστι καὶ νῆσος πλησίον Σικελίας] Hanc inſulam noſtro ſimul confingit nobis ex Pindaro ejus Scholiaſtes, Pyth. Od. I. pag. 190. Κύμη, νῆσος παρακειμένη Σικελίᾳ. Sed non perceperunt Pindari mentem: loquitur enim de *Cuma* prope Neapolin ſita & incendiis vicinis.

ΚΥ'ΝΑΙΘΑ, πόλις Ἀρκαδίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κυναιθεύς] Tzetzes ad Lycophronem pag. 71. Κυναιθεὺς ὁ Ζεὺς ἐν Ἀρκαδίᾳ τιμᾶται.

— Ἔστι καὶ Κύναιθα πόλις Θρᾴκης ὑπὸ τῷ Νηείσῳ ὄρει] Suſpicor legendum: πόλις Ἰθάκης ὑπὸ τῷ Νηρίτῳ ὄρει. *Nerithus* enim *Ithacæ* mons Plinio lib. IV. cap. 12.

ΚΥΝΗΤΙΚΟ'Ν, Ἰβηρίας τόπος, πλησίον Ὠκεανοῦ. Ἡρόδωρος δεκάτῳ τῶν καθ' Ἡρακλέα] *Herodori* locus, unde hæc hauſta ſunt, pro magna parte conſervatus nobis à Conſtantino Porphyrogenneta lib. de Adminiſtr. Imp. cap. XXIII. adductuſque jam à nobis eſt ſupra v. Γλῆτες.

— Οἱ οἰκοῦντες, Κυνῆτες καὶ Κυνήσιοι] Κυνῖτες *Herodoro* apud Conſtantinum, ſed Herodoto Κυνῆτες lib. IV. cap. 49. & Κυνήσιοι lib. II. cap. 33. *Cynetes* Avieno.

ΚΥ'ΝΘΟΣ, παρ' Ἀντιμάχῳ ἐν πρώτῃ Θηβαΐδος] *Cynthus*, mons inſulæ Deli, unde ipſa inſula *Cynthia* dicta. Homerus Hymno in Apollinem v. 141.

Ἄλλοτε μὲν τ' ἐπὶ Κύνθου ἔβησας παιπαλόεντος.

Interdum quidem Cynthum aſcendiſti ſaxis aſperum.

Erratum igitur eodem Hymno v. 26.

Κλινθεῖσα πρὸς Κύνθος ὄρος κραναῇ ἐνὶ νήσῳ.

corrigendumque Κύνθου ὄρος.

Procumbens ad montem Cynthum aſpera in inſula.

Κύνθιον enim ὄχθον vocat v. 17. Tzetzes ad Lycophronem pag. 96. Κύνθος ὄρος Δήλου, ὅθεν ὁ Ἀπόλλων Κύνθιος καλεῖται. Vide quæ notata ſupra v. Δῆλος.

ΚΥ'ΝΝΑ, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας.

— Τὸ ἐθνικὸν Κυνναῖος] *Cynnenſis* Epiſcopus occurrit in Subſcript. Concilii Nicæni in Vaticano. In Cod. Canon. *Cynenſis* & *Cynon.*

ΚΥ'ΝΟΣ, ἐπίνειον Ὀπούντιος, ὡς Φίλων καὶ Παυσανίας. Ἑκαταῖος δὲ πόλιν αὐτὴν φησιν. Ὅμηρος, Οἱ Κῦνόν τ' ἐνέμοντ', Ὀπόεντά τε Καλλίαρόν τε] Euſtathius ad Iliad. Β. v. 331. qui is eſt, qui hic adducitur, pag. 277. Ἡ δὲ Κῦνος ἄκρα τις περματίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον. Ἐπίνειον Ὀπόεντος πόλεως Λοκρῶν Ἐπικνημιδίων τῶν πέραν Εὐβοίας κατὰ τὸν ποιητήν.

ΚΥΝΟ'ΣΑΡΓΕΣ, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ δῆμος, ἀπὸ Διώμου, ἀφ' οὗ ὁ χορὸς Διώμεια καλεῖται] Videtur ſcribendum Διόμου. Διόμεια. Δίομος. per ο. uti jam monuimus ſupra v. Διόμεια.

— Τὰ * ξενώσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ Ἥρωϊ ἔδειξε, καὶ κύων λευκὸς ἁρπάσας τὰ μηρία εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἤνεγκεν] MSS. τὰ ξενώσων Ἡρακλεῖ ἥρωι ἱερὰ ἔδειξε καὶ αὐτῷ κύων, &c.

ΚΥΝΟ'Σ κεφαλαὶ, λόφος τῆς Θεσσαλίας] In Vita Pindari una voce legitur: ἀπὸ κώμης Κυνοκεφάλων.

ΚΥΝΟ'ΣΟΥΡΑ, ἄκρα Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κυνοσούρου τοῦ Ἑρμοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Κυνοσουρεύς, καὶ Κυνοσουρὶς θηλυκόν] Heſychius: Κυνόσουρα, φυλὴ Λακωνικὴ καὶ ἄκρα τοῦ Μαραθῶνος πρὸς τὴν Εὔβοιαν τετραμμένη. Callimachus Hymno in Dianam v. 94. Κυνοσουρίδας canes appellat Laconicas juxta Scholiaſten: qui addit, Κυνοσουρὶς γὰρ τόπος Λακωνικῆς. Similiter Clemens Alexandrinus in Protrept. pag. 18. poſtquam adduxiſſet Euripidis verſus, in quibus Æſculapius fulmine percuſſus dicitur, addit: οὗτος μὲν οὖν κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσουρίδος ὁρίοις. *Hic ergo ictus fulmine jacet in finibus Cynoſyridis.*

ΚΥΝΟ'ΣΣΗΜΑ, τόπος Λιβύης.

— Ἔστι καὶ ἄλλο χωρίον] Meminit Euripides Hecuba v. 1273.

Κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.

Canis miſeræ ſepulcrum, nautis ſignum.

Ubi Scholiaſtes Græcus: Περὶ τοῦ Κυνὸς σήματος καὶ Ἀσκληπιάδης φησὶν, ὅτι Κυνὸς καλοῦσι δυσμόρου σῆμα.

ΚΥ'ΝΟΥΡΑ, πόλις Ἄργους, ἀπὸ Κυνούρου, παιδὸς Περσέως. Παυσανίας τρίτῳ] Pauſanias lib. III. pag. 160. Λέγονται δὲ οἱ Κυνουρεῖς Ἀργεῖοι, τὸ ἀνέκα-

ἀνέκαθεν εἶναι καὶ οἰκιςὴν φασιν αὐτὸν Κυνοῦρον γενέσθαι τῦ Περσέως. *Cynurenſes quidem ab Argivis oriundos eſſe & in coloniam à Cynuro Perſei filio deductos, memoriæ proditum eſt.* In Pyrrhi Ligorii Collectionibus nummus extat, in quo circum juvenis, quem ipſe *Cynurum* putat, imaginem legitur: ΚΥΝΟΥΡΑΙΩΝ. In averſa parte caput Minervæ conſpicitur, cum duabus hinc inde literis Ο Φ.

— Καὶ Κυνοῦρος, ἡ Κυνουρία] Sic appellantur Herodoto bis lib. VIII. cap. 73. Formarunt & Κυνουραῖος, ut ex nummo conſtat, tum Pauſania lib. VIII. pag. 498.

ΚΥΝΩ͂Ν νῆσος, Λιβυκὴ νῆσος.

— Ὁ νησιώτης, Κυνονησίτης] In nummo apud Goltzium occurrit: ΚΥΝΟΝΗΣΙΩΝ.

ΚΥΝΩ͂Ν πόλις, Αἰγυπτία πόλις. ὁ οἰκῶν, Κυνοπολίτης· ἐν ᾗ πόλει Ἄννουβις τιμᾶται] Scribe, Ἄνουβις per ν ſimplex: Græcis enim Latinisque poëtis prior ſyllaba corripitur. In Collectionibus Ligorii viſitur Hadriani nummus, in cujus averſa parte *Anubis* expreſſus eſt ſiniſtra ſiſtrum, dextra crucem anſatam geſtans, cum hac inſcriptione: ΚΥΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Anubis* autem forma canina pingebatur: de quo videndus Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride pag. 356. & 368.

ΚΥΠΑΡΙΣΣΑΙ'Α, πόλις Τριφυλίας, ἥτις Ἔρανα ἐκαλεῖτο] Euſtathio ad Iliad. Β. pag. 297. ex Strabone Κυπαρισσία dicitur altera illa *Meſſeniæ*, ſive *Triphyliæ*, civitas, diverſa à *Cypariſſeente*, de qua mox: & ita Straboni ipſi lib. VIII. pag. 349.

ΚΥΠΑΡΙΣΣΗ'ΕΙΣ, πόλις τῆς Μεσσηνίας. Ὅμηρος.

Καὶ Κυπαρισσήεντα, καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον] Homerus Iliad. Β. v. 593.

ΚΥΠΑ'ΡΙΣΣΟΣ, πόλις ἐν Παρνασσῷ κατὰ τοὺς Δελφοὺς, ἡ πρότερον Ἔρανος] Euſtathius ad Iliad. Β. v. 519. pag. 274. ἐκάλουν δὲ αὐτὴν ἡ Κυπαρισσῆντα, καὶ Ἀπολλωνιάδα· πρότερον δέ ποτε καὶ Ἔραννον ἐν δυσὶ νν. Et ante quoque à noſtro *Cypariſſia* olim Ἔραννα dicitur appellata.

ΚΥ'ΠΑΣΙΣ, πόλις περὶ Ἑλλήσποντον] Apud Scylacem in Thraciæ deſcriptione legitur: Κύπασις.

ΚΥ'ΠΡΟΣ, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ, ἀπὸ Κύπρου τῦ θυγατρὸς Κινύρου] Conſtantinus lib. I. de Them. Themate XV. Ἡ μὲν Κύπρος νῆσός ἐςι μεγάλη καὶ ἐπιφανεςάτη, κειμένη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ, καθώς φησιν ὁ περιηγητὴς Διονύσιος.

Κύπρος δ' εἰς αὐγὰς Παμφυλίη ἔνδοθι πόντου.

Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κύπρου τῦ θυγατρὸς Κινύρου. *Porro Cyprus inſula eſt magna & illuſtris in ſinu Pamphylio ſita, quemadmodum ſcribit Dionyſius Periegetes:*

Pamphylio in ponto Cyprus ſe tendit ad ortum.

Appellationem vero ſuam accepit à Cypro filia Cinyri. Euſtathius vero ad Dionyſium pag. 72. Τινὲς δέ φασι Κύπρον κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου υἱοῦ Κινύρου.

— Ἀςύνομος δέ φησι, κύπρον κεκλῆσθαι διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης] Reſcribe cum MSS. Κρύπτον. Euſtathius d. l. Οἱ δὲ Κρύπτον ποτὲ κληθῆναι αὐτὴν λέγουσι διὰ τὸ κεκρύφθαι ὑπὸ θαλάσσης. Immo Plinius ex ipſo *Aſtynomo* ſic appellatam dicit lib. V. cap. 31. *Vocatam ante Acamantida (tradit) Philonides; Ceraſtin Xenagoras & Aſpeliam & Amathuſiam & Macariam; Aſtynomus Crypton & Coliniam.*

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεράςις, ἀπὸ τῦ πολλὰ ἄκρας ἔχειν, καὶ Κεραςιάς] Κεραςιὰς etiam dicitur Heſychio. Κεραςιὰς ἡ Κύπρος ποτέ. Lycophroni tamen, Etymologo, Euſtathio d. l. & Tzetzi ad Lycophronem pag. 79. Κεραςία. Noſtro Κεράςεια, infra v. Σφήκεια.

— Καὶ Σφήκεια, καὶ Ἀκαμαντίς] Hunc Stephani locum laudat Etymologus: Σφήκεια, ἡ Κύπρος, πρότερον γὰρ Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Στέφανος. Verum contextum Etymologi ibi corruptum eſſe exiſtimo, ſcribendumque: ὡς Φιλοςέφανος. Nam & à Conſtantino Porphyrogenneta lib. I. de Them. Themate XV. poſt verba paullo ante ex eo adducta additur: ὡς Φιλοςέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων. & Tzetzes ad Lycophronem d. l. pariter: ἡ Κύπρος πρότερον Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Φιλοςέφανος.

ΚΥΡΑΥΝΙ'Σ, νῆσος κατὰ Γύζαντας, τῶν ἐν Λιβύῃ· Ἡρόδοτος τετάρτῃ] Κύραυις hodie ſcribitur apud Herodotum lib. IV. cap. 195. præterea κατὰ Ζύγαντας. non Γύζαντας, ut hic. Vide quæ notata de gentis hujus nomine ſupra v. Γύζαντες.

ΚΥ'ΡΒΑΣΑ, ὡς Πόδασα, Μέδμασα, πόλις Καρίας] Lege: ὡς Πήδασα. uti ſcribitur infra v. Πήδασα.

ΚΥΡΗ'ΝΗ, πόλις Λιβύης, ἀπὸ Κυρήνης τῆς Ὑψέως] Scholiaſtes Græcus verba Apollonii Rhodii lib. II. v. 502.

Κυρήνη πέφαταί τις ἕλος πάρα Πηνειοῖο
Μῆλα νέμειν προτέροισι παρ' ἀνδράσιν.

Cyrena quapiam juxta Penei paludem, ut perhibuit
Antiquitas, pavit oves.

ſic explicat: ἤγουν λέγεται, ὅτι Κυρήνην τὴν Ὑψέως ὁ Ἀπόλλων θεασάμενος παρὰ Πηνειὸν, εἰς Λιβύην ἐκόμισεν. Ἔνθα μιγεὶς αὐτῇ (ὅπου καὶ Κυρήνη πόλις ἔκτισται) τὸν Ἀρισαῖον ἐγέννησε. Λέγουσι δὲ Κυρήνην οἱ μὲν Πηνειοῦ, οἱ δὲ Ὑψέως τοῦ Πηνειοῦ. Hinc *Cyrene* Ὑψηΐς dicitur. Et in *Cyrenenſium* nummo, in cujus uno latere laſerpitium conſpicitur, quod circa hanc civitatem proveniebat, unde ſuccus exprimebatur lacteus, qui inter delicias erat antiquitatis, teſte Theophraſto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

phraſto, circa plantam hanc legitur, ΚΥΡ. ab altera parte caput muliebre expreſſum eſt additumque, Κ. unde *Cyrenes* eſſe colligo.

— Ἠ Κυρῆς πηγῆς ἐγχωρείας] Euſtathius ad Dionyſium pag. 32. ἡ ἀπὸ Κυρήνης πηγῆς ἐγχωρείου. Sed Callimachus Hymno in Apollinem v. 88. vocat plane ut hic:

Οἱ δ' οὔπω πηγῆς Κυρῆς ἐδυνάσαντο πελάσσαι Δωριέες.

Sed ad fontem Cyren accedere nondum poterant Heraclidæ.

In quo loco Nicodemus Friſchlinus Κυρνῆς legit contracte pro Κυρήνης. Sed nihil mutandum cenſeo, tum propter Scholiaſten, tum propter noſtrum, quibus fons iſte Κυρὴ dicitur. At pro ἐγχωρείας legendum, ἐγχωρείου.

ΚΥΡΙΣ, μητρόπολις Σαβίνων.

— Τὸ κτητικὸν, Κυρήτιος, καὶ Κυρητία ἡ Ἥρα] Scribe, Κυρίτιος ἢ Κυριτία per ι.

ΚΥΡΟΥ πόλις, ἣ καὶ Κυρέχατα καλεῖται, πόλις πρὸς τοῖς ἐσχάτοις Περσίδος] Lege, ἣ καὶ Κυρέσχατα. Strabo lib. XI. pag. 517. Κύρα appellat numero plurali: καὶ τὰ Κύρα, ἔσχατον ὂν Κύρου κτίσμα ἐπὶ τῷ Ἰαξάρτῃ ποταμῷ κείμενον, ὅπερ ἦν ὅριον τῆς Περσῶν ἀρχῆς. *Cyra, ultimum eorum, quæ Cyrus condidit ad Iaxartem fluvium ſita & terminum Imperii Perſici.* Inde Κυρέσχατα dicta, quaſi Κύρου τὰ ἔσχατα, Ptolemæo lib. VI. cap. 12. Immo ex ipſius Stephani verbis, in quibus rationem nominis reddere conatur, Κυρέσχατα eum ſcripſiſſe patet. Similiter Ἀλεξανδρέσχατα ἐν Σκύθαις apud, Appianum in Syriac. pag. 125.

— Κυρεχατηνοί] Scribe: Κυρεσχατηνοί.

— Καμβυσσηνοί] Scribe: Καμβυσηνοὶ per σ ſimplex. Vide ſupra h. v.

ΚΥΡΡΟΣ, πόλις Συρίας] Duplex hujus urbis ſcriptura eſt, Κύρρος & Κύρος. eandemque varietatem in gentilitiis obſervare eſt. Procopius lib. II. de Ædific. Juſtiniani dicit urbem hanc conditam à Judæis è captivitate Babylonica à *Cyro* dimiſſis, nomenque Regis liberatoris grati animi ſignum à reverſis urbi huic inditum. Scribitur autem ibi Κύρος. & ſic pariter apud Gennadium in Catalogo Viror. Illuſtr. v. *Theodoretus*. Et ita idem Theodoretus, qui fuit Epiſcopus hujus loci, ὁ Κύρου paſſim vocatur. Apud Epiphanium Hæreſi LXXIII. cap. 26. occurrit Αὔγαρος, ἐπίσκοπος Κύρου Εὐφρασίας. ubi haud dubie corrigendum Εὐφρατησίας. Nam Hierocles manu exaratus in Synecdemo loco XLVIII. Εὐφρατησίαν ponit provinciam, cujus metropolis Hierapolis, cui deinde primo loco Κύρος ſubjungitur. De *Euphrateſia* vide quæ notata ſupra v. Γερμανίκεια. Κύρρος autem per duo ρρ præterquam apud noſtrum ſcribitur etiam apud Ptolemæum lib. V. cap. 15. & in Theodoreto ὁ Κύρρου ipſe dicitur. Quam ſcripturam Illuſtr. Card. Perronius mutat.

— Ἡ ἀκρόπολις Σίνδαρος] Lege: Γίνδαρος. Hæc enim vicina omnino erat *Cyrro*, uti ex Tabulis Ptolemaicis videre eſt. Deinde Strabo, unde hic locus expreſſus eſt, dubitare plane non patitur lib. XVI. pag. 751. Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ πόλις Γίνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυρρηστικῆς καὶ λῃστήριον εὐφυές. *Hoc in loco eſt Gindarus civitas, Cyreſticæ regionis arx & aptum latronibus receptaculum.* Sed notandum Strabonem arcem hanc regioni tribuere; noſtrum ad ſolam urbem *Cyrum*, unde regioni nomen, eandem reſtringere, neſcio an ſatis recte. Poſtea Ἁγιούπολις dicta eſt, unde Ἐπαρχία Εὐφρατησίας καὶ Ἁγιουπόλεως Provincia *Euphratenſis* & *Cyreſtica*.

— Ὁ πολίτης, Κυρρέστης, ὡς Πολύβιος πέμπτῳ] Apud Franc. Gotifredum nummus eſt Philippi Imperatoris, in cujus averſa parte templum Jovis excuſum eſt, in cujus faſtigio legitur, ΔΙΟϹ ΚΤΕΒΑΤΟΥ. ſubtus, ΚΥΡΗϹΤΩΝ. Nummus Aleppo deportatus eſt. Huic ſimilem vidi alium apud Franc. Angelonum, in quo, ΚΑΤΕΒΑΤΟΥ, rectius & diſtinctius ſcribitur. Nam Ariſtophanes princ. Irenes pag. 626. meminit Διὸς Καταιβάτου. Ubi Scholiaſtes denominationis originem pandere conatur: Καταιβάτης τιμᾶται Ζεὺς διὰ τὸ καταβιβάζειν αὐτοῦ κεραυνούς. ἢ ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν δι' ἔρωτα τῶν γυναικῶν. Et Pauſanias lib. V. pag. 314. meminit aræ Καταιβάτου Διός. Uterque autem nummus ſincerus eſt, nec mala manu contaminatus, ut regioni aut ſeculo ſcriptionis vitium imputandum videatur. Clariſſime autem in nummo Commodi apud eundem Gotifredum circum Jovem monti inſidentem, qui dextra fulmen, ſiniſtra haſtam tenet: ΔΙΟϹ ΚΑΤΗΒΑΤΟΥ ΚΥΡΙϹΤΩΝ. Item in alio Antonini Pii circum Jovem ſedentem cum fulmine, & in alio Philippi circum templum: ΔΙΟϹ ΚΑΤΗΒΑΤΟΥ. ſubtus: ΚΥΡΙϹΤΩΝ. Apud Polybium lib. V. pag. 394. Κυρρηστῶν.

— Καὶ Κυρρέστις ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ ἡ χώρα Κυρρεστική. Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ] Straboni lib. XIII. pag. 571. *Minerva* Κυρρηστὶς ſcribitur, regio ipſa Κυρηστική. In Subſcript. Concilii Nicæni & Cod. Can. *Cyrreſtes.* in Cod. L. Rom. *Cyreſticenſis.* ita enim legendum non *Cyreticenſis*. In Chronico Alexandrino pag. 605. legitur Κυρεστικῶν. Sed Ἀθηνᾶ Κυρρηστὶς *Dea Cyrrſtis* dicitur in antiquo lapide apud Pyrrhum Ligorium in Fregellarum Antiquitatibus, quem hic pariter ſubjicimus:

PRO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

PRO SALVTE
C. RVFI. SERENI. ARAM. ET. BAS
DEAE. CYRIST. DONVM. DEDIT
XI. KAL. MAII
L. IVVENIO. PACCIO. ET. P. IVNIO.

— Δημήτριος δ᾽ ὁ Ἀντιγόνου, τὸ Κυρρέσης διὰ τοῦ η φησί] Lege: τὸ κυρρήσης.

ΚΥΡΤΑΓΑ, πόλις ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, εἰς ἣν ὑπερώρισεν Ἀρταξέρξης Μεγαβάζον· Κτησίας τρίτῳ Περσικῶν] In numero libri error eſt manifeſtus. Nam ex Photii Excerptis apparet *Cteſiam* res *Artaxerxis* Longimani, in quibus mentio hujus urbis à *Cteſia* facta eſt, deſcripſiſſe libris XIV. XV. XVI. & XVII. Unus igitur ex iſtis libris hic allegatus eſt. Sed urbs ibi non appellatur κυρταία, ſed κύρται. & relegatus non Μεγάβαζος, ſed Μεγάβυζος. Verba Excerpt. Ἀμύστριος δὲ καὶ Ἀμύτιος καὶ τῶν ἄλλων τῇ παραιτήσει, τοῦ μὲν θανάτου ῥύεται (Μεγάβυζος) ἀνάσπαστος δὲ γίνεται εἰς τὴν ἐρυθρὰν ἔν τινι πόλει, ὄνομα Κύρται. *Sed Amyſtris & Amytis aliorumque precibus mortis pœna ei condonata, ad urbem quandam cui Cyrtæ nomen circa mare rubrum relegatur.*

— Ὡς Σοφηνός] Scribe: Σωφηνός. Vide infra h. v.

— Καὶ Ἀρξηνός] Vide ſupra v. Δῶρα. & v. κύρου πόλις.

ΚΥΡΤΟΣ, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῷ μεσογείῳ.

— Ἐρρένιος Φίλων ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν] Scribe: Ἐρέννιος.

ΚΥΤΑΙΑ, πόλις κολχική, πατρὶς Μηδείας] Ita Tzetzes ad Lycophronem pag. 35. Κύταια, πόλις Κολχίδος, ὅθεν αὐτὴν (Μήδειαν) Κυταϊκὴν ἔφη. Οἱ δὲ Κόλχοι, Ἰνδικοὶ Σκύθαι εἰσὶν, οἱ καὶ Λαζοὶ καλούμενοι, πλησίον οἰκοῦντες Αὐγῶν τῶν περὶ Μασσαγετῶν. Ubi corrigendum Ζινδικοὶ pro Ἰνδικοὶ, & dein Ἀβασγῶν pro Αὐγῶν. uti idem Tzetzes ad Lycophronem pag. 193.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Σκυθίας] Imperite Κύταιαν Κολχικὴν & Σκυθικὴν diſtinguit, cum eadem plane urbs fuerit, ſed quæ promiſcue modo *Colchidi* modo *Scythiæ* tribuitur à veteribus: Colchi enim Scythæ ſunt. Scholiaſtes vetus Apollonii lib. II. v. 401. Κύταια, πόλις Κολχίδος. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις τῆς Εὐρώπης Κύταια ὁμώνυμος τῇ Σκυθικῇ, ἀφ᾽ ἧς φασι καὶ τὴν Κολχικὴν ἐσχηκέναι τὴν ἀρχήν. Et paullo poſt oſtendit etiam ſitum *Cytææ* in Europa, quando dicit: Ἔστι οὖν καὶ ἑτέρα Κύταια πόλις τῆς Εὐρώπης κατὰ τὸν εἴσπλουν τοῦ Εὐξείνου. Videtur autem hic Scholiaſtis locus auctori ob oculos fuiſſe, quando duas eſſe *Cytæas* ſcripſit: verum ut mentem illius nobis exprimeret non laboravit.

— Πύργους εἰσόψεσθε Κυταιέος Αἰήταο] Verſus eſt Apollonii Rhodii 405. lib. II.

— Λυκόφρων,
Ὃς εἰς Κυταίαν τὴν Λιβυστίνην μολών] Hodie apud Lycophronem v. 1312. legitur, Λιγυστικήν. ſed quæ hic occurrit ſcriptura verior eſt. Vide infra v. Λιβυστῖνοι.

— Οἱ Λιβυστῖνοι γὰρ ἔθνος παρακείμενον Κόλχοις] Tzetzes ad allegatum hunc Lycophronis verſum & Euſtathius ad Dionyſium pag. 16. videndi. Dicemus autem infra de vera ſcriptura v. Λιβυστῖνοι.

— Λέγεται καὶ Κυταΐς] Urbs ipſa Κυταΐς dicitur Apollonio lib. II. v. 401.

— Οἱ δὲ ὅτι δύο εἰσὶ ταῦτα, καὶ τῆς Εὐρώπης] MSS. Οἱ δὲ ὅτι δύο εἰσὶ Κύτα· τ᾽ αὐτὰ, καὶ τῆς Εὐρώπης. Unde Salmaſius: Οἱ δὲ ὅτι δύο εἰσὶ Κύταιαι, καὶ τῆς Εὐρώπης. Ego vero: Οἱ δὲ ὅτι δύο εἰσὶ Κύταιαι, αὕτη καὶ ἄλλη τῆς Εὐρώπης. vel ſimpliciter: αὕτη, καὶ τῆς Εὐρώπης.

ΚΥΤΙΝΑ, πόλις Θεσσαλίας, ὡς Θέων ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος· ὁ πολίτης, Κυτιναῖος] Lycophron v. 1389.

Λακμώνιοί τε καὶ Κυτιναῖοι Κόδροι.

— Ἔστι καὶ Κυτίνιον μία τῶν τεσσάρων τῶν Δωρικῶν] Tzetzi ad Lycophronis locum modo adductum Κύτινον dicitur πόλις Δωριέων. Dein pro τεσσάρων exiſtimo ſcribendum τεττάρων: fuit enim Δωρικὴ aliquando τετράπολις. Vide quæ notata ſupra v. Ἀκύφας.

ΚΥΤΩΡΟΣ, πόλις Παφλαγονίας] Supra v. Ἄμαστρις ſcribitur τὸ Κύτωρον. Catullus Carm. IV.

Amaſtri Pontica & Cytore buxifer
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Phaſelus.

Et Virgilius lib. II. Georg. v. 437.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Ubi Servius fallitur, dum *Cytorum*, Macedoniæ montem facit: & ſic pariter Euſtathius ad Iliad. B. pag. 361.

— Ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδός] Apud Scholiaſten Apollonii ad lib. II. v. 390. perperam hujus viri nomen ſcribitur, Κυτίσωρος.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κυτωριεύς] Videtur, Κυθωριεύς. Nihilominus ut editur citat ex noſtro Euſtathius d. l.

— Καὶ Κυτώριος] Apud Goltzium in duobus nummis legitur: ΚΥΤΟΡΙΩΝ.

ΚΥΦΟΣ, πόλις Περραιβίας·

Γουνεὺς δ᾽ ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας] Verſus eſt 748. Iliad. B. Homeri.

— Δύο δ᾽ εἰσὶ Κῦφοι, ἡ μὲν Περραιβίας· ἡ δὲ Θετταλίας] Similiter commentatur Euſtathius ad dictum verſum pag. 335. Sed ambo inſigniter falluntur. Una enim tantum Κῦφος fuit in *Perrhæbia*, Theſſaliæ regione. Certe Strabo lib. IX. pag. 441. docet *Perrhæbos* partem Heſtiæotidis tenuiſſe; Heſtiæotis autem una ex quatuor Theſſaliæ partibus. Sed omne dubium Tzetzes eximit, qui ad Lycophronem pag. 146. Κῦφος, πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν ἦν ὁ Γουνεύς. deinde adducit Homeri verſum hic addu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

adductum, quem de *Perrhabis* Strabo explicat. Ergo una tantum Κύφος.

ΚΥΧΡΕΙ͂ΟΣ, πάγος περὶ Σαλαμῖνα· Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. ἀπὸ Κυχρέως τοῦ Σαλαμῖνος, καὶ Ποσειδῶνος, ὃς ὄφις ἐπεκλήθη, διὰ τὴν τραχύτητα τῶν τρόπων· ὃν λυμαινόμενον τὴν νῆσον ἀπήλασεν Εὐρύλοχος. ἐδέξατο δ' ἐν Ἐλευσῖνι Δημήτηρ καὶ ἀμφίπολον ἐποίησεν] Tzetzes ad Lycophronem pag. 80. ὁ Κυχρεὺς ἢ Κυγχρεὺς Σαλαμῖνος καὶ Ποσειδῶνος ὑπῆρχεν υἱός. ἐβασίλευσε δὲ Σαλαμινίων. & paullo poſt: Ὄφις ποτὲ ἐλυμαίνετο τὴν Σαλαμῖνα καὶ ἀοίκητον αὐτὴν ἐποίει, ὃν ὁ Κυχρεὺς ἀνεῖλεν, ὅθεν καὶ ἄναξ ὄφις ἐκλήθη. At noſter propter *morum aſperitatem* hoc cognomentum *Cychreo* hæſiſſe ſcribit. Euſtathius ad Dionyſium διὰ τραχύτητα τόπου perperam pro τρόπου. Strabo lib. IX. pag. 393. Ἀφ' οὗ δὴ καὶ Κυχρεώδης ὄφις, ὅν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως, ἐξελαθῆναι ὑπὸ Εὐρύκλου λυμαινόμενον τὴν νῆσον, ὑποδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα καὶ γενέσθαι ταύτης ἀμφίπολον. *Hinc & Cychreodes ſerpens, quem alitum à Cychreo Heſiodus ait, ab Euryclo vero profligatum cum inſulam infeſtaret, ipſum vero à Cerere Eleuſine in locum adminiſtri receptum.* ubi Εὔρυκλος dicitur qui à noſtro Εὐρύλοχος. Ergo tres diverſæ de *Cychrei* cognomento extant narrationes. Noſtri autem veritati convenientior videtur. Similiter Apulejus lib. IX. Metam. *Noſti quemdam Barbarum, noſtræ civitatis decurionem, quem Scorpionem præ morum acritudine vulgus appellat.*

— Ἀπ' αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Σαλαμὶς Κυχρεία ἐκλήθη, ὡς Στράβων] Apud Strabonem d.l. hodie ſcribitur Κυχεία.

ΚΥ΄ΨΕΛΑ, φρούριον τετειχισμένον ἐν Ἀρκαδίᾳ ἀπὸ Μαντινέων.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κυψελῖνος, ἢ Κυψελινός] MSS. ἢ Κυψεληνός. Recte.

ΚΩ͂ΒΡΥΣ, πόλις Θρᾴκης] Apud Scylacem per o ſcribitur Κόβρυς.

— Ὡς Αἶγυς, Αἰγύτης] Vide ſupra v. Αἶγυς.

ΚΩΛΙΑ΄Σ, ἄκρα, ἤτοι Φαληροῖ ἀκτὴ, ὅπου καὶ Ἀφροδίτη Κωλιάς] In hoc promontorio ſiglinæ erant eximiæ. Hinc Plutarchus lib. de Audit. pag. 42. Ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς μὴ τοῖς πράγμασιν ἐμφυόμενος, ἀλλὰ τὴν λέξιν Ἀττικὴν ἀξιῶν εἶναι καὶ ἰσχνὴν, ὅμοιός ἐστι μὴ βουλομένῳ πιεῖν ἀντίδοτον, ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς Κωλιάδος ᾖ κεκεραμευμένον. *Qui autem ſtatim ab initio non rebus ipſis inhæret, ſed orationem requirit Atticam atque ſubtilem, perinde facit, ac ſi quis antidotum nolit bibere, niſi teſta ſit in Attica Coliade ſacta.* Phalerum autem verſus ſitam fuiſſe intelligi poteſt ex Pauſania, qui lib. I. pag. 2. Ἀπέχει δὲ καὶ σταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς. ἐς ταύτην φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τῶν Μήδων, κατήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. Κωλιάδος δέ ἐστιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα, καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. *Viginti ferme ſtadia Colias promontorium abeſt* (à Phaſelo) *quo Perſarum claſſe deleta navium fragmenta æſtu delata ſunt. Illic & Veneris Coliadis, & dearum, quibus Genetyllides nomen, ſigna ſunt.*

— Ἔστι δὲ καὶ τόπος ἐγκείμενος, ὅμοιος ἀνθρώπου κώλῳ] Delenda omnino copulativa: de eodem enim loco agitur. Heſychius v. Κωλιάς. Ὁ δὲ τόπος λέγεται Κωλιὰς, ἐπεὶ ἐγκείμενός ἐστιν ὅμοιος ἀνθρώπου κώλῳ. Harpocration: Ἐπιθαλάσσια ἄκρα Ἀττική ἐστιν ἡ Κωλιὰς, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ κώλου ὠνομασμένη. Suidas quoque habet, ut noſter ἐγκείμενος. Sed Euſtathius ad Dionyſium pag. 85. ἐκκείμενος. quod magis placet. Habet autem: ὁ δὲ τοιοῦτος Ἀττικὸς τόπος ὅμοιός ἐστι, φασὶν, ἀνθρώπου κώλῳ, δηλαδὴ τῷ κατὰ τοῦ ποδὸς ἐκκείμενος εἰς θάλασσαν.

ΚΩ͂ΛΟΙ, ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ.

— Ἡ χώρα Κωλική] Apud Scylacem mendoſe legitur, Κοελκή. Apud Melam lib. I. cap. ult. ubi vulgatæ habent *ſexſolitæ*, codex manu exaratus, quem contuli, *ſexcolici*.

ΚΩ΄ΜΗ, ἐν ταῖς μακραῖς ὁδοῖς μέση χωρία ἔκλισιν πρὸς τὸ κοιμᾶσθαι νυκτὸς ἐπιγιγνομένης.

— Ἡσίοδος,

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένοιτο] Apud Heſiodum Operibus & Diebus v. 344. vulgo editur:

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται.

Et ſic jam olim ibi legerunt Moſchopulus & Tzetzes. Verum Proclus legit ut noſter, ἐγκώμιον, uti ex ipſius interpretatione colligitur.

— Καὶ ὁ δῆμος, κώμη εἴρηται] Hinc Κώμιον diminutivum apud Strabonem dici notat Euſtathius ad Iliad. Β. pag. 268. Ὁ δὲ Στράβων λέγει, ὅτι Εὔτρησις, κώμιον Θεσπιέων. ἔνθα Ζῆθος καὶ Ἀμφίων ᾤκησαν πρὶν βασιλεῦσαι Θηβαίων. καὶ ὅρα τὸ κώμιον ὑποκοριστικῶς λεχθὲν καὶ προπαροξυτόνως. ὡς καὶ λύρα λύριον. καὶ θύρα θύριον.

ΚΩΝΩ΄ΠΗ, πόλις Ἀκαρνανίας] Lacum etiam hoc nomine commemorat in Ætolia Antoninus Liberalis cap. XII. Metam. ubi Cygnum in eo ſemet ſubmerſiſſe narrat.

ΛΥΡΝΗΣΣΟ'Σ, πόλις Τρωϊκή] Hanc urbem ab Achille ſimul cum Thebe Hypoplacia multiſque aliis ad Priami regnum pertinentibus vaſtatam Homerus canit. Unde Dictys lib. 11. *Achilles haud contentus eorum, quæ geſſerat, Cilicas aggreditur, ibique Lyrneſſum paucis diebus pugnando cepit.* De his *Cilicibus* vetus Homeri Scholiaſtes, qui vulgo Didymus audit, ad Iliad. A. v. 366. Κίλικες ἔθνος βάρβαρον τῆς ὑπὸ τὸ Πλάκιον ὄρος Θήβης· τύτων ἦρχε τῶν Κιλίκων Ἠετίων, ἔχων υἱὲς ἑπτὰ, θυγατέρα δὲ τὴν Ἀνδρομάχην τὴν γαμηθεῖσαν Ἕκτορι τῷ ὑφ' Πριάμε. Κατὰ δὲ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον ἐπιστρατεύσας Ἀχιλλεὺς τῇ Θήβῃ, καὶ τὴν πόλιν πορθήσας τόντε Ἠετίωνα ἀνεῖλε σὺν τοῖς τέκνοις. μεθ' ὃς Λυρνησὸν πορθήσας, καὶ τὴν πόλιν ἐξελὼν, αἰχμάλωτον ἦγεν ἐκ Λυρνησσῦ μὲν Βρισηΐδα. Quem locum emendatum adduxi: nam in vulgatis codicibus mendoſe legitur Δύρνησαν & Δυρνησῦ. Heſychius Λυρνησὸν etiam *Tenedum* dictam affirmat.

— Τὸ ἐθνικὸν, Λυρνήσσιος] Et femininum Λυρνησσὶς vel Λυρνησίς. Ovidius lib. 11. de Arte v. 403.

Audierat, Lyrneſi, tuos abducta labores.

de Briſeide.

— Ὡς ἀπὸ τῆ Λύρνα, ἡ Λύρνη, Λυρναῖος] Annon ſcribendum: ἡ Λύρνη, Λυρναῖος. Euſtathius ad Iliad. B. pag. 322. dicit Æſchylo forte per ſyncopen gentile hoc formatum.

ΛΥΣΙΜΑ'ΧΕΙΑ, πόλις τῆς ἐν Θρᾴκῃ Χερρονήσε] De *Lyſimachiæ* commodiſſimo ſitu ad trajectum ex Europa in Aſiam prohibendum locus extat inſignis in Excerptis Diodori apud Porphyrogennetam pag. 298. in quo notatur Antiochi peccatum urbem hanc poſt prœlium ad Thermopylas deſerentis, quo factum eſt, ut is impedire paullo poſt non potuerit, quo minus Romani ex Europa copias in Aſiam trajicerent.

— Ἡ πρότερον Καρδία] Confuſe auctor hic geographica tractat: nam *Lyſimachia* ante non fuit appellata *Cardia*. Excerpta enim Strabonis in fine lib. VII. in Iſthmo Cherroneſi tres ponunt urbes Καρδίαν ad Melanem ſinum, Πακτύαν ad Propontidem, Λυσιμαχίαν vero πρὸς τῇ μεσογείᾳ ſive in medio Iſthmi inter Καρδίαν & Πακτύαν. Iſthmi vero latitudo in iiſdem dicitur eſſe ſtadiorum XL, id eſt, quinque millium paſſuum: quam longitudinem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

tudinem Plinius quoque tribuit longis muris, quos comprehendiſſe has tres civitates ſcribit lib. IV. cap. II. Verum Pauſanias lib. I. pag. 17. auctor eſt *Cardiam* à Lyſimacho disjectam, dum *Lyſimachia* ab eo conderetur, & pag. 18. in fine *Cardiam* ſuo tempore vicum fuiſſe teſtatur.

— Ὁ πολίτης, Λυσιμαχεὺς] Hinc in nummo apud Goltzium: ΛΥΣΙΜΑΧΕΩΝ.

ΛΥΤΑῚ, χωρίον Θεσσαλίας] Hinc apud Heſychium: Λυταίη, Θετταλή.

ΛΥΧΝΙ'ΔΟΣ, πόλις Ἰλλυρίας] Rectius ΛΥΧΝΙΔΟ'Σ accentu in ultima. ut Μιμνηδός. ad quam vocem pro exemplo nomen hoc adducitur, licet eodem quo hic accentu notatum. Straboni lib. VII. pag. 327. Λυχνιδοῦς. Dicit enim: αἵτε λίμναι, εἰσὶν περὶ Λυχνιδοῦντα. *Lacus ſunt circa Lychniduntem.* De urbis hujus origine ſic ait vetus epigramma in Antholog. lib. III. cap. I.

Εἶχε δ' ἀπ' εὐσεβέων προγόνων ἐριδυκέα πάτρην
Λυχνιδὸν, ἣν Φοῖνιξ Κάδμος ἔδειμε πόλιν.

Habuit vero natus piis parentibus laudatam patriam
Lychnidum, quam Phœnix Cadmus conſtruxit urbem.

ubi perperam in vulgatis legitur Λύχναδον. Catalogus Urbium MS. Vatic. Ἀχρίδα ἡ πρώην Σαρῖτις καὶ Πρέβαλις καλουμένη, ἔχουσα λίμνην παρακειμένην Λυχνιδὸν καλουμένην.

— Καὶ Λυχνία λίμνη, ἡ Λυχνίτης] Scribe: καὶ Λυχνῖτις. Scymnus in Perieg. v. 434.

Ἔχει δὲ λίμνην δὴ μάλ' ἡ χώρα τινὰ
Μεγάλην, παρ' αὐτοῖς τὴν Λυχνῖτιν λεγομένην.
Habet vero paludem quandam regio bene
Magnam, apud illos Lychnitim dictam.

Loquitur de Illyriis.

ΛΩΜΕΝΤΟ'Σ, πόλις Ἰταλίας, ὀξυτόνως· καὶ ὅσα εἰς τος τῇ ἐν συλλαβῇ παραλήγει. ἣν καὶ Λωρεντὸν φασι μετὰ τοῦ ρ] Aut omnia me fallunt, aut auctor Λωμεντὸν hic per errorem appellat, quod infra recte Νωμεντὸν *Nomentum*. Deinde alio errore oppidum hoc confundit cum *Laurento*. Vide ſupra v. Ἄντεια.

ΛΩ'ΡΥΜΑ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. ἔστι καὶ λιμὴν Ῥόδου· ὃς Λώρυμα λέγεται] Livius lib. XLV. cap. 10. *Cum præterveherentur Aſiam legati & Loryma veniſſent, qui portus viginti paullo amplius millia ab Rhodo abeſt ex adverſo urbi ipſi poſitus, principes Rhodiorum occurrunt.* Unde apparet Stephanum vel ejus Epitomatorem ſuo more erraſſe, dum duo nobis *Loryma* faciunt, cum una tantum fuerint, Cariæ ad Rhodios pertinentia.

ΛΩΤΟΦΟ'ΡΟΣ, χώρα, ἡ Λωτοφαγῖτις νῆσος] Immo inſula Africæ, alio nomine *Meninx*, *Lotophagitis* appellata eſt. Plinius lib. V. cap. 7. *Inſulas non ita multas complectuntur hæc maria. Clariſſima eſt Meninx, longitudine* XXXV M. *paſſuum, latitudine* XXV, *ab Eratoſthene Lothophagitis appellata. Oppida habet duo, Meningem ab Africæ latere & altero Thoar: ipſa à dextro Syrtis minoris promontorio paſſibus* CC *ſita.*

M.

MA'ΓΑΡΣΟΣ, μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ, πρὸς τῇ Μαλλῷ] Supra v. Ἀγάθυρσοι ſcribitur Μέγαρσος. atque ita etiam apud Lycophronem pag. 78. ubi Tzetzes: Μέγαρσος, πόλις Κιλικίας μέσον τοῦ τάφου Μόψου καὶ Ἀμφιλόχου καὶ Μεγαρσίας Ἀθηνᾶς ἱερόν. pag. 157. ubi de Mopſo hiſtoriam repetit, perperam legitur: τῆς Μεγάρας πόλεως, pro τῆς Μεγάρσου.

— Καὶ Μεγαρσία Ἀθηνᾶ ἐκεῖ ἵδρυται] In ruinis Calatiæ in via Appia octo millia paſſuum à Capua reperta eſt baſis cum ſigno Minervæ ſiniſtra haſtam dextra clypeum tenentis cum hac inſcriptione apud Pyrrhum Ligorium:

ΘΕΑΝ ΜΑΓΑΡΣΙΔΑ
ΤΙ. ΙΟΥΛΙΟΣ. ΣΥΡ.
ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Arrianus quoque lib. II. de Exped. Alexandri pag. 33. Alexandrum cum Μαγαρσὸν perveniſſet τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Μαγαρσίδι ſacrificaſſe narrat.

ΜΑΓΔΩΛΟ'Σ, πόλις Αἰγύπτου.

— Διολιβίτης] Scribe: Διολκίτης. uti ſcribitur infra v. Ὠρεός.

ΜΑΓΙ'Α, πόλις Ἰλλυρίας.

— Εἰσὶ καὶ Μάγοι, ἔθνος περὶ Μηδίαν] Herodotus lib. I. cap. 101. Δηϊόκης μὲν νῦν τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρεψε μοῦνον καὶ τούτου ἦρξε· ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μάγοι. *Dëioces igitur ſolam Medicam ſubegit nationem, eique ſoli imperavit. Cujus nationis tot numero gentes ſunt, Buſæ, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budii, Magi.*

ΜΑΓΝΗΣΙ'Α, πόλις παρὰ τῷ Μαιάνδρῳ, καὶ χώρα, ἀπὸ Μάγνητος] Duæ celebres fuere in Aſia minore civitates hoc nomine: una *Cariæ* ad fluvium *Mæandrum*, altera *Phrygiæ* ad montem *Sipylum*. Hæc à Ptolemæo Μαγνησία πρὸς Σιπύλῳ, illa Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ dicitur. Conon apud Photium Narrat. XXIX dicit hanc ad *Mæandrum* ſic appellatam à *Magnetibus*, qui ad Peneum fluvium montemque Pelium habitarunt ductuque & auſpiciis Prothei contra Trojanos militaverunt. Hanc vero *Magneſiam* Theſſaliæ à *Magnete* Argi filio nomen ſortitam auctor eſt Antoninus Liberalis Metam. cap. XXIII. A Dioſcoride *Magneſia ad Mæandrum* diſerte Καρίας dicitur lib. V. cap. 131. Non longe ab hac fuit Παλαιμαγνησία, ſive *Vetus Magneſia* oppidulum vel caſtellum, cujus mentio in Fœdere inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

inter Smyrnæos & *Magnetes* icto, quod conſervarunt nobis Arundelliana Marmora. Altera *Magneſia* ad *Sipylum* Μεγάλη appellatur ab Hegeſia apud Dionyſium περὶ Συνθέσ. Ὀνομ. pag. 17. ἀπὸ Μαγνησίας εἰμὶ τῆς μεγάλης Σιπυλεύς.

— Ὁ πολίτης Μάγνης, ὁμονύμως τῷ οἰκιστῇ] Apud Triſtanum Tom. II. pag. 429. extat nummus ad *Magneſiam Phrygiæ* pertinens, in cujus uno latere effigies Ciceronis repræſentata eſt, addita epigraphe: ΜΑΡΚΟΣ ΤΥΛΛΙΟΣ ΚΙΚΕΡΩΝ. in averſo latere manus tenens uvam, ſpicam, lauream & corollam oleagineam, cum inſcriptione: ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ. qui procul dubio percuſſus eſt, cum Cicero Proconſul eſſet Ciliciæ. Nummum hunc rariſſimum oſtendit mihi Gulielmus Setonius CL. IC. ab Ill. Card. Cobellutio ſibi relictum,

— Τὸ ἐθνικὸν, Μάγνησσα παρὰ Καλλιμάχῳ] Cl. Salmaſius legit, Θηλυκὸν, Μάγνησσα. Recte. Apollonius Rhodius lib. I. v. 584.

Μαγνησσά θ' ὑπόδειλος ἠπείροιο
Ἀκτή.

Et magneticum ſerenum continentis
Littus.

Horatius lib. III. Carm. Od. 7.

Narrat pene datum Pelea Tartaro,
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.

— Καὶ Μαγνῆτις παρὰ Σοφοκλεῖ] Et Μαγνήτιδας accuſativo plurali de Europæis apud Homerum Hymno in Apollinem v. 217.

ΜΑΔΡΗΝΟΙ῾, καὶ Μανδιανῖται, ἔθνος Ἀραβίας] Apud Nonnoſum in Biblioth. Photii Cod. III. appellantur Μααδηνοὶ, gens Saracenica. Apud Procopium lib. I. Perſ. Μαδδηνοί. Utrobique haud dubie legendum Μαδαηνοὶ: facile enim Δ & Α confunduntur. Niſi potius & ibi Μαδιηνοὶ & hic ſcriptum olim fuerit Μαδιηνοὶ καὶ Μαδιανῖται. Ptolemæo enim lib. VI. cap. 7. Μαδιάνα eorum civitas dicitur (ſic enim ibi ſcribendum pro Μοδιάνα) Joſepho lib. II. Antiq. cap. 5. pag. 59. Μαδιήνη urbs, gens Μαδιανῖται & Μαδιηνῖται. Euſebio in Top. urbs Μαδιὰμ, regio Μαδιανὴ, populus Μαδιανοῖοι.

ΜΑΔΥΤΟ῾Σ, πόλις Ἑλλησποντία.

— Καὶ ἀπὸ τοῦ Μάδυτα, Μαδυτεύς] Poſteriores auctores & Notitiæ Epiſc. Μάδυτα appellant neutro genere, quæ à prioribus Μαδυτὸς dicta eſt.

ΜΑ´ΣΑΚΑ, πόλις Καππαδοκίας, ἡ νῦν Καισάρεια] Vide quæ notavimus ſupra v. Καισάρεια, ubi Μάζα perperam ſcriptum pro Μάζακα monuimus. Philoſtorgius tamen lib. IX. Hiſt. Eccleſ. cap. 12. ſcribit: Ὅτι Μάζα κατὰ πρῶτον ἐκαλεῖτο ἡ Καισάρεια, ἀπὸ Μοσὸχ τοῦ Καππαδοκῶν γενάρχου ἑλκυσαμένη τὸ ὄνομα· τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, κατὰ παρέγκλησιν ἤδη Μάζακα προσωνόμασται. *Quod Cæſarea ab initio Maza vocata fuerit à Moſoch Cappadocum gentis principe nomen trahens: procedente vero tempore per productionem jam Mazaca cognominetur.* Vitruvius *Mazacam* appellat lib. VIII. cap. 3. deſcribens lacum mirabilem inter *Mazacam* & *Tuanam*: cum apud Græcos Μάζακα & Τύανα neutra ſint pluralia. Vide & Hieronymum Catal. Illuſtr. Script. cap. 116.

ΜΑ´ΖΥΕΣ, οἱ Λιβύης νομάδες] *Mazuces* aut *Mazices* dicti Romanis hi *Numidæ*. Apud Suetonium Nerone cap. 30. *Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur ſoleis mulorum argenteis, canuſinatis mulionibus, armillata phalerataque Mazucum turba atque curſorum.* Vulgo ſcribitur *Muzacum*, minus bene. Ad quem locum non eſt ſequendus vir doctus de Cappadocibus *curſores* iſtos interpretans. Μάζυες enim οἱ Λιβύης νομάδες, *Mazuces* aut *Mazyces* dicti Latinis, quos Ptolemæus proxime ſequutus eſt Μάζικας eos appellans lib. IV. cap. 2. aliique poſterioris Græciæ ſcriptores, ut Philoſtorgius lib. XI. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 8. Μάζικες καὶ Αὐξωριανοὶ μεταξὺ δὲ Λιβύης καὶ Ἀφρων οὗτοι νέμονται, κατὰ μὲν τὸ ἑωθινὸν αὐτῶν κλίμα τὴν Λιβύην ἐξηρήμωσαν. *Mazices & Auxoriani inter Libyam & Afros habitantes juxta Orientalem eorum plagam Libyam vaſtaverunt.* ubi infeliciter interpres reddidit *Mazaces*.

— Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάξυες] Horum meminit Herodotus lib. IV. cap. 191. & 193.

— Καὶ ἕτεροι Μάχμες] Scribe: Μάχλυες, & quidem ex Herodoto, qui illorum hoc nomine facit mentionem lib. IV. cap. 178.

ΜΑΙΑΝΔΡΟΥ´ΠΟΛΙΣ, Μαγνησίας πόλις, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλύμπῳ] Lege: ἐν Ὀλυμπιάσι, uti recte monuit Xylander in Scriptorum Indice.

— Εἰ δὲ ἔστι Μαίανδρος ἡ πόλις, τὸ ἐθνικὸν, Μαιάνδριος] Athenæus lib. II. pag. 57. ex *Simonidis lib. II. Jamborum,*

Οἷόν τε χηνὸς ᾠὸν Μαιανδρίου.
Velut anſeris ovum Mæandrii.

qui verſus itidem adducitur ab Euſtathio ad Odyſſ. Λ. pag. 1686.

ΜΑΙΔΟ῾Ι, ἔθνος Θρᾴκης, πλησίον Μακεδονίας] Apud Appianum princ. Illyric. Μαῖδος perhibetur *Illyrii* filius, quem veriſimile genti huic dediſſe nomen.

ΜΑΙ´ΝΑΛΟΣ, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μαινάλου τοῦ Λυκάονος] Scholiaſtes Theocriti Idyll. I. pag. 21. *Mænalum* quoque *Lycaonis* filium vocat, ſed Apollonii Scholiaſtes *Arcadis, Lycaonis* ſcilicet nepotem, ad lib. I. v. 770.

— Καὶ Μαιαλίτης] Puto Μαιναλίτης.

ΜΑΙΟΝΙ´Α, ἡ Λυδία, ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ, τοῦ περὶ τὴν Ἀχαΐδα γῆν ῥέοντος· τὸ ἐθνικὸν Μαίονιος, καὶ Μαιονία θηλυκὸν. καὶ Μαίων ὁμονύμως

τῷ οἰκιστῇ, ἀφ' οὗ ἡ χώρα] In veteri nummo apud Franc. Gotifredum circum caput muliebre turritum: ΜΑΙΩΝΙΑ. In averſa circum figuram muliebrem ſiniſtra cornu copiæ, dextra gubernaculum tenentem: ΜΑΙΟΝΩΝ. Sic quoque in alio apud eundem circum Mercurium: ΜΑΙΟΝΩΝ. In averſa caput Herculis expreſſum eſt. Fluvii autem Μαίονος meminit quoque Heſychius v. Μαιῶτιν λίμνην, his verbis: Μαίωνά φασιν εἶναι ποταμὸν τῆς Ἀχαΐας καὶ Μαιῶτιν λίμνην ἐν Ἑλλάδι.

ΜΑΙΩΤΑΙ, ἔθνος Σκυθικὸν, μέγιστον, καὶ πολυάνθρωπον] Eadem de hac gente habes apud Euſtathium ad Dion. pag. 26. & pag. 89. Corruptum autem hoc nomen apud Athenæum lib. XIII. pag. 575. ubi Ὁμάρτη βασιλεῖ Μαραθῶν, pro Μαιωτῶν, legitur; niſi quis malit Σαρματῶν.

— Καὶ τὸ θηλυκὸν ὡς Μαιῶτις λίμνη, ἥν φασι κληθῆναι ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου] An non legendum: ἀπὸ τοῦ μαῖαν, ἡ μητέρα εἶναι τοῦ Εὐξείνου. Vide Euſtathium d. l. & Tzetzem Chiliad. VIII. v. 224. Salmaſius legit brevius: ἥν φασι κληθῆναι μητέρα τοῦ Εὐξείνου. ut vitium ex abbreviatione μερ habeat ortum. Apud Suidam, Μαιοτάλιμνος, ὄνομα τόπου dicitur: ego potius gentile eſſe exiſtimo.

— Ἔστι δὲ Μαιῶτις ἰχθύς τις] Athenæus lib. VII. pag. 312. Φέρει δ' ὁ αὐτὸς Μαιώτας καλουμένους, ὧν μνημονεύει Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσι διὰ τούτων,

Τοὺς Μαιώτας καὶ σαπέρδας καὶ γλάνιδας.

Fert etiam (Nilus) *quos Mæotas vocant, ab Archippo in Piſcibus his verbis memoratos,*

Mæotas, Saperdas, ac Glanidas.

ΜΆΚΗ, Κελτικὴ πόλις. εὕρηται καὶ Μαινάκη Κελτικὴ πόλις] *Mænaca* oppidum fuit Hiſpaniæ. *Celtica* autem dicitur propter originem: colonia enim fuit Maſſilienſium, teſte Strabone lib. III. pag. 157. ſed diruta ante ipſius tempora. Vide ſupra v. Ἐμπόριον.

ΜΆΚΕΛΛΑ, πόλις Ἰταλίας] MSS. legunt, Μάκαλλα. & ſic hoc loco reſcribendum eſt, & apud Ariſtotelem de Mirab. Auſcultat. cap. 115. ubi vulgo legitur Μαλακά. qui rectiſſime prodit urbem hanc CXX ſtadiis, hoc eſt XV m. paſſuum à Crotone diſtare. Nam & Lycophron ſic appellavit v. 927. uti ex Tzetze apparet pag. 150. Μάκαλλα πόλις Ἰταλίας, ὅπου τάφος καὶ ἱερὸν Φιλοκτήτου ἀγιστευομένου παρὰ τῶν ἐγχωρίων καὶ θυσίας βοῶν δεχομένου, ὥσπερ εἰ θεὸς αἰώνιος ὑπῆρχεν. & mox ἐν Μακάλλοις. Miror autem locum hunc in Italiæ deſcriptione effugiſſe Cluverii diligentiam. Μάκελλα autem oppidum fuit Siciliæ circa Meſſanam, teſte Dione in Excerptis apud Porphyrogennetam pag. 637. quod occupavit Athenio fugitivorum in Sicilia dux; & quo munito Mamertinorum agrum incurſionibus populatus eſt. Polybius lib. I. pag. 24. narrat illud à C. Duillio expugnatum, ejuſdemque mentio extat in ipſa Columna Roſtrata, cujus inſcriptionem Petrus Ciacconius edidit & ſupplevit.

— Κέκληται ἀπὸ τοῦ μαλακισθῆναι ἐν αὐτῇ Φιλοκτήτην] Μαλακισθῆναι, id eſt, *infirmari, ægrotare*: ut μαλακῶς ἔχειν, & μαλακία pro *morbo*. Suidas ex neſcio quo Atticiſta μαλακίζεσθαι affirmat de feminis proprie dici, ἀσθενεῖν de viris.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μακελλαῖος] Scribe: Μακαλλαῖος. Siculi autem oppidi gentile in veteri nummo extat apud Parutam in Numiſm. Sicil. pag. 104. ΜΑΚΕΛΛΑΙΝΕΩΝ.

— Ὡς Γογγυλαῖος] An legendum: Λογγυλαῖος. *Longula* enim Volſcorum oppidum apud Livium, Λογγέλα Dionyſio Halicarnaſſeo dictum; unde Plinio *Longulani*. An potius, Ἀγγυλαῖος?

ΜΑΚΑΡΈΑΙ, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μακαρέως τοῦ Λυκάονος.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μακαρεύς] Salmaſius: Μακαρεύς.

ΜΑΚΕΔΝΌΝ, χωρίον ἐν Πίνδῳ, ὡς Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ] Herodotus lib. I. cap. 56.

ΜΑΚΕΔΟΝΊΑ, ἡ χώρα, ἀπὸ Μακεδονίας τοῦ Διὸς καὶ Θυίας τῆς Δευκαλίωνος] Salmaſius in Exercit. Plin. pag. 155. legit, Μακεδόνος. Recte. Nam & ſic Conſtantinus Porphyrogenneta lib. II. de Them. Them. 2. & Euſtathius ad Dionyſium pag. 37. & 61. & ſequentia verba, τὸ ἐθνικὸν, Μακεδὼν, ὁμοφώνως τῷ κτίστῃ, hoc manifeſte probant.

— Καὶ Μακεδὼν, ἀντὶ τοῦ Μακεδονικός] Hinc γῆ Μακεδὼν in epitaphio Euripidis:

Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου. ὀστέα δ' ἴσχει

Γῆ Μακεδών· ἡ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.

— Καὶ Μάκετια διὰ δύο τ τ, καὶ δι' ἑνός] Hinc Μακηττία, ἡ Μακεδονία apud Heſychium.

ΜΆΚΙΣΤΟΣ, πόλις τῆς Τριφυλίας, ἣν ᾤκησαν Καύκωνες, ἀπὸ Μακίστου τοῦ ἀδελφοῦ Φρίξου] Apud Herodotum lib. IV. cap. 149. nomen hujus urbis corrupte legitur, Μάγιστος aut Μάσιγος.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μακίστιος καὶ Μακιστία] Hinc Μακιστία regio *Triphyliæ* Straboni lib. VIII. pag. 343.

ΜΆΚΑΡΑ, νῆσος Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν περίπλῳ αὐτῆς. τὸ ἐθνικὸν, Μακαρονησίτης, καὶ Μακαραῖος, καὶ Μακαρήσιος] Ordo literarum poſtulat, ut legatur Μάκρα, & pro gentilibus Μακρονησίτης, ἢ Μακραῖος ἢ Μακρήσιος. Et puto hanc eſſe *Macrin*, quam Plinius in Pamphylio mari commemorat; aut *Macriam*, quam in Rhodienſi, lib. V. cap. 31. niſi ſit una eademque inſula *Macris* & *Macria*.

ΜΆΚΡΙΣ, ἡ Εὔβοια· οἱ οἰκοῦντες, Μάκρωνες· ὁ οἰκήτωρ, Μακρεύς] Scholiaſtes Apollonii ad

ad lib. I. v. 1024. Μακελέων. τῶν καλουμένων Μακρώνων, οἵ εἰσιν ἄποικοι Εὐβοέων. ἀφ' οὗ καὶ Μάκρωνες ἐκλήθησαν. καὶ Μάκελς γὰρ ἡ Εὔβοια ἐκαλεῖτο.

ΜΑΚΡΟΚΕΦΑΛΟΙ, πρὸς τοῖς Κόλχοις] *Macrocephali* Colchis vicini populi ſunt Harpocrationi, apud quem Palæphatus: ἐν τῇ Λιβύῃ φησὶν ὑπεράνω Κόλχων οἰκεῖν τοὺς Μακροκεφάλους. de qua *Libya* ſupra v. Λιβυςῖνοι. Meminit hujus gentis Hippocrates lib. de Aëre, locis & aquis, de longitudine capitum, quibus fuit prædita anquirens. Meminerunt & nummi duo apud Goltzium.

— Ὡς γὰρ ἡμίκυνες, καὶ Μακροκέφαλοι, καὶ Πυγμαῖοι] Hauſta hæc ex Strabone lib. I. pag. 43. Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν Ἡμίκυνας λέγοντος καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους. *Heſiodo nemo ignorationem objecerit, Hemicunes nominanti & Macrocephalos & Pygmæos.* & lib. VII. pag. 299. iiſdem fere verbis, niſi quod ibi Μεγαλοκεφάλους vocet, quos priore loco Μακροκεφάλους vocaverat.

ΜΑΚΡΥΕΣ, ἔθνος Λιβύης] Numquid ſunt Μάχλυες Herodoti lib. IV. cap. 180.

ΜΑΚΡΩΝΕΣ, οἱ νῦν Σάννοι· Στράβων ἑνδεκάτῃ] Immo δωδεκάτῃ. Locus enim eſt lib. XII. apud Strabonem pag. 548.

ΜΑΚΤΩΡΙΟΝ, πόλις Σικελίας] Sita fuit hæc urbs ſuper Gelam, teſte Herodoto lib. VII. cap. 153.

— Ἣν ἔκτισε μόνην] Deeſt hic conditoris nomen, aut in voce μόνην deliteſcit: quod & Cluverius monuit.

ΜΑΚΥΝΕΙΑ, πόλις Αἰτωλίας. Στράβων δεκάτῃ] Apud Strabonem lib. X. pag. 451. legitur hodie Μακυνία. & paullo poſt Μακύνιον. rurſus pag. 460. Μακυνία. & in hoc loco in MSS. eſt Μακυνεία & Μακυνεύς. idque ſincerum eſſe clamat literarum ſeries. Nihil ergo apud Strabonem auctoritate Stephani mutandum, uti vir doctus cenſuit. Dicta & Μακύνη, teſte Plutarcho in Quæſt. Græc. pag. 295. ubi Archytas Amphiſſenſis:

Τὴν βοτρυοστέφανον μυρίπνουν Μακύναν ἐραννήν.

& Μακύνον, teſte Scholiaſte Græco ad Epigramma Alcæi Meſſenii lib. I. Anthol. pag. 15.

Μακύνου τείχη, Ζεῦ Ὀλύμπιε, ῥέξε Φίλιππος
Ἀμβατά. χαλκείας κλεῖε πύλας μακάρων.
*Macyni muros, Jupiter Olympie, fecit Philippus
Pervios: aëreas claude portas beatorum.*

Ex quo loco apparet oppidum hoc ſitum fuiſſe loco arduo atque inexpugnabili. Vincentius Opſopœus dum Μακύνου accipit pro verbo Epigrammatis ſenſum haud collegit.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μακρυνεύς, τῷ κοινῷ τύπῳ] Salmaſius: Μακυνειεύς. MSS. ut dictum, Μακυνεύς.

ΜΑΛΑΝΙΟΣ, πόλις μεσογείας τῶν Οἰνώτρων] MSS. πόλις μία μ. τ. Ο.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μελάνιος, καὶ Μελανιεύς] Scribe: Μαλάνιος καὶ Μαλανιεύς.

ΜΑΛΕΑ, ἄκρα πρὸς Πελοποννήσῳ] Scholiaſtes Græcus Euripidis pag. 153. Μαλέας ἀκρωτήριόν ἐστι περὶ Λακεδαιμονίαν λεγόμενον παρὰ πᾶσιν ἰδιοτικῶς ὄνου κατὰ μάγουλον. Idem in Paraphraſi pag. 155. maſculino genere, ὁ Μαλέας vocat, ut & alii.

— Καὶ Μάλεια διὰ διφθόγγου, καὶ Μαλιείτης, ὡς Ἀσιήτης] Puto ſcribendum, Μαλεήτης, ut conveniat exemplo Ἀσιήτης. & ſupra v. Αἴγιναι legitur Μαλειήτης.

— Καὶ Μαλεάτης] Apud Orpheum Argonaut. v. 203. mendoſe legitur.

Ταιναρίδης δ' Εὔφημος ἔβη Μηλεάτιδος ἄκρης.

pro Μαλεάτιδος. & iterum alio modo v. 1360.

Μαλεώτιδας ἱκόμεθ' ἄκρας.

pro Μαλεάτιδας.

ΜΑΛΛΑΔΑ, πόλις Περσική] Apud Ptolemæum lib. VI. cap. 7. legitur Μαλλάβα: ſed ejus interpretes jam olim ex ſuis codicibus vertere *Mallada*.

ΜΑΛΛΟΣ, πόλις Κιλικίας] Fuit Argivorum colonia, teſte Arriano lib. II. pag. 33. ideoque Alexander ibidem Amphilocho tamquam Heroi parentavit. Fuit etiam aliud hoc nomine oppidum in *Piſidia*, quod in Hieroclis aliorumque Notitiis occurrit; niſi id potius Μαλός, unico Λ, ſcribendum ſit, ut in veteri Notitia Epiſcopat. ſcriptum extat; forte & gentili differebat. Nam Attalus Μαλλιωτῶν Epiſcopus hinc dicitur Tom. I. Concil. Græcorum pag. 190. qui in epiſtolis Concilio Chalcedonenſi ſubjunctis *Malinopoleos*, ſive Μαλλιουπόλεως dicitur.

— Ὁ πολίτης, Μαλλώτης] Apud Photium in Excerptis Damaſcii de Vita Iſidori, Soranus medicus Cilix male ſcribitur Μαλεώτης, pro Μαλλώτης. Sic Crates Μαλλώτης apud Suidam & alios. Proclus Philoſophus Μαλλώτης apud Proclum in Timæum.

ΜΑΛΟΕΙΣ Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ] Meminit Apollinis Μαλόεντος à Mitylenæis culti Thucydides lib. III. in princ.

— Καὶ ὁ τόπος τοῦ ἱεροῦ Μαλόεις· ἀπὸ τοῦ μήλου τῆς Μαντοῦς] Apud Strabonem lib. XIII. pag. 603. Μαλοῦς locus eſt *Troadis* inter Palæſcepſin & Achaiam: ſed videndum an *Lesbi* promontorium Μαλία, quod apud Ptolemæum Μανία ſcribitur, hic debeat intelligi.

ΜΑΛΟΙ, ἔθνος Ἰνδικὸν, τῶν ἀνθεστηκότων τῷ Διονύσῳ μετὰ Δηριάδου] Editio Aldina habet, ut Xylander dedit, Μαλοί. Verum tres MSS. Μαλλοὶ, & ſic appellantur à Strabone, Diodoro, Curtio, Arriano. Habitaverunt autem circa Hydraotem fluvium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ΜΑΜΑ'ΡΚΙΝΑ, πόλις ἰπσονική] MSS. μαμακέρινα π. Αὐσονική.

ΜΑΜΕ'ΡΤΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας] Apud Strabonem lib. VI. pag. 261. *Mamertium* dicitur urbs *Bruttiorum* inter Regium & Locros. Ab hac deducti coloni urbem Meſſanam in Sicilia occuparunt, teſte eodem pag. 268. quæ *Mamertina* aliquantiſper inde dicta eſt, ut notat Scaliger in Animadverſ. ad Euſebium pag. 21.

— Τὸ ἐθνικὸν, μαμερτῖνος] Apud Dioſcoridem lib. V. cap. 10. occurrit οἶνος μαμερτανός.

ΜΑΝΔΑΡΑΙ', μέρος τῆς Μακεδονικῆς Κύρου] Meminit hujus *Cyri Macedonicæ* Thucydides in fine lib. II. ſed ibi per duplex ρρ ſcribitur Κύῤῥου.

— Οἱ οἰκήτορες Μανδάραι] Salmaſius legit Μανδαραῖοι.

ΜΑΝΘΥΡΕ'Α, κώμη Ἀρκαδίας] Sic apud Pauſaniam lib. VIII. pag. 528. μανθυρεῖς dicuntur. Ibidemque occurrit πεδίον τὸ Μανθυρικόν.

ΜΑΝΤΙ'ΝΕΙΑ, πόλις Ἀρκαδίας. Ὅμηρος, Οἳ Τεγεάν τ' εἶχον, καὶ Μαντινέην ἐνέμοντο] Apud Homerum Iliad. B. v. 607. hodie legitur,

Καὶ Τεγέην εἶχον καὶ Μαντινέην ἐρατεινήν.

— Τὸ κτητικὸν, μαντινικός] Apud Diogenem Laërtium in vita Platonis legitur tamquam gentile: Λασθένεια, ſcortum Arcadicum, μαντινικὴ dicitur. ubi nulla correctione opus. Similiter enim Plato in Sympoſio pag. 211. μαντινικὴ ξένη de Diotima, & recte pag. 201. pro μαντικῆς Διοτίμας emendant μαντινικῆς. Verſio autem Latina utrobique emendanda eſt.

ΜΑ'ΝΤΥΑ, πόλις Ῥωμαίων] Euſtathius ad Iliad. B. pag. 302. adducit ex noſtro Μαντύη καὶ Μάντυα, πόλις Ῥωμαίων. Cluverius lib. I. Ital. Antiq. cap. 26. pag. 257. exiſtimat à Stephano & quidem ex Polybio ſcriptum fuiſſe Μαντόα & Μαντοανός, uti apud eundem ſcribitur Γενόα & apud Polybium Ἀδόας & Παδόσα. Sed hæc tanti non ſunt.

— Ἐξ αὐτῆς ἦν Βιργίλιος ὁ ποιητὴς Μαντούτης] MSS. Βεργίλιος ὁ ποιητὴς Μαντουάτης. At Μαντούτης quamvis ineptum, probatur ſequenti exemplo.

ΜΑΡΑΘΗ'ΣΙΟΝ, πόλις Καρίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, μαραθήσιοι] In nummo Neronis apud Goltzium legitur: ΜΑΡΑΝΘΗΣΙΩΝ.

ΜΑ'ΡΑΘΟΣ, πόλις Ἀκαρνανίας, ὁ πολίτης, μαραθηνός] *Marathus* Phœniciæ urbs dicitur Melæ, Ptolemæo & Arriano lib. II. de Exped. Alex. pag. 41. Unde apparet ſitam fuiſſe in continenti Phœniciæ è regione Aradi. Diodorus Siculus in Excerptis apud Porphyrogennetam pag. 349. ſcribit *Marathenos* octo circiter ſtadiorum freto ab *Aradiis* fuiſſe disjunctos. Ad quem locum probare nequeo Henrici Valeſii Adnotationes, incolas oppidi hujus Phœnicii μαραθεῖς potius appellandos cenſentis, quam μαραθηνούς. Nam quod Stephani auctoritate ſe tueri cupit, facile ex ipſo Stephano convincitur, cum formatio illa in ηνὸς Syris ſit admodum familiaris & ἐγχώριος. Sed omnino hunc Stephani locum nimis mutilatum & detruncatum ab Epitomatore exiſtimo, qui omiſſa alterius *Marathi*, quæ in Phœnicia fuit, mentione, utramque deinde in gentilibus permiſcuit.

— Τὸ ἐθνικὸν, μαραθούσιος, ὡς Κάδος, Καδούσιος] Supra v. Αἰθήσιος, ſcribitur μαραθήσιος.

ΜΑΡΑΘΩ'Ν, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς] In nummo apud Pyrrhum Ligorium circum caput Minervæ galeatum legitur: ΜΑΡΑΘΩΝ. in averſa circum caput Mercurii: ΔΗΜΟϹ. Plura Suidas hac voce.

ΜΑΡΑ'ΧΗ, πόλις Ἰνδική· τὸ ἐθνικὸν, μαράχος, τῷ κοινῷ τύπῳ] Ante hanc vocem MSS. PP. habent: μαράφιον, ἔθνος ἐν Περσίδι, ἀπὸ Μαράφιου βασιλέως. Citatur hic locus infra v. μάσποι. quare editis codicibus inſerendus eſt. Meminit autem hujus gentis Herodotus lib. I. cap. 125. licet ibi ſcribatur μαράφιοι.

ΜΑΡΓΑΓΑΙ, πόλις Ἠλείας] Videndum an Μάργανα Diodori, μαργανέαι Xenophontis, μαργάλαι Strabonis una eademque Elidis urbs. MSS. hic habent μοργαίαι.

ΜΑ'ΡΔΟΙ, ἔθνος Ὑρκανῶν] Vide ſupra v. Ἀμαρδοι. & Suidam h. v.

ΜΑ'ΡΔΟΝΕΣ, Ἠπειρωτικὸν ἔθνος. Εὔπολις, πόλεσι] Πόλεις nomen fabulæ Eupolidis, cujus mentio apud Athenæum lib. IX. & Pollucem ſæpius.

ΜΑ'ΡΕΙΑ, πόλις καὶ λίμνη τῇ Ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται· ἀφ' ἧς καὶ Μαρεώτης οἶνος] μαρεώτης occurrit etiam ſupra vv. Αἴπεια & Εὔγεια. Sed μαρειώτης v. Ἀζειῶται. & ſic quoque ipſa regio vocatur in quodam Juſtiniani Imperatoris edicto.

ΜΑ'ΡΕΣ, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Μοσσυνοίκοις] Apud Herodotum lib. VII. cap. 79. ſcribitur Μᾶρες.

ΜΑΡΙ'ΑΒΑ, μητρόπολις Σαβαίων, πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ] Scribe: ἑκκαιδεκάτῃ. libro enim XVI. pag. 778. extat, ſed ibi ſcribitur Μαρίαβα. Apud Ptolemæum lib. VI. cap. 7. communi ſcripturæ vitio Μαράμα.

ΜΑΡΙΑΜΜΙ'Α, πόλις Φοινίκων· οἱ πολῖται, Μαριαμῖται] Ex gentili videtur ſcriptum Μαριαμία per μ ſimplex: & Ptolemæo eſt Μαριάμη. Nihilominus auctor Chronici Alexandrini pag. 642. Μαριάμμην ſcribit per duo μμ, vicumque appellat propinquum

Heoli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Heliopoli: agens enim de miraculoſa Gelaſini mimi ad Chriſtianiſmum converſione ſimul & martyrio, addit: καὶ λαβόντες τὸ λείψανον αὐτοῦ οἱ ἐκ γένους αὐτοῦ ἀπήγαγον αὐτὸ εἰς τὴν κώμην τὴν λεγομένην Μαριάμμην· ὅθεν ὑπῆρξεν ἔξω Ἡλίου πόλεως καὶ ἐκεῖ ἔκτισαν αὐτῷ εὐκτήριον οἶκον. *Reliquiaſque ejus propinqui in vico Mariamme, unde erat oriundus, extra Heliopolin ſepeliverunt, ſacello ipſi condito.* Vide Notit. Epiſcop. Pro Φοινίκων autem MSS. hic habent Φοινίκης.

ΜΑΡΙΑΝΔΥΝΊΑ, χώρα. Εὔπολις. Χρυσῷ γένος ὄρω] De *Mariandynis* vide plenius Euſtathium ad Dionyſium pag. 104. *Eupolidis* autem fabulæ χρυσοῦν γένος appellatæ mentio apud Athenæum lib. IX. Pollucem lib. VII. cap. 22. Apollonii Scholiaſten & alios.

— Ἀπὸ Μαριανδυνοῦ τινος Αἰολέως] Scholiaſtes Apollonii Rhodii lib. II. v. 140. Φίνεως παῖδες, ἐκ μὲν Κλεοπάτρας, Παρθένιος καὶ Κράμβις· ἐκ δὲ Ἰδαίας τῆς Δαρδάνου, ἢ Σκυθικῆς τινος παλλακίδος, Θυνὸς καὶ Μαριανδυνός. ἐξ ὧν τὰ ἔθνη κέκληνται. Οἱ δέ φασι κεκλῆσθαι τοὺς Μαριανδυνοὺς ἀπὸ Μαριανδυνοῦ υἱοῦ Κιμμερίου.

— Τοῦ Μαριανδυνοῦ κτητικόν] Mallem: Τὸ δὲ μ. κ. pro τοῦ. Gentile autem ipſum mendoſe legitur apud Orpheum Argonaut. v. 742.

Ἧχί τε Μαῦροι ἔσαν Μαριανδύροισι ὅμυροι.

Scribendum autem:

Ἧχί τε Ταῦροι ἔσαν Μαριανδυνοῖσι ὅμυροι.

Et ubi Tauri erant Mariandynis vicini.

Nam illud Μαῦροι pariter vitioſum: niſi quis pro Ταῦροι, quomodo reſcripſi, malit Μάκρωνες, ſed tum major mutatio facienda, ut verſus conſtet.

ΜΆΡΙΟΝ, πόλις Κύπρου.

— Ὅθεν καὶ τὸ κύριον ὁ Κινύρου Μαριεύς] Salmaſius: Κινύρου.

ΜΆΡΚΑΙΟΝ, ὄρος τῆς Τρωάδος, πρὸς τῇ Γέργιθι] Apollonio lib. I. Argonaut. v. 1112. Μακριάδες σκοπιαὶ ponuntur in agro Troadis Thraciæ oppoſito.

Τοῖσι δὲ Μακριάδες σκοπιαὶ καὶ πᾶσα περαίη
Θρηϊκίης ἐνὶ χερσὶν ἑαῖς προὔφαίνετ' ἰδέσθαι.
Illis vero Macriades ſpeculæ & omnis adverſa regio
Thraciæ apparebat videri in manibus ipſorum.

Ubi Scholiaſtes *Macrones*, Ponticam gentem, intelligit. Sed de his Apollonii verba accipi longiſſimum terrarum intervallum prohibet. Non dubito autem, quin Μακριάδες σκοπιαὶ Apollonii ſint Μάρκαιον ὄρος noſtri.

ΜΑΡΜΆΡΙΟΝ, πόλις Εὐβοίας· ὁ πολίτης Μαρμάριος] Apud Strabonem lib. X. pag. 446. legitur Μαρμαρίνου Ἀπόλλωνος ἱερόν. Ubi forte Μαρμαρίου ſcribendum, ut hoc loco. Niſi potius adjectivum id eſſe malis à μάρμαρος: erat enim hoc loco τὸ λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων. *Lapicidinæ Caryſtiarum columnarum.* Atque hæc ſententia mihi magis probatur.

ΜΆΡΜΗ, πόλις Φοινίκης] Plinio lib. VI. cap. 28. *Marma* oppidum eſt Arabiæ Felicis in littore Rubri maris.

ΜΆΡΠΗΣΣΑ, ὄρος Πάρου, ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαίρονται· ὁ οἰκήτωρ, Μαρπήσσιος] Hinc Virgilius lib. VI. Æn. v. 471.

Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

ΜΆΡΣΟΙ, ἔθνος Ἰταλικὸν, τὸ ἐθνικὸν, Μαρσικοί] Scribe: Μαρσικός.

ΜΑΡΣΎΑ, πόλις Φοινίκης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μαρσυηνὸς, τῷ τῆς Ἀσίας τύπῳ] Nimis hoc generale, nec verum ubique. Mallem Συρίας pro Ἀσίας.

ΜΑΡΏΝΕΙΑ, πόλις Κικονίας, κατὰ τὴν ἐν Θράκῃ Χερρόνησον] Præter hanc *Maroneam Thraciæ*, adhuc aliam Atticæ commemorat Harpocration & ex eo Suidas.

— Ἐν ᾗ, λίμνη Μάρις· ἐν ᾗ, Μαρώνεια, πόλις] Verba hæc ſuſpicor eſſe Hellanici.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μαρωνείτης] Sic in Hadriani nummo circum capricornum apud Franc. Gotifredum: ΜΑΡΩΝΕΙΤΩΝ. Item in alio antiquo circum Bacchum: ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. quales duo apud Goltzium extant. Similemque Auguſti Triſtanus exhibet Tom. I. pag. 98. in quo ΔΙΟΝΥϹΟϹ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. Harpocration v. Στρύμη, Μαρωνήτας ex Philochoro appellat, ſed MS. Vat. Μαρωνίτας habet. Apud Suidam Σωτάδης, Κρὴς Μαρωνείτης Ἰαμβογράφος dicitur.

— Καὶ Μαρωνὶς, ἀπὸ τοῦ Μάρωνος θηλυκῆς] Suidas: Μάρων, Μάρωνος. ὄνομα κύριον. ὁ πρῶτος οἰκιστὴς Μαρωνείας. Plura de hoc *Marone* habes apud Euſtathium ad Odyſſ. I. pag. 1623.

ΜΑΣΑΝΏΡΑΔΑ, πόλις Καρίας] Meminit hujus urbis nummus Titi Imperatoris.

ΜΆΣΗΣ, πόλις Ἀργείων· Παυσανίας δευτέρῳ, Ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσῃ] Reſcribe ex Pauſania lib. II. pag. 154. ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσητα. ubi Pauſanias addit: Μάσητι δὲ οὔσῃ πόλει τὸ ἀρχαῖον, καθὰ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἀργείων καταλόγῳ πεποίηκεν, ἐπινείῳ καθ' ἡμᾶς ἐχρῶντο Ἑρμιονεῖς. *Fuit olim Maſes oppidum, cui locum tribuit ſuum Homerus, ubi Argivorum civitates enumerat, ætate vero hac pro navali utuntur Hermionenſes.* Julianus deſcribit Μάσητα tamquam montem ſeu collem fontibus irriguum ante Argos, Orat. III. pag. 222. Ἥκιστα δέ ἐστι τῶν πηγῶν ἔκητι τὸ Ἄργος πολυδίψιον. πολλαὶ γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ ἄστει, πολλαὶ δὲ καὶ πρὸ τοῦ ἄστεος περὶ τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Μάσητα. *Neque Argos, quod ad ejuſmodi fontes pertinet, ſiticuloſum eſt. Multi enim in urbe ipſa, multi ante urbem ad priſcum illum Maſeten fontes ſunt.*

— Ὅμηρος,

Οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν, Μάσητά τε κοῦροι Ἀχαιῶν] Homerus Iliad. B. v. 562.

— Ἔστι καὶ λίμνη, καὶ κώμη Μασῆτις, καὶ νῆσος]

Euſta-

Euſtathius ad d. l. pag. 288. Ἔστι δὲ κώμη Μάσηλος καὶ λίμνη φησὶ καὶ νῆσος.

ΜΑ΄ΣΙΟΝ, ὄρος ὑπὲρ τῆς Νισίβιος] Euſtathius d. l. Τόδε Μάσιον τρισυλλάβως, ὡς Πάρελον, ὄρος φασὶ Μεσοποταμίας, περὶ τὴν ἑώαν Νίσιβιν.

— Στράβων ἑνδεκάτῃ] Mentio quidem hujus montis apud Strabonem libro XI. ſed lib. XVI. pag. 747. *Niſibi* impendere dicitur: an igitur ἑκκαιδεκάτῃ ſcribendum?

— Ἢ ὡς Πάρελον, Παρελανός] Addendum cum Salmaſio, Μασιανός.

ΜΑ΄ΣΠΙΟΙ, ἔθνος Περσικὸν, ὡς εἴρηται ἐν τῷ περὶ μαραφῖ * ρετάων, καὶ Πασαργάδων] Lacuna explenda hoc modo: ἐν τῷ περὶ Μαραφίων, Ἀρτεάτων, κ. π. Herodotus lib. 1. cap. 125. Ἔστι δὲ Περσέων συχνὰ γένεα· καὶ τὰ μὲν αὐτέων ὁ Κῦρος συνάλισε καὶ ἀνέπεισε ἀπίστασθαι ἀπὸ Μήδων· ἔστι δὲ τάδε ἐξ ὧν ἄλλοι πάντες Ἀρτεάται, Πέρσαι, Πασαργάδαι, Μεράφιοι, Μάσπιοι. *Perſarum complura ſunt genera. Eorum quædam Cyrus congregavit & à Medis ad deficiendum induxit: ſunt autem hæc, à quibus alii omnes pendent, Arteatæ, Perſæ, Paſargadæ, Meraphii, Maſpii.* Sed apud Herodotum ſcribitur hodie Μεράφιοι. Supra periit hæc vox in vulgatis Stephani exemplaribus, ſed non in MSS. PP. ut ibi monuimus. Sed Ἀρτεᾶται adhuc extant ſupra & Πασαργάδαι infra, verum ſcribitur ibi, Πασσαργάδαι.

ΜΑΣΣΑΛΙ΄Α, πόλις τῆς Λιγυστικῆς, κατὰ τὴν Κελτικὴν, ἄποικος Φωκαέων] Vide Harpocrationem v. Μασσαλία. ubi ex MS. Vat. pro Φωκαίων reſcribe, ut hic legitur, Φωκαέων.

— Ὅτι περιπλέων ὁ κυβερνήτης, καὶ ἰδὼν ἁλιέα, κελεῦσαι μάσσαι τὸ ἀπόγειον σχοινίον· μάσσαι γὰρ τὸ δῆσαι φασιν Αἰολεῖς] Apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 16. bis terve ſcribitur *μάσσαι* per duo σ σ. & credo verius, cum ipſum urbis nomen gemino σ σ ſcribatur.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μασαλιώτης, καὶ Μασαλιεύς] Lege: Μασσαλιώτης καὶ Μασσαλιεὺς, gemino σ σ. ita enim nummi ab hac urbe olim cuſi, quos inter inveniuntur, qui habent: ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. qualis extat apud Goltzium, & à me viſus eſt non unius in armario.

ΜΑ΄ΣΣΑΚΑ, πόλις Ἰνδῶν] Straboni lib. XV. pag. 698. dicitur Μασόγα. Sed locus iſte corruptus eſt: Εἶθ' ἡ Ἀσσακανοῦ, ὅπου Μασόγα πόλις τὸ βασίλειον τῆς χώρας. legendum: Εἶθ' ἡ Ἀσσακηνή. *Sequitur Aſſacene, in qua Maſoga urbs & regia regionis.* Nam per hanc adjectionem clare oſtendit ſe non de principe aliquo, ſed de regione locutum. Vide Ortelium v. *Maſoga.*

ΜΑΣΣΙ΄Α, χώρα ἀποκειμένη τοῖς Ταρτησίοις] Scribe: Ταρτησσίοις. Videtur autem hæc eſſe Μαστία, de qua Polybius lib III. pag. 179. & infra v. Μαστιανοί.

ΜΑ΄ΣΤΑΥΡΑ, πόλις Λυδίας] Notitiæ Epiſcopatuum Græciæ duo hujus nominis oppida exhibent, unum Aſiæ, quod hic *Lydiæ* tribuitur, alterum *Lyciæ.*

— Ποταμὸς δὲ διὰ μέσης πόλεως ῥεῖ, Χρυσορρόας λεγόμενος] *Pactolus*, teſtibus Solino, Vibioque Sequeſtre *Chryſorrhoas* dictus ab aureis arenis, quas ſpargebat: ſed iſte Syriæ eſt fluvius Damaſcenam regionem irrigans, ac propterea de hoc *Lydiæ* intelligi non poteſt. Verum in *Caria* urbs fuit Χρυσαορεὺς, teſte Stephano infra. quæ à fluvio hoc videtur appellata. Lydia enim Cariæ vicina. Vide Salmaſium in Exercit. Plin. pag. 837.

— Εἴρηται καὶ Μασταυρείτης] In nummo Philipp. Junioris apud Franc. Gotifredum circum corvum legitur: ΜΑСΤΑΥΡΕΙΤΩΝ. Sed apud Triſtanum Tom. I. pag. 602. ΜΑСΤΑΥΡΙΤΩΝ.

ΜΑΣΤΙΑΝΟΙ΄, ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις] Μαστηνοὶ ſcribitur ſupra vv. Ἐλβέστιοι. Μαινόβωρα. infra, Μολυβδάνα. Σίξος.

— Εἴρηται δὲ ἀπὸ Μαστίας πόλεως] Hujus meminit Polybius lib. III. pag. 176. eadem cum Μασσία, quam noſter paullo ante deſcripſit.

ΜΑΣΤΡΑΜΕΛΛΗ, πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς] Apud Plinium urbis hujus nomen mendoſe legitur lib. III. cap. 4. *Ultra foſſa ex Rhodano C. Marii opere & nomine, inſigne ſtagnum: Aſtromela oppidum maritima Avaticorum.* Corrigendum enim *Maſtromela*, ut jam Ortelius monuit; deinde ex hoc loco videtur etiam tranſpoſitione opus, *ſtagnum & oppidum Maſtromela maritima Avaticorum.*

ΜΑΣΣΥ΄ΛΟΙ, Λιβυκὸν ἔθνος· Ἀπολλόδωρος. Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ, Μασυλεῖς αὐτοὺς φησι] Polybius lib. III. pag. 188. vocat Μασυλίους. Apud Plutarchum in Hiſtor. Parall. pag. 311. corruptè ſcribitur Μεσόλους pro Μασύλους. Alter vero Polybii locus è libro VII. non extat amplius apud illum. Sed apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 29 Πολύβιος δὲ Μασυλεῖς γράφει αὐτούς. Apud Nicolaum Damaſcenum in Excerpt. apud Stobæum Serm. XLII. Μασυλιεῖς nominantur, ubi corrupte Βασυλιεῖς ſcribitur.

ΜΑ΄ΤΑΥΡΟΣ, πόλις Σικελίας, Λοκρῶν κτίσμα] A Suida v. Στησίχορος vocatur, Ματαυρία ἡ ἐν Ἰταλίᾳ. Sed noſter illam Italiæ partem *Siciliæ* appellatione comprehendit. Ab aliis *Metaurus.*

— Στησίχορος Εὐφήμου παῖς Ματαυρῖνος γένος] Vide Suidam d. l.

ΜΑΤΙΑΝΗ΄, μοῖρα τῆς Μηδίας. Στράβων δυοκαιδεκάτῃ· τοῦτο δὲ γίνεται καὶ τῆς Μηδίας ἐν τῇ Ματιανῇ] Verba quæ hic adducuntur ex Strabone leguntur lib. XI. pag. 509. ergo reſcribe, ἑνδεκάτῃ. Cæterum infra Ματιηνοὶ vocantur hi populi v. Μόσχοι. & ſic pariter apud Dionyſium v. 1002. Herodotum lib. I. cap. 72. Apud quem tamen mendoſe lib. III. cap. 94.

cap. 94. Μανλιλωοῖσι ſcribitur pro Μαλιλωοῖσι. ut in margine ſit: ita enim rurſus appellantur lib. VII. cap. 72.

ΜΑΥΡΟΥΣΙΟΙ, καὶ Μαῦροι, ἔθνος μέγα Λιβύης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μαυρουσίς] Supplendum haud dubie: Μαυρούσιος καὶ θηλυκὸν Μ.

ΜΑΥΣΩΛΟΙ, οἱ Κᾶρες, ἀπὸ Μαυσώλου.

— Δαίδαλος Μαυσωλῶν] Lege, Δαίδαλα, ut MSS. & Aldi Editio.

ΜΑΧΑΙΡΟΥΣ, φρούριον τῆς Ἰουδαίας, ὡς Ἰώσηπος] Meminit & Strabo lib. XVI. pag. 763.

— Ὡς Ἱερουχοῦντι] Scribe: Ἱεριχοῦντι. ut ſupra hac voce & paſſim in Sacris Literis.

ΜΕΓΑΛΗ πόλις, Ἀρκαδίας· ἣν συνῴκισαν ἄνδρες Ἀρκάδες μετὰ τὰ Λευκτρικά] Alii diſtinctis vocibus Μεγάλη πόλις ſcribunt, alii una compoſita Μεγαλόπολις. Compoſita etiam de aliis urbibus uſi ſunt: ſic Pindarus Μεγαλοπόλιες Ἀθῆναι· ſic Conſtantinus Porphyrogenneta in Epiſtola ad Georgium Patriarcham CP. Macarium vocat Archiepiſcopum τῆς Ἀντιοχέων Μεγαλοπόλεως· & alibi ὁ Ἀποστολικὸς Θρόνος τῆς Ῥωμαίων Μεγαλοπόλεως de eadem *Antiochia* dicitur.

— Ὠνομάσθη καὶ Νινόη, ἀπὸ Νίνου] Vide infra v. Νινόη.

— Ἔστι καὶ Μεγάλη νῆσος, ἡ νῦν Λυκιάς] Plinius *Megalen inſulam* ante Smyrnam commemorat. lib. V. cap. 31.

ΜΕΓΑΡΑ, πόλις περὶ τὸν Ἰσθμὸν, μέση Πελοποννήσου, καὶ Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας· ἧς ἐπίνειον ἡ Νισαία] Hinc Νισαῖοι Μεγαρῆες apud Apollonium Rhodium lib. II. v. 749.

— Ὁ πολίτης, Μεγαρεύς] In nummo veteri apud Franc. Angelonum circum effigiem Philoſophi cujus caput panno obtectum eſt, quem ſuſpicor Euclidem eſſe, legitur: ΜΕΓΑΡΕΩΝ. ſed in duobus aliis apud Goltzium: ΜΕΓΑΡΑΙΩΝ.

— Τὸ θηλυκὸν ἐπὶ τῆς χώρας, Μεγαρίς] Plutarchus Quæſt. Græc. pag. 295. Τὸ παλαιὸν ἡ Μεγαρὶς ᾠκεῖτο κατὰ κώμας εἰς πέντε μέρη νενεμημένων τῶν πολιτῶν. ἐκαλοῦντο δὲ Ἡραεῖς, καὶ Πιραεῖς, καὶ Μεγαρεῖς, καὶ Κυνοσουρεῖς, καὶ Τριποδισκαῖοι. *Antiquitus Megaris regio colebatur per pagos, in quinque partes diſtributis civibus: dicebantur autem Heraënſes, Piraënſes, Megarenſes, Cynaſarenſes & Tripodiſcæi.*

— Ἔκτη ἐν Σικελίᾳ, ἡ πρότερον Ὕβλη, ἀπὸ Ὕβλωνος βασιλέως] Infra v. Ὕβλαι legitur ἀπὸ Ὕβλου τοῦ βασιλέως. Cogitavi aliquando an Μεγαλεῖον μύρον, cujus meminit Suidas, ad hanc urbem pertineret; dicit enim illud nomen habere ἀπὸ τοῦ εὑραμένου τὴν κατασκευὴν αὐτὸ Μεγαλοσικελιώτου. Videbatur enim ea voce Σικελιώτης ἀπὸ Μεγάρων ſignificari. Sed poſtea deprehendi locum Suidæ corruptum eſſe legendumque, ἀπὸ Μεγάλλου Σικελιώτου, ex Athenæo lib. XV. pag. 690. ipſumque unguentum dictum fuiſſe Μεγάλλιον. licet apud Suidam, Heſychium ipſumque Athenæum ſemel per λ ſimplex inveniatur ſcriptum.

ΜΕΓΑΡΙΚΟΝ, πολίχνιον, ὃ συγκαταλέγεται ταῖς Βιθυνῶν πόλεσιν· Ἀρριανὸς πέμπτῳ] Intelligit: πέμπτῳ Βιθυνιακῶν, ut ſupra v. Βιθυνόπολις. & v. Ἀστακός.

— Ἀστακός τε, καὶ Ἡραία, καὶ τὸ Μεγαρικὸν ἔθνος] Illud ἔθνος, quod in fine loci ex Arriano adducti legitur, haud dubie corruptum eſt: neque enim de gente hoc loco, ſed de oppidulo agit Arrianus. Locus autem eſt mutilus explendusque ſic videtur: τὸ ἐθνικὸν, Μεγαρικός. vel τὸ ἐθνικόν.

ΜΕΓΙΣΤΗ, πόλις, καὶ νῆσος τῆς Λυκίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μεγιστεύς] Apud Goltzium duo extant nummi ΜΕΓΙΣΤΕΩΝ.

ΜΕΔΕΩΝ, Βοιωτικὴ πόλις, καὶ Φωκικὴ ἑτέρα] Eadem habes apud Euſtathium ad Iliad. Β. pag. 267.

ΜΕΔΜΑΣΟΣ, πόλις Καρίας] Scribe, Μέδμασα, uti legitur ſupra v. Κύρβασα. Similiterque deſinunt Δέδμασα, Κάνδασα, Πήδασα, aliaque ejuſdem *Cariæ* oppida. Apud Plinium autem perperam ſcribitur, *Medmaſſa*, lib. V. cap. 29. pro, *Medmaſa*.

ΜΕΔΥΛΛΙΑ, πόλις· Ἀλβανῶν κτίσις, Ῥωμαίων ἀποικία· Διονύσιος Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας] Numerus libri Dionyſiani excidit, legitur autem lib. III. princ. ergo ſcribe, Ἀρχαιολογίας γ΄.

ΜΕΘΟΥΡΙΑ, νῆσος μεταξὺ Αἰγίνης καὶ Ἀττικῆς] Μεθουριάς dicitur in Epigrammate Simonidis, quod vulgavit Cl. Salmaſius in Exercitat. Plin. pag. 139. hoc modo:

Ἠερίη γεράνεια κακὸν λέπας, ὤφελες Ἴστρον
Τῆλε, καὶ ἐκ Σκυθίων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν,
Μηδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης
Ἄγκεα νειφομένας ἀμφὶ Μεθουριάδος.

ΜΕΘΥΔΡΙΟΝ, πόλις Ἀρκαδίας] Meminerunt hujus oppidi Porphyrius lib. II. de Abſtin. cap. 16. Thucydides lib. V. alii.

ΜΕΘΩΝΗ, πόλις Θρᾴκης· Ὅμηρος δεύτερῃ,
Οἳ δ' ἄρα Μηθώνην, καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο.

— Ὁ πολίτης, Μεθωναῖος. ἔστι καὶ Μακεδονίας] Eſt & alia *Thraciæ Methone*, quam Philippus evertit, diverſa ab illa Philoctetis, cujus meminit Homerus Iliad. Β. v. 716. qui is eſt qui hic adducitur, teſte Strabone, Harpocratione, Euſtathio. Videtur autem hæc Homeri eadem eſſe cum illa *Macedoniæ*, cujus ſecundo loco Stephanus meminit. Nam Θαυμακία, quæ cum *Methona* propter viciniam in Homeri carmine conjungitur, *Magneſiæ* tribuitur ſupra. *Magneſia* autem Macedoniæ provincia. In hac ad ſinum Pagaſeticum Μεθώνη. Demetrius Magnus apud Harpocrationem h. v. dicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

quatuor fuiſſe *Methonas*: hic enumerantur quinque.

— Ὡς Κιρωναιδοῦς] Scribe, Κυρωναιδοῦς. ut Euſtathius d. l.

ΜΕΛΑΓΧΛΑΙΝΟΙ, ἔθνος Σκυθικόν] Herodotus lib. IV. cap. 20. *Melanchlænos Scythas* eſſe negat. Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην ἄνεμον τῶν βασιληΐων Σκυθέων οἰκέουσι Μελάγχλαινοι, ἄλλο ἔθνος καὶ οὐ Σκυθικόν. *At quæ ſuperiora ſunt, ad ventum aquilonem, Scythis regiis, ea incolunt Melanchlæni, alia gens, non Scythica.*

— Καὶ Μοσσυνοικοι, παρὰ τὰς οἰκήσεις] MSS. Μοσυνοικοί. & ſic etiam invenitur infra v. Μοσύνοικοι. Nihilominus per duplex σσ ſcribitur frequentius.

ΜΕ´ΛΑΙΝΑΙ, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μελαινέως τοῦ Λυκάονος, ὡς Παυσανίας] Apud Pauſaniam lib. VIII. pag. 496. ſcribitur numero plurium Μελαινέαι & genitivo Μελαινέων.

— Ῥιανὸς ἐν Ἰλιακῶν πρώτῳ] Scribendum videtur Ἠλιακῶν π. ut infra v. Νώνακρις. Agitur enim tam hic, quam ibi de *Arcadiæ* urbe.

— Γόρτυναν, Ἡραίαν τε, πολυδρόμους τε Μελαινάς] De hac *Gortyna* videndus Pauſanias. Pro πολυδρόμους autem Salmaſius legit, πολυδρύμους aut πολυδύμους. ut apud Callimachum, ἀμφίδυμος pro ἀμφίδρυμος.

ΜΕΛΑΙΝΕΙ͂Σ, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς· Καλλίμαχος δὲ Μελαινάς φησι τὸν δῆμον κεκλῆσθαι] MS. optimus Palatinus: Μελαινάς φησι τὸν δῆμον ἐν Ἑκάλῃ. Optima ſane lectio: ſic enim Callimachus ſæpius citatur, ut ſupra vv. Αἴδηψος. Ἴαπις. Λύρκειον. Infra v. Τελμεμεῖς. Cæterum hic eſt ille locus, de quo celebri duello decertarunt inter ſe Melanthus, qui regnum Athenarum propterea meruit, & Xanthus Rex Bœotiorum. Erant enim Μελαιναὶ, χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας, ut loquitur Polyænus lib. I. Strat. pag. 25. ubi μονομαχίαν hanc deſcribit: Harpocration v. Ἀπατούρια. & Apoſtolius Cent. III. Prov. 74. deſcribentes itidem hoc duellum, locum eodem modo appellant, quo Polyænus & Stephanus: ut nollem viros doctiſſimos tam temere Ariſtophanis Scholiaſtæ ejuſque exſcriptori Suidæ, Κελαινὰς locum appellantibus, habuiſſe fidem. Caſaubonus enim apud Polyænum in Notis reſcribit: Κελαινῶν περί. & Κελαιναί. pro Μελαινῶν περί. & Μελαιναί. quomodo in vulgatis exemplaribus legitur: & Mauſſacus adeo hujus auctoritate motus eſt, ut non temperaverit, quin audacter, ut ſcribit, pro τῆς Μελανίας χώρας apud Harpocrationem, in contextu reponeret ὑπὲρ τῆς τῶν Κελαινῶν χώρας. Ambo infeliciſſime. Nemo enim Geographorum veterum, præter Ariſtophanis Scholiaſten Κελαινὰς in Attica commemorat. Suidæ enim, qui vitia codicum ſuorum ſolet transſcribere & hoc præſtitit fideliter vv. Ἀπατούρια & Κελαιναὶ, auctoritas nihil momenti habet. Immo aliter apud Scholiaſten illum, aut quem iſte deſcripſit, lectum olim ex Apoſtolio liquet, qui κατὰ λέξιν eadem narrat, ſed emendatius. Præterea Bacchi cognomentum Μελαναιγίδος tam apud Scholiaſten & Suidam, quam Apoſtolium legitur. Locus etiam Ephori, quem apud Harpocrationem Mauſſacus temere mutavit, ejuſdem Apoſtolii auctoritate aſſeritur. Bacchus autem hic Μελανθίδης appellatur à Conone apud Photium Narrat. XXXIX. Ἀθηναῖοι δ᾽ ὕστερον Διονύσῳ Μελανθίδῃ κατὰ χρησμὸν ἱερὸν ἱδρυσάμενοι θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος. *Athenienſes vero poſtea Baccho Melanthidæ ex oraculo fanum dedicarunt & quotannis rem divinam fecerunt.* Ubi quis de mendo ſuſpicari poſſet: nihil tamen certi affirmo, cum Grammaticos rationem hujus appellationis diverſam adferre video, à *nigra pelle caprina*, qua tectus is, quem Xantho à tergo aſtitiſſe Melanthus finxit, deducendo Μελαναιγίς. Quorum ſententiæ Pauſanias lib. II. pag. 151. calculum videtur adjicere, Διονύσου Μελαναιγίδος templum apud Trœzenios commemorans. Cæterum Conon d. l. apud Photium ſuper *Oenoë* dicit inter Athenienſes & Bœotios certatum, non ſuper *Melænis*, ut reliqui omnes, idque Proclus ſequitur in Timæum.

ΜΕΛΑΜΠΕΙΑ, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Μελάμπους ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακοῖς] Lege: Λυδιακοῖς. uti paſſim.

ΜΕΛΑΝΔΙΑ, χώρα Σικυωνίας] MSS. Σιθωνίας. quomodo vocatur *Thraciæ* regio apud Herodotum lib. VIII. cap. 122.

— Τὰ ἐθνικὰ, Μελάνδιος, καὶ Μελανδία] Apud Xenophontem lib. VII. de Exped. Cyri pag. 401. recte meo judicio corrigunt Μελανδίται, pro Μελανδέπται. Ii autem huc pertinere videntur.

ΜΕΛΗΤΟΥ κόλπος, ὃς Σμυρναῖος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Μέλητος ποταμοῦ] Apud Homerum Hymno in Dianam v. 3. legitur βαθυσχοίνοιο Μέλητος, neſcio an ſatis recte pro Μέλητος vel Μέλητος gignendi caſu. Apud Antoninum Liberalem cap XXXV. Metamorph. hoc loco ponitur Μελίτη κρήνη. idemque fons *Melas* Probo Grammatico dicitur. Sic forte Homeri locus defendi poteſt. Cæterum fluvium Μέλητα vocant, quotquot Homeri vitam ſcripſerunt, eumque deſcribit egregie Philoſtratus lib. II. Icon. item in oraculo, quod Smyrnæis redditum apud Pauſaniam lib. VII. pag. 405.

Τρισμάκαρες κεῖνοι καὶ τετράκις ἄνδρες ἔσονται
Οἳ Πάγον οἰκήσουσι πέρην ἱεροῖο Μέλητος.

Terque quaterque beati erunt illi viri
Qui Pagum habitabunt trans ſacrum Meletem.

Ab

qua-

C c

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Ab hoc fluvio Homerus Μελησιγενὴς dicitur, & Homeri Poëſis à Meleagro Μελήτειοι χάριτες.

ΜΕΛΙ'ΒΟΙΑ, πόλις Θετταλίας] Meminit Orpheus Argonaut. v. 165.

Ἀγχόθι Πηνειοῖο καὶ εἰλάγεος Μελιβοίης.

Homerus Iliad. B. v. 717. ubi videndus Euſtathius pag. 329. Scholiaſtes vetus Homeri MS. Mediceus: Μάγνης εἷς τῶν Αἰολίδων ὑπὸ τὸ Πήλιον κτίσας πόλιν ἀπὸ τῆς γυναικὸς Μηλιβοίαν ἐκάλεσεν. ὕστερον δὲ τὴν πᾶσαν χώραν Μαγνησίαν. Quæ omnia etiam leguntur apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 338. Vide & Philoſtratum Juniorem Icon. in Philoctete pag. 863. Tzetzem ad Lycophronem pag. 114.

ΜΕΛΙΓΟΥΝΙ'Σ μία τῶν Αἰόλου νήσων. Καλλίμαχος ἐν τῷ Ἀρτέμιδος ὕμνῳ] Meminit auctor ſupra v. Λιπάρα. Et Parthenius Amat. Narrat. cap. 11. Heſychius h. v. *Liparam* ſic ſcribit appellatam. MSS. autem legunt, ἐφ' Ἀρτέμιδα ὕμνῳ.

ΜΕ'ΛΙΣΣΑ, πόλις Λιβύων.

— Ἔστι καὶ ἐν Κυρακῷ κώμη Μέλισσα] MSS. legunt ἐν Κυρικῷ. & intelligitur Κύρου πεδίον *Cyri campus*, qui à Strabone lib. XIII. pag. 629. in *Myſia* ponitur. *Meliſſam* etiam *Phrygiæ* pagum Athenæus dicit inter *Synada* & *Metropolin* lib. XIII. pag. 574. ibique Pharnabazi inſidiis interfectum Alcibiadem & à Theodote funeratum commemorat. Fuit & Μέλισσος, κώμη τῆς Κορινθίων χώρας, à quo nomen impoſitum infelici iſti *Meliſſo* Abronis filio, qui cum injuriam Archiæ ulciſci non poſſet, per Iſthmiorum ludicrum de templo Neptuni ſe præcipitem jecit, teſte Plutarcho in Amat. Narrat. cap. 2.

ΜΕΛΙΤΤΑΙ'Α, πόλις Θετταλίας] Ex literarum ordine apparet ſcribendum eſſe Μελιταία per τ ſimplex, idque confirmatur duabus ſubſequentibus vocibus Μελίτεια & Μελιτιεύς. Unde & quod ſequitur Μελιταιεῖς per unum τ ſcribendum. Cæterum Antoninus Liberalis in Metamorph. XIII. bis urbem hanc Μελίτην vocat, conditamque refert a *Meliteo* Jovis & Othreidis filio, cui nomen hoc impoſitum, διότι ὑπὸ μελισσῶν ἐτράφη, *quod ab apibus eſſet nutritus*. Incolæ autem ibidem Μελιτεῖς appellantur.

ΜΕΛΙ'ΤΕΙΑ· Φίλων οὕτω γράφει, τὰ αὐτὰ πράγματα τῇ εἰρημένῃ προστάττων· τὸ ἐθνικὸν, Μελιτεύς] Salmaſius pro Μελιτεὺς legebat Μελιτιεύς. Sed perperam. Nam eodem modo Ἀλεξάνδρεια facit Ἀλεξανδρεύς, Σελεύκεια Σελευκεύς.

ΜΕΛΙ'ΤΗ, νῆσος μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας, ὅθεν τὰ κυνίδια Μελιταῖα φασίν] Hanc inſulam Nicephorus P. CP. in Breviar. Hiſt. pag. 76. appellat Γαυδομελέτην, in quam Heraclius Theodorum nepotem ex fratre relegavit. Niſi quis potius vicinam inſulam Γαῦδον, ſive Γαῦλον velit intelligere, quam hac ratione eo ſæculo diſtinxiſſe videntur ab altera *Gaudo* Plinii & Melæ, quæ juxta Cretam inſulam eſt. Fontem quoque *Lyciæ* hoc nomine commemorat Antoninus Liberalis Metamorph. cap. XXXV. Quod autem huic *Melitæ* tribuit canes, licet alii eos alteri tribuant, in mari Siculo poſitæ, non caret auctoritate. Plinius lib. III. cap. 26. *Inter Corcyram & Illyricum eſt Melita: unde catulos Melitæos appellari Callimachus auctor eſt.* Niſi forte excidit: ἔστι καὶ ἄλλη πλησίον τῆς Σικελίας. & Strabonem ſequutus fuit, apud quem lib. VI. pag. 277. Πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα. *Ante Pachynum jacet Melita, unde catelli Melitæi.*

— Ὁ οἰκήτωρ, Μελιταῖος] In duobus veteribus nummis legitur, ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. Apud Suidam v. Μελιταῖον κυνίδιον, legitur etiam Μελιτηνοὶ (nam ſic ſcribendum, non Μελιτηροὶ) κύνες, οἱ ἐπὶ τέρψει τρεφόμενοι. Et illa ipſa maris Hadriatici inſula, quæ *Melida* hodie, Ptolemæo Μελιτηνὴ νῆσος dicitur.

— Ἔστι καὶ πόλις ἄποικος Καρχηδονίων] Mirum quam Epitomator cuncta mutilat. Verba enim hæc referenda ad alteram *Melitam*, quæ in Africo mari jacet. Unde aut deletum paullo ante fuit aliquid, uti jam monuimus; aut hic prius ſcriptum: Ἔστι καὶ ἄλλη νῆσος καὶ πόλις ἄποικος Καρχηδονίων. quod putabat Cluverius.

— Καὶ δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς] Meminit hujus populi Plato in Parmenide princ. & Plutarchus de Exilio pag. 601. Harpocration non Οἰνηΐδος ſed Κεκροπίδος tribus populum facit.

— Ὁ δημότης, Μελιτεύς] Hinc apud Heſychium: Μελιτεὺς Κάπρος. & Μελιτέων οἶκος. Nam pro Μελίτεα, ὀθόνια τινὰ διάφορα ἐκ Μελίτης τῆς νήσου. quod apud eundem occurrit, legendum Μελιταῖα, uti & ex ordine literarum apparet.

— Ἐκ Μελίτης] Sic Epigramma ineditum: εἰς κύνα Μελιταῖον Εὐμήλου.

Τῇ δ' ἐκ Μελίτης ἀργὸν κύνα φησὶν ὁ Πέτρος
Ἴσχειν Εὐμήλου πιστότατον φύλακα.
Ταῦρον μιν καλέεσκον ὅτ' ἦν ἔτι, νῦν δὲ τὸ κείνου
Φθέγμα σιωπηραὶ νυκτὸς ἔχουσιν ὁδοί.

ΜΕΛΙΤΗΝΗ', πόλις Καππαδοκίας· Στράβων ἑνδεκάτῃ· τὸ δ' Ἀμανὸν ὄρος μέχρι τοῦ Εὐφράτου, καὶ τῆς Μελιτηνῆς πρόεισι, καθ' ὃ ἡ Κομμαγηνὴ Καππαδοκίᾳ παράκειται] Strabo lib. XI. pag. 521. unde hic locus deſcriptus eſt, non oppidum ſed provinciam vocat *Melitenen*. Verum autem, quod poſtea ibi à Romanis hoc nomine conditum ſit oppidum. De quo vide Salmaſium in Exercit. Plin. pag. 630. & ad Hiſt. Auguſt. pag. 96. legitur

gitur autem apud Strabonem : καθ᾽ ἣν ἡ Κομμαγηνὴ τῇ Καππαδοκίᾳ παράκειται.

— Οἱ πολῖται, Μελιτηνοὶ, ὡς Κομμαγηνοί] Apud Nicephorum P. CP. in Brev. Hiſt. pag. 204. occurrit ἐθνικὸν, Μελιτηναῖος.

ΜΕΛΙΤΟΥΣΣΑ, πόλις Ἰλλυρίας· Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μελιτουσσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος] Puto rectius per σ ſimplex ſcribi Μελίτουσα, ut apparet ex gentilibus. & infra v. Σκότουσα. ex horum ſcriptura forte & alterum σ delendum.

ΜΕΜΦΙΣ, ἡ διασημοτάτη Αἰγύπτου μητρόπολις] *Memphis* Regia fuit Ægyptiorum, antequam Alexandria eſſet condita, & poſtquam hæc Regia facta eſt, manſit nihilominus mos, ut Reges ibi inaugurarentur. De quo vide Valeſium ad Excerpta Diodori p. 55.

— Καὶ κλίνεται Μέμφιδος, καὶ Μέμφιος] Et Μέμφεως. ut docet infra v. Ψένερις.

— Ὁ πολίτης, Μεμφίτης] In nummo Antonini Pii apud Franc. Gotifredum, in quo Dea Iſis ſtolata cum haſta & juxta eam Apis, legitur : ΜΕΜΦΕΙΤΗϹ.

ΜΕΜΝΟΝΕΣ, ἔθνος Αἰθιοπικὸν, ὃ ἑρμηνεύεται, ὡς ὁ Πολυΐστωρ φησὶν, ἀγρίους τινάς] Locus hic corruptus eſt, uti oſtendit Syntaxis vitioſa.

ΜΕΝΔΑΙ, πόλις Σικελίας, ἐγγὺς Παλίκων· Ἀπολλόδωρος ἐν β′ χρονικῶν· τὸ ἐθνικὸν, Μενδαῖος, ὡς Λυκαὶ, Λυκαῖος] Philippus Cluverius lib. II. Sic. Antiq. cap. 9. docet legendum Μέναι, & pro gentilitio Μεναῖος, ex Diodoro, Apollodoro, Ptolemæo & aliis. Verum non ſatis liquet. In nummis enim diverſimode ſcribitur apud Philippum Parutam in Numiſm. Siciliæ, pag. 86. in duobus enim legitur: ΜΗΝΑΝΙΝΩΝ. in uno : ΜΕΝΑΙΝΙΝΩΝ. in tribus: ΜΕΝΑΙΝΩΝ. & Plinius *Menaninos* vocat, Cicero *Menenios.* Ex quibus apparet aliquid aliud vitii latere. Cum autem pro Λύκαι, procul dubio ſcribendum ſit Λύκαια, videtur ſequi, pro Μέναι, vel quod in vulgatis eſt, Μενδαὶ, reſcribendum Μέναια. Quamvis fatear nec hoc nummis reſpondere, ſed inter ſe, ut jam oſtendi, diſcordibus: quibus addendus videtur Franc. Angeloni elegans nummus, in cujus una area ſub Plutone bigis invecto, prævolante Cupidine, legitur: ΜΕΑΝΙΝΟΝ. in altera circum effigiem Lauretanam Vulcani : VOLCANOM.

ΜΕΝΔΗ, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός· Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτὴν φησι. τὸ ἐθνικὸν, Μενδαῖος οἶνος] Una ex quatuor urbibus in peninſula Pallenæ. Photius in lexico Rhetorico MS. Μένδη, ἡ ἐν Παλλήνῃ πόλις· καὶ Μενδαῖος ἄνθρωπος καὶ οἶνος ὁ ἐκ ταύτης. Thucydides lib. IV. pag. 334. *Eretrienſium* vocat coloniam.

ΜΕΝΔΗΣ, πόλις Αἰγύπτου περὶ τὴν Λύκων πόλιν. Στράβων ιζ. καὶ Λύκων πόλις, καὶ Μένδης, ὅπου τὸν Πᾶνα τιμῶσι, καὶ τὸν τράγον] Idem Photius dicto loco pergit: Μένδης δὲ ὁ ἐν Αἰγύπτῳ νομὸς, καὶ ὁ ἐνθένδεν Μενδήσιος. Sed apud Strabonem lib. XVII. pag. 802. unde hic locus deſcriptus eſt, legitur Λύκου πόλις. Verba: Ἔστι καὶ Ἑρμοῦ πόλις καὶ Λύκου πόλις, καὶ Μένδης, ὅπου τὸν Πᾶνα τιμῶσι, καὶ τῶν ζώων τράγον. Nihilominus eodem libro pag. 813. appellatur Λύκων πόλις, ut hoc loco & ſupra apud noſtrum hac voce. Cæterum Suidas v. Μένδης, docet Ægyptios Pana appellare *Menden*, ὡς τραγοπρόσωπον. τῷ καὶ τὸν τράγον τῇ αὐτῶν διαλέκτῳ οὕτω καλεῖν. *tamquam caprino vultu præditum, quod etiam ſua lingua ſic hircum vocent.* Meminerunt hujus *hirci* Euſebius lib. II. Præparat. Euang. cap. I. Clemens Alexandrinus in Protreptico & Plutarchus in Gryllo pag. 989. cujus verba adſcribam: Οὐ θαυμαστὸν μὲν οὖν ἐστιν εἰ καθάπερ ὁ Μενδήσιος ἐν Αἰγύπτῳ τράγος λέγεται πολλαῖς καὶ καλαῖς συνειργνύμενος γυναιξὶν, οὐκ εἶναι μίγνυσθαι πρόθυμος, ἀλλὰ πρὸς τὰς αἶγας ἐπτόηται μᾶλλον, οὕτω σὺ χαίρων ἀφροδισίοις συνήθεσιν, οὐ θέλεις ἄνθρωπος ὢν θεᾷ συγκαθεύδειν. *Itaque admiratione dignum eſt, ſi quemadmodum Mendeſius in Ægypto caper incluſus cum multis ac formoſis mulieribus coitu abhorret & capras deſiderat; ita tu venere conſueta utens, homo cum ſis, concumbere cum Dea noluiſti.* Ita Gryllus ad Ulyſſem. Rurſus meminit in, de Iſide & Oſiride pag. 380.

— Καὶ Μενδίτης] Hoc gentilitium reſtituendum puto apud Suidam, & pro Μαναίθως Μένδης, legendum Μενδίτης.

ΜΕΝΕΚΙΝΗ, πόλις Οἰνώτρων, ἐν μεσογείᾳ] Meminit hujus urbis ſupra v. Ἴξιας.

— Μενεκηνὸς διὰ τὴν χώραν] Μενεκῖνος potius. Salmaſius, Μενεκινηνός. ſed forma non eſt Italica.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ, πόλις Αἰγύπτου.

— Ἔστι καὶ χωρίον Σπάρτης Μενελάϊον· τὸ ἐθνικὸν, Μενελαεὺς, ὡς Κολιάειον, Κολιαεύς] Salmaſius ſcribit: Μενελάειον. Ex hoc autem loco apparet ſupra perperam ſcribi Κολυάειον, pro Κολιάειον, ut ibi monuimus.

— Τῆς δὲ Αἰγυπτίας, Μενελαΐτης] Communi hoc nomine & regionem & civitatem appellat Juſtinianus Imperator Edicto XIII. cap. I. & 19. ubi πρὸ τῆς Αἰγύπτου εἶναι. ſive *Ægypto præjacere* dicitur, & cum *Maneote* conjungitur. Ptolemæo lib. IV. Geogr. cap. 5. Μενελαΐτου μητρόπολις vocatur Κάνωβος.

ΜΕΝΟΥΘΙΣ, Αἰγυπτία κώμη πρὸς τῷ Κανώβῳ] Epiphanius in Ancorato cap. 108. Κάνωβός τε ὁ Μενελάου Κυβερνήτης καὶ ἡ τούτου γυνὴ Εὐμενουθὶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τεθαμμένοι τιμῶνται πρὸς τῇ ὄχθῃ τῆς θαλάσσης ἀπὸ δεκαδύο σημείων

μείων δεσπότης. Uxor hujus *Canobi* ſine dubio nomen loco dedit: & videndum an non legendum apud Epiphanium: καὶ ἡ τούτου γυνὴ ἡ Μενουθὶς, &c.

ΜΈΝΤΟΡΕΣ, ἔθνος πρὸς τοῖς Λιβύρνοις] Regio horum Μεντορικὴ dicitur Ariſtoteli in, de Mirab. Auſcult. cap. 112.

ΜΈΝΤΥΡΝΑ, πόλις ἐν Ἰταλίᾳ Σαυνιτῶν· Διονύσιος ἑκκαιδεκάτῳ] Ipſi Dionyſio, cujus auctoritatem Stephanus citat lib. 1. pag. 8. ſicut aliis auctoribus ſcribitur nomen hujus urbis Μιντοῦρνα. Porphyrio in Vita Plotini Μηντοῦρναι & poſtea Μιντοῦρναι, falſa haud dubie ſcriptura.

ΜΕΡΜΗΣΣΟΎΣ, πόλις Τρωϊκή, ἀφ᾽ ἧς ἡ Ἐρυθραία Σιβύλλα, ἣν γὰρ καὶ ἡ πόλις αὐτὴ ἐρυθρὰ τῷ χρώματι] Apud Pauſaniam in Phocicis pag. 630. ſcribitur Μαρπησσός, neſcio quam recte. Vide prolixe de hoc loco diſſerentem Salmaſium ad Solinum, pag. 79. ubi Tibulli & Martiani Capellæ loca emendat; & Henricum Valeſium ad Excerpta Nicolai Damaſceni pag. 69.

ΜΕΡΌΗ, πόλις Αἰθιόπων. Ἡρόδοτος δευτέρᾳ, ἀπὸ Μερόης] Mater Cambyſis *Meroë* fuit, unde Rex civitati à ſe conditæ nomen dedit, Diodoro teſte lib. 1. pag. 20.

— Ὁ πολίτης, Μεροΐτης] Et Μεροῦς, infra v. Φολόη. Sic ſupra Ἀρσινοήτης καὶ Ἀρσινοεὺς, ab Ἀρσινόη.

ΜΕΡΟΤΣΙΟΝ, χωρίον, ὡς Θεόπομπος Φιλιππικῶν τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ, &c. ἀπέχει δὲ ὁ τόπος Συρακουσίων στάδια ἑβδομήκοντα] Legendum cum Philippo Cluverio Συρακουσῶν.

ΜΈΡΟΨ, Τελόπου παῖς, ἀφ᾽ οὗ Μέροπες οἱ Κῶοι, καὶ νῆσος Μεροπίς] Scribe, Τελόπου παῖς, uti ſcribitur infra v. Τελόπιον. & apud Porphyrium in Vita Pythagoræ, pag. 187. Salmaſius legebat, Τελόπος. *Coos* autem dictos *Meropes* & *Coon* inſulam *Meropida* ſupra jam obſervavimus v. Κῶς. Euſtathius ad Hom. Iliad. A. pag. 97. Εὕρηται δὲ καὶ οἱ Κῶοι τουτέστιν οἱ τῆς Κῶ τῆς νήσου ἔποικοι, Μέροπες ἰδίως καλούμενοι, ὀνόματι ἐθνικῷ. καὶ ἡ νῆσος αὐτῶν Κῶς Μεροπίς. Alios *Meropes* commemorat Ælianus lib. 111. Var. Hiſt. cap. 18.

ΜΕΣΗΜΒΡΊΑ, πόλις Ποντική.

— Πολτυμβρία, ἡ Πόλτυος] Πόλτυος meminit Apollonii Scholiaſtes ad lib. 1. v. 216. ubi dicitur frater Σαρπηδόνος, τοῦ τῆς Θρᾴκης βασιλέως. Plutarch. in Apophthegm. Reg. pag. 174. Πόλτυς ὁ Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἐν τῷ Τρωϊκῷ πολέμῳ πρεσβευσαμένων πρὸς αὐτὸν ἅμα τῶν Τρώων καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἐκέλευσε τὸν Ἀλέξανδρον ἀποδόντα τὴν Ἑλένην, δύο παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν καλὰς γυναῖκας. *Poltys Thraciæ rex, cum bello Trojano ad ipſum ſimul & à Trojanis & à Græcis veniſſent legati, Paridi ſuaſit, ut Græcis Helenam redderet, ſe ei daturum duas formoſas fœminas pollicens.*

— Ὁ πολίτης, Μεσημβριανός] Sic in nummo Philippi patris apud Triſtanum Tom. 11. pag. 560. ΜΗΣΑΜΒΡΙΑΝΩΝ. & ſic in eodem apud Ill. Caſſianum de Puteo in Schedis Æneæ Vici. Apud occonem: ΜΕΣΑΜΒΡΙΑΝΩΝ.

ΜΈΣΗ τῶν ποταμῶν, χώρα μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος, ἡ Ἀδιαβηνὴ ἐκαλεῖτο, ὡς ἱστορεῖ Κουάδρατος. τὸ ἐθνικὸν, Μεσοποταμίτης] Dionyſius in Perieg. v. 992.

Ὅσση δ᾽ Εὐφρήτου καὶ Τίγριος ἔνδοθι γαῖα,
Τὴν δὲ περικτίονες μέσσην ποταμῶν ἐνέπουσιν.

Quæcumque vero Euphratem & Tigrim inter tellus,
Eam accolæ mediam amnium perhibent.

Lampridius in Severo cap. 56. vocat *terras interamnanas.* De *Adiabene* autem Suidas: αὕτη ἡ χώρα κεῖται περὶ τῆς Μεσοποταμίας, ὡς ἐπὶ ἀνατολὴν πέραν τοῦ Τίγρητος. Pro Gentilitio in Fragmentis Salluſtii occurrunt *Meſopotameni.*

ΜΈΣΜΑ, πόλις Ἰταλίας.

— Τῆς Νώλου Νωλανός] Scribe: Νώλη.

ΜΕΣΟΆΛΑ, πόλις Μεσσήνης, μία τῶν πέντε] Similiter infra: Τάμεια, πόλις Μεσσήνης, τῶν πέντε μία. Similiter Strabo lib. VIII. pag. 361. ex Ephoro tradit *Meſſenen* in quinque partes fuiſſe diviſam, ſed illas non enumerat.

— Ὡς τῆς Μεσόας, Μεσοάτης] Scribe per σ geminum, Μεσσόας, Μεσσοάτης. uti paullo poſt ſuo loco ſcribitur.

ΜΕΣΟΠΟΝΤΙΟΣ Ποσειδῶν, ὁ Ἐρέσιος. οὕτω γὰρ ἐν Ἐρέσῳ τιμᾶται, πόλει τῆς Λέσβου] MSS. ὁ Ἐνέσιος, οὕτω γὰρ ἐν Ἐνέσῳ τ. ſed male.

ΜΕΣΑΠΙΆ, χώρα Ἰαπυγίας, προσεχὴς Ταραντινῇ. τὸ ἐθνικὸν, Μεσάπιος· Παυσανίας δεκάτῳ] Lege, Μεσσαπία per σ duplex; quemadmodum non modo nummi teſtantur reponendum, ſed ipſe etiam literarum ordo poſtulat. Apud Pauſaniam lib. x. pag. 626. etiam ſcribitur per σ ſimplex.

ΜΕΣΆΠΙΟΝ, ὄρος Εὐβοίας. καὶ Μεσάπιος, ἀπὸ Μεσάπου τοῦ μετοικήσαντος εἰς Ἰταλίαν] Strabo lib. IX. pag. 405. Ἐν δὲ τῇ Ἀνθηδονίᾳ Μεσσάπιον ὄρος ἐστὶν, ἀπὸ Μεσσάπου, ὃς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐλθὼν Μεσσαπίαν τὴν χώραν ἐκάλεσεν. *In Anthedonia regione eſt etiam Meſſapius mons à Meſſapo dictus, qui cum in Iapygiam veniſſet, nomen regioni Meſſapiæ dedit. Anthedonia* autem regio non *Eubœæ*, ſed *Bœotiæ* Straboni & Pauſaniæ. In Lexico vero MS. Photii Μεσάπου ſcribitur, per unum σ.

ΜΕΣΣΗΝΗ, καὶ χώρα, καὶ πόλις· Στράβων ὀγδόῃ. χώρα δὲ ἡ Μεσσηνία, καὶ Μέση κατὰ συγκοπὴν, ἡ Μέση, καὶ Μεσήνη, ὥς τινες] Legendum: καὶ Μέσση κατ᾽ ἀποκοπήν. Sic Homerus Iliad. B. v. 582.

Φᾶρίν τε, Σπάρτην τε, πολυτρήρωνά τε Μέσσην;

qui adducitur infra v. Φᾶρις. Occurrit etiam

 hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

hæc *apocope* de *Meſſene* Siciliæ apud Scymnum vel Marcianum in Periegeſi. v. 296.

Μεγαρεῖς Σελινοῦντ᾽, οἱ Γελῷοι δ᾽ ἔκτισαν
Ἀκράγαντα καὶ Μέσσην δ᾽ Ἴωνες ἐκ Σάμου.

Megarenſes Selinuntem, Geloi verò condidere
Agrigentum, Meſſem vero Iones ex Samo.

In quo loco Scaliger & Cluverius fruſtra pro Μέσσην ſcribunt Μεσσήνην. Strabo lib. VIII. pag. 364. agens de *Meſſe* Homerica multa adducit ſimilis *apocopes* exempla; quæ Euſtathius ad dictum Homeri verſum pag. 294. inde transſcripſit. Quod vero addit: ἡ Μέση, καὶ Μεσήνη, ὥς τινες. videtur de illa Μέση τῶν ποταμῶν, cujus antea meminit intelligendum: infra enim, Σπασίνου χάραξ, πόλις ἐν τῇ μέσῃ τοῦ Τίγρητος Μεσήνῃ dicitur.

— Τὸ ἐθνικὸν, καὶ ὁ πολίτης, Μεσσήνιος, καὶ θηλυκὸν, Μεσσηνίς] In veteri nummo circum Jovem haſtatum dextra Victoriam ſuſtinentem: ΑΧΑΙΩΝ ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. in adverſo latere circum Junonem ſedentem item cum haſta & Victoria, ΔΕΞΙΑΙ. legitur.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Μεσήνη τῆς Σικελίας, καὶ χώρα Μεσήνη δι᾽ ἑνὸς σ, ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν αὐτῆς μεσαζομένη] Hic locus ex MSS. ita legendus eſt: Ἔστι καὶ ἄλλη Μεσσήνη τῆς Σικελίας· καὶ χώρα Περσίδος Μεσήνη δι᾽ ἑνὸς σ ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγρητος μεσαζομένη. De *Meſſana* Siciliæ videri poteſt Caſaubonus in Commentario ad Polybium pag. 69. & 98. De *Meſene* inter Euphratem & Tigrim Salmaſius ad Solinum pag. 698. Verum non audiendus in eo, quod Stephanum τὴν Μεσήνην cum Meſopotamia dicat confundere: neque enim ex eo, quod Stephanus ponit *Meſenen* inter dictos duos fluvios ſequitur eum *Meſenen* cum Meſopotamia confundere. *Meſene* enim fuit in inferiore regione interamnana, Meſopotamia in ſuperiore. Ut ſi Hollandiam Auſtralem inter Rhenum & Moſam ſitam dicerem, non propterea cum Juliacenſi & Clivenſi Ducatu confunderem.

ΜΕ´ΣΣΟΑ, τόπος Λακωνικῆς] Sic Suidas: ſed Strabo & Pauſanias Μέσσα. & ita paullo ante v. Μέσσαλα bis legitur. Ordo tamen literarum & Suidas hanc lectionem firmant.

ΜΕΣΣΩΓΙ´Σ, ὄρος Λυδίας· τὸ τοπικὸν, Μεσσωγίτης· Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. ὅθεν ἄριστος Μεσσωγίτης οἶνος, ὁ Ἀρωμεύς] Apud Strabonem lib. XIV. per σ ſimplex ſcribitur Μεσωγὶς & Μεσωγίτης. ſemel etiam Μεσογίς. In voce etiam Ἀρωμεὺς, ω in ο mutandum eſt, prout apud Strabonem d. l. pag. 650. ſcribitur: venit enim à loco, cui nomen τὰ Ἀρόματα, per ο breve.

ΜΕ´ΤΑΟΝ, πόλις Λέσβου, ἣν Μέτας Τυῤῥηνὸς ᾤκησεν] Salmaſius legit: ᾤκισεν. recte.

ΜΕ´ΤΑΠΑ, πόλις Ἀκαρνανίας· Πολύβιος πέμπτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μεταπαῖος, ἢ Μετάπιος, διὰ τὸ ἐπιχώριον] Forte ſcripſit, ἢ Μετάπιος. quod occurrit infra v. Χάλαιον, in loco Thucydidis: Μεταπίους καὶ Τελλαίους καὶ Χαλαίους, καὶ Κολοφωνίους, καὶ Ἴσίους, καὶ Οἰανθίους. Unde libri Thucydidis vulgati corrigendi ſunt, in quibus lib. III. pag. 240. ſcribitur, Μεσσαπίους, pro Μεταπίους. Sita autem fuit *Metapa* ad Trichonidem lacum, Polybio teſte lib. v. pag. 357.

ΜΕΤΑΠΟ´ΝΤΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σῖρις, ἀπὸ Μετάβου τοῦ Σισύφου, τοῦ Αἰόλου· τὸ γὰρ Μεταπόντιον οἱ βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον] Hunc errorem errat etiam Euſtathius ad Dionyſium. Verum infra v. Σῖρις, *Sirin* non eandem cum *Metaponto* civitatem facit, ſed illi vicinam; quod veriſſimum. Vide, ſi lubet, Philippum Cluverium lib. IV. Ital. Antiq. cap. 14. A *Metabo* vero nomen accepiſſe *Metapontum* etiam dixit ſupra v. Καυλωνία. Sed quod hic addit, verum hujus urbis nomen fuiſſe *Metapontum*, indeque à barbaris factum *Metabum*, merito in dubium revocat Salmaſius in Exercit. Plinian. pag. 65. duobus præcipue argumentis: primo quoniam ipſi auctores Græci paſſim eum *Metabum* vocant, non *Metapontum*; deinde quoniam Antiochus apud Strabonem urbem hanc primo Μέταβον nominatam, poſtea παρονομασθῆναι Μεταπόντιον auctor eſt.

ΜΕΤΑ´ΧΟΙΟΝ, φρούριον Βοιωτίας, μεταξὺ Ὀρχομενοῦ καὶ Κορωνείας] In Collectionibus Pyrrhi Ligorii extat nummus, in cujus una area Avis expreſſa eſt cum corona quernea, cui inſcripta litera N. in margine circum legitur: ΜΕΤΑΧΟΙΟΝ. Avis Ligorio coccyx eſt, mihi potius cornix videtur, ob vicinam Κορώνην. In altera area caput Junonis velatum conſpicitur, quæ Ligorio Ηρα Μεταχοιάτις.

— Ἡ Μεταχοιάτης] Scribe: ἡ Μεταχοιάτης.

— Ἀνδρολίων ἐν τῇ ζ. Μετάχοιρον αὐτῆς φησι, καὶ ἴσως περιφραστικῶς] MSS. Ἀνδροτίων ἐν τῷ ζ &c. Sed quod ſequitur, Μετάχοιρον αὐτῆς procul dubio etiam corruptum eſt. Salmaſius pro eo legebat: Μεταχοιρονάτης. Sed non video, quomodo huic lectioni reſpondere poſſit illud, quod ſequitur de *periphraſi*. Unde potius ſcribendum exiſtimo: Μεταχοίου ναέτης. Sic lib. VI. Anthol. Epigr. I. Ῥόδου ναέτην Δωριέος. pro Ῥόδιοι. & apud Suidam v. Κολασσαεύς. Simonides Λίνδου ναέταν Κλεόβουλον vocat apud Diogenem Laërtium. Et oraculum Methymnæis datum:

Ἀλλὰ καὶ Μηθύμνης ναέταις πολὺ λώϊον ἔσται,
Φαλλωὸν τιμῶσι Διονύσοιο κάρηνον.

Sed & Methymnes incolis multo melius erit,
Phalenum colentibus Dionyſii caput.

Item

Item aliud Cretenſium legatis datum apud Euſebium lib. v. Præparat. Euang. cap. 31.

Φαιστοῦ καὶ Τάῤῥας ναέται Δίου τε πολύῤῥου.

quod in Collectione Oraculorum veterum pag. 25. perperam vertitur:

Phæſti & Tarenti incolæ, Diique multiſlui.

pro, *Tarrhæ*, quæ Cretæ eſt civitas, uti *Phæſtus* & *Dium*. Denique in oraculo Achæis dato apud Pauſaniam in Phocicis, Γῆς Πέλοπος ναέται καὶ Ἀχαιΐδος. pro Πελοποννήσιοι καὶ Ἀχαιοί. Periphraſis ſimilis meminit noſter ſupra vv. Ἀκόναι & Ἐρύθεια.

ΜΕΤΗΛΙΣ, πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἣ νῦν Βῆχις λέγεται] Meminere Ptolemæus, Hierocles, & aliæ Notitiæ veteres, & in Concilio Epheſino legitur Macarius Epiſcopus Μετηλιτῶν τῆς Αἰγύπτου.

ΜΗΔΙΑ, χώρα ταῖς Κασπίαις παρακειμένη πύλαις.

— Καὶ Μήδιοι λέγονται] An non ſcribendum Μήδειοι, uti eſt apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 129. qui Homerico exemplo id confirmat.

— Ἡ Μηδικὴ βοτάνη] Heſychius: Μηδική, πόα ἢ τρίφυλλος, οἱ δὲ λωτὸν κτηνῶν ἁρμόζοντα.

— Στράβων· φέρει δὲ σίλφιον ἡ χώρα, ἀφ' οὗ ὁ Μηδικὸς καλούμενος ὀπὸς, οὐ πολὺ λειπόμενος τοῦ Κυρηναϊκοῦ] Extant hæc apud Strabonem lib. XI. pag. 525. verum negatio ante πολὺ λειπόμενος, ibi deſideratur, ſed reponenda tum poſtulante ſenſu, tum flagitante hoc loco, ut Salmaſius etiam monuit in Exercitat. Plinian. pag. 360.

— Καὶ πάλιν· καὶ τὴν βοτάνην τὴν μάλιστα τρέφουσαν τοὺς ἵππους, ἣν Μηδικὴν καλοῦμεν] Verba itidem Strabonis, paullo ante priora dicto loco occurrentia. De *herba* autem hac *Medica* vide notata Salmaſio ad Solin. pagina 243.

ΜΗΘΥΜΝΑ, πόλις ἐν Λέσβῳ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Μηθύμνης τῆς Μάκαρος θυγατρὸς, καὶ γυναικὸς Λεπύδνου] Euſtathius ad Hom. Iliad. B. pag. 329. dictam vult παρὰ τὸ μέθυ. noſter à *Methymna* τῆς Μάκαρος θυγατρὸς καὶ γυναικὸς Λεπύδνου. Ultimum nomen mihi ſuſpectum eſt, legendumque pro illo exiſtimo: Λεπετύμνου. Id enim montis nomen, qui *Methymnæ* imminet apud Plinium, Theophraſtum, Philoſtratum & Antigonum Caryſtium. Immo Antigonus in hoc monte etiam fanum *Lepetymni* commemorat, Narrat. XVII. Μύρσιλος ὁ Λέσβιος ἐν τῷ ὄρει φησὶν Λεπετύμνῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος εἶναι, καὶ ἡρῷον Λεπετύμνου, ἐφ' ᾧ, καθάπερ ἐν τῷ Κράννωνι δύο μόνον εἶναι κόρακας, ὄντων οὐκ ὀλίγων ἐν τοῖς πλησίον τόποις. *Myrſilus Lesbius in monte Lepetymno ait templum eſſe Apollinis & fanum Lepetymni, in quo ſicuti Crannone duo tantum ſunt corvi, cum non pauci in vicinia ſint.*

— Ὁ πολίτης, Μηθυμναῖος] Apud Pyrrhum Ligorium extat nummus L. Veri, in cujus averſo latere Arion conſpicitur delphino inſidens, cum hac inſcriptione: ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ. Item alius Commodi cum tropæo & eadem inſcriptione. Item in nummo Getæ circum Providentiæ figuram vel Fortunæ apud Triſtanum Tom. II. pag. 279. eadem occurrit inſcriptio. In nummo vero Alexandri Severi in Gazis Sereniſſ. Magni Ducis circum Jovem haſtatum coronam dextra porrigentem: ΕΠΙ.... ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ.

— Οὕτω γὰρ ἀναγράφει Ἐχεκρατίδης περιπατητικός] MSS. ἀναγράφεται.

ΜΗΚΙΣΤΟΝ, πόλις Τριφυλίας] Idem cum Μάκιστος ſupra. & dubito an non ſcribendum Μήκιστος, ut formatio ſit Ionica.

ΜΗΚΥΒΕΡΝΑ, πόλις Παλλήνης, τῆς ἐν Θρᾴκῃ χεῤῥονήσου] Urbem hanc in Thracia etiam ponunt Harpocration & Suidas. *Pallene* autem hic vocatur ἐν Θρᾴκῃ χεῤῥόνησος, uti ſupra v. Αἰγαί, Θρᾳκησίων χεῤῥόνησος, in qua Μηλοβότειραν ibi dicit ſitam.

— Οὕτω γὰρ ἀναγράφει Ἡγήσιππος] MSS. ἀναγράφεται.

ΜΗΛΟΣ, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν. Φοίνικες οὖν οἰκίσαι πρότερον· ὅθεν καὶ Βύβλος ἐκλήθη, ἀπὸ τῶν Βυβλίων Φοινίκων] Heſychius: Μεμβλὶς, Μῆλος ἡ νῆσος. Item, Μίμαλις ἡ νῦν Μῆλος. unde Cl. Salmaſius hic quoque Βυβλὶς legendum exiſtimat pro Βύβλος.

— Ἀλλὰ καὶ Ζεφυρία] MSS. Ἔλλη Ἐφυρία. ſed male.

— Ὁ πολίτης, Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης, καὶ Ἀριστοφάνης] Lege, ὡς Ἀριστοφάνης. Nam Ariſtophanes in Nebulis Act. III. Sc. I. Socratem appellat Μήλιον, cum tamen revera Athenienſis eſſet; cujus rei plures cauſſas adfert Scholiaſtes Græcus: videlicet ἐπεὶ Διαγόρας Μήλιος ὢν διεβάλλετο ὡς θεομάχος, καὶ τὸν Σωκράτην δὲ ὡς ἄθεον διαβάλλει. διὰ τοῦτο Μήλιον αὐτὸν ἔφη. vel ὁ Μήλιος ἀντὶ τοῦ ἀσεβής. Ἀρισταγόρου γὰρ τοῦ Μηλίου μαθητὴς ὁ Σωκράτης. διεβέβληντο δὲ ἐπεὶ ἀθεΐᾳ οἱ Μήλιοι ἀπὸ Διαγόρου, &c. Salmaſius etiam ita legit.

— Οἱ δ' ἐν Θετταλίᾳ, Μηλιεῖς. ἔστι καὶ κώμη τῆς Ἀκαρνανίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν, Μηλιεύς. καὶ διὰ τοῦ α Δωρικῶς] Apud Scylacem Μηλιεῖς & Μαλιεῖς recenſentur tamquam diverſæ gentes, ambæ tamen eundem ſinum *Maliacum* accolentes in Theſſalia: *Malienſes* à Lamia uſque ad Echinum; *Melienſes* à dextra Sperchii ripa uſque ad Thermopylas.

— Γίνεται καὶ ἀπὸ τοῦ Μήλιος, Μηλιεύς] Apud Cononem Narratione XXXVI. in Bibliotheca Photii gentilitium hoc corruptum legitur in his verbis: ἐν τῷ παράπλῳ δὲ τοῦ στόλου, Μῆλον Ἀπόδασμος οἰκίζει, καὶ τὸ τῶν Πηλιέων γένος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

γρός ἐνθάδε οἰκοῦσι Σπαρτιάται. Scribendum, Μηλιέων γ. ε. ο. Σπαρτιάτας. *Sed dum claſſis præternavigat, Apodaſmus Melum habitatoribus inſtruit, atque hinc illa familiaritas ſive cognatio Melienſium generi cum Spartanis.* Apud Suidam: Μηλιέων πολιτεία.

— Καὶ Μηλιακός] Suidas. Μηλιακὸν πλοῖον.

— Καὶ Μηλὶς, ἡ χώρα] Forte legendum: καὶ Μηλὶς, ἡ χροία. Μηλὶς enim coloris genus, uti patet ex Æliano lib. II. cap. 2. παιδάρια τὰ τοῦ Ζεύξιδος τὴν Μηλίδα τρίβοντα. *pueri Zeuxidis Melinam terram terentes.* Verum Sophocles Trachin. pag. 353. Μηλίδα λίμναν vocat Μηλιακὸν κόλπον παρὰ Τραχῖνι. & apud Herodotum lib. VIII. cap. 31. Μηλιὰς dicitur regio Theſſaliæ, inter quam & Phocidem ſitus Doricæ regionis aditus anguſtus, latitudine patens ad millia paſſuum circiter quatuor: ut forte Μηλὶς, ἡ χώρα, tolerari poſſit.

ΜΗ´ΝΙΓΞ, νῆσος περὶ τὰς Σύρτεις, καὶ πόλις] Apud Heſychium hac voce pro δῆμος forte ſcribendum νῆσος.

ΜΗΤΡΟ´ΠΟΛΙΣ, Φρυγίας, ἀπὸ μητρὸς τῶν θεῶν οἰκισθεῖσα, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ τῆς Φρυγίας. ἔστι καὶ ἄλλη Φρυγίας ὁμώνυμος. τρίτη, Λυδίας] Duas hoc nomine civitates in Aſia Minore commemorat Ptolemæus, alteram *Phrygiæ* ad Mæandrum, alteram *Lydiæ* ad Cayſtrum Ioniæ fluvium: indeque duplices *Metropolitæ* occurrunt apud Plinium, quorum priores ad Apameenſem pertinent conventum; poſteriores ad Epheſinum lib. V. cap. 29. Epheſus enim Ioniæ eſt caput. Suidas Μητροπόλεις docet dictas, ὅσαι πόλεις ἀποικίας ἔστειλαν. hic vero Μητρόπολις Φρυγίας ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν οἰκισθεῖσα. idque confirmat nummus, quem apud R. P. Jacobum Sirmondum vidi, in cujus una area caput extat turritum Matris Deorum, in altera legitur: ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΙΕΡΑΣ. Apud Strabonem lib. XII. pag. 576. inter Phrygiæ urbes enumerantur Ἀφροδισιὰς, Κολωσσαὶ, Θεμισώνιον, Σαναὸς, Μητρόπολις, Ἀπολλωνίας. ubi interpres nomen civitatis proprium perperam tamquam appellativum adjunctum *Apolloniadi* tribuit. *Metropolis* vero *Lydiæ* Ioniæ attributa videtur, uti apparet in inſigni prorſus nummo apud Franc. Angelonum, in quo circum figuram Priapi & Dianæ Epheſiæ in uno latere: ΚΟΙΝΟΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. in altero vero circum imaginem legitur: ΣΟΛΩΝΟC. quam fictitiam peritiores Antiquarii exiſtimant ex Imperatoris alicujus effigie & inſcriptione male intellecta deformatam. Triſtanus Tom. II. pag. 548. Gordiani exhibet nummum, in quo pariter ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. Nulla enim alia *Metropolis* ad Ioniam referri poteſt, quam illa *Lydiæ*. Et errat procul dubio Erizus, quando Mileto, quæ metropolis Ioniæ proprie dictæ, nummum hunc attribuit.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μητροπολίτης] Hujus gentilitii duos nummos exhibet Goltzius.

ΜΙΑ´ΚΩΡΟΣ, πόλις Χαλκιδική] Eadem, quæ infra Μίλκωρος ſcribitur, Α in Λ commutato.

ΜΙΔΑ´ΕΙΟΝ, πόλις Φρυγίας. Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνείας. καὶ Μιδαὶ λέγονται. τὸ ἐθνικὸν, Μιδαειεὺς, καὶ Μιδαιεὺς] Aliis dicitur Μίδαιον. Nomen accepit ἀπὸ Μιδέας Φρυγίας τινὸς γυναικὸς, teſte Pindari Scholiaſte ad Olymp. Od. VII. pag. 62. exiſtimo autem eſſe Μήδαιον *Phrygiæ* oppidum Cedreni & aliorum. Μίδαι autem legitur in MSS. retracto in primam ſyllabam accentu, non Μιδαὶ, ut in vulgatis ſcribitur exemplaribus. Pro Gentili autem Μιδαιεὺς Salmaſius legit Μιδαεύς. & ſic ſcribitur in Caracallæ nummo circum Æſculapium, ΜΙΔΑΕΩΝ. & in alio ejuſdem Principis apud Ill. Equitem de Puteo circum Mercurium cum caduceo marſupioque: item in tertio præclaro ejuſdem in Gazis Medices circum Jovem Serapidem ſedentem cum Cerbero ante pedes: ΜΙΔΑΕΩΝ.

ΜΙ´ΔΕΙΑ, πόλις ἐν Ἄργει, ἡ νῦν κώμη, ἡ πρότερον Περσέως πόλις, ἀπὸ Μιδείας τοῦ Ἀλωέως θυγατρός] Omnia hæc habes etiam apud Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 270.

— Λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ ι, Μίδεα] Hinc Μιδεάθεν apud Pindarum Olymp. Od. X. pag. 102. ad quem locum Scholiaſtes: Μίδεα, πόλις καλουμένη τοῦ Ἄργους.

Ὅμηρος.

— Οἵτε πολυστάφυλον Ἄρνην εἶχον, οἵτε Μίδειαν] Verſus 507. ex Homeri Iliad. B.

— Ἔστι καὶ Λυκίας ἄλλη] Hanc exiſtimo eſſe Μίδαιον *Phrygiæ*, cujus ante meminimus ex Pindari Olymp. Od. VII.

ΜΙ´ΕΣΑ, πόλις Μακεδονίας, ἡ Στρυμόνιον ἐκαλεῖτο.

— Βέρης γὰρ τρεῖς ἐγέννησε, Μίεζαν, Βέρροιαν, Ὄλγανον] Forte legendum Ὄλκιμον. unde forte Ὄλκιμον nomen montis & fluvii in Macedonia apud Dioſcoridem.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μιεζεὺς, καὶ Μιεζαῖος. οὕτω γὰρ χρηματίζει Νικάνωρ καθὰ Λύσιος] MSS. una voce legunt: Νικάνωρ καθαλούμιος. Xylander in Indice auctorum καθὰ Λύκιος. Suidas Nicanorem facit Stagiritem.

ΜΙ´ΛΗΤΟΣ, πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ τῶν Ἰώνων] De Mileto videndi Strabo lib. XIV. princ. Scholiaſtes Apollonii pag. 10. Euſtathius ad Dionyſ. pag. 109. Antoninus Liberalis Metamorph. cap. III.

— Δίδυμος δ᾽ ἐν συμποσιακῷ φησιν, ὅτι πρῶτον Λελεγηῒς ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων] Euſtathius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſtathius legit Λελεγὶς dicto loco his verbis: ἐκλήθη δέ ποτε καὶ Λελεγὶς διὰ ἐποίκους Λέλεγας. Et *Leleges* tenuiſſe *Miletum* aliaque Ioniæ loca, antequam Athenienſes Neleo duce illa inſederint, etiam Ælianus refert lib. VIII. Var. Hiſt. cap. 5. Νηλεὺς δὲ εἰς τὴν Ἰωνίαν ἀφίκετο. καὶ πρῶτον μὲν ᾤκησε Μίλητον, Κᾶρας ἐξελάσας καὶ Μυγδόνας καὶ Λέλεγας. *Neleus autem pervenit in Ioniam; & primum conſedit Mileti, ejectis Caribus, Mygdonibus, Lelegibus.*

— Οἱ γὰρ * ἐν τοῖς Θεσμοφορείοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τὴν στιβάδα] Excidit hic vox Ἴωνες, aut Ἀθηναῖοι· horum enim colonia *Miletum* erat, teſte Ælio Dionyſio apud Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 368.

— Καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κλῶνον πίτυος ἐπίθεσιν διὰ τὸ ἀρχαῖον τῆς γενέσεως] Scribe: κῶνον πίτυος. altera enim vox non eſt Græca. Κλὼν enim & diminutivum κλωνίον idem ſignificat quod κλάδος· κῶνος autem proprie de *pinu* dicitur.

— Μετὰ δὲ ταῦτα ἀπὸ Ἀνάκτορος τοῦ γῆς καὶ οὐρανοῦ ὠνομάσθη Ἀνακτορία] Euſtathius ad Homeri Iliad. A. pag. 21. pro Ἀνάκτορος legit hoc loco Ἄνακτος, a recto Ἄναξ, his verbis: ἐν δὲ τῇ τῶν ἐθνικῶν καταγραφῇ, καὶ κύριον ὄνομα φέρεται Ἄναξ, υἱὸς γῆς καὶ οὐρανοῦ. ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ Μίλητος Ἀνακτορία ἐκλήθη ποτέ. & quo verior videatur Euſtathii lectio Pauſanias facit, qui in Aſteria inſula prope *Miletum* repertum fuiſſe cadaver giganteum refert Aſterii, cujus pater fuit *Anax* Terræ filius, in Atticis pag. 66.

— Ὁ πολίτης, Μιλήσιος] Sic in nummo Caji circum Druſillæ caput: ΘΕΑ ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ ΜΙΛΗΣΙΩΝ. In Antonini Pii, apud Triſtanum Tom. I. pag. 600. circum Æſculapium & Venerem nudam: ΚΩΙΩΝ ΜΕΙΛΗϹΙΩΝ.

— Οὕτω καὶ Θαλῆς Ἐξαμίου πατρὸς Μιλήσιος ἐχρημάτιζε] MSS. habent Ἐξαμοίου. Sed *Examii* filium *Thaletem* faciunt Diogenes, Hieronymus in Chronico Euſebii, & alii.

— Καὶ Τιμόθεος κιθαρῳδὸς, ὃς ἐποίησε νόμων κιθαρῳδικῶν βίβλους ὀκτωκαίδεκα εἰς ἐπῶν ὀκτακισχιλίων τὸν ἀριθμὸν καὶ προνόμια ἄλλων χίλια] Ultima verba hic in mendo cubare pridem obſervatum viris doctis eſt. Salmaſius prius legebat, ἄλλων ἐς χίλια: poſtea in Prolegomenis ad Solinum, ἄλλων χιλίων. Verum Meurſius lib. III. de Archontibus Athenienſium cap. 16. docet ſcribendum, αὐλῶν χίλια: quod verum eſſe exiſtimo. Προνόμια autem αὐλῶν & προοίμια νόμων appellabant teſte Proclo lib. II. in Timæum pag. 108. quæ propria voce προψηλαφίσματα.

— Πάτρα Μίλητος τίκτει, &c.] Hoc Epigramma legitur etiam ita apud Euſtathium ad Homeri Iliados B. pag. 313.

ΜΙΛΗΤΟΥΠΟΛΙΣ, πόλις μεταξὺ Κυζίκου καὶ * Βιθυνίας, περὶ Ῥύνδακον] MSS. nullam hic lacunam agnoſcunt. Apud Suidam voce Μιλητοπολίτης, legitur perperam, ὁ ἀπὸ τῆς Μιλήτου πόλεως, pro Μιλητουπόλεως: quem errorem ſupra etiam correximus v. Ἄφνειον.

— Ὁ πολίτης, Μιλητοπολίτης] Hinc in nummis, ΜΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ, ut ſupra Δηλοπολίτης à Δήλου πόλις. Apud Triſtanum in Gordiani nummo Tom. II. pag. 522. perperam ſculptum, ΝΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ, pro ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. Nam & apud Franc. Gotifredum in nummo M. Aurelii circum figuram Herculis & Martis legitur perſpicue; ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. & in alio M. Commodi circum Mercurium ſedentem cum caduceo plane eodem modo: ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. & ſubtus, ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Item in alio ejuſdem Imperatoris in theſauris Mediceis circum caput muliebre turritum eodem modo. Extat etiam lucerna ærea antiqui & elegantis operis apud Joannem Petrum Bellorium, cujus anſa lunæ creſcentis formam referens hanc habet inſcriptionem: ΑΡΤΕΜΙϹ ΕΦΕϹΙΩΝ ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΜΙΛΥΑΙ, οἱ πρότερον Σόλυμοι, ὡς Τιμαγένης πρώτῳ βασιλέων· καὶ ἡ χώρα Μιλυὰς, ὡς Μινυάς] Herodotus lib. I. cap. 173. Τὴν γὰρ νῦν Λύκιοι νέμονται, αὕτη τοπαλαιὸν ἦν Μιλυάς. οἱ δὲ Μιλύαι, τότε Σόλυμοι ἐκαλέοντο. τέως μὲν δὴ αὐτέων Σαρπηδὼν ἦρχε. οἱ δὲ ἐκαλέοντο τόπερ τε ἠνείκαντο οὔνομα, καὶ νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων οἱ Λύκιοι, Τερμίλαι. *Quam enim nunc Lycii incolunt, olim erat Milyas: & Milyæ tunc appellabantur Solymi. Dum igitur ipſis imperitaret Sarpedon, eo, quod attulerant, nomine vocabantur & nunc adhuc vocantur à vicinis, Termilæ.* Quem locum adducit etiam Strabo lib. XII. pagina 573. Rurſus meminit Herodotus libro VII. cap. 77. & Polybius lib. V. pagina 415. Ptolemæo inter *Pamphyliæ* civitates ponitur Μιλυὰς; unde in Hieroclis Notitia Χωρομυλιαδικὰ inter *Pamphyliæ* civitates legitur. Arrianus lib. I. de Exped. Alexandri pag. 24. Μυλιάδα vocat *Phrygiæ Majoris* regionem, ſed *Lyciæ* jubente Magno Rege olim contributam. Unde videtur dupliciter nomen hujus gentis ab auctoribus ſcriptum: infra enim pariter Μυλιὰς & Μυλιεῖς exaratum videtur.

— Λέγονται καὶ Μίλυες ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σολύμου καὶ ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ Κράγου γυναικός] Claudius Salmaſius legit ex conjectura: τῆς Σολύμου ἀδελφῆς, ὕστερον &c. ſed nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

mutandum exiſtimo. Præterquam enim quod illud ὕστερον ἦν, emendationem hanc reſpuat, etiam legibus illorum licuiſſe, ſororem propriam habere uxorem, patet in illuſtri exemplo Adæ Cariæ Reginæ apud Arrianum dicto loco: hæc enim Hidriei ſoror & uxor juxta ejus regionis legem fuiſſe proditur.

ΜΙΜΑΛΚΕϹ, ἔθνος Λιβυκόν] Ptolemæo dicuntur Μίμακες, uti & Anonymo Geographo MS.

ΜΙΝΝΑΙ͂ΟΙ, ἔθνος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς] Sic Dionyſius in Perieg. v. 959.

Μινναῖοί τε Σάβαι τε, καὶ ἀγχίγυοι Κλεταβηνοί.

Supra tamen v. Κάρνανα, vocantur Μιναῖοι, per ν ſimplex, uti & Ptolemæo lib. VI. Geogr. cap. 7. quem Marcianus tranſcripſerat. Apud Strabonem lib. XVI. pag. 768. vocantur Μειναῖοι, an ſatis recte dubito.

ΜΙΝΥ΄Α, πόλις Θετταλίας, ἡ πρότερον Ἀλμωνία, ἀφ᾽ ἧς ἡ Μινύα, ἀπὸ Μινύου κληθεῖσα] Videtur ſcribendum, πόλις Μακεδονίας: ſupra enim *Almoniam* in *Macedonia* poſuit: deinde, ἀφ᾽ ἧς Μινύας, uti paullo ante v. Μιλύαι, ſcribitur. Nomen accepiſſe dicit ἀπὸ Μινύου. Μινύος autem, *Minyarum* parens, ὁ Θετταλοῦ dicitur, ἐκ Καλλιρρόης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ποσειδῶνος, apud Scholiaſten Pindari, Olymp. Od. XIV. pag. 124. qui alibi apud eundem Μινύας vocatur, Pyth. Od. IV. pag. 240. & Iſthm. Od. I. pag. 441.

— Καὶ Μινύειον, καὶ Μινυηΐς, καὶ Μινυήϊος] Μινύεια, ludi fuerunt apud *Orchomenum* teſte Scholiaſte Pindari, Iſthm. Od. I. pag. 436. & ipſe Pindarus Olymp. Od. XIV. Ὀλυμπιόνικος ἁ Μινύεια σεῦ ἕκατι. *Victrix in Olympiis Minyea urbs propter te.* alloquitur autem Aſopichum *Orchomenium.* Unde Ὀρχομενὸς Μινύειος, apud Tzetzem ad Lycophronem pag. 142. ubi vulgo perperam editur: δύο εἰσὶν Ὀρχομενοί, ὅτε ἐν Βοιώτῃ, οὗτος ὁ Μινύειος, καὶ ὁ πολύμαλλος, ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ pro ὅτε ἐν Βοιωτίᾳ. uti patet ex Apollonii Scholiaſte ad lib. I. v. 230. & aliis. Et Ὀρχομενὸς Μινυήϊος apud Pauſaniam lib. IX. pag. 598. ex Auctore carminum, quæ Eœæ magnæ ſunt appellatæ:

Ἷξεν δ᾽ Ὀρχομενὸν Μινυήϊον.

Et in epitaphio, quod *Orchomenii* poſuerunt Heſiodo, poſtquam oſſa ejus apud ſe tumulaſſent, apud eundem pag. 600.

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται
Ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης.

quod à Lilio Gyraldo ſic converſum legimus:

Fertilis Aſcra quidem patria eſt: verum morientis
Pugnaces Minyæ condita membra tenent
Heſiodi, cujus ſupra omnes plurima laus eſt,
Spectatoſque viros judicio ſophiæ.

Clymene autem Μινυηΐς dicitur apud Apollonium lib. I. v. 233.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μινύαι] Et Μινυΐδαι, teſte Scholiaſte Pindari, Olymp. Od. XIV. pag. 124.

ΜΙΝΩ΄Α, ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ, μία τῶν Κυκλάδων.

— Ἔχει δ᾽ ἦμι * κρήνην] Salmaſius explebat, ἔχει δὲ Μινώαν κ.

— Ἔστι καὶ ἄλλη νῆσος οὐ πόρρω Μεγάρων] Apud Strabonem lib. IX. pag. 391. & 392. *Niſæa*, navale Megarenſium, octodecim ab urbe diſtans ſtadiis, etiam *Minoa* dicitur appellatum.

ΜΙ΄ΣΚΕΡΑ, πόλις Σικανίας] Puto legendum Σιθωνίας, & idem eſſe oppidum, quod *Miſcella* à Mela & Plinio dicitur: unde tamen *Phyſcella* apud illos à correctoribus factum eſt.

ΜΙ΄ΣΠΙΛΑ, πόλις Μήδων. Ξενοφῶν τρίτῳ ἀναβάσεως] Apud Xenophontem lib. III. Ἀναβ. pag. 308. Μέσπιλα ſcribitur, per ε.

ΜΟΛΟΣΣΙ΄Α, ἡ χώρα τῆς Ἠπείρου] Meminit Pindarus Nem. Od. VII. Μολοσσίᾳ δ᾽ ἐμβασίλευεν ὀλίγον χρόνον.

— Τὸ θηλυκὸν, Μολοττικός] Ariſtophanes in Theſmophoriaſ. pag. 787.

Καὶ προσέτι Μολοττικοὺς
Τρέφουσι, μορμολύκεια τοῖς μοιχοῖς κύνας.

ΜΟ΄ΝΟΙΚΟΣ, πόλις Λιγυστική. Ἐκαταῖος Εὐρώπῃ· Τὸ ἐθνικὸν, Μονοίκοις] Scribe in fine, Μονοίκιος.

ΜΟΡΓΕ΄ΝΤΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Μοργήτων· λέγεται καὶ Μοργεντία] Philippus Cluverius lib. II. Sic. Antiq. cap. 8. recte obſervat ab auctore hic confundi duo diverſa oppida, *Murgantiam* Italiæ & *Morgentium* vel *Morgantium* Siciliæ. Certe Livius lib. X. cap. 17. *Murgantiam* Samnii facit oppidum, & idem lib. XXIV. cap. 27. *Murgantiam* aliam in Sicilia commemorat. Strabo lib. VI. pag. 259. Φασὶ δέ τινες καὶ τὸ Μοργάντιον ἐντεῦθεν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῶν Μοργήτων ἔχειν. *Ajunt nonnulli & Morgantium Siciliæ urbem à Morgetibus nomen habere.* & pag. 270. Καὶ τὴν Μοργάντιον εἶναι, εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων ᾠκίσθαι. *Ac veriſimile Morgantium à Morgetibus conditum.* Ad quæ loca Stephanus reſpexiſſe videtur, licet ipſe Italiæ oppido tribuat, quod Strabo Siciliæ. Polybio lib. I. pag. 8. *Murgantia* vel *Morgentium* Siciliæ, Μεργάνη dicitur, Diodoro Μοργαντίνα.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μοργεντῖνος] Apud Diodorum in Excerptis apud Conſtantium Porphyrogenetam pag. 373. occurrit Γοργὸς quidam Μοργαντῖνος. Apud Philippum Parutam extat nummus, in quo priores hujus gentilitii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

litii literæ tantum comparent, ſcilicet, ΜΟΡΓΑΝ.....

— Καὶ Μοργίτης λέγεται] Scribe, Μοργήτης. ante enim, ἀπὸ Μοργήτων.

ΜΟ'ΡΓΥΝΑ, πόλις Σικελῶν] Non dubito, quin eadem ſit cum Polybii Μεργάνη. Illa autem non videtur alia quam *Morgantium*, uti jam diximus. Vide Caſaubonum in Polybium pag. 82.

ΜΟΣΥ'ΝΟΙΚΟΙ, ἔθνος, περὶ οὗ Εὔδοξος ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου] Scribe per σσ geminum, Μοσσύνοικοι, prout poſtulat ordo literarum, & ſcribitur ſupra v v. Μελάγχλαινοι & Μητρόπολις: infra v. Τιβαρηνία. Atque ita apud Apollonium lib. II. Argonaut. v. 379. ejuſque Scholiaſten & reliquos fere omnes auctores gentis hujus nomen ſcriptum legitur. Per unum tamen σ apud Euſtathium exaratum extat ad Dionyſium pag. 100. licet apud ipſum Dionyſium per σσ duplex ſcribatur.

οἱ Μόσσυνας ἔχουσι
Δουρατέους.

Melæ lib. I. cap. 19. *Moſſyni*, Orpheo etiam Μόσυνοι dicuntur per σ ſimplex, v. 770.

λαοί τ' ἐπίχειρες,
Μίγδην ἐν Μοσύνοισι πέδον περιναιετάουσι.

ΜΟ'ΣΥΛΟΝ, ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας. Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περιόδου] Hinc βλάστος Μοσυλῆτις apud Dioſcoridem lib. I. cap. 12. quæ rectius capite ſequenti Μοσυλῖτις dicitur.

ΜΟ'ΣΧΟΙ, Κόλχων ἔθνος, προσεχὲς τοῖς Ματιηνοῖς] Vide quæ notata ſupra v. Ματιανή.

ΜΟΤΥ'Η, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Μοτύης γυναικός, μηνυσάσης Ἡρακλεῖ τοὺς ἐλάσαντας τοὺς αὐτοῦ βοῦς.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μοτυσαῖος] Lege, Μοτυαῖος, ut ſupra v. Κοσύτη. Hinc in tribus nummis apud Parutam, pag. 91. ΜΟΤΥΑΙΩΝ.

ΜΟΤΥ'ΛΑΙ, Σικελίας φρούριον, περὶ τὴν Μοτύλην] Cluverius exiſtimat Epitomatoris vitio unum eundemque locum in duo diverſa ſecretum. Valguarnera corrigendo ſanare locum conatur hoc modo: Μότυον Σικελίας φρούριον παρὰ τὴν Μοτύλην. Verum quidem, *Motyum* caſtellum fuiſſe Siciliæ, uti patet ex Diodoro, ſed ab urbe *Motya* tanto intervallo diſſitum, ut neque περὶ, neque παρὰ Μοτύλην jacuiſſe commode dici poſſit.

ΜΟΥΝΥΧΙ'Α, λιμὴν Ἀττικῆς, ἀπὸ Μουνύχου] Harpocration: Μουνυχία, τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἀτθίδος, ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ Πανθοκλέους. Quæ omnia extant etiam apud Suidam.

— Καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος] Callimachus de Diana in Hymno ejus v. 259.

Πότνια Μουνυχίη, λιμενοσκόπε χαῖρε Φεραίη.
Sancta Munychia, portus tutans ſalve Pheræa.

Photius P. C P. in lexico MS. etiam Minervam vocat *Munychiam*, his verbis: Μουνυχία, τόπος τοῦ πειραιῶς, ἀπὸ Μουνυχίας Ἀθηνᾶς, ἥτις ἐπωνομάσθη ἀπὸ Μουνύχου τοῦ Πανθοκλέους.

ΜΟΥ'ΡΣΑ, πόλις Ἰωνίας, κτίσμα Ἀδριανοῦ] Joſephus Scaliger ad Euſebium pag. 254. docet legendum Παιονίας vel Παννονίας. utroque enim modo regio hæc appellata eſt a veteribus. *Murſam* autem *Pannoniæ* urbem eſſe cum ex aliis tum è Juliano patet, Orat. I. pag. 65. & Orat. II. pag. 110. & 111. deſcribente prœlium ad *Murſam*, quo Magnentius à Conſtantio victus. Sed Juliano Μύρσα dicitur, non Μοῦρσα.

— Λέγεται, καὶ Μούρσιον] Theophylacto Simocattæ. Μοῦρσια Ptolemæo.

ΜΟ'ΨΙΟΝ, πόλις, τῆς Πελασγιώτιδος χώρας Θεσσαλίας. Στράβων ἐννάτῃ.

— Ἄλλος δέ ἐστι Μόψιος, ἀφ' οὗ οἱ Ἀττικοὶ Μοψοπίαι] En oſcitantiam Epitomatoris! Utique ex his ipſis verbis ſequitur in prioribus mentionem factam alterius *Mopſi*, unius ſcilicet e Lapithis, unde illa Theſſaliæ urbs denominata ſit. Quæ per nimiam feſtinationem hic omiſſa ſunt. Res ex Strabone, unde hæc deprompta ſunt, luce meridiana clarius apparet, lib. IX. pag. 443. Μόψιον δ' ὠνόμασται οὐκ ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως, τοῦ Τειρεσίου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Λαπίθου τοῦ συμπλεύσαντος τοῖς Ἀργοναύταις· ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψος ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. *Porro Mopſium nomen habere non à Mopſo vate Tireſiæ filio, ſed à Mopſo Lapitha, qui Argonautis expeditionis ſocius. Eſt & alius Mopſus, à quo Attica, Mopſopia.* Sed apud Strabonem meliores codices in poſtremo loco habent Μόψοπος, & ſimiliter ante, eodem lib. pag. 397. Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν, ἀπὸ Ἀτθίδος τοῦ Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ ἔνοικοι. Μοψοπίαν δὲ ἀπὸ Μοψόπου. *Attidem vero & Atticam* (dicunt) *ab Atthide Cranai filia, à quo & incolæ Cranai: Mopſopiam à Mopſopo.* Et certe Atticus iſte ſi *Mopſus* fuiſſet appellatus, Attica non Μοψοπία ſed Μοψία dicta eſſet. Unde ſequitur aut Μόψοπος eſſe legendum in priore Strabonis loco, aut potius Μόψοψ, uti mox probabimus amplius. Quod ſi errorem hunc Stephani Epitomatori adſcribamus (occurrit enim pariter apud Euſtathium) ſaltem in ſequentibus verbis emendandum videtur, ἀφ' οὗ οἱ Ἀττικοὶ, Μοψόπιοι, pro Μοψοπίαι. vel ſcribendum quomodo apud Strabonem: ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία.

ΜΟΨΟΠΙ'Α, ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Μόψοπος. Καλλίμαχος, ἄρρητος ἢ Μόψοψ] Suidas v. Εὐφορίων. Ἡ Ἀττικὴ τὸ πρὶν Μοψοπία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρὸς Μοψοπίας. *Attica olim vocabatur Mopſopia ab Oceani filia Mopſopia.* Strabo

bo duobus locis lib. IX. ἀπὸ Μοψόπυ. Euſtathius ad Dionyſium pag. 60. ἀπὸ Μόψυ. ſed Lycophron cum Callimacho concinit, Caſſandrâ v. 733.

Κραίνων ἁπάσης Μόψοπος ναυαρχίας.

Imperator totius Mopſopis claſſis.

Unde videtur Strabo corrigendus ex hoc Stephani loco, & *Mopſops* nomen eſſe verum illius, à quo Attica *Mopſopia* dicta.

ΜΟΨΟΥ ἑςία, Κιλικίας, ἐπὶ τῷ Πυράμῳ ποταμῷ, ἀπὸ τοῦ Μόψυ μάντεως] Hieronymus in Epitaphio Nepotiani locum hunc *Mopſi viculum* vocat: *Conſtantius Arianæ fautor hæreſeos, dum contra inimicum paratur & concitus fertur ad pugnam, in Mopſi viculo moriens, magno dolore hoſti reliquit imperium.* Per *inimicum* intelligit Julianum. Sed alii non *Mopſueſtiæ* defunctum Conſtantium, ſed *Mopſucrenis* ſcribunt, ut Ammianus lib. XXI. pag. 199. Chronicon Alexandrinum pag. 684. cæterum Plinio lib. V. cap. 27. *Mopſueſtia* dicitur *Mopſos* in Ciliciæ deſcriptione: *oppida Mallos, Magurſos & intus Tarſos, campi Aleii; oppida Caſſipolis, Mopſos liberum Pyramo impoſitum.* Quæ verba Vincentius Riccardus in Notis ad Epiſtolas S. Procli pag. 606. fruſtra ſollicitat. Liberum enim oppidum fuiſſe patet ex lapide apud Gruterum pag. 255. in quo ſequens inſcriptio:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ
.·.·.·.ΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΥΙΩ .·.·.·. ΟΥ
ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚΟΥ ΥΙΩΝΩ .·.·.·. ΟΥ
ΝΕΡΟΥΑ ΕΚΓΟΝΩ ΤΙΤΩ ΑΙΛΙΩ ΑΔΡΙΑΝΩ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΩ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΥΣΕΒΕΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΜΕΓΙΣΤΩ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥ. ΣΙΑΣ
ΤΟ. Γ. ΥΠΑΤΩ ΤΟ. Γ. Π. Π. ΤΩ ΕΥΕΡΓΕΤΗ ΚΑΙ
ΣΩΤΗΡΙ ΑΔΡΙΑΝΗΣ ΜΟΨΟΥΕΣΤΙΑΣ ΤΗΣ
ΚΙΛΙΚΙΑΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΗΣ ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΟΥ
ΡΟΜΑΙΩΝ ΗΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΔΙΑ ΤΗΣ
ΘΕΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΔΟΣΙΑΣ ΒΕΒΑΙΑ
ΤΗΡΗΣΑΝΤΟΣ ΑΥΤΗ ΤΑ ΕΞΑΡΧΗΣ ΔΙΚΑΙΑ

Nomen urbs hæc accepiſſe dicitur, ἀπὸ Μόψυ τοῦ μάντεως· a quo illam conditam tradit Procopius lib. V. de Ædific. Juſtin. Duo autem *Mopſi* fuere, vates ambo; alter Theſſalus, alter Argivus: verum de Argivo hic ſermo eſt. Cicero lib. I. de Divin. cap. 40. *Amphilochus & Mopſus Argivorum reges fuerunt, ſed iidem augures: iisque urbeis in ora maritima Ciliciæ Græcas condiderunt.* Vide plura apud Henricum Valeſium ad Ammianum pag. 40. *Mopſueſtia* autem vel una conjuncta, vel duabus diſtinctis vocibus ſcribitur. In lapide autem ante adducto *Hadriana* cognominatur.

— Ὁ πολίτης, Μοψεάτης, κατὰ παραγωγὴν μιᾶς τῶν λέξεων] Hinc in nummo inſigni Caracallæ, circum Juliæ Domnæ caput, apud Franc. Gotifredum: ΜΟΨΕΑΤΩΝ. & in Subſcript. Concilii Nicæni occurrit *Mopſeates* quidam Epiſcopus, qui tamen in nonnullis codd. *Mopſueſtienſis*. Et Theodori *Mopſueſtienſis* cognomen ſatis oſtendit ἐθνικὸν, etiam fuiſſe Μοψυεςηνός.

ΜΥΓΔΟΝΙΑ, Μοῖρα Μακεδονίας· καὶ ἑτέρα Φρυγίας τῆς μεγάλης ἀπὸ Μύγδονος. τινὲς δὲ Μάρδυς αὐτὰς φασι] Lege, Μαιδὺς α. quomodo etiam legit Salmaſius. Vide ſupra v. Μαιδοί.

ΜΥΗΣ, Μύητος, ὡς Φράγης, Φράγητος, πόλις Ἰωνική. Ἐκαλεῖτο Ἀσία· Τὸ ἐθνικὸν, Μυήσιος, ὡς Φραγήσιος] Scribe, Φάγρης, Φάγρητος. & Φαγρήσιος. Vide infra vv. Φάγρης & Τύνης.

ΜΥΚΑΛΗ, πόλις Καρίας. Ἡρόδοτος ἕκτῃ] Videtur legendum, πρώτῃ. Nam lib. I. cap. 148. *Mycalen* deſcribit *Herodotus*.

— Τρύφων δὲ Μυκαλεύς φησιν, ἐν παρωνύμοις] Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 266. Μυκαλέως Διὸς ἱερὸν in *Mycaleſſo* Cariæ commemorat. Unde liquido apparet *Mycalen* & *Mycaleſſum*, quamvis in eo ſibi non conſtet ipſe Euſtathius, eaſdem eſſe.

— Λέγεται καὶ θηλυκῶς Μυκαλησὶς, ὡς Σώστρατος ὁ φαναγορείτης] Scholiaſtes Græcorum Epigrammatum totum hunc locum deſcripſit, lib. III. pag. 361. ſed pleraque vitioſius quam hic leguntur; ita autem hæc verba: λέγεται καὶ θηλυκῶς Μυκαλὶς, ὡς Σώστρατος ὁ Φαναγορήτης. Unde poſſet aliquis putare ſcriptum hic fuiſſe, Μυκαληΐς. Quo pertinet etiam verſus Oraculi apud Euſebium lib. V. De Præparat. Euang. cap. 16. pag. 204.

Ἐν Διδύμων γυάλοις Μυκαλήϊον ἔνθεον ὕδωρ.

In Didymorum cavitatibus Mycaleia divina aqua.

quem locum ex Pauſania lib. V. pag. 299. optime illuſtrat Vigerus. Nihil tamen mutandum patet ex Callimacho, apud quem Hymno in Delum, v. 50.

Οὔπω τοῦτ' ἔην Σάμος, ἦχί σε νύμφαι
Γείτονες Ἀγκαίου Μυκαλησσίδες ἐξείνισσαν.

Nam tunc Samus nondum erat, ubi te nympha
Vicinæ Ancæi Mycaleſides hoſpitio exceperunt.

Ergo ἀπὸ τῆς Μυκαλῆς fiunt Μυκαλεὺς, Μυκαλήσιος & Μυκάλειος ſeu Μυκαλήϊος. Quod poſtremum etiam apud Claudian. invenitur lib. II. in Eutrop. v. 264.

Icarium Pelagus Mycaleaque littora juncti
Marſya Mæanderque petunt.

Deinde ita ſcribitur mox:

— Δίδυμος δ' ὄρος τὴν Μυκάλην φησίν· ἐκλήθη δὲ, ἐπεὶ αἱ λοιπαὶ γοργόνες ἐπὶ τόκῳ μυκώμεναι, τὴν κεφαλὴν Μεδούσης ἀνεκαλοῦντο] Dictus Scholiaſtes ſimpliciter una voce: ἐπιμυκώμεναι. Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pagina 368. tamquam ex noſtro: ἐπεὶ αἱ γοργόνες ἐπὶ τοῦ ὄρους τούτου μυκώμεναι, τ. κ. μ. α. Forte ſcripſit; ἐπὶ τῷ τόπῳ μυκώμεναι. ut v. Κά-

Κάρυς@ & paſſim alibi. Referri huc etiam illa ratio poteſt, quam Euſtathius *Mycaleſſo* Bœotiæ adſignat, ad eundem librum pagina 266. ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ γεγονυίας τὰς γοργόνας μυκήσασθαι.

ΜΥΚΑΛΗΣΣΟ'Σ, πόλις μεσογεία Βοιωτίας.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας] Non eſt alia quam Μυκάλη, quam ante deſcripſit.

— Ἔστι καὶ ὄρος Μυκαλησσὸς, ἐναντίον Σάμου· καὶ Μυκαλησσὶς, τὸ θηλυκόν] Puto eſſe eundem cum *Mycale*, & confinxiſſe propter ſequens gentile, quod & à *Mycale* formari ſupra oſtendit.

ΜΥΚΗ͂ΝΑΙ, πόλις Πελοποννήσου· Ὅμηρος, Οἱ δὲ Μυκήνας εἶχον] Homer. Iliad. B. v. 569.

Οἱ δὲ Μυκήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον

Qui autem Mycenas tenebant bene ædificatam urbem.

Scholiaſtes vetus ad tertium Sophoclis verſum in Electra, Τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργος οὐ πόθεις, τόδε· hæc habet: Ἄργος, τὰ περὶ τὰς Μυκήνας χωρία λέγει· καὶ αὐταὶ αἱ Μυκῆναι λέγονται Ἄργος. Μυκῆναι δὲ ἡ προκαθεζομένη τοῦ Ἄργους πόλις· ὥσπερ Σπάρτη, ἡ προκαθεζομένη πόλις τῆς Λακεδαιμονίας· Λακεδαιμονία δὲ, τὰ περὶ αὐτὴν χωρία.

— Ἀπὸ Μυκηναίου τοῦ Σπάρτωνος, τοῦ Φορωνέως ἀδελφοῦ] MSS. ἀπὸ Μυκηνέως. & ita Euſtathius ad Iliad. B. pag. 289. in fine.

— Ἢ ἀπὸ μύκητος τοῦ ξίφους, ὃ ἐφόρει Περσεὺς, οὗ πεσόντος κατὰ κέλευσιν Ἑρμοῦ τὴν πόλιν ἔκτισεν] Ita & Euſtathius dicto loco. Quod Nicander ſequutus eſt in Alexipharm. v. 103. agens de arbore Perſea:

Περσεὺς ἣν ποτὲ ποσσὶ λιπὼν κηφηΐδα γαῖαν,
Αὐχέν' ἀποτμήξας ἁρπηγονόεντα Μεδούσης,
Ῥεῖα Μυκηναίῃσιν ἐνηέξησεν ἀρούρης,
Κηφῆος νέα δῶρα, μύκης ὅθι κάππεσεν ἅρπης,
Ἄκρον ὑπαὶ πρηῶνα Μελανθίδος.

Hanc olim Perſeus poſtquam Cepheia liquit
Arva & fœcunda præcidit colla Meduſæ
Cephei nova dona, Mycenis intulit agris,
Enſis ubi capulus cecidit, quem Græca Mycetem
Lingua vocat, ſuper alta Melanthidis.

Ad quem locum Scholiaſtes: Μύκης κυρίως τὸ ἄκρον τοῦ ξίφους, τὸ καταχλεῖον τὴν θήκην. Ἀπὸ τοῦ μύκητος τοῦ ξίφους φησὶ πεσόντος, ὠνομάσθαι τὰς Μυκήνας· τινὲς δὲ ἀπὸ Ἡρωΐδος νύμφης, ἧς μέμνηται καὶ Ὅμηρος Τυρώ τ', Ἀλκμήνη τ' ἐϋστέφανός τε Μυκήνη.

— Καὶ Μυκηνεύς] Meminit hinc Euſtathius dicto loco.

ΜΥΚΟΙ', ἔθνος· περὶ τοῦ Ἑκαταίου ἐν Ἀσίᾳ, Ἐκ Μυκῶν εἰς Ἀράξινόν ποτε] Apud Herodotum lib. III. cap. 93. in contextu Μέκων perperam legitur, in margine recte Μύκων. & ita bis ſcribitur lib. VII. cap. 68. In verbis autem *Hecatæi* forte ſcribendum: εἰς Ἀράξηνόν ποτε.

ΜΥΚΟΝΟΣ, μία τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ Μυκόνου, τοῦ Αἰνείου, τοῦ Καρύστου καὶ Ῥοιοῦς τῆς Ζάρηκος] Strabo & Euſtathius ad Dionyſium pag. 76. Μύκονος, ſcribunt per ο parvum: reliqui fere per ω, Μύκωνος. Sed priorem ſcripturam tuetur Lucilii Hemiſtichion apud Donatum in Terentii Hecyram, Act. III. Sc. IV.

Myconi calva omnis juventus.

Videtur etiam Μύκων recto caſu appellata. Zenobius Cent. V. Prov. 21. Μυκώνιος Γείτων. quod explicat: αὕτη τέτακται ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων ἐπὶ σμικρότητι καὶ μικροπρεπείᾳ παρὰ τὴν σμικρότητα τῆς Μύκωνος νήσου καὶ εὐτέλειαν. *Uſurpatum adagium in homines ob exilitatem vilitatemque contemptos à Mycone inſula exigua admodum.* MSS. autem hic habent: τοῦ Αἰνίου τοῦ Καρύστου, &c.

— Καὶ Στράβων τρίτῃ] Immo, δεκάτῃ. ut obſervavit etiam Schottus ad Zenobium Cent. V. Prov. 17. Μία Μύκωνος. quem, ſi lubet, adi. Extat autem hic locus apud Strabonem lib. X. pag. 487.

— Μύκονος δ' ἐστὶν, ἐφ' ἣ μυθεύονται κεῖσθαι τῶν γιγάντων τοὺς ὑστάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας] Pro ὑστάτους in vulgatis Strabonis exemplaribus legitur ὑστάτους, ſed in quibuſdam veteribus codicibus, teſte Caſaubono, ut hic. Petavius ad Themiſtium pagina 522. reponendum cenſet δεινοτάτους. Ego ὑγιεινοτάτους rectum cenſeo; explico autem *robuſtiſſimos, valentiſſimos* vel *validiſſimos.*

— Ἀφ' ὧν ἡ παροιμία· Πάντα ὑπὸ μίαν Μύκονον, ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγαγόντων τὰ διῃρημένα τῇ φύσει] Ex hoc loco corrigendus Strabo, apud quem perperam διηρτημένα legitur pro διῃρημένα.

— Καὶ τοὺς φαλακροὺς δέ τινες Μυκωνίους καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ] Donatus ad dictum modo Hecyræ locum, in quo *Callidemides hoſpes Myconius* dicitur

Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius,
Cadaveroſa facie.

Imperite Terentium de Myconio criſpum *dixiſſe ajunt, cum Apollodorus calvum dixerit: quod proprium Myconis eſt, ut Lucilius,* Myconi calva omnis juventus. *Unde etiam proverbium Græcum* Μυκώνιος φαλακρός. *Sed ego Terentium puto ſcientem facetius Myconium* criſpum *dixiſſe.*

— Ὁ νησιότης, Μυκόνιος] Sic Μυκώνιος γείτων apud Zenobium d. l.

ΜΥ'ΛΑΙ, πόλις Σικελίας.

— Εἰσὶ γὰρ οὕτω λέγουσι] MSS. λέγονται.

— Καὶ θηλυκὸν, Μυλαΐτης] Scribe, Μυλαΐτις. Occurrit apud Polybium lib. I. pag. 23. ſed ibi perperam ediderunt, τὴν Μυλασῖτιν χώραν, pro Μυλαΐτιν.

— Εἰσὶ δὲ Μυλαὶ καὶ Θετταλίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν, Μυλαῖος] Suidas: Μυλαῖος, ἀπὸ τόπου.

ΜΥ'ΛΑΚΕΣ, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Λυκόφρων, Καί θις δὲ γείτων ἠδὲ Μυλάκων ὄροι] Apud Lycophro-

cophronem v. 1021. in hodiernis exemplaribus legitur ὅροις.

ΜΥΛΑΝΤΙ΄Α, ἄκρα ἐν Καυήρῳ τῆς Ῥόδου] Scribe: ἐν Καμίρῳ vel Καμείρῳ τ. ρ. & ita Salmaſius.

— Ἀπὸ Μύλαντος ἀμφότερα, οὗ καὶ * πρώτου εὑρόντος ἐν τῷ βίῳ τὴν μύλου χρῆσιν] Nihil in his verbis videtur deeſſe, & MSS. nullam lacunam agnoſcunt.

ΜΥ΄ΛΑΣΑ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Μυλάσου τοῦ Χρυσάορος] Pauſanias lib. VIII. pag. 471. Καὶ Καρῶν οἱ Μύλασα ἔχοντες. *Et Cares qui Mylaſa habitant.* Vide Strabonem lib. XIV. pag. 658.

— Λέγεται καὶ Μύλας, ὡς Αἰσχύλος ἐν Καρσὶν ἢ Εὐρώπῃ] Sub duplici hoc titulo citatur hæc tabula in Catalogo Tragœdiarum Æſchyli.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μυλασεύς] Hoc gentile reſtituendum puto Gellio lib. I. cap. 13. ubi de Craſſo obtinente Aſiam: *ſcripſit ad magiſtrum architectonem Mylaſenſium ſociorum amicorumque populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos vidiſſet, uter major eſſet eum mittendum curaret.* In vulgatis legitur, *Moleathenſium.* in Gryphiana editione, *molis Athenienſium.* Apud Franc. Gotifredum nummus in honorem Auguſti cuſus ſub viro haſtato quadrigis invecto habet: ΜΥΛΑΣΕΩΝ. ſuper: ΣΕΒΑΣΤΩ. in averſa area intra coronam querneam: ΘΛΑΣΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. In alio Caracallæ circum templum Jovis legitur: ΜΥΛΑΣΕΩΝ. Vide & alium nummum ΜΥΛΑΣΕΩΝ apud P. Firm. in cujus altera parte Ὑβρέου Γραμματεύοντος.

— Οὕτω γὰρ ἀναγράφουσι πολλοὶ, ὡς Μένανδρος κατὰ Ψευδομένων] Scribe una voce, Καταψευδομένων. titulus Fabulæ Menandri.

ΜΥ΄ΛΙΣΙΝ, ἔθνος Φρυγίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ] Exiſtimo ſcriptum hic fuiſſe olim, Μυλιεῖς, & hos eſſe eoſdem, qui ſupra Μιλύαι vocantur. Unde regio *Lyciæ* apud Ptolemæum lib. V. Geogr. cap. 3. Μυλιὰς, & apud Arrianum lib. I. pag. 24. qui illam quidem ad *majorem Phrygiam* pertinere, ſed *Lyciæ* à Magno Rege contributam ſcribit.

ΜΥ΄ΝΔΟΣ, πόλις Καρίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· ἔστι καὶ πόλις Καρίας ἄλλη παλαιὰ Μύνδος] Scribe: ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας α. π. Μ. Scholiaſtes Græcus ad Theocriti Idyll. II. pag. 26. Μύνδος γὰρ Ἀρκαδίας ἔνθα ἦν ὁ νεανίας. οἱ δὲ Καρίας φασὶ τὴν Μύνδον. Iſaacus Caſaubonus in Lection. Theocrit. cap. 2. mendi hujus admonuit.

— Ἧς τὸ ἐθνικὸν, Μύνδιος] In nummo L. Veri apud Franc. Gotifredum circum Minervam: ΜΥΝΔΙΩΝ.

— Καὶ Μυνδία] Hinc Pallas, Μυνδία bis apud Lycophronem, ſed male vulgo editur Μυδία & Μωδία. Regionem etiam Μυνδίαν appellat Polybius in Excerpt. lib. XVI. pag. 73. apud Conſtantinum Porphyrogenetam. Et Strabo lib. XIV. pag. 658.

ΜΥΟΝΙ΄Α, πόλις Φωκίδος. Παυσανίας ι. οἱ πολῖται Μύονες· Θουκυδίδης Μυονέας αὐτοὺς φησί] Infra eadem hæc urbs Μύων dicitur, cives Μύωνες· unde apparet, quo judicio hæc conſarcinata ſint. Locus autem Thucydidis, qui utrobique adducitur, extat lib. III. pag. 240.

ΜΥΟ΄ΝΗΣΟΣ, πόλις μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου] Strabo lib. XIV. pag. 643. poſtquam pariter inter *Teum* & *Lebedum* poſuiſſet, addit: καὶ ἡ Μυόννησος δὲ ἐφ᾽ ὕψους χερρονησιάζοντος κατοικεῖται. *& Myonneſus quidem in excelſo loco peninſulam referente ſita eſt.*

ΜΥΡΩΝ, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Μύρα, ἢ ἀπὸ Μύρωνος, ἢ ἀπὸ Μύρου ποταμοῦ παραρρέοντος] Ordo literarum poſtulat, ut legatur, Μύρα, πόλις Λυκίας, ἀπὸ μύρων, ἢ, &c. Hujus Archiepiſcopus S. Nicolaus, τὸ εὐῶδες καὶ πολύτιμον τῶν Μύρων μύρον, in Encomio ejus MS. dicitur: quem prædicat etiam urbis hujus occaſione Imperator Conſtantinus lib. I. de Themat. Themate 14. Εἶτα τὴν Λυκίων πόλιν, τὴν μυρίπνουν τε, καὶ τρισόλβιον. ἐν ᾗπερ ὁ μέγας Νικόλαος, ὁ τοῦ θεοῦ θεράπων, ἀναβλύζει τὰ μύρα κατὰ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα. *Deinde Lyciorum urbem, unguenta ſpirantem & valde beatam, in qua magnus ille Nicolaus, Dei ſervus unguenta illa ſcaturit juxta urbis nomen.*

— Τὸ ἐθνικὸν, Μυρεύς] Apud Franciſcum Gotifredum extat Gordiani nummus, in quo Diana Epheſia, & aliud neſcio quod numen ſive genius, continens pro inſcriptione, ΜΥΡΕΩΝ. Item in alio ejuſdem Principis circum Dianam Epheſiam arbori inſidentem, ſub qua duo homines nudi duos ſerpentes recidunt: ΜΥΡΕΩΝ.

ΜΥΡΓΕ΄ΤΑΙ, ἔθνος Σκυθικὸν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἔν τισι τῶν Ἡρωδιανοῦ γράφεται κακῶς] MSS. Ἔνιοι δὲ τ. Η. γ. κ. διαγγέλων.

ΜΥΡΙ΄ΑΝΔΡΟΣ, πόλις Συρίας, πρὸς τῇ Φοινίκῃ] Situm hujus urbis indicat Arrianus lib. II. de Exped. Alexandri pag. 33. fuiſſe ſub anguſtiis Amani montis Syriam verſus.

— Τὸ κτητικὸν, Μυριανδρικὸς κόλπος] Apud Herodotum lib. IV. cap. 38. corrupte legitur: Τὰ δὲ πρὸς νότον, ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τοῦ Μαριανδυνῶν κόλπου τοῦ πρὸς Φοινίκην κειμένου τείνει τὰ ἐς θάλασσαν μέχρι Τριοπίου ἄκρης. pro Μυριανδρηνῶν. *Auſtrum autem verſus eadem ora à ſinu Myriandrico, qui Phœniciæ adjacet protenditur ſecundum mare ad promontorium uſque Triopium.* Gentile igitur, Μυριανδρηνός.

ΜΥΡΙ΄ΝΑ, πόλις ἐν Λήμνῳ] Apud Euſtathium ad Homeri Iliad. Ξ. pag. 980. ſcribitur Μύριννα, per duplex νν. Scholiaſtes Apolloniı,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

nii, ad lib. I. v. 604. Πόλις δὲ ἐστιν ἡ Μυρίνη πρὸς τῷ τέλει τῆς Λήμνου. Δίπολις γάρ ἐστιν ἡ Λῆμνος· ἔχει γὰρ Ἡφαιστίαν καὶ Μυρίνην. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μυρίνης τῆς Θόαντος γυναικὸς, Κρηθέως δὲ θυγατρός. Apud Nonnum in Goltzii Græciam male: Μύρινα πολίχνη Τρωίας.

— Ἔστι καὶ τῆς Αἰολίδος ἄλλη] Hæc fuit patria Agathiæ Hiſtorici, de qua ipſe in principio Hiſtoriæ ſuæ ita fatur: Μύρινα δὲ πατρὶς, Μεμνόνιος πατήρ. Τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. Μύρινα δέ φημι, οὐ τὸ Θρᾴκιον πόλισμα, οὐδὲ εἴ τις ἑτέρα κατὰ τὴν Εὐρώπην τυχὸν ἢ Λιβύην τῷ δὲ κέκληται τῷ ὀνόματι· ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάλαι ὑπὸ Αἰολέων ἀπῳκισμένην, ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πυθικοῦ ποταμοῦ, ὃς δὴ ῥέων ἐκ Λυδίας τῆς χώρας, ἐς τὸν ἔσχατον αὐλῶνα τοῦ κόλπου τοῦ Ἐλαΐτου ἐμβάλλει. *Myrina mihi patria, Memnonius pater, Ars vero, Romanorum inſtituta ac leges & fori certamina. Myrinam autem dico, non illam Thracicam urbem, nec ſi quæ alia per Europam aut Africam hoc nomine vocatur; ſed quæ eſt in Aſia, veterum Æolenſium colonia, ad oſtia Pythici fluminis ſita; qui quidem fluvius ex Lydia regione fluens in extremum Elaitidis ſinus alveum fertur.* Vitioſa igitur eſt ſcriptura apud Suidam; qua Agathias Σμυρναῖος dicitur, pro Μυριναῖος, uti jam olim notavit Ortelius. Et ἁμάρτημα eſt μνημονικὸν inſigne Salmaſii ad Solinum pagina 865. *Smyrnæum* nihilominus affirmantis; caſtigatum recte Petavio, in Miſcellaneis Exercitationibus, Juliano ſubjunctis, pag. 383. Cæterum ex Agathiæ loco patet non omnes *Myrinas* hic à Stephano enumerari.

— Ἀπὸ Μυρίνης ἀμφότεραι] Diodorus Siculus lib. III. pag. 130. & ſeqq. meminit *Myrinæ* reginæ Amazonum, quæ de ſuo nomine urbem in Æolide condidit. Cum quo concinit Strabo lib. XIII. pag. 623. Scholiaſtes vetus Apollonii loco paullo ante adducto *Thoantis* facit uxorem, *Crethei* filiam. Vide & Tzetzem ad Lycophronem pag. 49. & Heſychium.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μυριναῖος] Apud Goltzium extat nummus ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ, in quo Apollo Gryneus conſpicitur ab una parte, ab altera vero flaminica ejus ramum myrti vittis comptum prætendens, quem Goltzius perperam Lemno tribuit: nam in Lemniorum nummis Vulcanus cum incude & malleis conſpicitur, eadem addita inſcriptione ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ.

ΜΥ'ΡΚΙΝΝΟΣ, τόπος καὶ πόλις κληθεῖσα παρὰ τῷ Στρύμονι ποταμῷ] Scribe Μύρκινος per ν ſimplex: ita enim ſcribitur apud Herodotum, Thucydidem & alios. Herodotus lib. V. cap. II. vocat Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν, narratque Hiſtiæum Mileſium locum hunc à Dario condendæ urbi petiiſſe & impetraſſe. Supra v. Ἀμφίπολις male ſcribitur Μυρίνην, & adhuc pejus *Myrcinus* cum *Amphipoli* confunditur. Diſtinctas enim civitates fuiſſe luce meridiana clarius apparet ex Thucydide, lib. IV. pag. 324.

ΜΥΡΛΕΙΑ, πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια.

— Ὁ πολίτης, Μυρλεανός] Supra v. Ἀλεξάνδρεια, etiam legitur Μυρλειανός.

— Ὡς Ἀσκληπιάδης Μυρλεανὸς ἀναγράφεται] De hoc *Aſclepiade* videndus omnino Suidas v. Ἀσκληπιάδης, ubi inter alia docet genere illum fuiſſe *Nicænum*: unde infra v. Νίκαια, inter claros illius urbis cives etiam recenſetur. Apud Scholiaſten autem Theocriti Idyll. I. pag. 21. mendoſe legitur Ἀσκληπιάδης ὁ Μερλεανός. Occaſione autem mendi in gentilitio hujus *Aſclepiadis* nomine commiſſi apud dictum Scholiaſten, recordor Cleophanis *Myrleani* rhetoris, cujus meminit Strabo lib. XII. pag. 566. & erroris non modo in gentilitio nomine ejus verum & proprio admiſſi, in Theopompi Excerptis apud Photium pag. 393. ibi enim appellatur Κλεοχάρης ὁ Σμυρλεανός, qui Straboni, niſi omnia me fallunt, dicto loco, Κλεοφάνης ῥήτωρ ὁ Μυρλεανός.

ΜΥΡΜΙΔΟΝΙ'Α, χώρα τῶν Μυρμιδόνων· οὕτω γὰρ ἡ Αἴγινα ἐκλήθη] Vide Euſtathium ad Dionyſium pag. 73. & ad Homeri Iliad. A. pag. 67. ad B. pag. 320. Tzetzem ad Lycophronem pag. 37. Scholiaſten Pindari Nem. Od. III. pag. 347.

ΜΥΡΜΙΣΣΟ'Σ, πόλις περὶ Λάμψακον, ὡς Παλέμων] Scribe, Πολέμων.

ΜΥ'ΡΡΙΝΟΥ͂Σ, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς· ὁ δημότης Μυρινούσιος] Lege, Μυρρινούσιος. In veteri Inſcriptione viſa Cyriaco Anconitano: ΔΩΡΟΘΕΑ ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΜΥΡΡΙΝΟΥΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ.

— Ὁ δημότης ἐκ Μυρινούττης, διὰ δύο ττ] Apud Gruterum Inſcript. pag. 405. occurrit non modo per duo ττ, ſed etiam duo ρ ρ. in fine longe Inſcriptionis Græcæ, quæ Venetiis hodie conſpicitur: ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΣ ΕΚ ΜΥΡΡΙΝΟΥΤΤΗΣ.

ΜΥΡΣΙΝΟΣ, πόλις Ἤλιδος.

— Καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα] Hemiſtichium ex Homeri Iliad. B. v. 616.

— Ὕστερον δὲ Μυρσινοῦντιον ἐκλήθη] MSS. Μυρσινώτων. Sed Euſtathius ad Homeri allegatum verſum pag. 304. ut editur. Verba ejus, hinc procul dubio deſcripta, ſubjiciam: ἡ δὲ Μύρσινος ἐσχατόωσα μὲν εἴρηται, καθάπερ καὶ ἡ Ἀνθηδών. Ἐκλήθη δέ φασιν ὕστερον, Μυρσινοῦντιον· ἐθνικὸν δὲ αὐτῆς εὕρηται, Μυρσινούσιος.

ΜΥΡΤΟΥΣΣΑ, ὄρος Λιβύης] Rectius ſcriberetur per σ ſimplex, ut apparet in altero gentili, imprimis vero ex Callimacho,

Hymno

Hymno in Apollinem v. 91. Στὰς ἐπὶ Μυρτούσης κεραλώδεος. ubi Scholiastes: Μύρτουσα, ὄρος Λιβύης.

— Ὁ οἰκήτωρ, Μυρτουσαῖος, καὶ Μυρτίασιος] Scribe, Μυρτούσιος vel potius Μυρτούσιος· nam Μυρτίασιος haud quaquam ἀνάλογον eſt. Apud Apollonium lib. II. v. 507. legitur Μυρτώσιος·

Αἳ Λιβύην ἐνέμοντο παραὶ Μυρτώσιον αἶπος.

Qui Libyam incolebant juxta Myrtoſium promontorium.

ΜΥΣΙΆ, χώρα καὶ πόλις. Λυδοὶ γὰρ τὴν ὀξύην μυσὴν φασι] Strabo lib. XII. pag. 572. docet ex Xantho Lydo & Menecrate Elaïta, *Myſos* nomen accepiſſe ab arbore *oxya*, quæ circa Olympum copioſa naſcitur & Lydorum lingua *Myſus* dicitur. Heſychius: μυσὸν, τὴν ὀξύην. nam ita ibi legendum, non ἀξίνην. Utroque autem modo reperitur ſcriptum arboris hujus nomen ὀξύη & ὀξύνη· item duplici Μυσὸς & Μυσὴ, ſi Euſtathio fides; qui inter alias nominis *Myſorum* cauſſas etiam hujus meminit ad Dionyſium pagina 46. his verbis: ἢ ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τοῦ μυσῆς, ἢ τοῦ μυσοῦ (ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται) ὅπερ τὴν ὀξύην δηλοῖ, κατὰ τὴν γλῶσσαν τῶν Λυδῶν, ὡς καὶ ὁ Γεωγράφος φησίν.

— Λέγονται καὶ Μυσοὶ καὶ Μύσιοι] Apud Apollonium Rhodium occurrit etiam Μυσὶς γαῖα, lib. I. v. 1349. ubi Scholiaſtes τὴν Μυσίδα γαῖαν explicat Μυσῶν χώραν· ὥσπερ καὶ τὸ Ἀσίδα ἀντὶ τοῦ Ἀσίαν.

— Καὶ Μυσάδιος Αἰολικῶς] Claudius Salmaſius legit, Μυσάδιος. Aut dicendum Μυσάδιος nomen eſſe proprium non gentile Αἰολικῶς formatum à Μύσος, ut Λεξάδιος, Ἐξάδιος.

ΜΥΤΙΛΉΝΗ, πόλις ἐν Λέσβῳ μεγίστη.

— Οἱ δὲ, ὅτι Μυτίλης ἦν ὁ οἰκιστής] Salmaſius legit, Μύτιλος.

— Καὶ Μυτιληναῖος] Franc. Gotifredus nummum habet in utraque area effigiem continentem; uni adſcriptum, ΦΙΤΤΑΚΟϹ. alter, ΑΛΚΑΙΟϹ ΜΥΤΙΛ. In Cimeliarchio Mediceo nummus habetur, in cujus uno latere circum Jovem, Neptunum & Plutonem: ΘΕΟΙ ΑΚΡΑΙΟΙ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. in averſo circum caput Jovis: ΖΕΥϹ ΒΟΥΛΑΙΟϹ. quinam ſint Θεοὶ ἀκραῖοι, ut hoc obiter addam, docet Pollux lib. IX. cap. 5. his verbis: Τὰ δὲ δημόσια, ἀκρόπολις· ἣν καὶ ἄκρον ἂν εἴποις καὶ πόλιν· καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ θεοὺς, ἀκραίους καὶ πολιεῖς. *Publica autem ſunt, acropolis, quam & arcem vocaveris & urbem; & deos in hac exiſtentes, caſtrenſes & tutelares, &c.* Item alius in eadem Gaza plane præclarus, qui in una parte circum caput muliebre turritum, ΟΥΛΠΙΑϹ ϹΕΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΗϹ. in alia circum Fortunam cum Victoriola quadrigis vectam: ΕΠΙ ϹΤΡ. ΒΑΛ. ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ ΠΕΡΓ. ΟΜΟΝΟΙΑ. Item in alio magno Alexandri Severi ibidem circum Dianam venatricem: ΕΠΙ ϹΤΡΑ. ΑΥ ΠΡΟϹΔΕΚΤΟΥ ΠΑΡΔΟΛΟ. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. Plures vide vulgatos apud Goltzium & Triſtanum.

ΜΥΤΙΣΈΡΑΤΑ, φρούριον Σικελίας Φίλιστος δεκάτῃ· Τὸ ἐθνικὸν, Μυτισερατῖνος, ὡς αὐτός] MSS. μυσισέρατος. Sed ſcribendum Μυτίστρατα· & Μυτιστρατῖνος· Certe ita ſcripſiſſe *Philiſtum* non ſine ratione ſuſpicatur Philippus Cluverius lib. II. Sic. Antiq. cap. 12. ſupra idem locus Ἀμήστρατος dicitur ex Apollodoro, gentile Ἀμηστρατῖνος· infra mox, Μυτίστρατον.

ΜΥΤΙΣΤΡΑΤΟΝ, πολίχνιον περὶ Καρχηδόνα· Πολύβιος πρώτῳ] Falſum, quod Epitomator hic ex Polybio affirmat, *Mytiſtratum oppidulum* eſſe *circa Carthaginem*, Polybius lib. I. pag. 25. Μυττίστρατον per duplex ττ dicit oppidum Siciliæ bello Punico primo a Carthaginienſibus poſſeſſum, deinde poſt longam obſidionem cum aliis pariter oppidis à Romanis captum. Error properanti Grammatico inde natus, quod Polybius dicto loco capta iſta oppida vocet πολισμάτια τῶν Καρχηδονίων, eo quod in poteſtate *Carthaginienſium* eſſent; hic enim propterea putavit in Africa ſita fuiſſe *circa Carthaginem*, ſimili plane ratione, qua ante Ἀστάπαιους ex Hiſpania, Ἴππαναν ex Sicilia, Κάραλιν ex Sardinia in Africam tranſtulit. De loco autem hoc egit jam Meurſius ad Antigonum Caryſtium cap. 153. ubi perperam ἐν Κυτιστράτῳ legitur pro ἐν Μυτιστράτῳ· ut ille monuit, & poſt illum Salmaſius in Exercitat. ad Solinum pag. 126.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μυτιστράτιος] Apud Antigonum d. l. Μυτιστραταῖον oleum occurrit, vel Μυτιστράτιον, ut vult Meurſius.

— Ὡς Στραλὸς, Στράτιον] Scribe, Στράτιος.

ΜΎΩΝ, πόλις Λοκρῶν ἐν τῇ Ἠπείρῳ, οἱ πολῖται, Μύωνες, ὡς Θουκυδίδης τρίτῃ] Supra hæc urbs appellatur Μυόνια· & Thucydidi lib. III. pag. 240. incolæ, Μυονεῖς.

ΜΏΒΑ, μοῖρα τῆς Ἀραβίας] Euſebius in Topicis ſcribit Μωὰβ eoque nomine & urbem & regionem appellatam ait. Vide infra v v. Ῥαββάθμωβα & Χαράκμωβα.

— Ἔοικε δὲ ἐνδεῖν τὸ πρῶτον· ἦν γὰρ Μώαβα] In MSS. fuit, τὸ Α. Unde ſcribendum apparet: Ἔοικε δὲ ἐνδεῖν τὸ α· πρῶτον ἦν γὰρ Μώαβα.

— Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Μωαβίτης] Apud Euſebium lib. IX. de Præpar. Euang. cap. 30. Μωαμίτης legitur ſolemni errore μ pro β poſito.

— Τὸ θηλυκὸν, Μωαβῖτις] Ita regio ipſa dicitur Epiphanio Hæreſ. XIX.

ΜΩ͂ΛΙΣ, Λίβυσσα πόλις· Ἐκαλεῖτο Περιηγήσει Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Μωλύτης, τῷ τύπῳ τῶν Λιβυσσῶν πόλεων, καὶ Μωλυάτης] Ex gentilibus apparet pro Μῶλις ſcribendum eſſe Μῶλυς, ut animadvertit Salmaſius.

ΜΩΝΥΧΙ'Α, λιμὴν τῆς Ἀττικῆς, οὗ τὴν εἰς τόπον θέσιν φησὶ Θουκυδίδης, ὁ τῶν Μουνιχιάσι τεταγμένος ἄρχων] Ultima verba in MSS. ſic ſcripta ſunt: ἡ τῶν Μουνιχιάσι τεταγμένων α.

ΜΩΡΙΕΙ͂Σ, ἔθνος Ἰνδικὸν, ἐν ξυλίνοις οἰκοῦντες οἴκοις, ὡς Εὐφορίων] Heſychius aliter: Μωριεῖς, οἱ τῶν Ἰνδῶν βασιλεῖς. Cæterum poſt hæc auctoris noſtri verba, in MS. Palatino recentiori perſcriptum eſt: Τέλος τοῦ λβ΄. ἀρχὴ τοῦ λγ΄ βιβλίου.

N.

NΑ'ΑΡΔΑ, πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Ῥιανὸς Παρθικῶν ἐν δεκάτῳ] Scribe, Ἀῤῥιανός. Vide ſupra v v. Ἄτραι, Γάζακα, & alibi.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νααρδανὸς, τῷ ἐγχωρίῳ τύπῳ] Pyrrhus Ligorius adducit Trajani nummum, in quo circa tropæum legitur: ΝΑΑΡΔΑΝΩΝ.

ΝΑΒΑΤΑΙ͂ΟΙ, ἔθνος τῶν εὐδαιμόνων Ἀράβων, ἀπὸ Ναβάτου τινός] Suidæ ipſa gens Ναβάται, idque probat antiqui auctoris loco, gentile Ναβαταῖοι. Verba ipſius: Ναβάται, γένος Ἀράβων. ὁ δὲ πέμπτει πρὸς Ἄραβας, τοὺς λεγομένους Ναβάτας. καὶ Ναβαταῖοι, ἐθνικόν. Sed ut hic, ita etiam appellantur ſupra v. Θαμουδᾶ.

— Ναβάτης δέ ἐστιν ὁ ἐκ μοιχείας γενόμενος] MSS. N. δ. ε. ἀραβιστὶ, &c. Primogenitus filiorum Iſmaëlis Ναβαϊὼθ ſcribitur Geneſ. c. XXV. v. 13. & c. XXXVI. v. 3. & Eſaiæ c. LX. v. 7. καὶ κριοὶ Ναβαιὼθ ἥξουσι. ubi regio ipſa intelligitur. In Textu autem Hebræo ibi legitur *Nebaioth*: in Chaldaica verſione *Nabath*. Euſebius in Topicis, Ναβεὼθ, χώρα ἐν Ἡσαΐᾳ. Hac autem voce apud Hebræos non *ſpurius*, ſed σύνετος καὶ προφήτης ſignificatur, uti habet Libellus Manuſcriptus de ſignificatione nominum Hebraicorum in Sacris literis. Quod ſi Hebræam originationem ſequamur, rectius ſcribemus Ναβαθαίους quam Ναβαταίους. Joſepho lib. 1. Antiq. cap. 13. Ναβαιώθης dicitur Iſmaëlis filius primogenitus, qui tamen regionem ipſam Ναβατηνὴν ibidem appellatam ſcribit. Eupolemus apud Euſebium lib. IX. Præpar. Euang. cap. 30. Ναβαταίους pariter vocat.

— Ἀπὸ οὖν τοῦ Ναβάτης, Ναβαταῖος] Hinc apud Ovidium lib. 1. Metamorph. v. 61.

Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna receſſit.

& lib. v. v. 163. *Nabathæus Ethemon.* & Juvenalem Sat. XI. v. 126.

Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu.

— Καὶ Ναβατηνὴ ἡ χώρα] Videtur, Ναβατηνή. Sed Ναβατηνὴ occurrit apud Joſephum. Epiphanio Hær. XIX. Ναβατική. XXXV. Ναβατὶς dicitur.

ΝΑ'ΓΙΔΟΣ, πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας] Sic quoque vocatur hæc urbs Straboni lib. XIV. pag. 670. Ἐν τούτῳ ἐστὶ Νάγιδος πόλις πρῶτον μετὰ τὸ Ἀνεμούριον. ut recte emendavit Iſaacus Caſaubonus.

ΝΑΪ͂ΣΣΟΣ, πόλις Θρᾴκης, κτίσμα καὶ πατρὶς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως] Ex gentilibus ſubjectis, tum ex aliis ſcriptoribus apparet Ναΐσος eſſe ſcribendum, per σ ſimplex. Hierocli in Notit. Provinc. civitas eſt *Daciæ mediterraneæ*: Marcellino Comiti, *Illyrici*: aliis *Mœſiæ*, noſtro *Thraciæ*. Una tamen eademque urbs & Conſtantini Magni patria: ſed cujus nomen diverſimode corruptum extat paſſim apud auctores. Sic Lex ultima Cod. de dolo malo, quæ Conſtantini eſt, data legitur *Neſſo*, pro *Naiſo*: nam Cod. Theod. *Naſſo* habet. Paſſim alibi *Neſtus* dicitur. Sed nuſquam corruptius hujus loci nomen extat, quam in Excerptis Olympiodori apud Photium pag. 193. ubi de Conſtantio Imperatore, Placidiæ marito, hæc habentur: Κωνστάντιος Ἰλλύριος ἦν τὸ γένος, ἀπὸ Παναίσου πόλεως τῆς Καδίας. Quod vertitur: *Conſtantius genere Illyrius fuit, à Panæſo urbe Cadiæ.* Sed quis fando audivit unquam *Cadiam* eſſe, eſſe *Panæſum?* monſtroſa hæc ſunt vocabula & omnibus Geographis incognita. Procul dubio reſcribendum, ἀπὸ Ναΐσου πόλεως τῆς Δακίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ναισσηνός] In nummo vel ſigillo potius plumbeo, quod apud Equitem Gualdum vidi Romæ, legitur: ΝΑΙΣΙΤΑΝΙ.

ΝΑΡΚΑCΟC, δῆμος καὶ πόλις Καρίας. Ἀπολλόδωρος δεκάτῳ Καρικῶν. ὁ δημότης καὶ ὁ πολίτης, Μαρκασεύς] Ordo literarum videtur poſtulare, ut legatur Νάκασος, vel Νάκκασος. Sed Pyrrhus Ligorius Auguſti profert nummum, in cujus adverſa parte templum rotundum Apollinis repræſentatum eſt & intra templum ipſius Dei effigies lyram manu tenentis, cum inſcriptione: ΝΑΡΚΑCΕΩΝ. Nihilominus puto ſcriptum fuiſſe hoc loco Νακρασὸς & intelligi quæ aliis auctoribus Ἄκρασα, Hierocli Ἀκρασὸς, Ptolemæo, qui illam *Lydiæ* tribuit, Νάκρασα dicitur. Et ad hanc pariter pertinere exiſtimo Severi nummum à Triſtano adductum Tom. II. pag. 94. in quo circum Æſculapium legitur, ΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ. Vide quæ notavimus ſupra ad v. Ἀκαρασσός.

ΝΑΚΟΛΙ'Α, πόλις Φρυγίας· Στράβων δυοκαιδεκάτῃ· καὶ ἔστιν οὐδέτερον] Straboni lib. XII. pag. 576. & Ptolemæo dicitur Νακόλεια.

— Ἀπὸ Νακόλις νύμφης] Puto ſcribendum, ἀπὸ Νακόλης v. Suidas uti ſcribit Νακώλεια per ω, ita etiam, ἀπὸ Νακώλης. quod & Salmaſius notaverat.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νακολεὺς] Pyrrhus Ligorius in diverſis nummis antiquis ſe legiſſe ſcribit, ΝΑΚΟΘΛΑΙΩΝ. Sed ego in præclaro Trajani nummo, quem Gaza Medicea ſervat, oculis meis vidi ſequentem epigraphen: ΝΑΚΟΛΕΩΝ ΕΠΙ ΑΚΥΛΑΥΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ.

— Εἰ δ' ἔστι Νακόλεια διὰ διφθόγγου, παρὰ τὸ Νάκολον, τοῦ Δασκύλου παῖδα] Per diphthongum in penultima ſcribitur apud Strabonem, Ptolemæum & Suidam.

ΝΑΚΟ'ΝΗ, ὡς Ἀλκόνη, πόλις Σικελίας] Suidas: Νακώνη, πόλις Σικελίας κατὰ τὸν ἐθνικογράφον. Ergo juxta Suidam ſcribendum Νακώνη. Deinde legendum, ὡς Ἀλώνη, cujus mentio ſupra ſuo loco: quamvis voce βέσβικος, per ο parvum Ἀλόνη ſit ſcriptum.

ΝΑ'ΞΟΣ, νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἡ διάσημος ἀπὸ τοῦ Νάξου Καρῶν ἡγεμόνος.

— Εὐφορίων παρὰ τὸ νάξαι, ὅ φασι θύσαι τινες] Ita pariter hic legit olim Euſtathius, uti patet ex Commentario ipſius ad Dionyſium pag. 76. Nihilominus Salmaſius in Exerc. Plin. pag. 183. ex Heſychio pro θύσαι olim βύσαι ſcriptum docet, quod *implere, ſarcire, ſtipare* ſignificat. Ratio autem cur ſic appellata fuerit non apparet.

— Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, τὰς Ναξίνας γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν] Scribe, τὰς Ναξίας. uti apud Suidam v. Νάξης. utque mox in gentilibus ſcribitur.

— Τὰ ἐθνικά, Νάξιοι· ἀφ' οὗ καὶ Ναξία λίθος ἡ Κρητικὴ ἀκόνη] Suidas v. Νάξης hunc locum producit, ſed ipſe mutilus valde & corruptus: Νάξης, πόλις. καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. ὁ γράψας ὅτι Ναξία πόλις Καρίας, &c. Exiſtimo autem legendum, ὁ γὰρ ἐν τοῖς ἐθνικοῖς γράψας, aut ὁ γὰρ ἐθνικογράφος. aut forte ipſum Stephani nomen excidit. Emendandus præterea Heſychius, apud quem Ναξιάλιθος, ἡ ἀκόνη ἀπὸ Νάξου πόλεως. perperam legitur pro Ναξία λίθος. De Cote autem *Naxia* videndus Dioſcorides lib. v. cap. 168. Pindarus Iſthm. Od. VI. pag. 475.

Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀθληταῖσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις
Χαλκοδάμαντ' ἀκόναν.
Diceres illum virum inter athletas
Naxiam inter alios lapides
Cotem, æris domitricem.

Ubi Scholiaſtes: εἴποι δ' ἄν τις αὐτὸν τὸν Λάμπωνα εἶναι τοιοῦτον ἄνδρα ἐν τοῖς ἀθληταῖς, οἵαν ἐν πέτραις ἑτερογλυφέσι Ναξίαν ἀκόνην· δυνατὴν μάλιστα παραθῆξαι. Νομίζονται γὰρ διαφορώταται τῶν ἄλλων ἀκονῶν αἱ κατὰ τὴν ἐν Κρήτῃ Νάξον.

— Ἡ δὲ κρητικὴ ἀκόνη, ἐὰν διὰ τοῦ γράφηται, ἡ διακρίνουσα καὶ φανεροῦσα σημαίνει] MSS. ἐὰν διὰ ι γρ. & ſic Suidas d. l. & ſententia poſtulat.

ΝΑ'ΠΗ, πόλις Λέσβου. Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Λεσβιακῶν] Mirum quod hic in teſtimonium de *Nape* adducitur à Stephano *Hellanicus*, cum is erroris inſimuletur à Strabone lib. IX. pag. 426. quod *Lapen* hanc urbem appellaverit. Verba Strabonis: Νάπη ἐν τῷ Μεθύμνης πεδίῳ, ἣν Ἑλλάνικος ἀγνοῶν Λάπην ὀνομάζει. *Nape in Methymnæo campo, quam Hellanicus ignoratione lapſus Lapen vocat.* Unde ſuſpicor non teſtem de *Nape* adductum fuiſſe à Stephano Hellanicum, ſed occaſione hujus erroris nominatum. Quod appareret, ſi Stephanum haberemus integrum.

— Εἰσὶ καὶ Ναπαῖοι Ἠπείρου] Scholiaſtes Pindari ad Pyth. Od. I. pag. 187. *Pythia* appellata docet à loco, ὁ ἐκαλεῖτο πρότερον Νάπη, εἶτα Πετρήεσσα, εἶτα Κρίσσα, εἶτα Πυθώ.

ΝΑ'ΠΙΣ, κώμη Σκυθίας] Suidas: Νάπις, πόλις Σκυθίας.

ΝΑΡΒΩ'Ν, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική. Στράβων τετάρτῃ· Μαρκιανὸς δὲ Ναρβονησίαν αὐτὴν φησι] Locus hic pariter contra Stephani ſenſum ab Epitomatore mutilatus eſt. Strabo enim lib. IV. meminit quidem *Narbonis*, ſed propterea eum non fuiſſe allegatum ex illis, quæ de *Marciano* adferuntur, patet. Verum Stephanus Galliam *Narbonenſem* Ναρβωνῖτιν dixerat à *Strabone* appellari, ut appellatur lib. IV. pag. 178. deinde addidit eandem à *Marciano* Ναρβωνησίαν dici. Ita enim *Marciani* temporibus appellabatur: nec Ptolemæus aliter appellat. Dioſcorides vero lib. IV. cap. 80. hanc eandem Provinciam Ναρβωνίαν τὴν κατὰ τὴν Ἰσπανίαν dicit. Suidas non videtur animadvertiſſe hanc labem. Νάρβων, inquit, ἡ Ναρβωνησία, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική. Cæterum vel ex Suida apparet reſcribendum hoc loco Ναρβωνησίαν.

— Ἔστι καὶ λίμνη Ναρβωνῖτις ὡς Ἀσκαλωνίτης] Verba, ὡς Ἀσκαλωνίτης hic perperam repetita videntur ab oſcitante librario ex ſuperiore verſu.

— Καὶ ποταμὸς Αἰακὸς] MSS. καὶ τόπος Αἰακός. ſed perperam. Scribe, καὶ ποταμὸς Ἄτακος. ſcilicet etiam Νάρβων dicitur. Fluvii *Atacis* meminit Strabo lib. IV. pag. 181. Ἡ μὲν οὖν Νάρβων ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν καὶ τῆς λίμνης τῆς Ναρβωνίτιδος, μέγιστον ἐμπορεῖον τῶν ταύτῃ. *Narbo ſupra Atacis fluvii oſtia & lacum Narbonenſem ſitus eſt, maximum eorum, quæ ibi ſunt locorum, emporium.* Plinius lib. III. cap. 4. *Flumen Atax è Pyrenæo Rubrenſem permeans lacum: Narbo Martius, decumanorum colonia,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

lonia, duodecim millibus paſſuum à mari diſtans. Polybius autem *Atacem* vocat *Narbonem*, lib. III. pag. 191. Κεῖται δ᾽ αὐτῆς τὸ μὲν ὁλοσχερέστατον καὶ βαθύτερον μέρος, ὑπ᾽ αὐτὰς τὰς ἄρκτους, μεταξὺ τοῦ τε Ταναΐδος ποταμοῦ καὶ τοῦ Νάρβωνος, ὃς οὐ πολὺν ἀπέχει τόπον ὡς πρὸς δύσεις ἀπὸ Μασσαλίας καὶ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων, δι᾽ ὧν εἰς τὸ Σαρδόνιον πέλαγος ἐξίησιν ὁ προειρημένος ποταμός. *Pars ejus* (Europæ) *potiſſima atque ampliſſima ſubjacet ſeptentrionibus inter fluvium Tanaim & Narbonem, qui in occaſu non longe abeſt à Maſſilia & Rhodani oſtiis, quibus in Sardoum pelagus ille amnis influit.* Et lib. XXXIV. teſte Athenæo lib. VIII. pag. 332. Πολύβιος δ᾽ ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν, μετὰ τὴν Πυρήνην φησὶν ἕως τοῦ Νάρβωνος ποταμοῦ πεδίον εἶναι, δι᾽ οὗ φέρεσθαι ποταμοὺς Ἰλλέβεριν καὶ Ῥόσκυνον ῥέοντας παρὰ πόλεις ὁμωνύμους κατοικουμένας ὑπὸ Κελτῶν. Ἐν οὖν τῷ πεδίῳ τούτῳ εἶναι τοὺς λεγομένους ἰχθῦς ὀρυκτούς. *Polybius libro quarto & triceſimo hiſtoriarum, juxta Pyrenen uſque ad fluvium Narbonem campos eſſe ſcribit, per quas Iliberis & Ruſcino juxta civitates cognomines à Celtis habitatas decurrunt: & in eis foſſiles, ut vocant, reperiri piſces.* Idem de piſcibus foſſilibus refert Strabo lib. IV. pag. 182. Per *Narbonem* autem fluvium apud Polybium *Atacem* intelligendum, fluviorum à dextro & ſiniſtro urbis *Narbonis* latere in mare decurrentium enumeratio à Strabone dicto loco facta oſtendit. Dicit enim: Ἑκατέρωθεν δὲ τοῦ Νάρβωνος ἄλλοι ποταμοὶ ῥέουσιν, οἱ μὲν ἐκ τῶν Κεμμένων ὀρῶν, οἱ δ᾽ ἐκ τῆς Πυρήνης, πόλεις ἔχοντες εἰς ἃς ἀνάπλους οὐ πολύς ἐστι μικροῖς πλοίοις· ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης ὅ, τε Ῥουσκίνων καὶ ὁ Ἰλυβίρρις, πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν. & paullo poſt: οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Πυρήνης ῥέουσιν οἱ ποταμοὶ, μεταξὺ Ναρβῶνος, ἐκ δὲ τοῦ Κεμμένου φέρονται πρὸς τὴν θάλατταν, ἐξ οὗπερ καὶ ὁ Ἄταξ, ὅ, τε Ὄρβις καὶ ὁ Ῥαύραρις. *Ab utraque Narbonis parte alii feruntur amnes, partim è Cemmeno, partim è Pyrena delapſi, & ſitæ ad has urbes ſurſum navigiis adiri poſſunt exiguis. E Pyrena fluunt Ruſcino & Ilybirris, uterque urbem habens cognominem,* &c. *Hi ergo è Pyrena defluunt amnes inter Narbonem & Aphrodiſium. Ab altera parte Narbonis è Cemmeno in mare delabuntur Atax, Obris & Rauraris.*

ΝΑΡΘΗΚΙ'Σ, νησίδιον ἐγγὺς Σάμου ἐν δεξιᾷ τοῖς προσπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν] Hæc mutilata ſunt ex Strabone, apud quem de *Samo* hæc extant lib. XIV. pag. 637. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν προσπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον, ἄκρα ἢ ποιοῦσα πρὸς τὴν Μυκάλην τὸν ἑπταστάδιον πορθμόν· ἔχει δὲ νεὼν Ποσειδῶνος· πρόκειται δ᾽ αὐτοῦ νησίδιον ἡ Ναρθηκίς. *Ad dextram qua intro navigatur ad urbem* (Samum) *eſt Poſidium promontorium, quod cum oppoſita Mycala fretum includit ſeptem ſtadiorum, templum habens Neptuni: ante id exigua ſita eſt inſula, Narthecis.*

— Τὸ ἐθνικὸν, Νάρθη] Locus mutilus. Scribe, Ναρθηκοῦς. ut à Καβαλὶς, Καβαλοῦς.

ΝΑ'ΡΜΑΛΙΣ, πόλις Πισιδίας, ὡς Κάβαλις] Accentus ſuo loco moti videntur, ſcribendique: Ναρμαλὶς π. Π. ω. Καβαλίς. Genitivus enim in ίδος terminans hoc prodit, indice noſtro ſupra v. Καβαλίς.

— Οἱ πολῖται, Ναρμαλεῖς] Pyrrhus Ligorius nummum profert Claudii Imperatoris, in cujus parte averſa ΝΑΡΜΑΛΕΩC Apollinis effigies viſitur.

ΝΑΡΝΙ'Α, πόλις Σαυνιτῶν, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ Νάρνου, ὡς Διονύσιος ὀκτωκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας] Dionyſii libros poſt undecimum invidit nobis rempus: ſed æqualibus ejus, ut Straboni, fluvius *Narniam* præterfluens non aliter quam à Latinis appellatus, Νάρ. de quo Virgilius,

Sulfurea Nar albus aqua, fonteſque Velini.

At poſterioribus Græcis dictus eſt Νάρνος. Procopius lib. I. Gothic. Κεῖται μὲν ἡ Ναρνία ἐν ὑψηλῷ ὄρει, ποταμὸς δὲ Νάρνος εἰς τὴν τοῦ ὄρους παραῤῥεῖ πρόποδα. *Narnia in edito ſita eſt monte, ad cujus radices Narnus fluvius præterfluit.*

ΝΑ'ΡΥΞ, πόλις Λοκρίδος, θηλυκῶς λεγομένη· τινὲς δὲ Ναρύκιον τὴν πόλιν φασὶν ἐξ ἧς Αἴας] Claudius Salmaſius in Exercit. Plinian. pag. 66. legit τίνες δὲ Νάρυκον τὴν πόλιν φ. præterea emendat in urbis hujus nomine Strabonem & Diodorum. Ipſi autem Νάρυξ, Ναρύκη & Νάρυκος. *Ajacis Locri* patria dicta creditur. Apud Lycophronem v. 1148. occurrit Ναρύκειον ἄστυ.

— Ὁ πολίτης, Ναρύκιος] Virgilius lib. III. Æneid. v. 399.

Hic & Narycii poſuerunt mœnia Locri.

Et lib. II. Georg. v. 438.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum,
Naryciæque picis lucos.

— Καὶ Ναρυκία δὲ οὐδετέρως] Forte: Καὶ Ναρυκία, καὶ οὐδετέρως.

ΝΑΣΑΜΩ'ΝΕΣ, ἔθνος ἐν Λιβύῃ, ὡς Καλλίμαχος· καὶ Νασαμονὶς ἀπὸ Νασαμόνος τινός] Gentem hanc illuſtrat Epigramma vetus ἀδέσποτον nondum quod ſciam editum:

Ὅτι Καῖσαρ ἐξεκάθηρε τὴν Λιβύην τῶν ἐνοικούντων θηρίων καὶ ἐποίησεν οἰκεῖσθαι.

Ἐσχατιαὶ Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκ ἔτι θηρῶν
Ἔθνεσιν Ἠπείρου νῶτα βαρυνόμεναι.
Ἤχοι ἐρημαίαισιν ἐπιπτύσσεσθε λεόντων
Ὠρυγαῖς ψαμάθους ἄχρις ὑπὲρ Νομάδων.
Φῦλον ἐπεὶ ἀνάριθμον ἐνιχνοπέδαισιν ἀγρευθὲν
Ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς·
Αἱ δὲ πρὶν ἀγραύλων ἐγκοιτάδες ἀκρώρειαι
Θηρῶν νῦν ἀνδρῶν εἰσι βοηλασίαι.

ΝΑ'ΣΤΟΣ, πόλις Θρᾴκης· γράφεται καὶ Νεστός] MSS. Νάσσος. perperam. Exiſtimo eandem, quæ ſupra Ναΐσος vel Ναϊσσὸς dicitur.

ΝΑΥ'ΚΡΑΤΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Μιλησίων τότε θαλασσοκρατούντων] Euſebius Chron. n.

MCCLXV. *Mare obtinent Mileſii, conſtruxeruntque urbem in Ægypto Naucratim.* Unde non ſine ratione affirmat Scaliger Stephani verba ex ipſo Euſebii Chronico deprompta, quæ egregie illuſtrat adjecto Strabonis loco è libro XVII. pag. 801. Πλεύσαντες γὰρ ἐπὶ Ψαμμιτίχου τριάκοντα ναυσὶ Μιλήσιοι κατὰ Κυαξάρην, οὗτος δ' ἦν τῶν Μήδων, κατέσχον εἰς τὸ στόμα τὸ Βολβίτινον· εἶτ' ἐκβάντες ἐτείχισαν τὸ λεχθὲν κτίσμα· χρόνῳ δ' ἀναπλεύσαντες εἰς τὸν Σαϊτικὸν νομὸν καταναυμαχήσαντες Ἴναρον πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατιν οὐ πολὺ τῆς Σχεδίας ὕπερθεν. *Myleſii enim navigantes ſub Pſammiticho temporibus Cyaxaris, qui Medorum Rex fuit, triginta navibus ad Bolbitinum oſtium appulerunt, ibique egreſſi dictum opus confecerunt: progreſſu temporis in Saiticam præfecturam navigantes, Inaro navali prælio ſuperato, Naucratim urbem non multum ſupra Schediam condiderunt.* Vide dicto loco Scaligerum.

ΝΑΥ'ΠΑΚΤΟΣ, πόλις Αἰτωλίας, ἀπὸ ναυπηγίας τῶν Ἡρακλειδῶν, ὡς Ἔφορος καὶ Στράβων] Reſpicit Temeni acta, qui *Naupacti* claſſem exſtruxit, quacum trajecit in Peloponneſum, teſte Euſebio lib. V. Præpar. Euang. cap. 20. Sed locus iſte magnopere corruptus ſanabitur à nobis infra ad v. Ρύπαι. Meminit ejuſdem exſtructionis Strabo lib. IX. pag. 426. & ex eo Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 276.

— Ὁ πολίτης, Ναυπάκτιος] Extat hoc gentile in nummo apud Goltzium.

ΝΑΥΠΛΙ'Α, πόλις Ἄργους· Στράβων ὀγδόῃ, ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι· Οἱ οἰκοῦντες, Ναυπλιεῖς ὡς Στράβων, ἡ Ναυπλία] Ultima vox videtur corrupta. Apud Euripidem occurrit Ναυπλίειος in Oreſtis Prologo v. 54.

Λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτῃ.

Portum vero Nauplieum implens remo.

ubi Scholiaſtes Græcus: Ναύπλιος Ἀργεῖος ἀνὴρ, ναυτικῆς ἔμπειρος λιμένα κατασκευάσας, ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκάλεσε Ναύπλιον.

ΝΕ'ΑΙ, νῆσος πλησίον Λήμνου] Antigonus Hiſt. Mirab. cap. IX. Ἐν δὲ ταῖς τῶν Λημνίων νήσοις ταῖς καλουμέναις Νέαις, Πέρδικες οὐ γίνονται, ἀλλὰ κἂν ἴδῃ τις, ἀπόλλυνται. *In Lemniorum inſulis, quæ Neæ, ſeu Novæ, vocantur, neque naſcuntur perdices: & ſi importentur, pereunt.*

— Ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου] Huc pertinet quod in Inſcriptione Aræ Doſiadæ legitur:

Καθαρὸς γὰρ ἐγὼ
Ἰὸν ἱέντων τεράων· οἷα κέκευθ' ἐκεῖνος
Ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις ὃν σχεδόθεν Μυρίνης
Σοὶ Τριπάτωρ πορφυρέου φωρ ἀνέθηκε κέλου.

Vide quomodo Salmaſius hoc explicet pag. 137.

— Ἔστι καὶ Νέα κώμη καὶ Φρούριον Μυσίας] Strabo lib. XIII. pag. 603. Ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ Αἰσήπου μεταξὺ Πολίχνας τε καὶ Παλαισκήψεως ἡ Νέα κώμη καὶ Ἀργυρεία. *Ad dextram Æſepi inter Polichnam & Palaſcepſin Novus eſt pagus & fodinæ argenti.* in ſequentibus argenti fodinas confictas docet ab iis, qui Homerica omnia ſuis locis attribuunt.

ΝΕΑ'ΝΔΡΕΙΑ, πόλις Τρωάδος ἐν Ἑλλησπόντῳ.

— Ἐν τισι δὲ Λέανδρος γράφει διὰ τοῦ λ κακῶς] Suidas hac voce: ἴσως τινὲς διὰ τοῦ λ Λεάνδρειαν γράφουσι κακῶς. MSS. ἔν τισι δὲ Λέανδρος γράφεται διὰ τοῦ λ κακῶς. Ergo ſcribendum, ἔν τισι δὲ Λεάνδρεια γράφεται, &c. idque Salmaſius probabat.

— Λέγεται καὶ Νεάνδριον οὐδετέρως] Scribe ex Suida, Νεάνδρειον.

— Ὁ πολίτης, Νεανδρεύς] Pyrrhus Ligorius Valeriani Imperatoris laudat nummum, in cujus altera area circum Dianæ caput cum pharetra poſt collum per geminam diphthongum legitur: ΝΕΑΝΔΡΕΙΑΙΩΝ. Apud Antigonum Caryſtium cap. CLXXXVII. ſcribitur, περὶ τῶν Νεανδρείδων, neſcio an pro Νεανδρέων.

ΝΕΑ'ΠΟΛΙΣ, πόλις Ἰταλίας διάσημος, ἐν ᾗ Παρθενόπη ἥρηται, μία τῶν Σειρήνων] De *Parthenope* vide ſis Euſtathium ad Dionyſium pag. 50. & Tzetzen ad Lycophronem pag. 117. Sed quid eſt illud ἥρηται? numquid ab ἠρίον? Ita credidit Benedictus Ægius Spoletinus, qui in verſione MS. quæ in Vaticana Bibliotheca ſervatur, vertit, *ſepulta eſt.* Verum Suidas: ἐν ᾗ Παρθενόπης ἵδρυται Σειρῆνος ἄγαλμα. Unde Joannes Meurſius hoc loco ita reſtituendum putat: & infra v. Σειρηνοῦσσαι ſimiliter: ἐν ᾧ καὶ νεὼς αὐτῶν ἵδρυται.

— Ὁ πολίτης, Νεαπολίτης] In omnibus antiquis nummis, quos profert Julius Cæſar Capacius in Hiſtoria ſua Neapolitana, qui non pauci ſunt, ſcriptum eſt: ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Λιβύης καὶ ἄλλαι] Inter has etiam eſt una in Syria Palæſtina vel Samaria, Juſtini Martyris patria, *Flavia* vel *Flaviopolis* cognominata, cujus ipſe Juſtinus meminit in Princ. Apol. II. Ἰουστῖνος Πρίσκου, τοῦ Βακχείου, τῶν ἀπὸ Φλαυΐας Νέας πόλεως τῆς Συρίας Παλαιστίνης. In nummo Caracallæ apud Franc. Gotifredum circum templum in monte. ΑΥΡ. ΦΛ. ΝΕΑΣ. ΠΟΛΕΩΣ. CΑΜ. Eſt autem mons Garizim, de quo videndus Procopius lib. I. de Ædif. Juſtin. Item in Veſpaſiani nummo apud eundem circum templum: ΕΠΙ ΜΙΡΦ. ΝΕΑCΠΟ.... ΑΥΤ. & à latere: ΗΡΑC. In Domitiani vero, apud Illuſtrem Eq. Caſſianum Puteum, Coronæ inſcriptum legitur: ΦΛΑΟΥ. ΝΕΑΠΟΛ. ΣΑΜΑΡΕΙΑC. Alios vide apud Goltzium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ΝΕ'ΔΩΝ, πόλις καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς. τὸ τοπικὸν, Νεδούσιος καὶ Νεδουσία ἡ Ἀθηνᾶ. κλίνεται δὲ Νέδοντος] Suidæ Νέδων, ποταμὸς καὶ τόπος dicitur: & ſic quoque legendum hoc loco ex Strabone evincitur, apud quem lib. VIII. pag. 360. Παρὰ δὲ Φηρὰς Νέδων ἐκβάλλει, ῥέων διὰ τῆς Λακωνικῆς, ἕτερος ὢν τῆς Νέδας· ἔχει δὲ ἱερὸν ἐπίσημον Ἀθηνᾶς Νεδουσίας· καὶ ἐν Ποιηέσσῃ δὲ ἐστιν Ἀθηνᾶς Νεδουσίας ἱερὸν, ἐπώνυμον τόπου τινὸς Νέδοντος. *Apud Pheras Nedon fluvius in mare exit, lapſus per Laconicam, diverſus à Neda: habet autem nobile templum Neduſiæ Minervæ: ſed & Pœeeſſa habet Minervæ Neduſiæ Templum, nomen habens à Nedonte loco quodam.* Tzetzæ ad Lycophronem pag. 67. mons dicitur Eubœæ.

ΝΕΓΛΟΣ, πόλις Αἰγύπτου. Ἐκαλεῖτο περιηγήσει αὐτῆς· καὶ ἱερὸν Νείλου ποταμοῦ] Ptolemæo lib. IV. Geogr. cap. 5. dicitur Νειλούπολις. Euſebio lib. VI. Hiſtor. Eccleſ. ἡ τοῦ Νείλου καλουμένη πόλις. ubi Rufinus recte *Nilopolis* vertit. & ſic in nummo Hadriani, quem Gaza Medicea ſervat, circum caput Iſidis: ΝΕΙΛΟΥ. ΛΙΑ. Stephanus aut Epitomator non obſervavit nomina hæc in obliquo non in recto formari.

— Τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως Νειλοπολίτης] Apud Goltzium in nummo legitur: ΝΕΙΛΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

— Εἰ δὲ ἡ πόλις μόνη κέκληται, ὀφείλει ἔπεσθαι τῷ κτητικῷ τοῦ ποταμοῦ Νειλαῖος, ὡς Ἀπολλώνιός φησιν] Alia poſſeſſiva à *Nilo* ducta Tzetzes habet Chiliad. X. c. 300. Νειλῷος, Νειλώϊος & Νείλιος. In iſto autem carmine per Νειλώους ῥύακας, *Niliaca fluenta*, intelligit Tzetzes S. Nili Epiſtolas, ut apparet ex præfixo in MSS. epigrammate. Apud Heſychium v. Τυφλῖνος legitur Νειλῷειος. Invenitur & Νειλώτης & Νειλῶτις in fœminino: ut in Oraculo apud Euſebium lib. IX. de Præpar. Euang. pag. 242.

Οἱ τὸ καλὸν πίνοντες ὕδωρ Νειλώτιδος αἴης.

— Ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν * οὐ ι, ἢ τὴν γυναικὴν ποιεῖ τοῦ πρωτοτύπου, ἢ τὴν εὐθεῖαν] Supple cum Salmaſio: Ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν παραληγόμενα οὐ ι, &c.

— Σάβιος] Scribe, Σάκιος. Vide infra h. v. Error natus ex eo, quod β & κ eodem fere modo in MSS. pinguntur.

ΝΕ'ΜΑΥΣΟΣ, πόλις Γαλλίας, ἀπὸ Νεμαύσου Ἡρακλείδου, ὡς Παρθένιος] Apud Suidam h. v. Νέμαυσος, πόλις Ἰταλικὴ, ἀπὸ Νεμαύσου Ἡρακλείδου. mendoſe videtur ſcriptum Ἰταλικὴ pro Κελτικὴ. Neque enim exiſtimo ideo *Italicam* dixiſſe, quoniam colonia erat Romanorum: nam Stephani verba eum transſcribere ſatis evidenter apparet. Sic autem legitur in Aldina Editione: nam in illa, quam Æmilius Portus dedit, plane ut apud Stephanum ſcribitur.

ΝΕ'ΜΕΑ, Χώρα τῆς Ἤλιδος· ἐν ταύτῃ Δρύοπες ᾤκουν] In Argumento tertio Nemeorum Pindari pag. 330. Ἔστι δὲ ἡ Νεμέα τῶν Ἀργείων τῆς χώρας μοῖρα. ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Σελήνης καὶ Διός. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ὑπὸ Ἄργον νεμομένων ἐν τῷ χωρίῳ. αἳ ἦσαν Ἥρας ἱεραί. οἱ δὲ, ἀπὸ τῶν Δαναοῦ παίδων. οἱ κατενείμαντο καὶ ἐκληρούχησαν τὸ χωρίον.

— Καὶ Νεμέα λέγεται καὶ Νεμεήτης Ζεὺς καὶ Νεμεῆται] Huc pertinet etiam fœmininum Νεμεάς. Unde Νεμεάδα χαράδραν apud Æſchinem in Orat. περὶ τῆς παραπρεσβείας. ubi tamen Harpocration legiſſe videtur Νεμέαν χαράδραν. ſed apud Pindarum Nem. Od. III: ἐν ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι.

— Οἱ πολῖται τῆς Λοκρίδος πόλεως, Νέμειοι] Ex his verbis ſatis apparet præcedentia mutila eſſe. Cæterum in libello, qui Heſiodi & Homeri Agon inſcribitur, in Οἰνόῃ, *Locridis* oppido, dicitur locus eſſe, qui Διὸς Νεμείου ἱερὸν vocatur, ubi Heſiodus interfectus eſt: Ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀκούσας τοῦ χρησμοῦ τῆς Πελοποννήσου μὲν ἀνεχώρει, νομίσας τὴν ἐκεῖ Νεμέαν τὸν Θεὸν λέγειν· εἰς δὲ Οἰνόην τῆς Λοκρίδος ἐλθὼν καταλύει παρὰ Ἀμφιφάνει καὶ Γανύκτορι, τοῖς Φηγέως παισὶν, ἀγνοήσας τὸ μαντεῖον. ὁ δὲ τόπος οὗτος ἐκαλεῖτο Διὸς Νεμείου ἱερόν. Meminit hujus loci etiam & illius occaſione quoque necis Heſiodi Thucycides lib. III. & Plutarchus in Convivio ſeptem Sapientum, pag. 162. ubi Λοκρικὸν Νέμειον dicitur.

ΝΕΟΚΑΙCΑ'ΡΕΙΑ,Ποντικὴ πόλις] Metropolis fuit Ponti Polemoniaci. In Gaza Medicea nummus aſſervatur Severi, in quo circum templum legitur: ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΟΚΑΙ. ΜΗΤΡΟ. & ſubtus: ΕΤ. ΡΑΡ. Quibus literis fortaſſis annus à condita vel denominata urbe, & quidem CXLII, ſcilicet poſt conſecrationem Auguſti, cujus hoc templum, denotatur.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νεοκαισαρεύς] Scribe, Νεοκαισαρεύς. Sic enim ſupra v. Καισάρεια gentile formatur: & apud Suidam ſimiliter Νεοκαισαρεῖς vocantur.

— Ὡς Φλέγων πεντεκαιδεκάτῳ Ὀλυμπιάδος] Salmaſius legit: πεντεκαιδεκάτῃ Ὀλυμπιάδι.

ΝΕ'ΟΝ ΤΕΙ͂ΧΟΣ, τῆς Αἰολίδος, ὡς Χωλὸν τεῖχος] Meminit hujus urbis Herodotus lib. I. cap. 149. Fuit etiam Thraciæ oppidum hoc nomine, cujus meminit Xenophon lib. VII. de Exped. Cyri pag. 411. ὡς ἐπειδὰν ἐπὶ θάλατταν ἀπέλθοι, παραδώσει αὐτῷ Βισάνθην, καὶ Γάνον καὶ Νέον Τεῖχος. *Poſteaquam ad mare perveniſſet Biſanthem, Ganum, Caſtellum Novum ei traditurum.*

— Τὸ ἐθνικὸν Νεοτειχίτης, ὡς Χωλοτειχίτης, ὡς Ἡρόδοτος ἐν Ὁμήρου βίῳ] Apud Herodotum de Vita Homeri cap. 10. nominantur Νεοτειχεῖς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

τειχεῖς à ſingulari Νεοτειχεὺς, non Νεοτειχίτης. Unde apparet hunc locum mutilum eſſe & ſupplendum, καὶ Νεοτειχεὺς, ὡς Ἡρόδοτος, &c.

ΝΕΣΠΕΤΟΣ, πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας] Reſcribe ocyus, Νέπετος. uti apparet ex Suida, qui Stephanum fere verbotenus transſcripſit. Cluverius & Salmaſius concedunt quidem à Dionyſio urbem ſic appellatam, vitium tamen commiſſum ab ipſo Stephano promanaſſe exiſtimant ob literarum ordinem. Qua in re humanitus aliquid paſſi ſunt: nam literarum ordo tam Νέπετος, quam Νέσπετος patitur. Straboni lib. v. pag. 226. Νέπιτα dicitur, Ptolemæo Νέπετα, Latinis *Nepet* uti docet Sigonius ad Livium lib. vi. cap. 9. Sed apud Livium in Codicibus Manuſcriptis legitur *Nepete* & ſemel *Nepe*. Apud Vellejum Paterculum lib. i. cap. 14. pariter *Nepe* ſcribitur. Priſcianus lib. vi. pag. 687, *Git*, μελάνθιον, *& Nepet, nomen oppidi Italici, indeclinabilia ſunt*. A *Nepet* autem vel *Nepete* formatum Stephani Νέπετος, ut à Præneſte Πραίνεστος. Apud Frontinum in libro de Coloniis occurrit Colonia *Nepenſis* & *Nepis*: ubi Onuphrius, in Collectaneis Coloniarum, putat reponendum *Nepet*. Sed nihil temere mutandum: di verſimode enim urbis hujus nomen jam olim ſcriptum eſſe certum eſt.

— Τὸ ἐθνικὸν Νεσπεσῖνος] Scribe, Νεπεσῖνος. & ſic apud Livium lib. vi. cap. 10. *Nepeſini*.

— Ἡ τροπὴ τοῦ ε εἰς σ, ἰδιάζουσα καὶ σεσημείωται] Sic à Μίλητος, Μιλήσιος.

ΝΕΣΣΩΝ, πόλις Θεσσαλίας· Διονύσιος τετάρτῳ γιγαντιάδος] Hinc Νεσσωνὶς λίμνη apud Suidam hac voce. Apud Strabonem lib. ix. aliquoties ſcribitur Νεσωνὶς per σ ſimplex, ſed in MSS. ubique Νεσσωνίς. Tamen Pindari Scholiaſtæ Pyth. Od. iii. pag. 219. quoque Νεσωνίς. Verba ipſius: Ἡ δὲ Βοιβιάς, καὶ Κορωνὶς ἡ κατ' ἐνίους Νεσωνὶς ἐλέγετο. Strabo autem libro ix. pag. 430. Bœbeidem paludem à *Neſſonide* diverſam facit. & pag. 441. dicit *Neſſonidis* paludis mentionem ab Homero non fieri, cum *Bœbiadis* fiat, quoniam hæc perpetuo maneret, illa contra modo impleretur modo iterum exareſceret.

ΝΕΥΡΟΙ, ἔθνος τῆς Σαρματίας. Διονύσιος ἐν Περιηγήσει· καὶ Νευρὶς, ἡ χώρα] Herodotus lib. iv. cap. 17. ponit hanc gentem juxta Hypanin ad occidentale Boryſthenis latus. Poſtea eodem libro cap. 51. Tyren fluvium ſeparare dicit Scythicam καὶ Νευρίδα γῆν.

ΝΕΦΕΛΟΚΟΚΚΥΓΙΑ, πόλις κωμικῶς ἐπινοηθεῖσα παρὰ Ἀριστοφάνει καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς λεγομένη] Suidas v. Εἰ τὸ μέσον κτίζοιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. ait conditam eſſe hanc civitatem, μεταξὺ οὐρανοῦ καὶ γῆς, *medio inter cœlum terramque ſpatio*. Una città in aria.

ΝΕΦΘΑΛΙΤΑΙ, ἔθνος κρατῆσαν τῆς Ἕω, ὡς Ἰώσηππος] Hujus gentis nomen corrupte legitur in Excerptis de Legationibus Menandri Protectoris pag. 106. ubi pro Ἐφθαλιτῶν ſcribendum Νεφθαλιτῶν, retracto Ν à præcedente voce.

ΝΕΩΝ, πόλις Φωκίδος. Ἡρόδοτος ὀγδόῃ] Harpocrationi Νεών dicitur his verbis: Νεών, Δημοσθένης κατ' Αἰσχίνου· πόλις ἐστὶ ἐν τῇ Φωκίδι, ἣν Ἡρόδοτος μὲν ἐν ὀγδόῃ, Νεῶνα ὀνομάζει. Ἀνδροτίων δ' ἐν ἕκτῃ Ἀτθίδος Νεῶνας. Herodoti locus extat lib. viii. cap. 33.

ΝΗΪΟΝ, ὄρος Ἰθάκης, ἀφ' οὗ, κατὰ Κράτητα, αἱ Νηϊάδες. Οἱ δὲ τὰς διαλελυμένας ἐπὶ τὰ νάματα] Poſteriorem ſententiam ſequitur Porphyrius, de antro Nympharum pag. 256. Διὸ καὶ ἱερὸν νυμφῶν, οὐκ Ὀρεστιάδων, οὐδὲ ἀκρείων, ἤ τινῶν τοιούτων, ἀλλὰ Ναιάδων. αἳ ἀπὸ τῶν ναμάτων οὕτω κέκληνται. *Eamque ob cauſſam non montanis nec jugicolis, aliiſve hujuſmodi, ſed Naiadibus ſacrum eſt, quæ à fontibus* (νάματα Græci vocant) *ſic appellantur*.

— Τὸ δὲ Ὑπερνήιον σύνθετον, ὥσπερ τὸ ἐπικνημίδιον] Scribe, Ὑπονήιον. Sic enim Suidas: Νήϊα, τὰ ναυπηγήσιμα ξύλα. καὶ Νήιον ὄρος Ἰθάκης· τὸ καὶ Ὑπονήιον. Salmaſius etiam notavit hanc correctionem. Apud Homerum Odyſſ. Α. v. 186. in pluribus exemplaribus legitur,

Ἐν λιμένι Ῥείθρῳ ὑπὸ Νηΐῳ ὑλήεντι.

In portu Retbro ſub Neio ſylvoſo.

Sed in nonnullis una voce exprimitur Ὑπονηΐῳ· uti & Odyſſ. Γ. v. 81.

Ἡμεῖς ἐξ Ἰθάκης Ὑπονηΐου εἰλήλουθμεν.

Nos ex Ithaca Hyponeio venimus.

Ubi Scholiaſtes: τῆς ὑπὸ τὸ Νήιον ὄρος κειμένης. quibus verbis oſtendit ideo ſic appellatam, quoniam *Neius* mons in *Ithaca* eminebat. Strabo lib. x. pag. 454. dubitat, utrum *Neius* & *Neritus*, qui in eadem inſula ab Homero ponitur, idem ſint. Apud Homerum enim Odyſſ. Ι. v. 22.

Ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον· ἐν δ' ὄρος αὐτῇ
Νήριτον εἰνοσίφυλλον, ἀριπρεπές.

Habito autem Ithacam clariſſimam: in ipſa vero mons eſt
Neritus arboribus abundans, valde celebris.

Sed Crates & Philoxenus apud Homerum Νήιον legerunt Euſtathio teſte ad dictum locum pag. 1613. Τὸ δὲ Νήριτον περὶ οὗ καὶ προγέγραπται, Κράτης τε ἐν τῷ περὶ λιμένων Νήιον γράφει. καὶ Φιλόξενος δὲ ὁμοίως. ὃς καὶ τὴν Ἰθάκην Ὑπονήιον ἐντεῦθεν εἰρῆσθαί φησιν.

ΝΗΚΟΥΓΙΑ, πόλις Ὀμβρικῶν· Διονύσιος ἑπτακαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ἐθνικὸν, Νηκυϊάτης] Philippus Cluverius lib. 11. Ital. Antiq. cap. 7. exiſtimat ſcripſiſſe, ſi non Stephanum, ſaltem ipſum Dionyſium Νηκυϊνάτῃ, pro civibus, quorum oppidum erat Νηκυῖνον, *Nequinum*, ſive Νηκυΐνα, *Nequina*. *Nequinum* autem Romanis appellatum primo ex Livio & Plinio patet; poſtea *Narnia* dici cœpit.

ΝΗ'ΡΙΚΟΣ, *πόλις Ἀκαρνανίας*] Salmaſius in Exercitationibus Plinianis pag. 715. docet quomodo Plinius lib. IV. cap. 1. oppidum hoc perperam *Neritum* vocet, quod nomen montis eſſe in *Ithaca* paullo ante audivimus. Scilicet alios eundem errorem errantes Plinius ſequutus eſt, cujus admonuerat idem Strabo lib. x. pag. 454. Οἱ μὲν τοι ἀντὶ Νηρίτου γράφων Νήρικον, ἢ ἀνάπαλιν, παραπαίει τελέως. *Qui vero pro Nerito Nericum aut contra ſcribit, is omnino errat.*

— Ἣν Ὅμηρος ἀκτὴν φησιν Ἠπείροιο, ἥτις ἐστὶν Ἀκαρνανία] Odyſſ. Ω. v. 376.

Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Ἀκτὴν Ἠπείροιο, Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων.
Qualis Nericum cepi bene ædificatam urbem,
Littus Epiri, Cephallenſibus imperans.

Ad quem locum videndus Euſtathii commentarius, pag. 1964. & ejuſdem ad Dionyſium pag. 70. Quod autem noſter *littus* iſtud *Epiri* facit *Acarnaniam*, à Strabone hauſit, lib. x. pag. 451. & ſeq.

— Λύπερκος δὲ ταύτην Νήριτός φησιν] Hanc ſententiam damnat Strabo, uti modo diximus.

— Ἠ Νήριτος, ὡς τὸ ὄρος] MSS. Νήριτον. quomodo reſcribendum: ita enim mons Ithacæ inſulæ à quibuſdam dictus eſt. Vide Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 307. Videtur autem Stephanus dixiſſe in ſuperioribus *Neritum* Ithacæ eſſe montem, & iſta verba ab Epitomatore relicta. Adde Tzetzen ad Lycophronem pag. 123. & 126.

ΝΗΣΑΙ'ΟΝ, πεδίον· ἀφ' οὗ παρὰ Μήδοις οἱ Νησαῖοι ἵπποι] Apud Strabonem lib. XI. pag. 525. & 530. ſcribitur Νισαῖοι, & ſic pariter apud Euſtathium alioſque. Rurſus apud Dionem, Euſtathium, alios Νησαῖοι. Vide de hac διττογραφίᾳ & de his ipſis equis Henricum Valeſium ad Ammianum Marcellinum, pag. 269.

ΝΗ'ΣΟΣ, ἡ ἐν θαλάσσῃ πόλις] Poëtas notat Pollux, *inſulas* appellare *urbes* lib. IX. cap. 9. in fine: Τοῖς γὰρ ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις, οὐ περιττὸν ἐστι κλέον. ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἰξίωνι, Εὔβοια Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις. καὶ πάλιν ἐν Τημενίδαις, Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις.

ΝΙΣΩ'ΠΗ, νῆσος Λέσβου, ἡ τὴν Σίγελιν λιμένα ποιοῦσα. Τὸ ἐθνικὸν Νισωπαῖος] MSS. habent Νησώπη. optime. Deinde pro Σίγελιν videtur reſcribendum Σίγειον, uti ſcribitur infra v. Σίγειον. Cæterum poſt hanc vocem in MSS. legitur: Ἀρχὴ τοῦ λδ' βιβλίου.]

ΝΙ'ΒΙΣ, πόλις Αἰγύπτου· Φλέγων ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ Ὀλυμπιάδος] Scribe, ἑκατοστῇ τεσσαρακοστῇ Ὀλυμπιάδι, vel Ὀλυμπιάδων. ut vv. Λῆνος & Ταρρακίνη.

ΝΙ'ΓΡΗΤΕΣ, ἔθνος Λιβύης, ἀπὸ ποταμοῦ Νίγρητος] Aliis Νιγρῖται appellantur hi populi & Plinio *Nigritæ*: fluvius Latinis *Niger*, Ptolemæo Νίγειρ, aliis Νίγρης, Νίγρητος.

— Διονύσιος· καὶ ἀγχίμαχοι Νίγρητες] Apud Dionyſium v. 215. in noſtris exemplaribus legitur: καὶ ἀγχίγνοι Νίγρητες.

ΝΙ'ΚΑΙΑ, πόλις Βιθυνίας, Βοττιαίων ἄποικος] Memnon apud Photium cap. XLIII. pag. 737. refert urbem hanc nomen habebere à Naide nympha, cui nomen *Nicæa*, Sangarii & Cybelæ filia, è qua Bacchus Satyrum alioſque liberos genuit. Quod illuſtrat Neronis nummum apud Franc. Gotifredum à me viſum, in cujus altera area circa aram legitur: ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ. ſubtus: ΝΙΚΑΙΑ.

— Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀγκώρη] Ἑλικόρη legitur in antiquo Scholio Notitiæ Epiſcopatuum Leonis Imperatoris inſerto, Tom. 1. Juris Græco-Romani pag. 92. quod ex Stephano adhuc integro concinnatum videtur.

— Εἶτα Ἀντιγόνεια· Ὕστερον δὲ ἀπὸ τῆς Λυσιμάχου Γυναικὸς Νίκαια ἐκλήθη] MSS. μετεκλήθη. Euſtathius ad Iliad. B. pag. 365. Νίκαια, κτίσμα πάλαι μὲν Ἀντιγόνου, ὅθεν καὶ Ἀντιγόνεια ἐκλήθη. Εἶτα Λυσιμάχου, ὃς ἀπὸ τῆς γυναικὸς μετωνόμασε, Νίκαιαν.

— Δευτέρα τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν] Situs hujus urbis clare patet, ex Strabone lib. IX. pag. 426. Μετὰ δὲ ταῦτα, Σκάρφη σταδίοις ὑπερκειμένη τῆς θαλάσσης, δέκα, διέχουσα δὲ τοῦ Θρονίου τριάκοντα· ἔπειτα Νίκαια καὶ αἱ Θερμοπύλαι. *Sequitur Scarphe à mari decem, à Thronio triginta ſtadiis diſſita: deinde Nicæa & Thermopylæ.* Unde apparet Stephanum errare, quando poſtea adhuc aliam commemorat ad *Thermopylas*. Erravit hunc errorem etiam Suidas, &, quod pejus eſt, hanc *Locridis* cum illa etiam *Bithyniæ* confudit.

— Τετάρτη, ἐν Ἰνδοῖς] Ad *Hydaſpem* ab Alexandro condita Arriano teſte lib. v. pag. 114. Fuit & alia apud *Paropamiſadas*, eodem referente lib. IV. pag. 93.

— Ἑβδόμη, Κελτικῆς, Μασσαλιωτῶν ἄποικος] Coloniam eo deduxiſſe Auguſtum Pyrrhus Ligorius putat.

— Ὁ πολίτης, Νικαιεὺς καὶ Νικαεὺς διχῶς] Miror tertium & uſitatiſſimum Latinis ἐθνικὸν omitti, quod eſt Νικαηνός· unde Epiphanius Νικαηνὰ σκεύη χαλκᾶ. Latini pro *Nicaënum* male *Nicænum*, quaſi Νικαινὸς eſſet Græ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Græce, quod nullam ἀναλογίαν habet. Reliqua autem duo in nummis occurrunt uti & alia; quorum inſcriptiones indigeſte ſubjicio. In nummo magno Antonini Pii inter Theſauros Mediceos circum Hygeam & Æſculapium, ΥΓΕΙΑ ΚΑΙ ΑCΚΛΗΠΙΩ. ſubtus, ΝΙΚΑΙΕΙC. In nummo vero Commodi ibidem circum caput Herois Leonina opertum, ΘΗΣΕΑ ΝΙΚΕΙC. perſpicuis plane literis: quæ eadem plane inſcriptio viſitur etiam in alio Commodi apud Franc. Gotifredum circum Herculem cum clava. In nummo Commodi apud Triſtanum, Tom. I. pag. 744. ſupra Bacchum quadriga elephantorum invectum, ΤΟΝ ΚΤΙCΤΗΝ. infra, ΝΙΚΑΙΕΙC. ubi vide Triſtanum ex Memnone ante laudato nummum hunc recte interpretantem: eodemque pertinet Neronis nummus ante adductus, in quo circa aram, ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΚΤΙCΤΟΥ. ſubtus, ΝΙΚΑΙΑ. Alludit & eodem alius in Mediceis Gazis, in quo Satyrus vel Faunus conſpicitur caprum proculcans, cum inſcriptione, ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Apud Pyrrhum Ligorium reperiuntur octo cum hac epigraphe, ΝΙΚΑΙΕΩΝ. & diverſos tales habent Franc. Gotifredus & P. Mareſchallus. In tribus aliis legitur. ΝΙΚΑΙΑΤΩΝ. In duobus, ΝΙΚΑΙΩΝ. In Domitiani nummo apud Franc. Gotifredum circum caduceum, ΝΕΙΚΑΙΕΙC ΠΡΟΤΟΙ ΤΗC ΕΠΑΡΧ. De controverſia Primatus inter *Nicæam* & Nicomediam videndus Triſtanus, Tom. I. pag. 592. & infra v. Νικομήδεια. In nummo Antonini Pii circum Cybelam turritam leoni inſidentem apud eundem Gotifredum, ΝΕΙΚΑΙΕΩΝ. Item in alio ejuſdem Antonini, in cujus averſo latere M. Aurelius Cæſar haſtatus in equo conſpicitur, epigraphe hæc: ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ ΝΕΙΚΑΙΕΙC. In alio Fauſtinæ, in quo Hercules cum Cupidine leoni inſidet, ΝΙΚΑΙΕΩΝ. In alio M. Aurelii circum figuram militis haſtati, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΝΙΚΑΙΕΙC. In alio circum Hygeam & Æſculapium, ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Rurſus in Juliæ Domnæ nummo circum figuram muliebrem ſedentem cui Victoria retro ſtans coronam imponit, ΝΙΚΑΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ. In alio Gordiani rariſſimo circum equitem equo inſidentem crura anteriora humana habenti, quibus Æſculapii virgam ſerpente obvolutam ſuſtinet, ΙΠΠΟΝ ΒΡΟΤΟΠΟΔΑ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. In alio Commodi circum vas agonale, ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΙΕΡΟCΑΓΩΝ. Tandem in Anniæ Fauſtinæ, ΤΥΧΗ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. circum fortunam ſtantem.

— Ἐξ αὐτοῦ, Ἀρηγόνος] Scribe, Ἰσίγονος qui Plinio *Iſigonus Nicæenſis*, cujus libri, de Incredibilibus, paſſim citantur.

— Καὶ Ἀσκληπιάδης] Hic *Aſclepiades* Diotimi filius, teſte Suida patria fuit Myrleanus, genere *Nicæenſis*. Vixit, eodem auctore, ſub Attalo & Eumene Pergami Regibus & Romæ docuit Pompeji Magni temporibus. Sed cum hæc duo ſint ἀσύστατα, exiſtimat Voſſius duos fuiſſe *Aſclepiades* Myrleanos. Quod omnino dicendum, ſi Suidas verum tradidit.

— Καὶ Παρθένιος] Hic pariter, Suida teſte, Νικαεὺς ἢ Μυρλεανός. *Nicæenſis aut Myrleanus*. Poëta Tiberio Cæſari quondam in deliciis.

ΝΙΚΑΣΊΑ, νησίδιον μικρὸν πλησίον Νάξου. Τὸ ἐθνικὸν Νικάσιος] ΝΙΚΑCΙΩΝ meminit nummus apud R. P. Sirmondum.

ΝΙΚΑΤΟΡΊC, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Εὐρώπῃ] Puto legendum, πρὸς τῇ Εὐρώπῳ. quæ erat ad Euphratem.

— Κτίσμα Σελεύκου τοῦ Νικάτορος] Pyrrhus Ligorius nummum adfert ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩC. in cujus averſa parte Apollinis figura viſitur cum inſcriptione, ΝΙΚΑΤΟΡΕΙΤΩΝ.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νικατορείτης] Occurrit apud Goltzium in Veſpaſiani nummo, ΝΙΚΑΤΟΡΙΤΩΝ.

ΝΙΚΗΦΟΡΙΟΝ, οὕτως ἡ Κωνσταντίνα ἡ περὶ Ἔδεσσαν πόλις] Suidas: Νικηφόριον· οὕτω φασὶν ἐκαλεῖτο ἡ περὶ Ἔδεσσαν Κωνσταντεια. Occurrit etiam *Nicephorium* apud Diodorum in Excerpt. lib. XXV. apud Conſtantinum pag. 294. ſed templum erat ſub ipſis Pergami mœniis ſitum, ut apparet ex iiſdem Excerptis, dicto loco & pag. 337. Polybius dicit lucum in Excerpt. lib. XVI. pag. 66. & pag. 169.

ΝΙΚΙΟΥ ΚΩΜΗ, Αἰγύπτου] Dubito an Κώμη ad loci nomen pertineat, an ſimpliciter locus Νικίου vocatus fuerit, quemadmodum infra Χαιρέου. ubi hujus vocis gentile pro exemplo adducitur. & ſupra Ἀέγου. Atque ita abſolute Νικίου in Hieroclis Notitia ſcribitur, & apud Ptolemæum lib. IV. Geogr. cap. 5. Προσωπίτης νομὸς καὶ μητρόπολις Νικίου. quæ noſtram conjecturam plane confirmant.

— Ὁ οἰκήτωρ, Νικιώτης] In Jure Græco-Romano pag. 190. occurrit Pluſammon Νικιωτῶν epiſcopus.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ, πόλις Βιθυνίας] De controverſia primatus inter *Nicomediam* & Nicæam intelligendus nummus Antonini Pii apud Triſtanum T. I. pag. 592. in quo circum ſerpentem aræ inſiſtentem legitur: ΜΗΤΡΟΠ. ΠΡΩΤΗC ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑC. *Nicomediæ* enim tunc primatus

videtur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

videtur fuiſſe reſtitutus. Item alius ejuſdem Antonini apud Illuſtr. Eq. Caſſ. Puteanum, in quo circum Iſidem expanſo velo quaſi navigantem: ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. quomodo pariter legitur in alio ejuſdem Principis circum triremem cum velis, inter Gazas Mediceas ſervato.

— Ἀπὸ Νικομήδους τοῦ Ζήλα παιδὸς, ἐπισημοτάτου βασιλέως] *Nicomedes* Magnus, *Nicomediæ* conditor filius fuit Zipœtæ, pater *Zelæ*. Vide noſtrum ſupra v. Ζῆλα. Tzetzes Chiliad. III. v. 950.

Ὁ τοῦ Ζειποίτου μὲν υἱὸς ἐκεῖνος Νικομήδης,
Ὁ κτίσας Νικομήδειαν, πατὴρ ὁ τοῦ Προυσίου.
Zipœtæ filius iſte Nicomedes,
Qui condidit Nicomediam, pater Pruſiæ.

— Ἡ καὶ Ὀλβία ἐκλήθη] Supra ad v. Ἄστακος diximus *Nicomediam* prius *Aſtacum* fuiſſe dictam, aut Ἀστάκειαν, uti ait Chronici Alexandrini auctor, pag. 406. Quomodo autem *Olbia* etiam potuerit appellari pariter ſupra traditur. Aſtacus enim, urbis conditor, Neptuni & *Olbiæ* nymphæ filius ibi dicitur.

ΝΙΚΟ'ΠΟΛΙΣ, πόλις Ἠπείρου, ὡς Μαρκιανός] De *Nicopoli* à Cæſare Auguſto condita elegans extat Epigramma ἀνέκδοτον Antipatri ſequens:

Λευκάδος ἀντί με Καῖσαρ, ἰδ' Ἀμβρακίης ἐριβώλου,
Θυρρείου τε πέλειν, ἀντί τ' Ἀνακτορίου·
Ἄργεος Ἀμφιλόχου τε, καὶ ὁππόσα ῥαίσατο κύκλῳ·
Ἄστε ἐπιθρώσκων δουρομανὴς πόλεμος,
Εἵσατο Νικόπολιν θείην πόλιν· ἀντὶ δὲ Νίκης
Φοῖβος ἄναξ ταύτην δείκνυται Ἀκτιάδος.

Ad hanc urbem pertinere videtur Auguſti nummus apud Franc. Gotifredum in cujus una area corona roſtrata circa palmam continet: ΙΕΡΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ. in altera circum Auguſti caput legitur, ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ. Item Caracallæ, in quo caput turritum cum alis tribus montibus ſuffultum cum his verbis: ΙΕΡΑ ΝΕΙΚΟΠΟΛΙΣ. apud eundem. Getæ etiam, in quo circum Annonam ſive Abundantiam: ΙΕΡΑΣ ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. Et ne turbet ſcripturæ diverſitas in his duobus nummis, Goltzius quoque aliquos adducit, in quibus conſtante errore ſcribitur: ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. & ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

— Ἔστι καὶ Βιθυνίας] Condita à Pompeio eo loci, ubi Mithridatem vicerat. Videndus Dio lib. XXXVI. pag. 25. & Hiſtoria Miſcella lib. VI. pag. 167.

— Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας] Ex Baſilii Magni Epiſt. 292. apparet *Nicopolim Minoris Armeniæ* olim fuiſſe metropolim. quamvis Sebaſtia in Hieroclis aliorumque Notitiis primo loco ponatur. Meminit hujus urbis Procopius lib. III. de Ædif. Juſtiniani. Verum præter has ab auctore commemoratas fuit & *Nicopolis* ad Iſtrum in inferiore Mœſia: ad quam nummus pertinet Gordiani Imperatoris à Franc. Gotifredo poſſeſſus, in quo circum caſtellum: ΥΠ. ΣΑΙΝΟΛΕΣΤΟΥ ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΠΚΟΣ ΙΣΤΡΟΝ. Item Macrini apud eundem, in quo, ΥΠ ΑΓΡΙΠΑ ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΠΡΟΣ ΙΣ. circum figuram Abundantiæ cum Copiæ cornu. Et alius ejuſdem Imperatoris in Inſtrumento Mediceo in quo circum nudam figuram haſtæ vel conto innitentem: ΥΠ ΑΓΡΙΠΠΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟΣ ΙΣΤΡΩ. Item alius Caracallæ plane inſignis apud Franc. Gotifredum, in quo circum figuram muliebrem una manu ſtateram bilancem, altera cornu Copiæ tenentem, legitur: ΟΥΑΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ ΠΡΟΣ ΜΕΣΤΣ. Ex quo apparet vetuſtos codices Plinii & Solini, in quibus fluvius hic appellatur *Meſtus* non vitioſos, ut putat Salmaſius ad Solinum pag. 158. ſed ſinceros eſſe. In Peutingerorum Tabula hæc *Nicopolis* dicitur *Nicopoliſtro*. Meminit hujus urbis & Jornandes de Reb. Get. cap. XVIII. *Cniva Nicopolim accedit, quæ juxta Iatrum fluvium eſt conſtituta notiſſima; quoniam devictis Sarmatis Trajanus eam fabricavit & appellavit Victoriæ civitatem.* In quo loco pro *Iatrum* omnino reponendum eſt *Iſtrum*. Rurſus aliam *Nicopolim* Ptolemæus recenſet ad montem Æmum ſitam, cujus mentio in Antonini Caracallæ nummo, in quo effigies Dianæ turritæ monti Æmo inſidens, cornu Copiæ manu tenens, poſt collum habens lunulam, ad pedes arietis figuram; inſcriptio vero ſequens ex fide Pyrrhi Ligorii: ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΑΙΜΩΝΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Apud Franc. Gotifredum vidi nummum Juliæ Domnæ, in quo circum figuram rupi inſidentem, quaſi in habitu paſtoris aut venatoris cum urſo, ut videtur, aut apro, ſcriptum extat: ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΑΝ ΕΠΙ ΣΤΡΑ... ΤΕΡΤΥΛΛΟΥ. & in medio nummo ΑΙΜΟΣ.

ΝΙΚΩΝΙ'Α, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου· Στραβῶν ἑβδόμῃ] Ex Strabone lib. VII. pag. 306. ſcribendum τοῦ Τύρα. Urbs autem Νικώνειον Scylaci, Νινώνιον Ptolemæo dicitur.

— Ὡς Ῥιθυμίατης] Lege Ῥιθυμνιάτης. Vide infra h. v. & ſupra v. Βοβώνεια.

ΝΙΝΟ'Η, ἡ ἐν Καρίᾳ Ἀφροδισιάς.

— Εἶτα ἐκλήθη Μεγαλόπολις] MSS. εἶτα δὲ Μεγάλη πόλις. atque ita vocatur ſupra h. v.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Ὅθεν Πυλάτιδος ἀγοραί] Sophocles in Trachiniis, pag. 353. ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες καλέονται. *Thermopylas* intelligit, ubi Amphictyonum conventus habebantur. Vide & Heſychium vv. Πυλάτιδες ἀγοραὶ & Πυλαγόραι.

ΝΙ΄ΝΟϹ, πόλις Ἀσσυρίων, ἣν ἔκτισε Νῖνος Σεμιράμιδος ἀνὴρ ἐν τῇ Ἀτουρίᾳ] Dio *Aſſyriam* à barbaris dicit *Atyriam* appellatam lib. LXVIII. pag. 783. Καί που καὶ Ἀτυρία διὰ τοῦτο βαρβαρισὶ τοῦ Σίγμα ἐς τὸ Ταῦ μεταπεσόντων ἐκλήθη. *Quæ etiam more barbarorum Atyria dicta eſt, duobus Σ Σ in T tranſmutatis.*

— Οἱ πολῖται Νίνιοι] Reſtituendum hoc gentile Philoſtrato eſt in vita Apollonii cap. 3. ubi τῷ Νίνῳ perperam legitur pro τῷ Νινίῳ. & ὁ Νῖνος pro Νίνιος. Damis enim, cui hoc gentile tribuitur, ex urbe *Nino* oriundus erat.

ΝΙCΑΙ΄Α, ἐπίνειον Μεγαρίδος· καὶ αὕτη ἡ Μεγαρὶς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος] An non leni ſpiritu, καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρὶς? unde apud Theocritum Idyll. XII. Νισαῖοι Μεγαρῆες. ubi Scholiaſtes: ἐπίνειον γὰρ Μεγαρέων ἡ Νίσα· ἀφ' οὗ Νισαῖοι καλοῦνται οἱ Μεγαρεῖς· ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος. Apud Apollonium Rhodium lib. II. v. 749. perperam legitur Νεισαῖοι Μεγαρῆες, pro Νισαῖοι. & eodem lib. v. 849. Νεισαίοισι pro Νισαίοισι. Strabo lib. IX. pag. 392. Pandionem quatuor ait reliquiſſe filios Ægea, Lycum, Pallantem & *Niſum.* hos inter ſe diviſiſſe Atticam & *Niſum Megaridem* obtinuiſſe, *Niſæamque* condidiſſe. Idem habes apud Suidam v. Παρέλων.

— Ἑλλάνικος ἐν Ἱερειῶν πρώτῳ, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ Νισαίαν εἷλε, καὶ Νίσον τὸν Πανδίονος καὶ Μεγαρέατον τὸν Ὀγχήστιον] Locum hunc illuſtrat Plutarchus in Quæſt. Græcis pag. 295. Νίσος ἀφ' οὗ προσηγορεύθη Νισαία, βασιλεύων ἐκ Βοιωτίας ἔγημεν Ἀβρώτην Ὀγχήστου θυγατέρα, Μεγαρέως δὲ ἀδελφὴν γυναῖκα καὶ τὸ φρονεῖν (ὡς ἔοικε) περιττὴν καὶ σώφρονα διαφερόντως. *Niſus rex Megaridis, quæ ab eo Niſæa fuit cognominata è Bœotia uxorem duxit Abrotam, Oncheſti filiam, Megarei ſororem, mulierem inſigniter prudentem juxta atque pudicam.*

ΝΙ΄CΙΒΙϹ, πόλις ἐν τῇ Περαίᾳ τῇ πρὸς τῷ Τίγρητι ποταμῷ] Dio Caſſius lib. XXXV. pag. 3. *Niſibis* deſcribit ſitum & coloniam Romanam fuiſſe teſtatur: idque confirmat Alexandri Severi nummus apud Illuſtrem Equitem de Puteo, in quo circum caput turritum cum duabus ſtellis, quorum altera poſt verticem, altera ante os conſpicitur, extat .... ΚΟΛ. ΝΕCΙΒΗΝΩΝ. Ad hanc pariter urbem pertinere videtur Seleuci Nicatoris nummus à Triſtano prolatus, in Addendis ad T. II. in quo ab utraque parte Minervæ haſtatæ cum Victoriola legitur: ΒΑCΙΛΕΩC ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥC ΝΙΚΑΤΟΡΟC· & ſub dextra Minervæ: ΝΕΙCΙ. quod ad *Niſibenos* videtur referendum. Sed omnium clariſſime Philippi Imperatoris, quem Medicea Gaza ſervat, ad hanc urbem pertinet, in quo circum templum, cum neſcio quo Numine: ΙΟΥ. CΕΠ. ΚΟΛΩΝ. ΝΕCΙΒΙ. ΜΗΤ. Numen forte explicari poteſt ex nummo ſimili apud Franc. Gotifredum, in quo lagena anſata, cui Capricornus ſuper impoſitus, cernitur.

— Οὐράνιος δὲ διὰ τοῦ ε Νέσιβις] In Chronico Alexandrino pag. 674. Νήσιβις & Νησιβινοὶ aliquoties legitur: ſed corruptiſſime ille liber ſcriptus eſt. Vide & pag. 696.

— Σημαίνει δὲ, ὥς φησι Φίλων, Νάσιβις τὰς στήλας· ὡς δὲ Οὐράνιος, Νέσιβις, φησὶ, σημαίνει δὲ τῇ Φοινίκων φωνῇ, λίθοι συγκείμενοι, συμφόρητοι] Claudius Salmaſius legit, λίθους συγκειμένους, συμφορήτους. Sed vulgata lectio ferri poteſt, nec offendit Scaligerum ad Euſebium pag. 257. Videtur autem urbis hujus nomen deductum ab Hebræo נצב quod eſt ſtatuit, collocavit: unde נְצִיב ſtatua. Quo nomine etiam oppidum commemoratur tribus Judæ, apud Joſuam cap. XV. v. 43. quæ Vulgato Interpreti *Neſib.* LXX Νασὶβ dicitur. Euſebius in Topic. Νεσὶβ, φυλῆς Ἰούδα· ἔστι Νασὶβ ἀπὸ θ' σημείων Ἐλευθεροπόλεως ἐπὶ Χεβρών. id eſt, D. Hieronymo interprete, *Neſib in tribu Juda, quæ nunc vocatur Naſib, in ſeptimo milliario Eleutheropoleos pergentibus Chebron. Explicatur autem ſignificatio hujus nominis ſtans ſeu ſtatio vel erectio.*

— Ὡς Σωφηνὸς, Ταξηνός] Scribe, Ταβηνός. Vide infra v. Τάβαι.

ΝΙ΄CΥΡΟϹ, μία τῶν Κυκλάδων. Ὅμηρος· Οἳ δ' ἄρα Νίσυρον τ' εἶχον] Hemiſtichion eſt Homeri Iliad. B. v. 676.

— Πολυβώτης γὰρ εἷς τῶν γιγάντων, ὑπὸ Διὸς βληθεὶς ἠνείχετο] MSS. ἐνήχετο. recte. *Polybotes enim unus è gigantibus, à Jove fulminatus, enatabat.*

— Ποσειδῶν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἀφεὶς τὴν τρίαιναν, οὗ μὲν ἥμαρτε] Strabo lib. X. pag. 489. aliter hanc fabulam narrat: videlicet *Neptunum* cum Polybotem perſequeretur fruſtum inſulæ Coæ tridente defractum in eum conjeciſſe, idque inſulam *Niſyron* eſſe factum, ſub qua ſitus ille gigas. Atque ita pariter Apollodorus & Euſtathius ad Dionyſ. pag. 76.

— Γέγονε γὰρ νῆσος τὸ βληθὲν Νίσυρος] Verba Strabonis dicto loco: καὶ γένοιτο νῆσος τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρος. Euſtathius dicto loco addit etymologiam: οὕτω καλουμένη ἀπὸ τοῦ νέω καὶ τοῦ σύρω, διότι ἀποκοπεῖσα τῆς νήσου τῆς Κῶ τῇ τοῦ

Ποσει-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Ποσειδῶνος τελαίνη, ἐπεσύρη τῷ γίγαντι Πολυβώτῃ νέοντι, ὅ ἐστιν, οἰχομένῳ.

— Ἐκαλεῖτο καὶ Πορφυρὶς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν] Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 318. pro πορφυρῶν habet πορφυρέων. Abundabat hæc inſula molari lapide teſte Strabone lib. x. pag. 488. unde βάρος Πέτρης Νισυρίτιδος in Antholog. Græc. Epigr. lib. 1. pag. 76.

ΝΙ'ΤΡΑΙΑΙ, τόπος Αἰγύπτου] Ex gentili videtur ſcribendum, Νίτρια vel Νίτριαι.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νιτρήτης καὶ Νιτριώτης] MSS. Νιτρίτης καὶ Ν. recte. Vide Heribertum Roſweidum ad Vitas SS. Patrum.

ΝΙ'ΨΑ, πόλις Θράκης· ὁ πολίτης, Νιψαῖος] Hunc locum eſſe mutilum apparet ex illis, quæ infra v. Σίρες, tamquam hic dicta allegantur.

— Ἡρωδιανὸς τετάρτῃ] Scribe, Ἡρόδοτος τ. ita enim Suidas: Νίψα, πόλις Θράκης παρὰ Ἡροδότῳ. Et ipſe Herodotus lib. IV. cap. 93. *Nipſæorum* meminit, licet in noſtris exemplaribus perperam Μυψαῖοι hodie ſcribatur pro Νιψαῖοι.

ΝΟΜΑ'ΝΤΙΑ, πόλις Ἰβηρίας] Diodorus in Excerptis pag. 241. Νομαντίαν, τῆς Κελτιβηρίας πόλιν, vocat.

ΝΟ'ΜΒΑ, πόλις τῆς Ἰουδαίας· Ἰώσηπος ἕκτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Νομβαῖος] Pyrrhus Ligorius Claudii Imperatoris laudat nummum, in cujus altera area coronæ laureæ inſcriptum legitur: ΚΟΙΝΟΝ ΝΟΜΒΑΙΩΝ.

ΝΟ'ΣΟΡΑ, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ] Arriano dicitur Νόσαλα. Plinio & Solino *Solis inſula*.

— Οὐράνιος Ἀραβικῶν] Deeſt numerus libri.

ΝΟΣΤΙ'Α, κώμη Ἀρκαδίας.

— Ἔφορος τὸ ἐθνικὸν, Ἐστανικὸς, ἔφη, ὥστε κατ' αὐτὸν Ἐστανίαν λέγεσθαι] Lege omnino Νεστανικὸς & Νεστανίαν ex Suida, apud quem: Νοστέα, κώμη Ἀρκαδίας. Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Νεστανίους εἰπὼν, δοκεῖ Νεστανίαν αὐτὴν εἰδέναι. *Noſtea, pagus Arcadiæ. Ephorus autem cum gentile dixit Neſtanios, videtur ſenſiſſe Neſtaniam ipſam dici.* Scilicet prima litera à præcedentis vocis ultima abſorpta eſt.

ΝΟ'ΤΙΟΝ, πόλις Ἰωνίας] Meminit hujus urbis Xenophon lib. 1. Hiſt. Græc. pag. 433. Harpocration dicit eſſe χωρίον παρκείμενον τῆς Κολοφωνίων πόλεως. Verum Herodotus lib. 1. cap. 149. inter civitates *Æoliæ* diſerte numerat.

ΝΟΥ͂ΒΑΙ, ἔθνος Λιβύης παρὰ Νείλῳ· Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ γῆς] Gentem Νουβῶν ex Ptolemæo commemorat incertus Geographus Græcus MS. eaque occurrit apud Ptolemæum lib. IV. cap. 8. & 6. ubi interpretes male *Nuborum* vertunt.

— Λέγονται καὶ Νουβαῖοι, ὡς Δαβαῖοι, καὶ Νούμιδες οἱ αὐτοί] Legendum Δαμαῖοι. Hos enim ſupra in eadem regione commemorat ex eodem Apollodoro. Pro Νούμιδες autem Salmaſius legit Νούβιδες.

ΝΟΥΚΡΙ'Α, πόλις Τυρσηνίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νουκρῖνος] Pyrrhus Ligorius nummum adfert, in cujus uno latere equus ſtans repræſentatur, additum: ΝΟΥΚΡΥΝΩΝ. in altero caput, puto, Apollinis coronatum.

ΝΥΜΦΑΙ'Α, θηλυκὸν ἡ νῆσος Καλυψοῦς, παρὰ τῷ Ἀδρίᾳ] Euſtathius ad Dionyſium pag. 109. inſulam hanc prius Μίλητον dicit appellatam. *Nymphæam* appellat Apollonius Rhodius lib. IV. v. 574. *Ogygia* dicitur Homero Odyſſ. M. in fine. Sedes *Calypſus*, quæ immortalitatem fruſtra Ulyſſi obtuliſſe dicitur, ut Penelopen relinqueret, teſte Jamblicho lib. 1. de vita Pythagoræ cap. 11.

— Νυμφὰς Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ] Pauſanias lib. VIII. pag. 510. Νυμφάδα recenſet inter Cromonis urbis rudera & Hermæum: dicit autem locum fuiſſe aquis valde irriguum & arboribus condenſum.

ΝΥ'CΑΙ, πόλεις πολλαί] Euſtathius ad Dionyſium pag. 88. ſcribit Νύσσαι per σ duplex. & ſupra v. Ἄθυμβρα ipſe noſter Νύσσα.

— Δευτέρα, ἐν Θρᾴκῃ] Supra v. Θεσίδιον occurrit, Νύσσα χωρίον Θρᾴκης.

— Τρίτη, ἐν Καρίᾳ] Supra: Ἄθυμβρα, πόλις Καρίας πρὸς Μαιάνδρῳ, Ἀθύμβρου κτίσμα, ἥτις μετὰ ταῦτα Νύσσα ἐκλήθη.

— Πέμπτη, ἐν Αἰγύπτῳ] De hac vide Scholiaſten Apollonii ad lib. II. v. 1218.

— Δεκάτη, ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι] Euſtathius ad Dionyſium v. 626. Νύσσαι δέ φασι, διάφοροι, Αἰθιοπικὴ, Ἀῤῥαβικὴ, Εὐβοικὴ, περὶ ἣν λέγεται καὶ τὸ τῆς ἀμπέλου περίσσιον, βότρυν ἐκφερούσης καθημέριον.

— Ἀφ' οὗ κτητικὸν, Νυσήϊος] Homero Iliad. Z. v. 123. ſcribitur per σ geminum Νυσσήϊον. & ſic pariter apud Apollonium Rhodium loco paullo ante adducto. Apud Sophoclem Ajace pag. 42. occurrunt Νύσσια ὀρχήματα. & Ariſtophanes in Ranis pag. 222. Ἣν ἀμφὶ Νυσήϊον Διὸς Διόνυσον ἐν Λίμναισιν ἰαχήσαμεν. *Quo* (cantu) *Nyſeium Jovis Dionyſum apud Limnas memoravimus.* ubi Scholiaſtes: Νύσιος δὲ ὁ Διόνυσος τοῖς Ἰνδοῖς ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐν Ἰνδοῖς Νύσης.

— Λέγεται καὶ Νυσαῖος] Triſtanus T. II. pag. 209. adducit nummum elegantem, in cujus uno latere Pax repræſentata cum hac epigraphe, ΕΙΡΗΝΗ ΝΥCΑΙΩΝ. in altero figura nuda manu ſiniſtra tripodi innixa, dextram ſuper caput elevans,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Bacchum ſignificans, cum his verbis, ΕΠ. ΑΙΛ. ΠΑΙΑΝΙΟΥ. Verum Triſtanus in Commentariis à nummi ſcriptura diſſentiens, quod aliquando ipſi accidit, ſcribit, ΝΥCΑΕΩΝ. quomodo deinceps pag. 236. ejuſdem Tomi in Caracallæ nummo legitur. Νυσαῖος Θεὸς vocatur Bacchus apud Philoſtratum lib. II. cap. 3.

— Ἐς αὐτοῦ Νυσαιεῖς τελοῦντα, καὶ Νυσαεῖς ἀνδοῦσι] Ultimum hoc gentile admodum frequens eſt in veteribus nummis. Ligorius producit quatuor, in quibus ΝΥΣΑΕΩΝ. Pariter in illo admirabili C. IVL. VA. MAXIMI C. apud Franciſcum Gotifredum in quo ſeptem pueri ducunt bovem, in uno latere, additum: ΝΥCΑΕΩΝ. in altero circum effigiem. Γ. ΙΟΥ. ΟΥΑ. ΜΑΞΙΜΟC. Κ. Similiter apud Erizum pag. 336. extat nummus Divorum Fratrum Lunum Deum exhibens cum inſcriptione: ΕΠ. CΤΡ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΝΥCΑΕΩΝ. Et alius ſimilis in Hadriani nummis apud Triſtanum T. I. pag. 500. in quo patrium iſtius Dei nomen extritum eſt, hoc modo, Κ..... ΝΥCΑΕΩΝ. Cujus nominis pars aliquanto major conſervata eſt in ejuſdem typi nummo apud Franc. Gotifredum, in quo legitur, ΚΑΜΑ...... ΝΥCΑΕΩΝ. Perperam autem nummum iſtum ad Meſopotamiam mihi trahere Triſtanus videtur, cum idem Deus Lunus iſto habitu reperiatur in Ancyranorum nummo apud ipſum T. I. pag. 546. Extat & Gordiani nummus magnus in Theſauris Mediceis, in quo circum Cererem ſerpentum biga vectum: ΕΠ. CΤΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΝΥCΑΕΩΝ.

ΝΩ͂ΛΑ, πόλις Αὐσόνων.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νώλιος· Πολύβιος δὲ Νωλανεῖς αὐτοὺς φησι] Index nummorum Cl. Menetrierii, ΝΩΛΑΙΩΝ. ſed quomodo in nummis, neſcio. Suidas: Νῶλα, πόλις Αὐσόνων, &c. οἱ πολῖται Νώλιοι καὶ Νωλανοί. Et Νωλανὸς occurrit ſupra vv. Ἄπιολα & Μέσμα· infra v. Νῶρα. Atque ita pariter habet Polybius lib. III. pag. 242. quem hic auctorem citat.

ΝΩΜΕΝΤΌC, πόλις οὐ πόῤῥω Ῥώμης] Hæc eadem urbs quæ ſupra ab auctore dicta Λωμεντὸς, quæ vulgo adhuc hodie dicitur *Lamentano*.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νωμεντῖνος. Διονύσιος ἐν δευτέρῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας] Scribe, Νωμεντανός. Sic enim Dionyſius paſſim, aliique. Suidas autem ut hic.

ΝΩ͂ΡΑ, πόλις ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ] Pyrrhus Ligorius lib. XXVIII. Antiq. Rom. qui eſt de nummis Imperatorum, adfert Domitiani nummum cum hac Inſcriptione, COLONIA FLAVIA NORA AUGUSTA. Ptolemæo etiam Νῶρα dicitur.

ΝΩΡΑ΄ΚΟC, πόλις Παιονίας] Accentus à Suida notatur in priore ſyllaba, Νώρακος. niſi forte in ultima Νωρακὸς, ut Ὠρικός. MSS. autem & editio Aldina pro Παιονίας habent Παννονίας.

— Ὁ πολίτης, Νωράκιος, ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς φησιν· ὅτι γίγνεται ἐν Παιονίᾳ σίδηρος, ὃς ἀκονηθεὶς λαμπρότατός ἐστιν] Hæc quæ ex *Epaphrodito* hic adferuntur habet etiam Suidas v. Νῶροψ. MSS. autem & editio Aldina hic iterum habent, ἐν Παννονίᾳ, pro Παιονίᾳ. Quæcumque autem hæc fuerit urbs, *Noricum* provincia inde nomen habere videtur: unde Νωρικοὶ & Νωρίκιοι. Suidas Νωρικία, ὄνομα χωρίου. καὶ Νωρικοὶ, ἔθνος. & ſic Appianus in Illyricis ſub finem, more Latinorum. Dionyſius in Periegeſi v. 321.

Πρὸς δὲ νότον Γέῤῥαι καὶ Νωρίκ᾽ ἄστε ἐρυμνά,
Παννόνιοι, Μυσοί τε βορειότεροι Θρηΐκων.
Ad auſtrum autem Gerræ & Noriciæ urbes munitæ,
Pannonii, Myſique magis boreales Thracibus.

ad quem locum plane ceſpitat Euſtathius, dum *Noricum* & Ὠρικὸν confundit. Clemens Alexandrinus, atque ex illo Euſebius lib. x. de Præp. Euang. pag. 476. Ἀλλὰ καὶ Νώροπες, ἔθνος δ᾽ ἐστὶ Παιονικόν· νῦν δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται, κατειργάσαντο χαλκὸν καὶ σίδηρον πρῶτοι. Huc etiam pertinet *Noricus enſis* apud Horatium.

— Ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ, Νώροπα χαλκόν] Homeri eſt Iliad. B. v. 578.

ἐν δ᾽ αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκὸν
Κυδιόων ὅτι πᾶσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν.
& ipſe induebat ſplendidiſſima arma
Exultans quod omnes inter eluceret heroas.

& alibi ſæpius.

— Καὶ θηλυκὸν, Νωρακία· καὶ οὐδέτερον Νωράκιον] Poſt hæc verba in MSS. ſequitur: Ἀρχὴ τοῦ λέ βιβλίου.

Ξ.

ΞΑ΄ΝΘΟΙ, ἔθνος Θρᾴκιον. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ] Straboni lib. XIII. pag. 590. appellantur Ξάνθιοι.

ΞΑ΄ΝΘΟΣ, πόλις Λυκίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· παρ᾽ ἧς Ξάνθος ἐξίησι ποταμός] Supra v. Ἄρνα dicit *Xanthum*, civitatem *Lyciæ*, *Arnam* fuiſſe appellatam, ab *Arno*; qui Protogonum oppugnavit. Euſtathius ad Dionyſium pag. 112. urbis hujus meminit, & ad Iliad. B. pag. 396. hæc deſcripſit ad verbum.

— Ὁ πολίτης Ξάνθιος, ὡς Εὐέλπιος] MSS. ὡς Εὐελπίδης. In nummo autem Veſpaſiani apud

apud Goltzium: ΞΑΝΘΙΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ.

— Καὶ ὁ πλεῖστος τὸ κτηλικὸν ὁμοίως] Hinc apud Herodotum lib. I. cap. 176. Τὸ Ξάνθιον πεδίον.

ΞΕΡΞΗ'ΝΗ, ἀπὸ Ξέρξου, ὡς Καμβυσήνη ἀπὸ Καμβύσου] Supra v. Καμβυσήνη, utraque hæc vox corrupte edita hinc corrigenda eſt.

ΞΙΦΗ'ΝΗ, χώρα Παλαιστίνης· Ἰώσηπος ἕκτῳ Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας] Apud Joſephum lib. VI. Antiq. Jud. cap. 13. legitur hodie Ζιφήνη. Sed vide de hac ἀντιγραφίᾳ Ortelii notam in Theſauro h. v.

ΞΙΦΩΝΙ'Α, πόλις Σικελίας] Hujus oppidi nummum antiquum vide elegantiſſimum in Theſauro Nummario Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, cum inſcriptione ſupra triremem, ΞΙΦΩΝΙΑ. cui ſubjunguntur literæ aliquot Punicæ: in adverſa parte caput mulieris turritum viſitur. Verum in aliis clarius expreſſis legitur: ΣΙΔΩΝΙΑ. idque verum eſſe credimus.

ΞΟΗ῀Σ, πόλις ἐν νήσῳ Αἰγυπτία] Scribe, Ξόϊς, ut ſupra v. Θμοῦις. & apud Ptolemæum. In Oraculis Sibyllinis lib. v. pag. 307.

Θμοῦις καὶ Ξοῦις θλίβεται, καὶ κόπτεται βουλὴ
Ἡρακλέους τε Διός τε καὶ Ἑρμείαο.

Opprimitur Thmuis & Xuis, conſiliumque frangitur
Herculis, Jovis & Mercurii.

Similiter Strabo lib. XVII. pag. 802. Plutarchus lib. de Iſide pag. 368. Unde in Notitia Epiſcop. ὁ Ξόεως, & in Jure Græc. Rom. pag. 190. ὁ Ξοΐτων Epiſcopus legitur.

— Ἐν τῷ μεσογειώτῃ ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ καὶ Φατνικοῦ στόματος] Scribe, ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῇ, &c. uti apud Strabonem, cujus hæc ſunt verba, loco paullo ante allegato.

ΞΟ'ΥΧΗΣ, πόλις Λιβύης] Scribe: Ξοῦχις, in forma Ægyptiorum, & prout alibi ſcribitur.

ΞΥΝΙ'Α, Θετταλίας πόλις.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ξυνιεὺς, ὡς Ἠλιεὺς] Lege, Ἰλιεύς. ſupra h. v.

— Καὶ Ξυνιὰς λίμνη, ἣν Βοιβηΐδα φασί] Apollonius Rhodius lib. I. v. 67. ἄγχι δὲ λίμνης Ξυνιάδος. ad quæ verba Scholiaſtes vetus: Ξυνιὰς, λίμνη τῆς Θεσσαλίας. Τινὲς δὲ πόλιν παρακειμένην τῇ Βοιβηΐδι λίμνῃ. ἀπὸ δὲ τῆς πόλεως εἴρηκε Ξυνιάδα, ἐπειδὴ πλησίον αὐτῆς ἐστιν ἡ πόλις.

ΞΥΠΕ'ΤΗ, δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς· ὁ δημότης Ξυπετέων] Ξυπέτη pariter δῆμος dicitur apud Harpocrationem, ſed δημότης, Ξυπεταιών. Verum apud Strabonem lib. XIII. pag. 604. ipſe δῆμος, Ξυπετέων dicitur, quem Τρώων prius appellatum docet.

— Φιλόχορος δὲ Ξυπετέωνον, τὸν δῆμόν φησι διὰ τὸ ὡς καὶ τὸ μικρὸς ἐν τέλει] MSS. Ξυωπετέωνον.

ΞΥ'ΣΤΙΣ, ὡς Σάρδις, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ξυστιανός] *Xyſtiani* commemorantur à Plinio lib. v. cap. 29. Cæterum poſt hanc vocem quæ ultima eſt literæ Ξ in MSS. legitur: Ἀρχὴ τοῦ ο΄ βιβλίου.

O.

OANOC, πόλις Λυδίας. Διονύσιος ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν] Huc pertinet *Oaneſia* Diana in nummo Julii Philippi Imperatoris apud P. Ligorium.

Ο'ΑΞΟΣ, πόλις Κρήτης, Ἐλευθέρας οὐ πόρρω.

— Τινὲς δὲ διὰ τὸ κατὰ γῆν εἶναι τὸν τόπον, καὶ κρημνώδη ὑπάρχειν] CL. Salmaſius legit κατάκρημνον pro illis κατὰ γῆν εἶναι. Ego legendum exiſtimo, καταγῆναι, *contractum eſſe*, à κατάγνυμι. Niſi quis καταγῆ εἶναι malit: ut καταγὴς dicatur, quemadmodum πελαγὴς, ſitque idem, quod καπαγὼς vel καταγείς; unde apud Galenum καταγὲν & καπαγὲν ὀστὲν, *os confractum*. & Heliodorus ſtatim in princ. lib. I. ἔκειντο δὲ ὁ μὲν πελέκει πεπληγμένος, ὁ δὲ κάχληκι βεβλημένος αὐτόθεν ἀπὸ τῆς ῥαχίας πεπορισμένος, ἕτερος ξύλῳ καπαγὼς, ὁ δὲ δαλῷ καταφλεχθεὶς καὶ ἄλλος ἄλλως. *Jacebant vero hic ſecuri vulneratus, ille littorea teſta ictus, quæ indidem ex littore ſuppeditarat, alius ligno confractis membris non nemo forte aduſtus, alii alio modo.* Gloſſæ, *confragoſus*, καπαγώς. Certe hanc lectionem ſequentia manifeſtiſſime confirmant.

— Καλοῦσι γὰρ τοὺς πιέστους τόπους ἄξους, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἀγμούς] Hinc forte ratio petenda, cur noſter ſupra hanc ipſam urbem vocaverit Ἄξον; cujus tamen teſtem falſo ibi laudat Herodotum. Apud Heſychium Ἄξος dicitur ὕλη, παρὰ Μακεδόσιν.

— Ὁ πολίτης, Ὀάξιος] Hinc Ὀαξὶς, & Poëtice Οἰαξὶς γῆ, quomodo occurrit apud Apollonium lib. I. v. 1131.

οὕς ποτε νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος, ἀμφοτέρῃσιν
Δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησε.

quos olim nympha
Anchiala circa Dictæum antrum ambabus manibus
Tenens terram Oaxidem peperit.

Ad quem locum reſpexit auctor Etymologici Magni his verbis: Οἴαξις, χωρίον Κρητικὸν ὑψηλόν· τινὲς δὲ ὅτι, πλεονασμός ἐστι τοῦ ι. Ὄαξις γὰρ ἦν. Δραξάμενος γαίης Οἰαξίδος.

Ο'ΓΚΑΙΑΙ, πύλαι Θηβῶν. Εὐφορίων Θρακί] Ὄγκαι fuere vicus Bœotiæ prope *Thebas*, teſtibus Scholiaſte Pindari ad Olymp. Od. II. pag. 20. & Tzetze ad Lycophronem pag. 182. Inde Ὀγκαῖαι πύλαι Θηβῶν. Ὀγκαῖαι autem πύλαι & σκαιαὶ πύλαι numero plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

plurium dicuntur, quod olim portæ civitatum duplices vel bifores eſſent, ne intrantes & exeuntes ſibi invicem incurſitarent. Atque ita omnes Coloniarum Romanarum portæ exſtruebantur: immo ipſius urbis portæ tales erant; uti adhuc videre eſt in Portuenſi porta, quamvis altera jam obſtructa: & ſimiliter porta, quæ vulgo *Maggiore* dicitur, duas maximas fornices ſive arcus habet: atque ita ſæpe civitates in antiquiſſimis nummis depictas videmus, videlicet geminas portas inter duas turres.

ὌΓΚΑ, γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας] Apud Scholiaſten Pindari loco paullo prius citato dicitur Ὀγκαῖα ἡ Ἀθηνᾶ. Sed Heſychius: Ὄγκα, Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις ἐστι χωρίον ἐπώνυμον ἔχουσα. & paullo poſt: Ὄγκας Ἀθήνας, τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει. Vide plura de hac voce notata à V. CL. Joanne Seldeno lib. II. de diis Syris cap. 4. P. Ligorius Dianam Ὀγκαῖαν dictam exiſtimat ἀπὸ τῶν Ὄγκων, hoc eſt, *à telis*; unde & Ὄγκιον pro *pharetra* ſumitur.

ὈΓΚΕΙ͂ΟΝ, χωρίον Ἀρκαδίας ἀπὸ Ὄγκου δυναστεύσαντος] Etymol. M. Ὄγκαι, πόλις ἐν Ἀρκαδίᾳ ἀπὸ Ὄγκου τινὸς ὀνομασθεῖσαι.

ὈΓΧΗΣΤΌΣ. Ὅμηρος· Ὀγχηστόν θ' ἱερὸν Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος] Iliad. B. v. 506. De hoc nemore diverſa produnt Strabo & Pauſanias: ille dicit nullum eſſe, hic ſuo tempore ſuperfuiſſe.

— Κεῖται δὲ ἐν τῇ τῶν Ἁλιαρτίων χώρᾳ] MSS. Ἁλιαρτῶν. male. Strabo lib. IX. pag. 412. ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ πρὸς τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ. καὶ τῷ Τηνερικῷ πεδίῳ.

— Ἱδρυθῆναι δ' ἀπὸ Ὀγχηστοῦ τοῦ Βοιωτοῦ, ὥς φησιν Ἡσίοδος] Euſtathius ad Iliad. B. pag. 270. recte ἱδρυθὲν legit. Aliter locus erit hiulcus.

— Ἔστι καὶ πόλις Βοιωτίας, ὡς Παυσανίας ἐνάτῳ] Eſt unus idemque locus, urbs ſcilicet cum nemore. Vide Scholiaſten Pindari Iſthm. Od. I. pag. 439.

— Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος πόλιν μεγάλην φησὶ τὸν Ὀγχηστόν, μεταξὺ Ἁλιαρτίων καὶ Ἀκραιφίων] MSS. in poſterioribus variant: habent enim Ἁλιαρτῶν καὶ Κραιφίων. male. Verum priora omnino corrupta & miſerum in modum confuſa ſunt. Nam quod *Apollonio Rhodio* hic tribuitur, id nuſquam apud eum reperies. Apollonius lib. III. v. 1241. ſemel *Oncheſti* meminit his verbis:

Ἠὲ καὶ ἄλσος Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο.

Aut ad lacum Hyantii Oncheſti.

ubi Scholiaſtes hæc addit: Ὑαντίου. τοῦ Εὐβοϊκοῦ. Ὕαντες γὰρ τὸ πρὶν ᾤκουν τὴν Βοιωτίαν. Ὀγχηστὸς δὲ, πόλις τῆς Βοιωτίας, ἱερὰ Ποσειδῶνος. additque Homeri verſum paullo ante hic adductum. Apud Euſtathium, qui locum hunc exſcripſit, ſic legitur: Ἔστι δὲ καὶ πόλις μεγάλη κατά τινας. Unde ſic hoc loco legendum exſtimo: ὡς Παυσανίας ἐνάτῳ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος· τινὲς δὲ πόλιν μεγάλην φασὶ τὸν Ὀγχηστόν. Illud quod ſequitur, eſſe *Oncheſtum* inter *Haliartum* & *Acræphiam*, id ex Strabone liquet, qui dicto libro Bœoticas urbes ſic enumerat: Ἀκραιφίαι, Φοινικὶς, Ὀγχηστὸς, Ἁλίαρτος.

ὈΓΧΟΉ, πόλις Φωκίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀγχαῖος, ὡς τῆς Οἰνόης Οἰναῖος] Videtur ſcribendum, Ὀγχοαῖος, ex ſequentis exempli analogia. Sed Pyrrhus Ligorius ſe vidiſſe ſcribit Alexandri Magni nummum cum inſcriptione: ΟΓΧΑΙΩΝ.

ὈΔΗΣΣΌΣ, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς τῷ Σαλμυδησσῷ] Apud Nicephorum Calliſtum lib. XVI. Hiſt. Eccl. cap. 38. ubi interpres Latinus vertit *Ulyſſopolim* ſatis infeliciter.

— Ὁ πολίτης, Ὀδησσίτης] In nummo Gordiani apud Franc. Gotifredum legitur circum Cererem: ΟΔΕϹϹΕΙΤΩΝ. & in alio M. Aurelii circum figuram equeſtrem: ΟΔΗϹϹΕΙΤΩΝ. & in alio Gordiani apud M. Ducem, circum Æſculapium: ΟΔΗΣΣΕΙΤΩΝ. & in alio ſimili ejuſdem circum providentiam ſimiliter.

ὉΔΌϹ, παρὰ τὸ ἕδος, ἡ πεπατημένη τρίβος. Τὸ παράγωγον, ὅδιος, καὶ ἐνόδιος, καὶ ὅδιος Ἑρμῆς] Et ὁδίτης· unde τελοδίτης *Trivia* apud Athenæum in Chariclidis verſibus lib. VII. pag. 325.

ὈΔΟΜΆΝΤΟΙ, ἔθνος Θρᾴκης] Herodoto lib. V. & VII. Ὀδόμαντοι. Apud Ariſtophanem Acharnenſ. A. I. Sc. 4. quater occurrit Ὀδομάντων, in ſecundo caſu: Suidæ Ὀδόμαντες. Dicti haud dubie ab *Odomante*, cujus mentio ſupra v. Βισωνία.

— Καὶ Ὀδομαντὶς] Occurrit apud Parthenium in Erotic. cap. 6.

ὈΔΡΥϹΑΙ, ἔθνος Θρᾴκης· Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ] Scribe, ἑβδόμῃ. Fuit enim lib. VII. quo loco Macedoniæ & *Thraciæ* deſcriptio nobis deperiit. Ὄδρυσον autem τῶν Θρᾳκῶν πρωτοπάτορα appellat Epiphanius lib. I. Panar. c. 7.

— Λέγεται Ὀδρύσιος καὶ Ὀδρυσία ἢ Ὀδρυσίδαι καὶ Ὀδρυσιάδες θηλυκῶς καὶ Ὀδρυσίς] Lib. I. Epigr. pag. 18. legitur γᾶς Ὀδρυάδος, pro quo Joannes Brodæus reponit, Ὀδρυσάδος. ſed mihi rectius videtur Ὀδρυσίας vel Ὀδρυσίδος. Nam Ὀδρυσία, Ὀδρυσὶς & Ὀδρυσιὰς gentilia fœminina ſunt.

— Λέγεται καὶ Ὀδρύσης] Orpheus ἀνὴρ Ὀδρύσης dicitur Theodoreto Serm. I. Therapeut. Eſt & fluvius hoc nomine in Ponto de quo Strabo lib. XII. pag. 551.

ὈΖΌΛΑΙ, Λοκρῶν μοῖραι τρεῖς εἰσιν. Ἐπικνημίδιοι, Ἐπιζεφύριοι, οἱ καὶ Ὀπούντιοι, ὧν ἦν Αἴας·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Ἀίας· οἱ δὲ Ὀζόλαι] Immo, *μοῖραι τέσσαρες.* Deinde nihil ineptius dici poteſt, quam *Epizephyrios* dictos etiam *Opuntios.* Unde Salmaſius trajectione reſtituebat hunc locum: Ἐπιζεφύριοι, Ἐπικνημίδιοι οἱ καὶ Ὀπούντιοι. id enim veriſſimum. Euſtathius utrumque ſic habet ad Dionyſium pag. 61. Τῶν δὲ Ἐπικνημιδίων μέρος ἐκεῖνος τοὺς Ὀπουντίους φησὶν, οὕτω λεγομένους ἀπὸ πόλεως Ὀποῦντος, τῆς τοῦ Πατρόκλου πατρίδος, ἣν σεμνολογεῖ ὁ Πίνδαρος. ὥς τε συνακτέον τεσσάρων Λοκρῶν εἶναι γένος, τρία μὲν ταῦτα, τοὺς τε Ὀπουντίους καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους καὶ τοὺς Ὀζόλας· τέταρτον δὲ, τοὺς Ἰταλικοὺς, ἤτοι τοὺς Ἐπιζεφυρίους.

ΟΘΡΩΝΟΣ, πόλις. οἱ δὲ νῆσος πρὸς νότον Σικελίας] MSS. νῆσον. & ſic vetus editio.

— Ἄλλοι δὲ Μελιτηνῆς] Eſt principium verſus, quantum judico, Lycophronis, ſed corruptum, & ex eo reſtituendum: legitur autem apud illum v. 1027.

Ἄλλοι Μελίτην νῆσον Ὀθρώνου πέλας
Πλαγκτοὶ κατοικήσουσιν.

Alii Melitem inſulam juxta Othronum
Errones occupabunt.

ad quem locum videri poteſt Tzetzes.

ΟἸΑΝΘΗ, πόλις Λοκρῶν. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ] Infra v. Χάλαιον, quæ pariter urbs *Locrenſium* citatur Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

— Οἰανθοὺς δ' ἐστι, καὶ Οἰάνθειον καὶ Οἰανθὶς ἐξ αὐτοῦ Οἰάνθιος] Videtur ſcripſiſſe Οἰανθοὺς δ' ἐστιν ἐθνικόν. Οἰανθέας enim commemorat Thucydides lib. III. pag. 240. quos noſter infra v. Χάλαιον ex Thucydide vocat Οἰανθίους. Pyrrhus Ligorius ΟΙΑΝΘΕΙΩΝ nummum ſe vidiſſe teſtatur. & hinc *Oeanthia* Juno apud eundem.

ΟἾΚΟΣ. Ἡρωδιανὸς μὲν παρὰ τὸ εἴκω, ἐν ᾧ εἴκομεν. δύναται δὲ εἶναι τὸ ἴδιον ἐνδιαίτημα, παρὰ τὸ οἰῶ, τὸ μόνον ἐῶ, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ κ] MSS. παρὰ τὸ οἶον, τὸ μόνον, ἐῶ μονούμενος. Salmaſius duo poſteriora vocabula cenſet eſſe delenda.

— Παρὰ τὸ Οἶκος, Οἰκία καὶ Οἰκιάτης κατὰ πλεονασμὸν τοῦ κ] MSS. κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α. recte.

ΟἸΝΑ, πόλις Τυῤῥηνίας ἐχυρὰ λίαν· μέσον δὲ αὐτῆς λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς τριάκοντα σταδίων, ἔχων ἄνω ὕδατα καὶ ὕλην παντοδαπὴν, ὡς Ἀριστοτέλης] Locus hic verbotenus deſcriptus eſt ex Ariſtotele de Mirab. Auſcult. cap. 99. è quo pro Ἐχυρὰ reſcribendum Ὀχυρά. Verum apud Ariſtotelem locus hic non Οἴνα ſed Οἰναρέα dicitur. De quo anquirendum ulterius.

ΟἸΝΕΙΑΔΑΙ, πόλις Ἀκαρνανίας πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ] Apud Scylacem, Dionyſium Halicarnaſſenſem, Pauſaniam lib. I. pag. 20. & Sophoclem in Trachin. pag. 348. ſcribitur Οἰνιάδαι cum ι. ſupra v. Ἐρυσίκη, Οἰνεάδαι & Οἰνιάδαι. MSS. Catalogus Urbium Vaticanus: Ἀκαρνανία ἔνθα οἱ Οἰνιάδαι.

— Ἡ καὶ Ἐρυσίχη καλουμένη] Supra hac voce ſcribitur Ἐρυσίκη. male.

ΟἸΝΙΩΝ, Λοκρίδος λιμήν· Θουκυδίδης τρίτῃ] Apud Thucydidem hodie legitur Οἰνεών. In Homeri & Heſiodi agone hic *portus* vocatur Οἰνόη. & paullo poſt ἐν τοῖς Οἰνῶσιν Heſiodus interfectus fuiſſe dicitur. Nec dubium eſſe poteſt quin idem ſit locus. nam ibidem Οἰνόη τῆς Λοκρίδος vocatur, additurque occiſi corpus in mare projectum, quod eſt inter Eubœam & *Locridem.* Vide ſupra v. Νεμέα.

— Τὸ ἐθνικὸν, Οἰνωνεύς] Οἰνιωνεύς.

ΟἸΝΗ, πόλις Ἄργους· Ἑκαταῖος.

— Ὦρος δὲ Οἰνώην αὐτήν φησιν] Apud Pauſaniam lib. II. pag. 130. bis ſcribitur Οἰνόη per ο μικρὸν: & ſic pariter apud Apollodorum lib. I. MSS. tamen non abeunt hic à codicibus vulgatis.

— Οἰνωάτις, Ἄρτεμις, ἡ ἐν Οἰνώῃ τῆς Ἀργείας ἱδρυμένη ὑπὸ Προίτου] MSS. Ἀργίας.

ΟἸΝΟΗ, μία τῶν ἐν Ἰκαρίᾳ δύο πόλεων] Hauſta hæc ex Strabone lib. XIV. pag. 639. Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καλούμενον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ καὶ πολισμάτιον Οἰνόη καὶ ἄλλο Δρέκανον, ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ ἐφ' ᾗ ἵδρυται πρόσορμον ἔχον. *Eſt etiam templum Dianæ nomine Tauropolium in inſula* (Icaria) *& oppidulum Oenoë & aliud Dracanum, ejuſdem cum promontorio nominis cui incumbit, & habet locum appellentibus aptum navibus.* Sed præter hanc aliæ *Oenoæ* fuere. Supra v. Ἐφύρα ex Strabone patuit *Ephyram* ſub monte Pholoë ad Selleentem fluvium prope Elidem aut *Oenoëm* fuiſſe dictam aut hujus nominis urbem habuiſſe vicinam. Præterea fuit tribus Attica hoc nomine, cujus gentile Οἰναῖος Harpocrationi: quod fruſtra mutat Joannes Meurſius libro de Populis Atticæ. Nam veteri Inſcriptione, in fine, apud Gruterum pag. 405. confirmatur. ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΣ ΕΚ ΜΥΡΡΙΝΟΥΤΤΗΣ ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ ΟΙΝΑΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΕΠΕΨΗΦΙΣΤΗ ΚΑΙ ΕΝ ΑΘΗΝΗΣΙΝ. Vulgo editum ibi ΘΙΝΑΙΟΣ. ſed perperam.

ΟἸΝΟΥΣΑΙ, νῆσος τῇ Χίῳ προσεχής] Herodotus libro I. cap. 165. & Thucydides lib. VIII. pag. 571. ſcribunt Οἰνοῦσσαι. Fuerunt autem plures, uti apparet ex Herodoti verbis: Οἱ δὲ Φωκαιέες ἐπεί τε σφι Χῖοι τὰς νήσους τὰς Οἰνούσσας καλεομένας οὐκ ἐβούλοντο ὠνεομένοισι πωλέειν. *Phocæenſes autem quum ipſis Chii inſulas, quæ Oenuſſæ vocantur, licitantibus addicere nollent.* Et propterea Ferd. Nonius ad Melam hic legit νήσοι τῇ Χίῳ προσεχεῖς. Sed puto hanc auctoris noſtri oſcitantiam eſſe.

ΟἸΝΩ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ΟἸΝΏΝΗ, νῆσος μία τῶν Αἰακιδῶν] MSS. deſtituuntur v. μία. & ſupra v. Αἰγίναι, *Oenone* dicitur una ex tribus inſulis, quæ communi nomine *Æginæ* dicuntur.

ΟἾΟΝ, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς] Supra v. Μετάχοιον pariter dicitur Οἶον: verum apud Euſtathium Οἰός. Diogenes Laërtius in Polemone: τὸν δῆμον Οἴηθεν.

ΟἸΣΎΜΗ, πόλις Μακεδονίας. Θουκυδίδης τετάρτῃ] Supra v. Γαληψὸς, *Oeſyme* dicitur deinceps appellata *Galepſus*: ſed ibi ἡ Σύμη corrupte legitur pro Οἰσύμη.

— Ἡ νῦν Ἠμάθεια] Scymnus Chius v. 660.

Μετ' Ἀμφίπολιν δὴ πρότερον Οἰσύμη πόλις
Θασίων γενομένη, μετὰ δὲ ταῦτα Μακεδόνων
Ἀπὸ τοῦ Μακέσσης, Ἠμαθίας τε λεγομένης.
Poſt Amphipolim olim Oeſyma urbs
Thaſiorum exiſtens, poſtea vero Macedonum
A Maceſſa Emathiaque dicta.

Vulgo apud Scymnum legitur, fere ut ſupra apud noſtrum, ἡ Συβή. Ἠμαθία autem ſupra πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδονία.

ΟἼΤΗϹ, ὄρος περὶ Τραχῖνα] Scribe, Οἴτη. Ita enim a Scylace, Philoſtrato, Ptolemæo, Pauſania, Plinio aliisque dicitur. Vide & infra v. Τραχίς.

— Ἔστι καὶ πόλις Μηλιέων] Antoninus Liberalis Narrat. XXXII. Ἐπεὶ δὲ ἔγημεν αὐτὴν ὕστερον Ἀνδραίμων ὁ Ὀξύλου, γυνὴ παῖδα ἐξ Ἀπόλλωνος Ἄμφισσον. Οὗτος ἐπεὶ τάχιστα ἠνδρώθη, ἀνὴρ ἐγένετο πάντων κράτιστος· καὶ ἔκτισε παρὰ τὴν Οἴτην, πόλιν ὁμώνυμον τῷ ὄρει, καὶ τῶν ἐκεῖ τόπων ἐβασίλευσεν. *Poſt cum eam* (Dryopen) *Andræmon Oxyli F. duxiſſet, puerum ex Apolline conceptum parit, Amphiſſum. Hic, cum virilem ætatem attigiſſet, omnibus prævaluit: urbem ad Oetam condidit, monti iſti cognominem, ibique regnavit.*

— Σοφοκλῆς· Ἐγὼ μὲν γένεθλον Οἰταίου πατρός] MSS. Ἐγὼ μὲν ὦ γ. recte. Nam ſic in *Philoctete* adhuc extat. pag. 402. Præter autem gentilia ab auctore commemorata poſſeſſivum Οἰταϊκὸς occurrit apud Nicandrum.

ΟἼΤΥΛΟϹ, πόλις Λακωνικῆς. οἱ δὲ Οἴτυλον ὡς δάκτυλον, ἀπὸ τοῦ Οἰτύλου ἥρωος] Vereor Stephanum humanitus aliquid hoc loco paſſum, aut potius Epitomatorem, qui exemplum adjecit aut mutavit. Verba enim, οἱ δὲ Οἴτυλον, ab auctore videntur allata pro exemplo ex Homero. Supra enim v. Λᾶ ita adduxit Homericum verſum,

Οἵ τε Λάαν εἶχον, οἱ δ' Οἴτυλον.

qui apud Poëtam, ut ibi diximus, legitur hodie,

Οἵ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο.

— Τινὲς δὲ τὸ οἱ ἄρθρον φασὶ] Salmaſius cenſet legendum, τινὲς δὲ τὸ ὁ, ut nomen ipſum ſit Ἴτυλος. ſed falſo. Legendum omnino, ut editur: reſpicit enim ad diverſam lectionem ſuperioris Homerici verſus, quem quidam codices ita ſcribebant etiam olim, uti nunc faciunt noſtri; quidam vero,

Οἵ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' οἳ Τύλον ἀμφενέμοντο.

uti colligere licet ex Strabone lib. VIII. pag. 360. Μεταξὺ δὲ ἀπὸ τῶν Θυρίδων ἀρξαμένοις, ὁ Τύλος ἐστί. καλεῖται δὲ ὑπό τινων Οἴτυλος. *Medio loco, ſi à Thyridibus initium ſumas, Tylus eſt, quem nonnulli Oetylum vocant.* Immo clare hæc γραφὴ διάφορος notatur ab Euſtathio ad iſtum Homeri verſum pag. 295. Cujus verba propterea, tum etiam propter illa quæ dicta ſunt ante, ſubjicio: Οἴτυλος δὲ τελσυλλάβως, ὡς δάκτυλος. ἀπὸ Οἰτύλου ἥρωος ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας φησίν. Ἕτεροι δὲ τὸ, Οἴτυλον ἀμφενέμοντο, ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου ἀναγινώσκουσιν. ἄρθρον μὲν τιθέντες τὸ οἵ· πόλιν δὲ τὴν Τύλον.

ΟἸΧΑΛΊΑ, πόλις τοῦ Ὁμήρου.

— Οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου] Hic locus legitur Iliad. B. v. 730. Sophocles in Trachin. pag. 340. appellat πόλιν τὴν Εὐρυτείαν.

— Οἱ δὲ νεώτεροι, τεθείκασιν αὐτὴν ἐν Εὐβοίᾳ] Hæc deprompta ſunt ex Apollonii Scholiaſte lib. I. v. 87. quæ deinde iterum Euſtathius ad dictum Homeri locum pag. 298. totidem verbis tranſcripſit. Sophocles in Trachin. *Oechaliam*, quam Homerus in *Theſſalia* ponit, ipſe in *Eubœa* collocat, notatque hoc diſcrimen Strabo. Scholiaſtes Sophoclis ad Trachin. pag. 343. ex Pherecyde *Oechaliam* Arcadicam ſitam fuiſſe ait in *Arcadiæ Thule* his verbis: Φερεκύδης φησὶν οὕτω, μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα Ἡρακλῆς ἀφικνεῖται πρὸς Εὔρυτον τὸν Μέλανος τοῦ Ἀρκεσιλάου εἰς τὴν Οἰχαλίαν. ᾤκεῖτο δὲ αὕτη ἐν Θούλῃ τῆς Ἀρκαδίας. Locus manifeſtiſſime corruptus: an legendum, ἐν Φολόῃ τ. A. Sophocles autem ipſe pag. 333. Εὐβοΐδα χώραν φασὶν Εὐρύτου πόλιν. ad quem locum Scholiaſtes notat nonnullos *Theſſaliæ* urbem hanc tribuere, quos ipſe conciliare conatur, dicendo duo eſſe ejuſdem nominis oppida, pag. 354. idem Sophocles νασιῶτιν ἑστίαν vocat. Rurſus Hecatæus Mileſius apud Pauſaniam lib. IV. pag. 218. *Oechaliam* facit ἐν Σκίῳ μοῖραν τῆς Ἐρετρικῆς.

— Ἔστι καὶ Μεσσηνὶς Οἰχαλία] Euſtathius, Μεσσήνης. Vid. Pauſaniam lib. IV. pag. 218.

— Καὶ Οἰχαλίηθεν ἐκ τόπου] Homerus Iliad. B. v. 596.

Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

ὈΚΡΊΚΟΛΑ, πόλις Τυῤῥηνίων] Immo, *Sabinorum*.

— Τὸ ἐθνικὸν Ὀκρικολανὸς] Pyrrhus Ligorius aliquot Inſcriptionibus antiquis confirmat.

ὈΛΒΗΛΟϹ, πόλις Μακεδονίας] Antipater memi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

meminit Ὀρβήλου, montis Macedoniæ lib. VI. Anthol. pag. 569.

ὈΛΒΙ΄Α, πόλις Λιγυστική.

— Δευτέρα, πόλις ἐν Πόντῳ. Τρίτη Βιθυνίας ἀπὸ Ὀλβίας νύμφης] Videtur una eademque urbs *Olbia, Pontica* & *Bithynica*. Pyrrhus Ligorius ex veteri nummo adfert: COLONIA. AUGUSTA. OLBIA. LEGIO. GEM. SARM. unde apparet Auguſti Coloniam fuiſſe. Sed quod is eam diſtinguit à Pontica, haud probo; exiſtimo enim ſecundam & tertiam apud noſtrum eandem eſſe. Vide infra v. Χαζήνη.

— Τετάρτη, Παμφυλίας, ὡς Φιλόξενος. οὐκ ἔστι δὲ Παμφυλίας, ἀλλὰ τῆς τῶν Σολύμων γῆς· καὶ οὐδὲ Ὀλβία, ἀλλὰ Ὄλβα καλεῖται] MSS. habent, ὡς Φίλων. recte. Sed temere reprehendit *Philonem*. Nam Ὀλβία *Pamphyliæ* & Ὄλβα *Ciliciæ* diſtincta oppida ſunt. Strabo lib. XIV. pag. 672. Ὕπερθε τούτων τε καὶ τῶν Σόλων, ὀρεινή ἐστιν, ἐν ᾗ Ὄλβη πόλις, Διὸς ἱερὸν ἔχουσα, Αἴαντος ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου. *Supra Quinda & Solos montana ſunt & urbs Olbus, Jovis habens templum, à Teucri F. Ajace dedicatum.* Ptolemæo pariter Ὀλβία adſcribitur *Pamphyliæ*, Ὄλβασα vero Piſidiæ. Ut certo certius ſit Stephanum ſuo more duo diverſa oppida hic confundere: per *Solymorum* enim regionem *Piſidiam* intelligit, ut ipſe infra h. v. explicat. Diſtinguenda igitur videntur Ὀλβία, Ὄλβασα & Ὄλβα. illa *Pamphyliæ*, iſta *Piſidiæ*, hæc *Ciliciæ*, à quibus diverſi Ὄλμοι ſive Ὀλμεία *Ciliciæ Trachiæ* urbs, quæ poſtea *Seleucia* dicta, de qua infra v. Σελεύκεια. Vide Salmaſium in Exercitat. ad Solinum pag. 619. ubi quæ Ptolemæo Ὄλβασα eandem cenſet, quæ aliis Ὄλβα vel Ὄλβη dicitur.

— Ἕκτη Σαρδοῦς] *Olbiæ* in Sardinia mentio apud Florum lib. II. cap. 2. *L. Cornelio Scipione, quum jam Sicilia eſſet urbana populi Romani provincia; ſerpente latius bello Sardiniam annexamque Corſicam tranſiit: Olbiæ hic ibi Aleriæ urbis excidio incolas terruit.* uti ex veſtigiis Veteris ſcripturæ locum hunc emendavit Salmaſius.

— Λέγεται καὶ Ὀλβηνὸς καὶ Ὀλβιανός] An pro Ὀλβηνὸς non legendum Ὀλβανός, ut legitur ſupra v. Ἄγκυρα. Ὀλβιοπολίτης vero, quod in principio commemoravit, occurrit apud Herodotum lib. IV. cap. 18. Ἀτὰρ διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη· ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί· τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας· σφέας δὲ αὐτοὺς Ὀλβιοπολίτας. *Verum tranſmiſſo Boryſthene, à mari prima eſt Hylæa: dehinc habitant Scythæ agricolæ, quos Græci, qui ad Hypanim incolunt, Boryſthenitas appellant, ipſi vero ſe Olbiopolitas.*

ὈΛΒΙ΄ΣΙΟΙ, ἔθνος ἐπὶ Ἡρακλείων στηλῶν. Καὶ Ὀλβισίνιοι ἄλλο] Non dubito, quin hic *Olbiſii* iidem ſint, qui ſupra *Elbeſtii* vocantur ex Hecatæo: falſo enim illic Africæ tribuuntur. Nec puto alios eſſe *Olbiſinios*, quamvis noſter diſtinguat. Niſi pro ἄλλο ſcripſerit ἄλλοις· quod mihi verum videtur in Fragmento Stephani apud Conſtantinum Imperatorem de Adminiſtr. Imperio cap. XXIII. dicuntur Ἐλβυσίνιοι. MSS. autem hic pro ἐπὶ Ἡρακλείων habent ἀπό.

ὈΛΙΖΩ΄Ν, πόλις Θετταλίας.

— Καὶ Πιτύειαν ἔχον καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν] Apud Homerum Iliad. B. v. 717. in hodiernis exemplaribus legitur.

Καὶ Μελίβοιαν ἔχον καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν.

— Ὀξύνεται δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ,] Excidit vox Ὀλίζων. Vult enim dicere, Ὀλιζὼν habere accentum acutum in ultima ad diſcrimen nominis appellativi Ὀλίζων. Heſychius: Ὀλίζονες, ἥσσονες, ἐλάσσονες. & Ὀλίζων, πόλις καὶ ὁ ἐλάσσων.

ὌΛΜΙΟΝ, πόλις Βοιωτίας· ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς] Scholiaſtes Homeri calamo exaratus in Bibliotheca Medicea: Ὄλμος, Πορφυρίας Ἀθάμας οἱ Σισύφου παῖδες πρὸς τὸν Ἑλικῶνα πόλιν ᾤκισαν ἣν ὠνόμασεν Ὄλμον. Ὄλμου δὲ υἱὸς Μινυός, ἀφ' ἑαυτοῦ Μινύας αὐτοὺς ἐκάλεσεν. Τούτῳ παῖς ἦν Ὀρχομενός, ὃς τὴν πόλιν ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασεν. Apud Heſiodum in Theogon. princ. occurrit Ὀλμειὸς fluvius Heliconis: de muſis enim canit.

Καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Περμησσοῖο,
Ἢ Ἵππου κρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο.
Atque ablatæ tenero corpore in Permeſſo
Aut in Hippocrene, aut in Olmeo ſacro.

ad quem locum antiquus Scholiaſtes: Ὀλμειὸς ποταμὸς ἐν Ἑλικῶνι τῆς Βοιωτίας· ἀπὸ Ὀλμείου τοῦ Σισύφου παιδός. Meminit & Lucianus ad Indoct. & multos libros ement. non longe à principio: & Calliſtratus in Expoſit. Statuarum, poſt Philoſtratum, pag. 874. In Orphei ſtatuam: Ἐν τῷ Ἑλικῶνι, τέμενος δὲ τῶν Μουσῶν σκιερὸν ὁ χῶρος παρὰ τοῦ Ὀλμειοῦ τοῦ ποταμοῦ ῥύακας, καὶ τὴν ἰοειδέα Πηγάσου κρήνην, Ὀρφέως ἄγαλμα. *In Helicone, qui locus umbroſum Muſarum delubrum eſt, prope Olmi fluminis rivos & violacium Pegaſi fontem, Orphei ſtatua, &c.*

ὌΛΜΟΙ, πόλις τραχείας Κιλικίας, ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς] Hæc deprompta ſunt ex Strabone lib. XIV. pag. 670. qui hinc corrigendus eſt: legitur enim apud illum, εἶθ' Ὄλμος ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς. pro, Εἶτ' Ὄλμοι, &c. Nam jam ante numero plurium appellavit eodem libro pag. 663. ſupra v. Σελεύκεια. dicitur Ὀλβία appellata pro Ὀλμία. Pyrrhus Ligorius ait ſe vidiſſe nummum, in cujus una parte Trajani effigies, in altera Diana & Apollo repræſentati erant cum hac In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſcriptione ΩΛΜΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Idem Ligorius teſtatur ſe alium vidiſſe nummum, cujus una pars habebat caput Minervæ, adverſa Taurum habitu procedentis cum inſcriptione ΟΛΜΙΑΙΩΝ. quod ἀπὸ τοῦ Ὀλμίου formatum exiſtimat.

Ὄλμωνες, κώμη Βοιωτίας ἀπὸ Ὄλμου τοῦ Σισύφου. Παυσανίας ἐννάτῳ] Idem haud dubie locus, quem ante ex Epaphrodito appellavit Ὄλμιον, juxta Heſiodi Scholiaſten ſic appellatum ἀπὸ Ὀλμειοῦ, juxta vero Homeri necdum editum, ἀπὸ Ὄλμου. Apud Pauſaniam vero lib. IX. pag. 577. Ὅλμωνες & Ὅλμος cum aſpiratione legit Amaſæus.

ὈΛΌΒΑΓΡΑ, πόλις Μακεδονίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλόβαγρος] Ἴσως, Ὀλοβαγρεὺς, ut Μεγαρεύς.

ὈΛΟΟΣΣῺΝ, πόλις Μαγνησίας] MSS. PP. Ὀλοοασός. male. Nec melius Heſychius: Ὀλοοσὸν, πόλις Θεσσαλίας. Apud Lycophronem Ὀλοασὼν & quidem numero plurium Ὀλοασόνες ſcribitur v. 906.

Γόνον Φαλανόν τ', ἠδ' Ὀλοασόνων γυίας.

ubi Tzetzes: Φάλανος καὶ Ὀλοσσὼν πόλεις Ἠπείρου καὶ Θεσσαλίας. ἡ δὲ Ὀλοσσὼν νῦν Ἐλασσὼν λέγεται. Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 333. ſive v. 740. qui is eſt, qui hic adducitur, notat urbem hanc Straboni dici Περραιβικὴν, quæ noſtro Μαγνησίας· deinde addit: δοκεῖ δὲ φυλάσσειν καὶ νῦν τὴν κλῆσιν παραφθειρομένη βαρβαρικῶς. ἴσως γὰρ αὕτη ἐστὶν, ἡ ἄρτι λεγομένη Ἐλασσών.

ὈΛΟῦΣ, πόλις Κρήτης. Ξενίων ἐν τοῖς Κρητικοῖς. Ὁ πολίτης Ὀλούντιος, ὡς Σελινούντιος] In veteri Inſcriptione nuper Venetiis edita, quæ hujus civitatis fœdus cum Latiis continet, aliquoties ſcribitur ΟΛΟΝΤΙΟΙ. Atque ita in Siculis nummis legitur ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ. ut infra ad h. v. notavi. Præterea P. Ligorius ſe vidiſſe teſtatur nummos, in quibus ΟΛΟΝΤΙΩΝ legitur.

ὈΛΌΦΥΞΟΣ, πόλις ἐν Θρᾴκῃ περὶ τὸν Ἄθω. ὁ πολίτης, Ὀλοφύξιος. Ἡρόδοτος περὶ νυμφῶν καὶ Θεῶν γράψας] Apud Suidam hæc ſic ſcribuntur: Ὀλόφυξις. Θρᾳκία πόλις, περὶ Ἄθω. ἧς πολίτης Ἡρόδοτος ὀλοφύξιος περὶ νυμφῶν, ὥς φασι, γράψας, καὶ ἱερῶν. Sed apud Thucydidem lib. IV. pag. 325. ſcribitur ὀλόφυξος, ut hoc loco.

ὌΛΠΑΙ, φρούριον Ἀκαρνάνων, καὶ Ἀμφιλόχιον δικαστήριον. Θουκυδίδης τρίτῃ] Thucydides lib. III. pag. 243. Καὶ ἐσβαλόντες ἐς τὴν Ἀργείαν καταλαμβάνουσιν Ὄλπας, τεῖχος ἐπὶ λόφου ἰσχυρὸν πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ὅ ποτε Ἀκαρνᾶνες τειχισάμενοι, κοινῷ δικαστηρίῳ ἐχρῆντο. *Et Argeam ingreſſi Olpas capiunt validum in colle caſtellum ad mare, quod Acarnanes quondam cum muniviſſent communi juridici conventus loco utebantur.* Unde apparet diſtinctionem ponendam poſt φρούριον, non vero poſt Ἀκαρνάνων: & ſic MSS. PP. in quibus: Ὄλπαι, φρούριον. κοινὸν Ἀκαρνάνων, &c. legitur. Deinde pro Ἀμφιλόχιον ſcriberetur melius Ἀμφιλόχων, ut reſpondens magis voci Ἀκαρνάνων.

ὈΛΎΚΡΑΙ, πόλις περὶ Ναύπακτον.

— Τὸ ἐθνικὸν Ὀλυκραῖος] Pyrrhus Ligorius adducit nummum Gordiani, in quo circa navem Argo ΟΛΥΚΡΑΙΩΝ.

ὈΛΎΜΠΗ, πόλις Ἰλλυρίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλυμπαῖος] Idem Ligorius nummum profert ΟΛΥΜΠΑΙΩΝ in quo ſerpens expreſſius eſt multis involutus ſpiris, capite radiato.

ὈΛΥΜΠΙΑ, ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη, ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεὺς τιμᾶται· ἀφ' οὗ τὰ Ὀλύμπια, ὁ ἀγών] Philoſtratus lib. II. Icon. in Palæſtræ deſcriptione: ὁ μὲν χῶρος Ἀρκαδία, καὶ τὸ κάλλιστον Ἀρκαδίας καὶ ᾧ μάλιστα ὁ Ζεὺς χαίρει, Ὀλυμπίαν αὐτὸ ὀνομάζομεν. *Locus quidem Arcadia, & Arcadiæ optimum, quo maxime gaudet Jupiter, Olympiam ipſum appellamus.*

— Λέγεται καὶ Ἀρπίνα, ὡς Νικάνωρ, ἀπὸ τῆς Οἰνομάου μητρός] Pauſanias lib. VI. pag. 385. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἀρπινάτης καλούμενος ποταμὸς καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, πόλεως Ἀρπίνης ἄλλα τε ἐρείπια καὶ μάλιστα οἱ βωμοί. Οἰκίσαι δὲ Οἰνόμαον τὴν πόλιν καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσιν Ἀρπίνης. *Eſt ibi & alius fluvius Arpinates dictus & non procul à fluvio Arpinæ urbis cum alia rudera tum imprimis aræ. Urbem iſtam condidiſſe Oenomaum & de matris Arpinæ nomine appellaſſe dicunt.* Strabo lib. VIII. pag. 356. Παρὰ δὲ τὴν Ὀλυμπίαν ἐστὶ καὶ ἡ Ἔπινα (Ἀρπίνα) καὶ αὐτὴ τῶν ὀκτὼ, δι' ἧς ῥεῖ ποταμὸς Παρθενίας, ὡς εἰς Φηραίαν ἰόντων. *Juxta Olympiam eſt etiam Arpina & ipſa in octo urbium numero, per quam labitur Parthenias fluvius, qua itur ad Pheræam.* Quo in loco dubitantis Caſauboni conjectura, qua pro Ἔπινα ſcriptum fuiſſe Ἀρπίνα ſuſpicatus eſt, egregie adſtruitur hocce Stephani loco.

ὈΛΥΜΠΙΈΙΟΝ, τόπος ἐν Δήλῳ, ὃν κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ, νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πεντεκαιδεκάτῳ] Scribe, πεντεκαιδεκάτῃ· ut referatur non ad librum, ſed ad *Olympiadem.* Ita enim ſemper citat *Olympiadem* non librum. Idemque Salmaſius ad Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores jam monuit.

ὌΛΥΜΠΟΣ, ὄρος Μυσίας· Ἀρριανὸς Βιθυνιακῶν πρώτῳ] Meminit Callimachus Hymno in Dianam v. 117. Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ. ubi Scholiaſtes vetus: Ἔστι γὰρ καὶ Μακεδονίας. Eſt item Lyciæ mons Chimeræ incendio nobilitatus, cui ejuſdem nominis civitas

ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ad mare ſubjacet, de quo inſignem Methodii locum, *Olympi* olim Epiſcopi, ex Photio adjiciam: Ὅτι φησὶν ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ (ὄρος δέ ἐστιν ὁ Ὄλυμπος τῆς Λυκίας) πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον, περὶ ὃ πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον, ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι. *Vidi, inquit, in Olympo monte Lyciæ ignem ſponte ſua in montis cacumine ex imo terræ enaſcentem, juxta quem ſtirps, pyragnus nomine exiſtit adeo florida, virens & opaca, ut è fonte potius nata videatur.*

— Οἱ Οἰκοῦντες, Ὀλυμπηνοί] Ita & Euſtathius ad Iliad. A. pag. 27. & ad Iliad. B. pag. 364. Apud Herodotum autem lib. VII. cap. 74. dicuntur Ὀλυμπηνοί.

ὌΛΥΝΘΟΣ, πόλις Θρᾴκης, πρὸς τῇ Σιθωνίᾳ τῆς Μακεδονίας] *Olynthus* in regione Χαλκιδικῇ ſita fuit prope montem Atho: unde Thucydides lib. IV. pag. 334. Ὄλυνθον τὴν χαλκιδικὴν vocat.

— Ἀπὸ Ὀλύνθου τοῦ Ἡρακλέους] Conon apud Photium Narrat. IV. *Olynthum* Strymonis Thracum regis dicit filium.

ὌΛΒΟΙ, πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῇ Λιβύῃ] Ordo literarum perturbatus hanc vocem mihi ſuſpectam reddit. Is enim poſtulare videtur Ὄλφοι.

ὌΜΑΝΑ, πόλις τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ὀμανεύς] Apud Ptolemæum, Ὀμανῖται. quod cum formatione iſtius regionis convenit, de qua ſupra vv. Ἄδανα & Δαύη. infra v. Ὤγυρις.

ὈΜΒΡΙΚΟΙ, ἔθνος Ἰταλικὸν περὶ τὸν Ἀδριανὸν κόλπον, μέσον τοῦ Πάδου καὶ Πικεντίνου] MSS. περὶ τὸν Ἀδριακὸν. rectius.

— Λέγονται καὶ Ὄμβροι] Ita Lycophron v. 1360.

καὶ δορύκτητον χθόνα
Πᾶσαν κατειργάσατο τῶν Ὄμβρων πέλας.

captivamque terram
Omnem ſubegerunt prope Umbros ſitam.

ubi Scholiaſtes: Ὄμβρα (ſcribo Ὄμβροι) γένος Γαλατῶν καὶ Σαλπίων. ſatis inepte ut ſolet.

— Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἰταλίας Ὄμβρος] MSS. Οὔμβρος.

— Καὶ τοῦ καρποὺς πολλαπλασίους τὴν γῆν ἀνιέναι τῶν καταβαλλομένων] MSS. τὴν καταβαλλομένην.

ὉΜΗΡΙΤΑΙ, ἔθνος Αἰθιόπων. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ α'] Videndum an *Homeritæ* non acceperint nomen ab Ὁμέρῳ, filio Aliphazæ, nepote Eſavi. Joſepho enim teſte lib. II. Antiquit. Judaic. cap. I. Πολλὴ γὰρ γενομένη ποτὲ ἡ Ἰδουμαία, πότε πάσης αὐτῆς ἀπέσωζεν ὄνομα καὶ τοῖς μέρεσι τὰς ἀπὸ τῶν οἰκητόρων προσηγορίας διεφύλαξεν. *Quondam enim late patentem terram Idumææ nomen complectebatur, cujus partes à primis colonorum deductoribus denominatæ appellationes eas poſtea retinuerunt.* Ὅμηρος autem ibidem recenſetur. Pro Αἰθιόπων autem hoc loco legendum eſt Ἀράβων, uti apud ipſum *Marcianum* & Ptolemæum legitur. Procopius lib. I. Perſicorum pag. 32. Ὁμηριτῶν δὲ καταντικρὺ μάλιστα ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσιν. Ea gens Juſtiniani Imperatoris temporibus longe lateque per Felicem Arabiam dominabatur, uti ex ejus ſæculi Hiſtoria videre licet.

ὉΜΟΛΗ, ὄρος Θετταλίας· Παυσανίας ἐννάτῳ. λέγεται καὶ Ὅμολος] Montis hujus nomen corrupte legitur apud Orpheum in Argonauticis v. 460.

Ἀγχίαλος θ' ὁμαλὴ, ῥεῖθρον θ' ἁλιμυρὲς
Ἐναύλου.

ſcribendum enim, Ἀγχίαλος θ' Ὁμόλη. Ab hujus autem loci corrupta Lectione deceptus Ortelius *Anchialum* facit nobis locum circa ſinum Pelaſgicum, ſeductus ante ab Hermolao Barbaro: infeliciter. Quod ſi quis ordinem itineris, quem Argonautæ tenuerunt, reſpiciat apud Apollonium lib. I. v. 594. deprehendet & in ſequentibus verbis Orphei mendum eſſe legendumque

ῥεῖθρον θ' ἁλιμυρὲς Ἀναύρου.

— Καὶ Θηβῶν αἱ πρὸς τῷ ὄρει Ὁμολοΐδες] Poſt Θηβῶν addendum πύλαι, ſenſu manifeſte id requirente. Vide Tzetzem ad Lycophronem v. 520.

ὉΜΟΛΙΟΝ, πόλις Μακεδονίας καὶ Μαγνησίας. Στράβων ἑβδόμῃ] Idem cum præcedente. Scholiaſtes vetus Apollonii ad librum I. v. 594. Ὁμόλη, ὄρος Θετταλίας οὕτω καλούμενον, ἡ πόλις Θρᾴκης.

— Τὸ δὲ Ὁμολώϊος, τεμενικόν ἐστι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ω] Pertinet huc etiam Ὁμολωῒς, quod occurrit apud Lycophronem v. 520.

καὶ Τελχῖνος Θεὰ
Βοαρμία Λογγᾶτις Ὁμολωῒς βία.

ac Tritonia Dea
Juga Longatis Homolois potens.

ubi Tzetzes: Ὁμολωῒς δὲ τιμᾶται παρὰ Θηβαίοις, ἀπὸ Ὁμολωΐδος τῆς Νιόβης θυγατρός. Ὁμολωΐδες γὰρ πύλαι Θηβῶν.

ὈΜΦΑΚΗ, πόλις Σικελίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Ὀμφακαῖος, ἔδει δὲ Ὀμφακηνὸς τῷ τύπῳ τῆς χώρας] Scribe, Ὀμφακῖνος. ſupra enim vv. Ἀμβρακία & Ἴνυκον, docuit hanc eſſe terminationem apud Siculos uſitatam.

ὈΜΦΑΛΙΟΝ, τόπος Κρήτης, πλησίον Θεννῶν καὶ Κνωσσοῦ] Callimachus Hymno in Jovem v. 42. unde hæc deprompta ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσσοῖο φέρουσα.
Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε, Θεναὶ δ' ἔσαν ἐγγύθι Κνωσσοῦ,
Τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός. ἔνθεν ἐκεῖνο
Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.
Poſtquam vero Thenas riliquit, ad Cnoſſum deferens,
Jupiter pater, te nympha, Thenæ autem proximæ Cnoſſo,
Ibi tum decidit tibi, Deus, Omphalos. Hinc iſtum Omphalium deinceps locum nominant Cydones.

ex quo loco pariter apparet pro Θεννῶν apud Stephanum legendum eſſe Θενῶν, uti jam monuimus ſupra v. Θενναί. Meminit hujus loci etiam Nicandri Scholiaſtes vetus, ad Princip. Alexipharm. ſed ex Callimacho pariter: Ὀμφαλὸς γὰρ τόπος ἐν Κρήτῃ, ὡς καὶ Καλλίμαχος, Πέσε δαῖμον ἀπ' ὀμφαλός. ἔνθεν ἐκεῖνο Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες. ita enim locus iſte ex Callimacho apud Scholiaſten, ubi mendoſe editur, reformandus eſt. Fuit & alius locus Delphis, qui credebatur terræ *umbilicus*. Heſychius: Μεσομφαλία, ἡ μέσος τῶν Δελφῶν πόλις. Pindarus Pyth. Od. IV. pag. 241. Ἦλθε δὲ οἱ κρυόεν πυκινῷ μάντευμα θυμῷ. παρὰ μέσον Ὀμφαλὸν εὐδένδροιο ῥηθὲν ματέρος. *Venit autem horrendum vaticinium prudenti animo ejus, editum apud medium umbilicum matris fœcundæ arboribus.* ubi Scholiaſtes Græcus παρὰ μέσον ὀμφαλὸν explicat: τουτέστι, κατὰ τὸ Δελφικὸν χρηστήριον. τὸ ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης τῆς εὐδένδρου γῆς. Et Euripidi in Oreſte v. 591.

Ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων' ὃς μεσομφάλους ἕδρας
Ναίων, βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει.
Vides Apollinem, qui ſedem mediam
Inhabitans, tribuit hominibus certiſſima oracula.

qui locus adducitur etiam à Clemente in Protreptico. Et in eadem fabula v. 331.

Τρίποδος ἀπό φασιν, ἂν ὁ Φοῖβος
Ἔλακεν, ἔλακε, δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον,
Ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοὶ γᾶς.
Oraculum ex tripode, quod Phœbus
Dixit, dixit, accipiens in ſolo,
Ubi dicitur eſſe umbilicus terræ.

Ad quem locum Scholia antiqua Græca notant: Ὀμφαλὸς λέγεται ἡ Πυθώ, παρὰ τὸ τὰς ὀμφὰς τὰς ἀπὸ θεοῦ χρηστηριαζομένας λέγειν, ἢ παρὰ τὸ εἶναι ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης. Λέγεται γὰρ τὸν Δία μαθεῖν βουλόμενον τὸ τέλος τῆς γῆς, δύο ἀετοὺς ἰσοταχεῖς ἀφεῖναι, τὸν μὲν ἀπὸ δύσεως, τὸν δὲ ἀπὸ ἀνατολῆς, καὶ ἐκεῖ αὐτοὺς συναντῆσαι, ὅθεν Ὀμφαλὸς ἐκλήθη. ἀνακεῖσθαί τε χρυσοῦς ἀετούς φασι τῶν μυθολογουμένων ἀετῶν ὑπομνήματα. Denique Manilius apud Varronem lib. VI. de L. L. pag. 68. *O ſancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obtines.* ubi Varro: *Umbilicum dictum ajunt ab umbilico noſtro, quod is medius locus ſit terrarum ut umbilicus in nobis. Quod utrumque eſt falſum. Neque hic locus eſt terrarum medius; neque noſter umbilicus eſt hominis medius.* & paullo poſt: *terræ medium non hoc, ſed quod vocant Delphis in æde*, μεσομφαλίαν, *foramen alatum eſt quoddam in tenſarii ſpeciem, quod Græci* Ὀμφαλὸν *dixerunt.* ſic enim locus iſte legendus eſt. Romæ item in Regione VIII. quæ Forum Romanum dicitur apud P. Victorem, locus quidem *Umbilicus Urbis Romæ* appellatur.

— Ἔστι καὶ Θετταλίας] Hinc gentile Ὀμφαλιεῦς Infra v. Παραυαῖοι, in Rhiani verſu

Σὺν δὲ Παραυαίοις, καὶ ἀμύμονας Ὀμφαλιῆας.

ut ab Ὀμάρελον, Ὀμαρελεῦς, aliaque.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ὀμφαλίτης] Nummus ΟΜΦΑΛΙΤΩΝ cum imagine Herculis extat apud Goltzium.

ὈΝΕΙΑΒΆΤΗϹ, πόλις Αἰγύπτου. Ἑκαταῖος Περιηγήσει Λιβύης. ὁ πολίτης, Ὀνειβιάτης τῷ τῆς χώρας ἔθει] Hæc civitas videtur eſſe illud caſtrum apud Leontopolin præfecturæ Heliopolitanæ, in quo Onias, Oniæ Pontificis filius, ex Ptolemæi Philometoris conceſſione templum excitavit ad Hieroſolymitani ſimilitudinem. De quo videndus Joſephus lib. XIII. Antiq. cap. 6. ubi literas Oniæ ad Ptolemæum petitorias & Ptolemæi reſponſorias adfert, in quibus locus, in quo templum hoc exſtructum, dicitur, τῆς ἀγρείας Βουβάστεως, *agreſtis Bubaſtis.* In gentili autem videtur hic erratum ſcriptumque prius, Ὀνειαβάτης. ut idem ſit cum urbis nomine. Sic ſupra: Διοχίτης, κώμη Αἰγύπτου, ἐν ᾗ τέθαπται Ὄσιρις. Ἐθνικὸν τὸ αὐτὸ, Διοχίτης.

ὈΝΘΥΎΡΙΟΝ, πόλις Θεσσαλικὴ περὶ τὸ Ἄρνην.

— Τὸ ἐθνικὸν Ὀνθυρεύς] Pyrrhus Ligorius laudat nummum argenteum ΟΝΘΥΡΙΑΙΩΝ. cujus una pars caput Minervæ, altera Theſſali ſive bovis præfert.

ὈΞΥΔΡΆΚΑΙ, ἔθνος Ἰνδικὸν, ὑφ' ὧν σώσας Ἀλέξανδρον Πτολεμαῖος σωτὴρ ἐκλήθη] Deſcribit hanc hiſtoriam Plutarchus lib. II. de Fortitud. Alexandri pag. 343. narrans *Alexandrum* cum tribus deſiluiſſe in urbis *Oxydracarum* planitiem, ſcalas eo ipſo momento confractas, alterum ex ſociis ejus ſtatim interfectum, alterum graviter vulneratum & mox etiam ipſum ſecuri in capite, ſagitta in pectore: tandem Lemnæum vel Limnæum, *Ptolemæum*, Leonnatum & alios vel ſuperato vel perrupto muro tuliſſe ſuppetias. Sed hæc hiſtoria diverſimode traditur. Curtius lib. IX. cap. 5. primo Peuceſtam, dein Timæum, paullo ſubpoſt Leonnatum, tandem Ariſtonum ſubveniſſe periclitanti Alexandro ſcribit, *Ptolemæi* non meminit.

Ὀ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Οἱ δὲ Ψεῦδός τὸ περὶ τ̃ Ὀξυδρακῶν] MSS. Οἱ δὲ Ψεῦδος τ̃. Dicit nonnullos negare, accidiſſe Alexandro iſtud infortunium apud *Oxydracas*. Inter illos autem eſt Arrianus qui apud Mallos hoc factum refert, lib. VI. de Exped. Alexandri pag. 129. & ſeq.

ὈΞΥΡΥΓΧΟΣ, πόλις Αἰγύπτου, τιμῶσα τὸν ὁμώνυμον ἰχθῦν] Plutarchus de Iſide & Oſiride pag. 353. Ἰχθύων δὲ θαλαττίων, πάντες μὲν οὐ πάντων ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται. Καθάπερ Ὀξυρυγχῖται τ̃ ἀπ' ἀγκίστρου. Σεβόμενοι γὰρ τ̃ Ὀξυρύγχον ἰχθὺν, δεδίασι μή ποτε τὸ ἄγκιστρον οὐ καθαρόν ἐστιν Ὀξυρύγχου περιπεσόντος αὐτῷ. *Piſcibus autem marinis non omnes omnibus, ſed quibuſdam abſtinent: ut Oxyrynchitæ hamo captis. Quia enim Oxyrynchum piſcem venerantur, metuunt ne hamus aliquando ab Oxyryncho tactus polluatur.* & rurſus in eodem libro pag. 380. Οἱ δ' Ὀξυρυγχῖται καθ' ἡμᾶς τ̃ Κυνοπολιτῶν τ̃ Ὀξύρυγχον ἰχθὺν ἐσθιόντων, κύνας συλλαβόντες καὶ θύσαντες, ὡς ἱερεῖον κατέφαγον. Ἐκ δὲ τούτου καταστάντες εἰς πόλεμον, ἀλλήλους τε διέθηκαν κακῶς, καὶ ὕστερον ὑπὸ Ῥωμαίων κολαζόμενοι διετέθησαν. *Noſtra vero tempeſtate cum Cynopolitæ piſcem Oxyrynchum ederent, Oxyrynchitæ canes comprehenſos ac mactatos victimæ in morem comederunt. Eaque de cauſſa conflato bello, cum ipſæ gravibus ſeſe invicem damnis affecerunt urbes, tum adfectæ à Romanis pœnam iis infligentibus fuerunt.* Petrus Bellonius lib. II. Obſerv. cap. 32. exiſtimat *Oxyrynchum* eſſe piſcem *Lucium*, qui admodum frequens eſt in Nilo: à qua ſententia vocis originatio non abludit.

— Ὁ πολίτης, Ὀξυρυγχίτης] Pyrrhus Ligorius nummum Antonini Pii profert, in cujus averſo latere circum tres figuras Oſiridis, Iſidis & Harpocratis legitur, ΟΞΥΡΥΧΙΤΩΝ.

ὈΠΙΚΟΙ, ἔθνος Ἰταλίας. Εὔδοξος ἐκείνῳ γῆς περιόδου. γλώσσας συνέμιξαν. οἱ δὲ, ὅτι Ὀφικοὶ, ἀπὸ τῶν ὄφεων] Quid hoc loco ſibi volunt verba, γλώσσας συνέμιξαν? An ſunt initium loci ex Eudoxo adducti, qualia non raro apud noſtrum occurrunt? Exiſtimo potius locum eſſe mutilum: nam illud, οἱ δὲ, oſtendit præceſſiſſe οἱ μὲν: & Cluverius lacunam etiam hoc loco agnovit lib. III. Ital. Antiq. cap. 9. pag. 1056. ſed non explevit. Ego vero ſic illam explendam exiſtimo: οἱ μὲν, ὅτι γλώσσας συνέμιξαν. Οἱ δὲ, ὅτι, &c. Nam, ut doctiſſimus Geographus dicto capite plurimis probat, Auſones, Aurunci, *Opici*, una eademque gens fuit inter ſe confuſa & permixta tam lingua quam habitatione. Ὄψ autem ἔπος, unde Ὀπικοὶ, & viſum & vocem ſignificat, uti Heſychius & alii docent, notante Julio Cæſare Capaccio Hiſtor. Neap. pag. 9. Altera vero Etymologia, qua Ὀπικοὶ dicuntur appellati quaſi Ὀφικοὶ ἀπὸ τ̃ ὄφεων extat etiam apud Servium ad lib. VII. Æneid. Virgilii v. 730. *Oſcorumque manus. Capuenſes dicit, qui ante Ophici appellati ſunt, quod illic plurimi abundavere ſerpentes: nam Græce Ὄφις dicitur ſerpens.* uti legitur in Servii editione à Georgio Fabricio procurata: nam in Stephani & Danielis paullo aliter extat. Apud Gellium *Opicus* bis pro ruſtico ponitur: ſemel lib. XIII. cap. 9. in fragmento Tyronis, Ciceronis liberti: Ὑάδες, οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, *ita ut noſtri Opici putaverunt, ſed ab eo, quod eſt* ὕειν, *appellatur.* iterum lib. XI. cap. 16. *Tum ille Opicus verbis meis inchoatis & inconditis adductus virtutem eſſe* πολυπραγμοσύνην, *hortatur, inquit, nos profecto neſcio quis hic Plutarchus ad negotia capeſſenda & ad res obeundas plurimas cum induſtria & celeritate.* Quæ adferre lucem poſſunt Ariſtidi Quintiliano lib. II. de Muſica pag. 72. Δυοῖν δὲ καὶ περὶ τὴν ψυχὴν, ὡς γ' ἔνι φάναι, θεωρουμένων παθῶν, θυμοῦ τε καὶ ἐπιθυμίας, οἱ μὲν ἄγευστοι παντάπασι τῶν ἐκ μουσικῆς καλῶν, εἰ μὲν τὸ ἐπιθυμητικὸν κολακεύοιεν, ἀναίσθητοί τε εἰσὶ, καὶ βοσκηματώδεις, ὡς οἵτε περὶ τὴν Ὀπικίαν καὶ Λευκανίαν· εἰ δὲ τὸ θυμικὸν ἐγείροιεν, ἄγριοί τε καὶ θηριώδεις, ὡς οἵ τε περὶ τὴν Γαραμαντίδα καὶ τὴν Ἰβηρίαν. *Cumque circa animam duæ, ut ita dicam, ſpectentur adfectiones, Ira ſcilicet & Concupiſcentia; illi, qui bona ex Muſicis provenientia nullo modo deguſtarunt, ſi quidem cupiditatem adſectentur & ſenſu carent & pecudum ritu degunt; ut Opiciæ & Lucaniæ populi. Quod ſi iraſcentem partem excitent, immanes ſunt ac feri; ut qui Garamantidem incolunt & Iberiam.*

ὈΠΟΕΙΣ, πόλις Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων] In veteri Epigrammate Anonymi εἰς τινας τῶν ἐν Θερμοπύλαις πεσόντων vocatur hæc urbs Μητρόπολις Λοκρῶν. Epigramma legitur in Append. Anthol. pag. 15. & apud Strabonem lib. IX. pag. 425.

Τοὺς δέ ποτε φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει Ὀποῦς Ὀπόεις.

Et Pindarus in Olymp. Od. IX. pag. 84. Ὅθεν στεφάνων ἄωτοι κλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείροντι ματέρ' ἀγλαόδενδρον. *Unde coronarum flores inclytam Locrorum extollunt matrem, pulchrarum arborum feracem.* ubi Scholiaſtes: Μητέρα ἤτοι Ὀποῦντα, οὗ Ἐφαρμόστου πατρίδα. μητρόπολιν δὲ τὴν Ὀποῦντα τῶν Λοκρῶν λέγει. Nec aliter Strabo dicto loco, qui ex Epigrammate prius allato hoc adſtruit: & ex Strabone Euſtathius ad Iliad B. pag. 277. Ὁ δὲ γεωγράφος, καὶ μητρόπολιν Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, ἤτοι Ὀποῦντα λέγει. Orpheus τειχήεσσαν cognominat, Argonaut. v. 178.

Τρηχεῖαν Ὀπόεντα λίπων, σὺν δ' ἔλυθεν Ἴδας.

— Ἀπὸ Ὀπόεντος] Ὀποῦς, Locri & Protogeniæ filius, Scholiaſti Pindari Olymp. Od. IX. pag. 87.

— Τὸ ἐθνικὸν Ὀπούσιος, Ὀπουσία] Ita etiam Euſtathius ad Iliad. B. pag. 277.

— Οἱ πολῖται, Ὀπούντιοι] Nummi, in quibus legitur, ΟΠΟΝΤΙΩΝ extant plures; apud R. P. Sirmondum unus, apud CL. Meneſtrier duo, apud Goltzium quatuor.

ὈΡΒΙΤΑΙ, ἔθνος Ἰνδικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας] Hos credo eoſdem eſſe populos, qui ſupra v. Ἄρβις, dicuntur Ἀρβῖται. Deinde exiſtimo Apollodorum hic citari non δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας, *libro ſecundo de Alexandria*, uti verba citra diſtinctionem ſonant: ſed δευτέρῳ, ſcilicet περὶ γῆς. Verba autem, περὶ Ἀλεξανδρείας puto referenda ad *Orbitas*. Prius patet infra v. Ὠρεῖται. ubi ſimiliter adduntur, Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ. *Oritæ* enim & *Arbitæ* vicini erant, uti oſtendimus ſupra v. Ἄρβις ex Dionyſio. Poſterius ex eo clarum quod in iſto tractu fuit *Alexandria*, quam ipſe ſupra v. Ἀλεξάνδρεια quarto loco commemorat, & cujus meminit Plinius lib. VI. cap. 23. in Oneſicriti & Nearchi navigatione: *Alexandria condita à Leonato juſſu Alexandri in finibus gentis.* Apud Pyrrhum Ligorium extat nummus Trajani Imperatoris, in cujus averſa area rhinoceros effigiatus viſitur cum hac inſcriptione: ΟΡΒΙΤΑΙΩΝ ΚΟΙΝ.

ὈΡΓΑΛΗΜΑ, πόλις ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ] Scriptura hæc non convenit cum gentili.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ὀργαμηναῖος] MSS. Ὀργαμαῖος. an Ὀργαλημαῖος?

ὈΡΕΣΤΑΙ, Μολοσσικὸν ἔθνος.

— Θεαγένης ἐν Μακεδονικῶν φησι] Scribe cum Salmaſio, Θεαγένης ἐ Μ. φ.

— Αὐτὸς δὲ ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεὶς, θνήσκει εἰς χωρίον τῆς Ἀρκαδίας τὸ λεγόμενον Ὀρέστιον] Euripidi locus iſte Ὀρέστειον dicitur, in Oreſte v. 1645.

σὲ δ' αὖ χρεὼν
Ὀρέστα, γαίας τῆσδ' ὑπερβαλόνθ' ὅρους,
Παρράσιον οἰκεῖν δάπεδον, ἐνιαυτοῦ κύκλον.
Κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον,
Ἀζᾶσιν, Ἀρκάσιν τ' Ὀρέστειον καλεῖν.

Te autem oportet
Oreſta, poſtquam hujus terræ fines ſuperaveris,
Habitare ſolum Parrhaſium, per circulum anni:
Vocabitur autem locus à tuo nomine ab exilio,
Ut vocetur Azanibus & Arcadibus Oreſteum.

unde apparet eundem eſſe, de quo paullo poſt v. Ὀρεστία. Vide Salmaſium in Exercitationibus ad Solinum pag. 154.

— Λέγεται καὶ θηλυκὸν Ὀρεστὶς] Thucydides lib. IV. pag. 342. Μαντινῆς δὲ καὶ Τεγεᾶται, καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέρων ξυνέβαλον ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Ὀρεστίδος. *Mantinæi autem & Tegeatæ & utrorumque ſocii ad Laodiceam, quæ eſt in Oreſtide conflixerunt & victoria anceps extitit.*

— Καὶ Ὀρεστίας] *Oreſtias* regio apud Strabonem lib. VII. pag. 326. Ab hac diverſi *Oreſtiades*, Comani Cappadociæ montis incolæ, quorum meminit Damaſcius in vita Iſidori apud Photium pag. 1041.

ὈΡΕΣΤΗ, πόλις. Ἑκαταῖος Εὐρώπης περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν Ὀρέσται ὁμοίως] Videtur excidiſſe Εὐβοίας poſt πόλις. Heſychius, Ὀρέστη, χωρίον Εὐβοίας.

ὈΡΕΣΤΙΑ, πόλις ἐν Ὀρεσταῖς, ἐν Ὄρει ὑπερκειμένῳ τῆς Μακεδονικῆς γῆς, ἐν ᾗ Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ] MSS. τῆς Μακεδονικῆς γῆς ἐξ ἧς καὶ ἐν ᾗ Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ.

— Γράφουσι, τὸ Ὀρέστειον] Poſt hanc vocem procul dubio lacuna eſt, uti videre eſt ex iis, quæ ex voce Ὀρνειαὶ citat Euſtathius ad Iliad. B. pag. 291. Ὀρνειαὶ δὲ, ἢ δίχα τοῦ ι Ὀρνεαί. τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐν κοινῇ χρήσει κεῖται, κώμη ἐστὶν Ἀργείας κατὰ τὸν γεωγράφον. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. Ταύτην δὲ ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, πόλιν λέγει οὐ κώμην.

Π.

ΠΑΛΙΚΗ, πόλις Σικελίας.

— Ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονές τινες, οὓς Αἰσχύλος ἐν Αἰτναίοις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου] MS. Αἴτναις. & ita Anonymus in Æſchyli vita, Αἴτνας. quod non mutandum eſſe in Αἰτναίας, prout aliquoties apud Heſychium citatur vel hinc apparet. In catalogo autem Dramatum pariter Αἰτναῖοι ſcribitur. Apud Heſychium v. Κρείττονας, numero ſingulari. Αἰσχύλος Αἴτνᾳ. & ſic pariter apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 19. apud quem verſus ex hac tragœdia occurrunt huc facientes: Æſchyli tragœdia eſt, quæ inſcribitur Ætna: in hac cum de Palicis loqueretur ſic ait:

Τί δῆτ' ἐν αὐτοῖς ὄνομα τίθενται βροτοί;
Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν,
Ἦ καὶ Παλικῶν εὐλόγως μένει φάτις,
Πάλιν γὰρ ἵκουσ' ἐκ σκότους τόδ' ἐς φάος.

— Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου] Ita Macrobius dicto loco ex Æſchylo & Servius in lib. IX. Æneid. Virg. v. 585.

— Σιληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ· Αἴτνης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ἡφαίστου] Labuntur viri docti, qui inducti prava loci hujus diſtinctione *Silenum* duos pluresve libros de Ætna ſcripſiſſe putant. Sunt enim hi Sicularum rerum libri, quorum meminit Athenæus lib. XII. pag. 542. Σιληνὸς δ' ὁ Καλατιανὸς ἐν τρίτῳ Σικελικῶν περὶ Συρακούσας φησὶ κῆπον εἶναι πολυτελῶς κατ-

κατεσκευασμένον, καλεῖσθαι δὲ μῦθον, ἐν ᾧ χρηματίζειν Ἱέρωνα τὸν βασιλέα. quæ verba vertunt: *Silenus Calatianus libro tertio de Siciliæ rebus ait, circa Syracuſas hortum fuiſſe magnifice inſtructum, quem Conſabulationem appellabant: in eo Hieronem illos audire ſolitum, qui de publicis rebus conveniebant.* In quo loco pro Καλατιανὸς ſcribendum exiſtimo Καλακτῖνος, & *Silenum* hunc *Calacte*, Siciliæ urbe, puto fuiſſe oriundum: de qua vide, quæ notavimus ſupra v. Καλὴ ἀκτή.

— Ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος· αὕτη δ' ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις, ὥστε ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζειν κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον] Locus hic verbotenus deſcriptus ex Ariſtotelis libro de Mirabil. Auſcult. cap. 61. apud quem ultima verba leguntur: ὥστε ὑπὸ τῶν ἰδόντων νομίζεσθαι κ. τ. π. rectius quam hic. *ut videntibus appareat inundaturus planitiem.*

— Ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι· ὅσα γὰρ ὀμνύει τις εἰς πινάκιον γράψας βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ· ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει· ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται] Etiam hæc Ariſtotelis verba ſunt, ſed aliquantulum interpolata. Pro βάλλει αὐτὸ videtur ſcribendum βάλλει αὐτὸς, ſic requirentibus ſequentibus & conſtructione ipſa, tum Polemonis loco apud Macrobium.

— Ὁ πολίτης παλικινὸς, ὡς τῆς Ἐρύκης, Ἐρυκηνὸς, καὶ τὸ θηλυκὸν παλικηνή] Videtur ſcribendum, παλικηνὸς, uti apparet ex fœminino παλικηνή. aut legendum, Ἐρυκῖνος & παλικίνη. ante enim ex Theophilo jam adduxit παλικίνην κρήνην. Cluverius tamen lib. 11. Sic. Antiq. cap. 9. mavult prius & pro exemplo quoque adducit Ὀμφακηνὸς ab Ὀμφάκη, ſupra h. v. Polemoni apud Macrobium dicto loco παλικεινοί oppidani vocantur; niſi pro eo reſcribendum, παλικηνοί.

ΠΑΛΑΝΤΙ'Α, πόλις Ἰβηρίας. Ὁ πολίτης παλάντιος] Ordo literarum poſtulat, παλλαντία & παλλάντιος per λλ geminum.

ΠΑΛΑ'ΝΤΙΟΝ, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ πάλαντος ἑνὸς τῶν Λυκάονος παίδων, ὡς Ἡσίοδος] Puto & hic alterum Λ excidiſſe, ſcribendumque ut apud Euſtathium, παλλάντιον. &, ἀπὸ πάλλαντος. Hanc ſcripturam Salmaſius adſtruit in Plinian. Exercit. pag. 13.

— Τινὲς δὲ παλαντιάδα καλοῦσιν, ὡς ἐν τῷ περὶ Ἑστιαίας εἴρηται] Atqui iſtic nihil tale extat.

ΠΑΛΛΗ'ΝΗ, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ παλλήνης τῆς Σίθωνος μὲν θυγατρὸς, Κλείτου δὲ γυναικὸς, ὡς Ἡγήσιππος ἐν τοῖς παλληνιακοῖς] Similiter Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 291. πελλήνη, πόλις καὶ αὐτὴ Ἀχαΐας. ταύτης ἐθνικὸν, πελληνεὺς καὶ πελλήνιος. Ἡ μέντοι παλλήνη διὰ τοῦ α, πόλις ἐστὶ Θρᾴκης. Corrigenda Orphei Argonautica, in quibus v. 464. perperam editur,

καὶ Ἄθωδεν δρώδεα κάμψαν
Πελλήνην τ' εὐρεῖαν.

pro παλλήνην. Apud Suidam v. Ἀλκυονίδες, παλήνη dicitur fuiſſe una filiarum Alcyonis, quæ ex Canaſtræo promontorio ſeſe in mare præcipitarunt: ubi παλλήνη ſcribendum exiſtimo. Nomen enim loco, ſi quis in fabulis conjecturæ locus eſſe debet, ab hac *Pallene* impoſitum videtur; cum Methone ejuſdem oræ oppidum ex ejus ſorore nomen acceperit. Licet enim noſter ἀπὸ τοῦ μέθυ ſupra deducat: tamen apud Suidam: Μεθώνη πόλις, καὶ μία τῶν Ἀλκυονίδων. ita enim legendum; copulativa in vulgatis Suidæ exemplaribus excidit. Cæterum quæ παλλήνη hic & apud Suidam dicitur, *Palla* vocatur à Junio Philargyrio in Virg. lib. IV. Georg. v. 390. *Pallene inſula ſecundum Thermodontem dicta à Palla Sithonis filia, quæ nunc Cherſoneſus vocatur.* Deinde pro Σίθωνος apud noſtrum ſcribendum videtur Σίθονος per ο. Latini enim corripiunt. Ovidius in Epiſt. Phyllidis ad Demophoontem:

Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.

Parthenius tamen in Erotic. cap. VI. ſcribit per ω. & apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 47. licet corrupta ſcriptura huic lectioni velificetur. Legitur enim ibi in vulgatis: παλλήνη πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ παλλήνης θυγατρὸς Τιθῶνος. Sed in MS. ſcribitur, Σίθωνος. Tzetzes quoque in Lycophronem v. 1161. *Pallenen* Σιθῶνος καὶ Ἀχρόης filiam vocat. Vicina item regio Σιθωνία dicitur infra hac v. Quæ omnia vulgatam Stephani lectionem firmant.

— Παλλήνη δ' ἐστὶ χερρόνησος, τρίγωνος, τὴν βάσιν ἔχουσα πρὸς μεσημβρίαν ἐστραμμένην· ἐκαλεῖτο δὲ Φλέγρα τὸ παλαιὸν, καὶ ᾠκεῖτο ὑπὸ τῶν γιγάντων] Videtur hic excidiſſe copulativa καὶ præceſſit enim πόλις. Certe ſic Euſtathius d. l. pergit: Καὶ χερρόνησος δὲ τρίγωνος, ἡ καὶ Φλέγρα λεγομένη. περὶ ἣν Ἡρακλῆς τοὺς γίγαντας κατεπολέμησεν. Habuit autem hæc Cherſoneſus antiquitus quatuor civitates, Μένδην, Μηκύβερναν, Σκιώνην καὶ Ποτίδαιαν.

— Τὸ ἐθνικὸν, παλλήνιος] Hinc apud Heſychium: παλληνία, ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Χαλκίτῃ. quæ Παλληνὶς vocatur à Lycophrone in Caſſandra v. 1261.

Δείμας δὲ σηκὸν Μυνδίᾳ Παλληνίδι.
Extructa autem æde Myndiæ Pallenidi.

Et ab Euripide à Gulielmo Cantero ad Lycophronis locum adducto. Meminit & Herodotus fani Παλληνίδος Ἀθηναίης lib. 1. cap. 62.

— Ἔστι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Ἔστι δὲ καὶ δῆμος Ἀττικὸς τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, οὕτω λεγόμενος Παλλήνη] Hæc Παλληνὶς dicitur Polyæno lib. 1. pag. 28. agens de Stratagematibus Piſiſtrati: Πεισίστρατος ἀπ' Εὐβοίας ἐστράτευσεν εἰς Ἀττικὴν ἐπὶ Παλληνίδος. *Piſiſtratus ab Eubœa expeditionem fecit in Atticam verſus Pallenidem.* Scholiaſtes Ariſtophanis Acharn. pag. 383. οἱ Παλληνεῖς δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα Πεισιστράτῳ βουλομένῳ τυραννεῖν καὶ Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν πόλεμος συνέστη. Harpocration: Παλλήνη δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος· τὸ δὲ ἐκ τόπου ἐπίῤῥημα, Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου Παλλήνηθέν φησιν, ὁ νῦν δημότης Παλληνεύς.

— Ὁ δημότης, Παλληνεύς] Huc pertinet Παλληνὶς Ἀθηναίη Herodoti, de qua paullo ante.

ΠΑΛΜΥΡΑ, φρούριον Συρίας, οὗ μέμνηται Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ] Procopius in fine lib. II. de Ædific. Juſtiniani in Phœnicia ponit juxta Libanum.

ΠΑΛΤΟΣ, πόλις Συρίας] Diſſita fuit hæc urbs millibus paſſuum viginti à Laodicea teſte Caſſio apud Ciceronem lib. XII. ep. 13. nam cum dixiſſet Dolabellam caſtra habuiſſe ante oppidum Laudiceam poſita, ſubjicit: *Caſſius noſter cum decem legionibus & cohortibus viginti auxiliariis & quatuor millium equitatu à millibus paſſuum viginti caſtra habet poſita* Πάλτῳ *& exiſtimat ſe ſine prælio poſſe vincere.*

— Ὁ πολίτης, Παλτηνός] Occurrit hoc gentile in Inſcript. Concilii Chalcedon.

ΠΑΜΒΩΤΑΔΗΣ, δῆμος Ἀττικὸς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς] Joannes Meurſius numero plurium legit: Παμβωτάδαι. & ſic ſolet in cæteris Atticæ populis. Harpocration: Παμβωτάδεις, Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Νικόστρατον. Παμβωτάδαι τῆς Ἐρεχθηΐδος δῆμος. Pro Ἀττικὸς autem in MSS. eſt, Ἀττικῆς.

ΠΑΜΦΥΛΙΑ, χώρα προσεχὴς τῇ Ἰσαυρίᾳ, ἀπὸ Παμφύλης τῆς Ῥακίου καὶ Μαντοῦς.

— Ὁ φυλέτης, Πάμφυλος, ἀλλὰ καὶ Παμφύλιος] Euſtathius ad Dionyſium pag. 111. Ὅτι ὥσπερ Πάμφυλος καὶ Παμφύλιος τὸ ἐθνικὸν καὶ Σύρος, Σύριος, οὕτω καὶ Λυδὸς, Λύδιος. Verum cum in ſuperioribus nullius plane tribus meminerit, attente locum hunc legenti ſuborietur ſuſpicio male illum ab Epitomatore mutilatum: idque evidenter confirmat Herodotus lib. v. cap. 68. ubi cum ante apud Sicyonios Hyatas, Oneatas & Chœreatas, diverſos tribules commemoraſſet, ſubjicit: τούτοισι τοῖσι οὐνόμασι τῶν φυλέων ἐχρέωντο οἱ Σικυώνιοι καὶ ἐπὶ Κλεισθένεος ἄρχοντος, καὶ ἐκείνου τεθνεῶτος, ἔτι ἐπ' ἔτεα ἑξήκοντα. Μετέπειτα μέντοι λόγοι σφίσι δόντες, μετέβαλον ἐς τοὺς Ὑλλέας καὶ Παμφύλους καὶ Δυμανάτας. *His tribuum nominibus Sicyonii, & Cliſthene imperante & eo defuncto ad ſexaginta annos uſi ſunt, quæ poſtea quum apud ſe expendiſſent, in alia tranſtulerunt, Hylleas, Pamphylos, Dymanates.* Et noſter ſupra: Δυμᾶν, φῦλον Δωριέων· ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες, ἐξ Ἡρακλέους.

ΠΑΝΑΙΟΥΡΑ, πόλις Ἰνδική, περὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν.

— Καὶ ὡς Βαῦρα, Βαυραῖος, Παναίουρα, Παναιουραῖος] Scribe: Βοῦρα, Βουραῖος. ut ſupra hac voce.

— Καὶ Ἄγουρα, Ἀγούριος, Παναιούριος] Repone: Ἄργουρα, Ἀργούριος. Vide ſupra h. v.

ΠΑΝΑΚΡΑ, ὄρη Κρήτης. Καλλίμαχος· Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσιν, ἅτε κλείουσι Πάνακρα] Locus hic extat adhuc apud Callimachum Hymno in Jovem v. 51.

ΠΑΝΑΚΤΟΝ, φρούριον Ἀττικὸν, ὡς Ἀνδροτίων ἐν τρίτῳ Ἀτθίδος] Suidas: Πάνακτος, πόλις μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας. Θουκυδίδης δὲ καὶ οὐδετέρως καλεῖ τὸ χωρίον. Μένανδρος δὲ Ἀρσενικῶς. *Panactus, urbs inter Atticam & Bœotiam. Thucydides vero etiam neutro genere locum hunc effert, ſed Menander maſculino*

ΠΑΝΔΑΙ, ἔθνος Ἰνδικὸν, κατὰ Διονύσου μετὰ Δηριάδου στρατευσάμενον, καθὰ Διονύσιος] Arrianus Indic. pag. 574. ex Megaſthene *Pandæam* apud Indos regionem ſic appellatam ſcribit à *Pandæa* Herculis filia.

ΠΑΝΔΟΣΙΑ, φρούριον Βρεττίων.

— Τὸ ἐθνικὸν, Πανδοσηνός] Repone, Πανδοσῖνος.

— Ἔστι καὶ πόλις Θεσπρωτίας] Heſychius: Πανδοσία, πόλις τῆς Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας. Hæc una fuit ex tribus Caſſopeæ oppidis, quorum Demoſthenes meminit Orat. de Haloneſo, Eleorum colonia. Harpocration: Πανδοσία, Φιλιππικοῖς Δημοσθένης, περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν ἐν Κασσωπείᾳ πόλεων, ὧν ἐστι καὶ Πανδοσία, ſimiliter Suidas h. v.

ΠΑΝΕΑΣ, πολίχνιον Φοινίκης. Ὁ πολίτης Πανεάτης] Apud Ptolemæum lib. v. Geogr. cap. 15. in mediterraneis *Phœnicia* ponitur, ſed mendoſe ſcribitur Καισάρεια Πανίας. & adhuc pejus vertitur *Cæſarea Faniæ.* Corrigendum autem Καισάρεια Πανεάς. Philippus enim Tetrarcha Joſepho teſte *Paneadem* in Tiberii Cæſaris honorem *Cæſaream* appellavit & alio nomine ad diſtinctionem alterius Cæſareæ, *Philippi* cognominavit. Euſebius lib. XII. Hiſt. Eccleſ. cap. 17. Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύουσι, φασὶ παρὰ τῷ αὐτόθι δεικνυμένῳ ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ καλουμένου Πανείου ὄρους πηγαῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἰορδάνην προχεῖσθαι. *Apud Cæſaream Philippi, quam Phœnices Paneada nominant, ad pedes Panei montis fontes viſuntur, ex quibus profluit Jordanis.* De ejus origine & nomine ſubinde mutato Philoſtorgius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

gius lib. VII. cap. 3. ſic ait: Ἡ μὲν τοίγε Πανεὰς Δὰν ἐπωνομάζετο τὸ παλαίτατον, τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ παιδὸς Ἰακὼβ Δὰν ἑλκυσαμένη τοῦ φυλάρχου τῶν ταύτῃ οἰκούντων τότε· εἶτα δὲ Καισάρεια ἡ Φιλίππου ἐπεκέκλητο· τῶν δὲ Ἑλληνιστῶν Πανὸς ξόανον αὐτῇ καθιδρυσάντων, εἰς τὴν τῆς Πανεάδος ἐπωνυμίαν μετέβαλεν. *Cæterum Paneas antiquitus Dan vocabatur, appellationem à filio Jacobi Dan, Phylarcho eorum, qui eam incolebant, nacta: inde Cæſarea Philippi vocata fuit: cum Gentiles vero ſimulacrum Panis in ea poſuiſſent, in Paneadis nomen tranſiit.* Vide plura de hac urbe ſupra v. Καισάρεια, ubi hæc tertio loco commemoratur, tum apud Salmaſium in Exercitat. Plinian. pag. 575. & ſeq.

ΠΑΝΕΛΛΗΝΕΣ, ὡς Παναχαιοὶ, ἀπὸ μέρους τοῦ παν * τῷ ποιητῇ] Forte ſcripſit Stephanus: ἀπὸ μέρους τοῦ παντὸς λεγομένου τ. π.

— Ὡς

——— Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρων] Apud Homerum Iliad. Y. v. 96. legitur hodie:

Ἔγχεϊ χαλκείῳ Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρειν.

Πανέλληνες vero extat apud Poëtam Iliad. B. v. 530. loquentem de Ajace Oilei:

Ἐγχείῃ δ' ἐκέκαστο Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς.

ad quem locum Euſtathius: Τὸ Πανέλληνας δὲ, οὐ κατὰ Ζηνόδοτον, ἀλλ' Ὁμηρικῶς ἑρμηνευτέον κατὰ τοὺς παλαιοὺς, λέγοντας τὸ Πανέλληνας καὶ Ἀχαιοὺς, ἀντὶ τοῦ Θεσσαλοὺς καὶ Ἀργείους. ἵνα ἀντιδιαιρῇ τοῖς ὅλοις Ἀργείοις τοὺς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ λεγομένους ἰδίως Ἕλληνας κατά τινα ἐξοχήν.

ΠΑΝΙΑ, ἐπίνειον Κιλικίας περὶ τὸ Ἀλήιον πεδίον.

— Ἔστι δὲ καὶ Πάνιον σπήλαιον Παλαιστίνης, ἀφ' οὗ ἐκρεῖ ὁ ποταμὸς Ἰορδάνης] Polybius in Excerptis lib. XVI. pag. 77. Τὸ Πάνιον ponit in *Syria Cœle* & ad illud Antiochum cum Scopa conflixiſſe commemorat. Videndum an hic locus idem cum *Pancade*, de qua egimus paullo ante. Vincentius Riccardus in Notis ad Proclum pag. 188. de *Paneade* Polybii locum accipit, apud quem vide multa de *Paneade* congeſta. Nec videtur *Paneas* à Gaza, cujus Polybius tamquam *Panio* vicinæ meminit, multum fuiſſe diſſita.

ΠΑΝΙΩΝΙΟΝ, τέμενος καὶ πόλις ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Ἐφεσίων καὶ Σαμίων] Herodotus lib. I. cap. 148. Τὸ δὲ Πανιώνιον χῶρος ἱρὸς, πρὸς ἄρκτον τετραμμένος, κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ. *Panionium vero locus eſt Mycales ſacer, ad Septentrionem vergens, communiter ab univerſis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus.*

— Ὁ πολίτης, Πανιώνιος, &c. ὡς Βυζάντιον, Βυζαντινός] Corrige ex MSS. Βυζάντιος.

ΠΑΝΔΑΤΑΡΙΑ, νῆσος ἐν ᾗ ἐξώρισεν Ἀγριππῖναν τὴν γυναῖκα Τιβέριος Νέρων. Τὸ ἐθνικὸν, Πανδαταρηνὸς καὶ Πανδατεριανός] MSS. Πανλατερία & Πανλατεριανός. & ita ordo literarum poſtulat. Sed deceptus procul dubio auctor confuſione literarum Δ & Λ. Inſula enim, quæ indigitatur Πανδατερία vel Πανδατερία dicta eſt. Verum *Agrippina* non fuit uxor *Tiberii* ſed Germanici; nec Tiberius uxorem ſuam Juliam inſula *Pandateria* ſepſit, ſed ejus pater Auguſtus ob impudicitiam. Tiberius vero nurum ſuam, *Agrippinam*, Germanici viduam, in illam relegavit. Unde patet, quanta hiſtoriæ Romanæ ignorantia auctor hic laboraverit.

ΠΑΝΟΠΗ, πόλις Φωκίδος· κέκληται δὲ ἀπὸ Πανωπέως τοῦ Φώκου παιδός] MSS. Πανοπέως. atque ita quoque Euſtathius ad Iliad. B. pag. 274. & Scholiaſtes vetus Euripidis pag. 120. unde ſic hoc loco corrigendum eſt.

ΠΑΝΟΡΜΟΣ, πόλις Σικελίας καὶ λιμήν, ὡς Πολύβιος. οἱ κατοικοῦντες Πανορμηνοί] Hunc locum mutilum eſſe duabus rationibus manifeſte colligo: primum, quia Πανορμηνοὶ non eſt Sicula terminatio, ſed Πανορμίτης, ut mox ſubjungit; deinde quia ſequentia verba, ὁ δὲ τοῦ ἐν Σικελίᾳ πολίτης, alterius loci mentionem præceſſiſſe oſtendunt. Quoniam autem apud Scholiaſtem Apollonii Rhodii lib. I. v. 954. Πάνορμος λιμὴν τῆς Κυζίκου, οὗ ὁμώνυμος πόλις ἐν Σικελίᾳ. exiſtimo, poſt verba ὡς Πολύβιος, inſerendum: ἔστι καὶ λιμὴν τῆς Κυζίκου. Nam quemadmodum ex Κύζικος fit Κυζικηνὸς, ex Βέσβικος, Βεσβικηνός· ſic ex Πάνορμος, Πανορμηνός. Fuerunt & alii portus hoc nomine ad internum mare, quos in Theſauro recenſet Ortelius: in quibus *Panormus* inſulæ Cephaleniæ, commemoratus Porphyrio lib. de Antro Muſarum ex Artemidoro, cujus meminit hoc antiquum ineditum epigramma Antipatri in Bibliotheca Barberina:

Φοῖβε Κεφαλλήνων λιμενοσκόπε, θῖνα Πανόρμου
Ναίων τρηχείης ἀντιπέρην Ἰθάκης.
Δός με δι' εὐπλώτοιο πρὸς Ἀσίδα κύματος ἐλθεῖν
Πείσωνος δολιχῇ νηῒ συνεσπόμενον.
Καὶ τὸν ἐμὸν βασιλῆα τὸν ἄλκιμον, εὖ μὲν ἐκείνῳ
Ἵλαον εὖ δ' ὕμνοις ἄρτισον ἡμετέροις.

Polybius autem *Panormi Siciliæ* meminit lib. I. pag. 39.

— Ὁ δὲ τοῦ ἐν Σικελίᾳ πολίτης, Πανορμίτης] In nummo Auguſti apud Franc. Gotifredum legitur: PANHORMITANORUM. Ligorius in nummo Commodi legit: COL. COMMODIANA. AVG. PANORM.

— Τὸ θηλυκὸν, Πανορμίτης] Reſcribe cum MSS. Πανορμῖτις. Polybius lib. I. pag. 41. τῆς Πανορμίτιδος χώρας mentionem facit, quam mox Πανορμῖτιν vocat.

ΠΑ'ΝΟΣ, κώμη περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἥτις καὶ Πανῶν λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν Πανοκωμίτης] Forte pro Πανῶν legendum Πανώ. ut Ἡρώ, Κυνώ, Λυκώ. Ptolemæo lib. IV. Geogr. cap. 5. Πανόπολις. Antonino in Itinerario *Pano* pro *Panopolis*.

ΠΑΝΟ'Σ, πόλις Αἰγύπτου] MS. Αἰγυπτία.

— Ἐπαίρει τε μάστιγας τῇ δεξιᾷ σελήνῃ, ἧς εἴδωλόν φασιν εἶναι τὸν Πᾶνα] MSS. σελήνην.

ΠΑΝΤΙΚΑ'ΠΑΙΟΝ, πόλις μεγίστη, τῶν κατὰ Βόσπορον μητρόπολις] Euſtathius ad Dionyſium pag. 45. Ἀπὸ δὲ Παντικάπου τοῦ ποταμοῦ καὶ τὸ ἐκεῖ ὀνομάζεται Παντικάπαιον, πόλις μεγάλη, κτίσμα παιδὸς Αἰήτου, λόφος κύκλῳ περιοικούμενος, σταδίων εἴκοσι, μητρόπολις τῶν ἐκεῖ Βοσπορανῶν.

— Ὠκίσθη δὲ παρὰ Αἰήτου παιδὸς, λαβόντος τὸν τόπον παρὰ Ἀγαήτου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως] Cl. Salmaſius legit: Ὠκίσθη δὲ ὑπὸ Παρυσάδου. Verum hanc emendationem neutiquam probare poſſum, nec ſatis ſcio unde eam hauſerit. Strabo lib. VII. pag. 310. Mileſiorum facit coloniam, diuque dicit fuiſſe ſub monarchia Dynaſtarum, Leuconis, Sagauri & *Paryſadæ*: ſed nuſquam legi *Paryſaden* urbis hujus fuiſſe conditorem. Meminit quidem Strabo adhuc alius *Paryſadæ*, unde Dynaſtarum imperium primum cœpit, qui pro Deo cultus fuerit, ſed neque hunc conditorem facit: Ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες, ἀρξάμενοι ἀπὸ Παρισάδου καὶ Λεύκωνος. Παρισάδης δὲ καὶ θεὸς νενόμισται. *Appellabantur autem tyranni, quamquam plerique juſte imperabant. Primi fuerunt Pariſades & Leuco: ex quibus Pariſades pro Deo conſecratus eſt.* Unde non dubito, quin vulgata lectio hoc loco vera ſit, præcipue cum Euſtathius jam olim ſic legerit, uti patet ex verbis paullo ante ex illo adductis.

— Καὶ καλέσαντος τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ Παντικάπου] *Panticapen* fluvium præterfluxiſſe urbem *Panticapæum* proprie dici non poteſt. *Panticapæum* enim ad Boſporum Cimmerium ſitum fuit, *Panticapes* Boryſtheni immiſcetur circa ejus finem; ergo non niſi longiſſimo præterlabitur urbem hanc intervallo. Herodotus lib. IV. cap. 54. Μετὰ δὲ τούτους πέμπτος ποταμὸς ἄλλος, τῷ οὔνομα Παντικάπης. Ῥέει μὲν γὰρ οὗτος ἀπὸ βορέω τε καὶ ἐκ λίμνης, καὶ τὸ μεταξὺ τούτου τε καὶ Βορυσθένεος νέμονται οἱ γεωργοὶ Σκύθαι· ἐκδιδοῖ δὲ ἐς τὴν Ὑλαίην. Παραμειψάμενος δὲ ταύτην τῷ Βορυσθένεϊ συμμίσγεται. *Poſt hos alius qui quintus eſt, nomine Panticapes & ipſe ab aquilone fluens atque è palude: inter quem & Boryſthenem incolunt Scythæ agricolæ. Idem in Hylæam ingreditur, qua transmiſſa Boryſtheni immiſcetur.* In uno autem ex MSS. legitur hic Παντικάπα. perperam. Nam & Herodotus & Dionyſius & Euſtathius Παντικάπης, Παντικάπου.

--- Καὶ Παντικαπιάτης] MSS. Παντικαπαιάτης.

--- Ἔστι δὲ Παντικαπαιεύς] MSS. hic augent: ὡς ἀπὸ τοῦ Παντικάπου. Lego autem: Ἔστι δὲ Παντικαπεὺς ὡς ἀπὸ Παντικάπου.

--- Τὸ δὲ Παντικαπιάτης κεῖται παρὰ Εὐστοχίῳ] MSS. Παντικάπη. recte.

ΠΑΝΤΟΜΑ'ΤΡΙΟΝ, πόλις Κρήτης.

--- Ὡς Βουπράσιος, Βουπρασιεύς] Scribe, Βουπράσιον, Βουπρασιεύς. ut ſupra hac voce.

--- Καὶ Δολίχιον, Δολιχιεύς] Repone, Δουλίχιον, Δουλιχιεύς. ut ſupra h. v. & infra v. Πολίχνιοι.

ΠΑΠΡΙΜΙ'Σ, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Παπρεμίτης] Apud Herodotum lib. II. cap. 59. ſcribitur Πάπρημις. cap. 71. & 165. Παπρημίτης.

ΠΑ'ΡΑΙΣΟΣ, περὶ ἧς Ἡρωδιανὸς ἐν ὀγδόῳ. Τὸ μέν τοι Πάραισος ὀξύνεται. Ἐγένετο δὲ ὁ Παραισὸς Μίνω συγγενὴς, ἀφ' οὗ ἡ πόλις ἡ Πάραισος, ὁμοτόνως τῷ οἰκιστῇ] Non dicit quo terrarum loco urbs hæc ſita fuerit. Verum infra v. Στῆλαι, patet Cretæ oppidum fuiſſe, ſitus etiam oſtenditur prope ſcilicet *Stelas* & *Rhithymniam*. Unde exiſtimo idem plane eſſe oppidum, quod Πραῖσος & Πριαισος infra dicitur.

ΠΑΡΑΙ'ΤΑΚΑ, πόλις Μηδική. Τὸ ἐθνικὸν Παραιτακηνός] Apud Arrianum lib. IV. mendoſe editur Παραίτακα. & paullo poſt Παραιτακηνοί.

ΠΑΡΑΙΤΟ'ΝΙΟΝ, πόλις πλησίον Ἀλεξανδρείας ἣν Ἀμμωνίαν καλοῦσι] Hauſta hæc è Strabone, apud quem lib. XVII. pag. 799. Ἀπὸ μὲν οὖν Καταβαθμοῦ εἰς Παραιτόνιον εὐθυπλοοῦντι, σταδίων ἐστὶν ἐνακοσίων ὁ δρόμος· πόλις δ' ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τετταράκοντά που σταδίων· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτόνιον τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἀμμωνίαν. *A Catabathmo Parætonium uſque recta navigatione curſus eſt ſtadiorum nongentorum. Parætonium civitas eſt & portus magnus* XL *fere ſtadiorum. Hanc alii Parætonium, alii Ammoniam vocant.* Vide Scaligeri Animadv. in Euſebii Chronicon pag. 126. & Bocharti Phaleg lib. I. cap. I.

ΠΑ'ΡΑΛΟΣ, ἐν Θετταλίᾳ πόλις τῶν Μηλιέων.

--- Ἔστι δὲ καὶ Παραλία τῆς Ἀττικῆς. οἱ οἰκήτορες λέγονται καὶ Παράλιοι] MS. uterque Πάραλοι. Forte ſcriptum à Stephano: καὶ Παράλιοι καὶ Πάραλοι. Poſteriore enim modo effert Herodotus lib. I. cap. 59. ubi agens de Piſiſtrati tyrannide docet civitatem Athenienſium diviſam fuiſſe in tres factiones vel tria genera civium, τῶν Παράλων, τῶν ἐκ τοῦ Πεδίου, καὶ τῶν Ὑπερακρίων. & ſimiliter Plutarchus in Amator. pag. 763. Ἧσαν ποτὲ τρεῖς στάσεις Ἀθήνησιν, Παράλων, Ἐπακρίων, Πεδιέων, χαλεπῶς ἔχουσαι καὶ διαφερόμεναι πρὸς ἀλλήλας.

ἀλλήλας· ἐπεὶ δὲ πάντες ἐν ταυτῷ γενόμενοι καὶ τὰς ψήφους λαβόντες ἤνεγκαν πάσας Σόλωνι, καὶ τοῦτον εἵλοντο κοινῇ διαλλακτὴν καὶ ἄρχοντα καὶ νομοθέτην, ὃς ἔδοξε τῆς ἀρετῆς ἔχειν ἀδηρίτως τὸ πρωτεῖον. *Fuerunt olim Athenis tres factiones Paralorum, Epacriorum, Pedieorum, inter ſe diſcordes & animis abalienatis: quæ tamen in unum coëuntes communibus ſuffragiis Solonem compoſitorem, arbitrum & legum latorem delegerunt, qui citra controverſiam omnibus aliis virtute videbatur anteire.* Rurſus Dionyſius Halicarnaſſenſis Παράλους vocat, lib. I. pag. II. & alteram partem Ὑπερακρίους, ut Herodotus, quæ ſupra ab auctore, ab Heſychio etiam & Etymologo Διάκρια dicitur. Vide ſupra v. Διάκρια.

ΠΑΡΑΠΟΤΑΜΙ'Α, πόλις Φωκίδος. ὁ πολίτης Παραποτάμιος] Meminit hujus urbis Herodotus lib. VIII. cap. 34. ubi enumerat arces Phocenſis agri a Perſis incenſas, Δρύμον, Χαράδραν, Ἔρωχον, Τεθρώνιον, Ἀμφίκαιαν, Νέωνα, Πεδιέας, Τριτέας, Ἐλάτειαν, Ὑάμπολιν, Παραποταμίους, καὶ Ἄβας. Plutarchus ſitum ejus oſtendit in Sulla pag. 462. Εἰ δὲ οὕτως ἔχουσιν ἀγωνιστῶς, ἐκέλευσεν ἤδη μετὰ τῶν ὅπλων ἐλθεῖν ἐκεῖσε· δείξας αὐτοῖς τὴν πρότερον μὲν γενομένην ἀκρόπολιν τῶν Παραποταμίων, τότε δὲ ἀνῃρημένης τῆς πόλεως, λόφος ἐλείπετο πετρώδης καὶ περίκρημνος τοῦ Ἡδυλίου διῃρημένος ὄρους ὅσον ὁ Ἄσσος ἐπέχει ῥέων, εἶτα συμπίπτων ὑπὸ τὴν ῥίζαν αὐτὴν τῷ Κηφισῷ καὶ συνεκτραχυνόμενος, ὀχυρὰν ἐνστρατοπεδεῦσαι τὴν ἄκραν ποιεῖ. *Quod ſi revera pugnandi tenerentur deſiderio* (Sulla reſpondit militibus) *juſſit ut extemplo armati illuc pergerent: oſtendens illis locum ubi arx quondam Parapotamiorum fuerat, tunc vero exciſo oppido collis reſtabat ſaxoſus & abruptus, ab Edylio monte tanto diremptus ſpatio quantum Aſſus fluvius occupat, qui deinde admiſtus ſub ipſam radicem Cephiſo, redditusque cum eo torrentior munitum efficit caſtris ponendis cacumen.* Quem locum ideo adſcripſi, quoniam corrupto Strabonis loco, qui legitur lib. IX. pag. 424 lucem afferre poteſt. Τὰ δὲ στενὰ τὰ περὶ τοὺς Παραποταμίους ἢ τὴν Παραποταμίαν, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως, περιμάχητα ὑπῆρξαν ἐν .... μίαν ἐχόντων ταύτην εἰσβολήν. *Anguſtiæ vero apud Parapotamios vel Parapotamiam regionem, utroque enim modo dicitur, contentionibus materiam præbuerunt, cum in .... unus hic pateret ingreſſus.* Παραποτάμιοι autem quoniam Cephiſſum Phocidis accolebant alio nomine Ἐπικηφίσιοι appellabantur Euſtathio teſte ad Homeri Iliad. B. pag. 275. Οἱ δὲ περὶ τὸν Κηφισὸν ποταμὸν, Ἐπικηφίσιοι λέγονται· ὑπὸ δέ τινων Παραποτάμιοι. Polybius lib. V. pag. 412. partem Syriæ Euphrati proximam vocat Παραποταμίαν.

ΠΑΡΑΤΑΙ'ΟΙ, ἔθνος Θεσπρωτικόν] Infra v. Χαονία, corrupte legitur Ταραύλιοι. Apud Arrianum lib. I. de Exped. Alex. pag. 8. perperam item editur Παρυαίας, pro Παραυαίας, de regione. Vocabantur autem Ænianes Παραυαῖοι, Plutarcho teſte in Quæſt. Græc. pag. 293: cujus verba pariter medicina indigent: Πλείονες γεγόνασιν Αἰνιάνων μεταναστάσεις. πρῶτον μὲν γὰρ οἰκοῦντες περὶ τὸ Δώτιον πεδίον, ἐξέπεσον ὑπὸ Λαπιθῶν εἰς Αἴθικας· ἐκεῖθεν τῆς Μολοσσίας τὴν περὶ τὸν Ἀραβὰν χώραν κατέσχον· ὅθεν ὠνομάσθησαν Παραβαῖοι: corrige: περὶ τὸν Αὖον χ. κ. ο. ω. Παραυαῖοι. *ſæpius migraverunt Æneanes. Principio enim cum habitarent circa Dotium campum, inde a Lapithis ad Æthicas fuerunt expulſi. Poſt Moloſſiæ regionem, quæ eſt circa Auum occuparunt: inde iis nomen Parauæi factum fuit.*

--- Ῥιανὸς ἐν τετάρτῳ Θεσσαλικῶν·
Σὺν δὲ Παραυαίοις, καὶ Ἀμύνονας Ὀμφαλιῆας] MSS. Ἀμφαλιῆας.

ΠΑ'ΡΕΜΦΙΣ, πόλις Αἰγύπτου] MSS. PP. ΠΑΡΕ'ΜΜΥΦΙΣ.

--- Ὁ πολίτης, Παρεμφίτης] Occurrit in nummo Caji apud Occonem pag. 106. ΠΑΡΕΜΦΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΠΑΡΘΕ'ΝΙΟΝ, πόλις Εὐβοίας. Ἔστι δὲ καὶ Θρᾴκης] Fuit etiam hoc nomine mons in *Arcadia* teſtibus Scholiaſtis, Callimachi pag. 28. Pindari pag. 56. Æliano item lib. XIII. V. H. cap. I. ubi Atalantam in *Parthenio Arcadiæ* monte a patre expoſitam narrat. Denique Ptolemæo Hephæſtionis apud Photium Cod. CXC. pag. 480. Καὶ ὡς κυνηγοῦσαν Ἑλένην ἔνιοί φασιν ἐν τῷ Παρθενίῳ ὄρει ἁρπασθεῖσαν ὑπ' Ἀλεξάνδρου, καὶ ἐκπλαγεῖσαν τὸ κάλλος, ἀκολουθῆσαι ὡς θεῷ. Quæ verba minus bene vertit Andreas Schottus: *Helenam quoſdam referre ait venantem in virginali monte raptam a Paride & hujus pulchritudine captam tamquam Deum eſſe ſecutam.*

ΠΑΡΘΕ'ΝΙΟΣ, ποταμὸς ἐν μέσῳ τῆς Ἀμαστριανῶν πόλεως ῥέων. Ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν. ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος] Scholiaſtes Apollonii lib. II. v. 938. Παρθένιος. ποταμὸς Παφλαγονίας. Ἐκβάλλει δὲ τὰ ῥεύματα περὶ πόλιν Σήσαμον. τὸ δὲ ὕδωρ αὐτοῦ ἐν πᾶσι παρέρχεται. Παρθένιον δέ φησιν αὐτὸν ὠνομάσθαι Καλλισθένης, διὰ τὸ τὴν Ἄρτεμιν ἐν αὐτῷ λούεσθαι. ἔνιοι δὲ διὰ τὸ εὔσημον τοῦ ῥεύματος καὶ ἤρεμον, φασὶν οὕτω προσαγορεύεσθαι & lib. III. v. 875.

Ὡς ἀκαλὰ προρέων] Hinc apud Heſychium: Ἀκαλαρρείταο, ἀκυμάντου, πράως ῥέοντος. & Orpheum in Argon. v. 1056. ἀκαλαρρείτης τεσσαρέγγης.

— Ὅτι ἐν αὐτῷ ἔπεσεν ἡ παρθένος Παλαιπῖνος βασιλέως θυγάτηρ] MSS. τινὲς ὅτι ἐν αὐτῷ &c. In voce autem corrupta Παλαιπῖνος videtur regis aut puellæ nomen deliteſcere. Apud Scholiaſten Apollonii lib. II. v. 140. Φινέως

παῖδες ἐκ μὲν Κλεοπάτρας, Παρθένιος καὶ Κάραμβις (nam ſic ſcribendum, non Κράμβις) dicuntur: unde quis ſuſpicari poſſet in poſtrema parte vocis pro τινὸς ſcribendum Φινέως. Salmaſius quam minima mutatione legit: πάλαι τινὸς β. θ.

--- Ἔστι καὶ ἀκρωτήριον πλησίον Ἡρακλείας, οὗ μέμνηται Ἀρτεμίδωρος ἐν ἕκτῳ γεωγραφουμένων] Nicander in Theriac. pag. 44.

Ἀνέρες, οἳ Τμώλοιο παραὶ Γύγαό τε σῆμα
Παρθένιον ναίουσι λέπας.

ubi Scholiaſtes: Καὶ τὸ Παρθένιον δὲ λέπας, ἀκρωτήριον τῆς Λυδίας οὕτω καλούμενον. *Lydiæ* autem hoc *promontorium* videtur idem cum eo cujus meminit *Artemidorus*, *prope Heracleam*. Supra enim v. Ἡρακλεία tertio loco recenſetur *Heraclea Lydiæ*, decimo *in Tauro Lydiæ*.

ΠΑΡΘΕΝΟ'ΠΗ, πόλις ἐν Ὀπικοῖς τῆς Ἰταλίας, κτίσμα Ῥοδίων] Strabo lib. XIV. pag. 654. ſcribit *Rhodios* condidiſſe, ἐν τοῖς Ὀπικοῖς τὴν Παρθενόπην. Sed lib. v. pag. 246. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων· ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν καὶ Πιθηκουσσαίων τινὲς καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο. *Poſt Dicæarchiam eſt Neapolis Cumanorum: poſtea & Chalcidenſium nonnulli & Pithecuſæorum & Athenienſium immigrarunt, unde urbi hoc nomen factum.*

— Ὁ πολίτης Παρθενοπαῖος, ὁμωνύμως τῷ κυρίῳ] *Parthenopæus* Atalantæ filius, Argivorum dux, de quo Euripides in Phœniſſis v. 152.

Ὅδ᾽ ἐστὶ Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος.
Hic eſt Parthenopæus, Atalantæ filius.

ΠΑΡΘΕΝΟ'ΠΟΛΙΣ, Μακεδονίας πόλις, ἀπὸ τῆς Θυγατέρων Γεραιστοῦ τοῦ Μύγδονος παιδός] MSS. habent Γεραίστου. & ſupra v. Γεραιστὸς, Jovis filius dicitur Γέραιστος. unde apparet diverſos intelligi.

ΠΑΡΘΕ'ΝΟΥ ἱερὸν, τόπος καὶ ἄκρα, περὶ τῆς Χερρονήσου πόλεως Βοσπόρου, ὡς Στράβων. ἔστι δὲ δαίμονός τινος ἐπώνυμον καὶ ἄκρα καὶ νέως, καὶ τὸ ξόανον ἔχον σταδίους ἑκατόν] Poſteriora hæc verba *Strabonis* ſunt, ſed miſere luxata, mutilata atque tranſpoſita. Apud illum enim lib. VII. pag. 308. legitur: Ἐν ᾗ τὸ τῆς Παρθένου ἱερὸν, δαίμονός τινος, ἧς ἐπώνυμος καὶ ἡ ἄκρα ἡ πρὸ τῆς πόλεως ἐστὶν ἐν σταδίοις ἑκατὸν, καλουμένον Παρθένιον, ἔχον νεὼν τῆς δαίμονος καὶ ξόανον. *In ea* (urbe Cherroneſo) *templum eſt Virginis, dæmonis cujuſdam, a qua nomen etiam habet promontorium quod ante urbem eſt ad centum ſtadia, & Parthenium dicitur, fanum ejus genii habens & ſimulacrum.* Mela lib. II. cap. I *In Euxinum mare* (vergentia tenent) *Taurici: ſuper eos ſinus portuoſus & ideo* Καλὸς λιμὴν *appellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum* Κριοῦ μέτωπον *vocant, Carambico quod in Aſia diximus par & adverſum: Parthenion alterum. Oppidum adjacet Cherroneſus, a Diana, ſi creditur, conditum, & Nymphæo ſpecu, quod in arce ei ſacratum eſt, maxime illuſtre.* MSS. autem Stephani non multo vulgatis ſaniores ſunt: habent enim, καὶ ἄκρα καὶ ὁ νέως, καὶ τὸ ξόανον Παρθένιον ἔχον σ. ε.

ΠΑ'ΡΘΟΣ, πόλις Ἰλλυρική. Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς. Λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς, ὡς Πολύβιος. Τὸ ἐθνικὸν, Παρθηνός] Apud Appianum in princ. Illyricorum, inter filias Illyrii, Cyclopis filii, recenſetur Παρθὼ, & ab hac conditi dicuntur Παρθηνοί. & infra apud noſtrum: Σάρδος, ὡς Πάρθος, πόλις Ἰλλυρίας. Οἱ πολῖται Σαρδηνοί. Unde hæc vera videtur hujus gentilitii ſcriptura. Supra tamen ſcribitur Παρθίνη, pro regione, v. Βρυσάκιον. & apud Strabonem lib. VII. pag. 326. Παρθῖνοι. item in Faſtis Capitolinus: C. ASINIVS. CN. F. POLLIO. PRO. COS. EX. PARTHINEIS. AN. DCCXIV. VII. K. NOVEM. Nam triumphus iſte Aſinii ad hanc gentem pertinere videtur. & Mela lib. II. cap. 3.

ΠΑΡΘΥΑΙ'ΓΟΙ, ἔθνος πάλαι μὲν Σκυθικὸν, ὕστερον δὲ φυγὸν, ἢ μετοίκισαν ἐπὶ Μήδου] Scribendum procul dubio ἐπὶ Μήδους. Salmaſius etiam disjunctivam particulam ἢ, mutabat in copulativam καί. Euſtathius ad Dionyſium pag. 130. ἐπὶ Μηδίους.

— Λέγονται δὲ καὶ Πάρθοι, καὶ Πάρθιοι, καὶ Παρθυαῖοι] Primum & ultimum nota ſunt, Πάρθιοι vocantur ab Anacreonte Carm. LV.

Καὶ Παρθίους τις ἄνδρας
Ἐγνώρισεν τιάραις.
Et Parthios quis viros
Novit de tiaris.

— Καὶ Παρθυαία ἡ χώρα, καὶ Παρθυύνη] Παρθυηνή. Sic Iſidorus Characenus.

— Καὶ Παρθυηνὸς] Salmaſius ſcribit: Καὶ Παρθυηνικός. Hinc Quadrati libri Παρθυηνικῶν. ita enim ſemper MSS. pro Παρθικῶν, quod in vulgatis legitur.

ΠΑΡΙΚΑ'ΝΗ, πόλις Περσική. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

— Τὸ ἐθνικὸν, Παρικάνιοι λέγονται] Apud Herodotum lib. III. cap. 94. & lib. VII. cap. 68. nominantur Παρικάνιοι.

— Καὶ Παρικανοί] Pomponius Mela lib. I. cap. 2. *Interiora terrarum multæ variæque gentes hatitant, Candari & Paricani, Bactri & Sogdiani* &c. quamvis MS. *Pariani* habeat.

ΠΑ'ΡΙΟΝ, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ κληθεῖσα ἀπὸ Παρίου τοῦ Ἰασίωνος] Euſtathius ad Homeri Odyſſ. E. pag. 1528. Ὁ δὲ Ἀρριανὸς ἱστορεῖ καὶ ὅτι Ἰασίων, ἀδελφὸς Ἀετίωνος καὶ Δαρδάνου πρόγονος Πελάμου, ἐκ Δήμητρος καὶ κόρης κάτοχος γενόμενος, εἴς τε Σικελίαν ἦλθε, καὶ ἐπὶ πολλὴν ἄλλην γῆν ἐπλανήθη τὰ ἐκείνης ὄργια δεικνύων. διὸ λόγον ἔσχεν, ὡς Δημήτηρ αὐτῷ μίσγεται. Τούτου φησὶν υἱὸς, Πάριος· ᾧ ἐπώνυμον, τὸ ἐν Ἑλλησπόντῳ Πάριον ὡς οἰκιστῇ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ὡς οἰκιστῆ. Apud Pyrrhum Ligorium extat nummus, in cujus una area Phryxus ariete Helleſpontum trajiciens viſitur, in altera caput cujuſdam juvenis, cum his literis, ΠΙ P. quas ego ad *Parium* pertinere exiſtimo potius, quam ad *Phaſin*, ut Ligorius opinatur.

— Τὸ ἐθνικὸν, Πάριος] Apud Priſcianum lib. x. Varronis verba, ex lib. I. Rer. Human. ex hoc gentili lucem accipiunt: *Vt habent Parii, qui vocantur Ophiogenes, & in Africa Pſylli: quorum Ophiogenes, cum arbitrantur ſuppoſitum eſſe aliquem in ſtirpe, ei admovent, ut pungat, colubrum: cum pupugerit, ſi de genere ſit, vivere: ſi non ſit, mori.* Nam *Parii*, non eſt opus ut ſecundi caſus ſtatuamus, pro, in urbe *Pario*, uti facit Salmaſius in Exercit. Plinian. pag. 348. cum ex Πάριον (cujus certo generi, hoc quod Varro, etiam tribuit Strabo) fiat Πάριος & Παριανός. Strabonis in hanc rem verba adducere operæ pretium ex lib. XIII. pag. 588. Ἔστι δὲ καὶ τὸ Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ, λιμένα ἔχουσα μείζω τοῦ Πριάπου· καὶ ηὐξημένη γε ἐκ ταύτης· θεραπεύοντες γὰρ οἱ Παριανοὶ τοὺς Ἀτταλικοὺς, ὑφ' οἷς ἐτέτακτο ἡ Πριαπηνὴ, πολλὴν αὐτῆς ἀπετέμοντο ἐπιτρεπόντων ἐκείνων. Ἐνταῦθα μυθεύουσι τοὺς Ὀφιογενεῖς συγγένειάν τινα ἔχειν πρὸς τοὺς ὄφεις· φασὶ δ' αὐτῶν τοὺς ἄρρενας τοῖς ἐχιοδήκτοις ἄκος εἶναι, συνεχῶς ἐφαπτομένους ὥσπερ τοὺς ἐπῳδοὺς, πρῶτον μὲν τὸ πελίωμα εἰς ἑαυτοὺς μεταφέροντας, εἶτα καὶ φλεγμονὴν παύοντας καὶ τὸν πόνον. *Parium quoque urbs eſt ad mare, portum habens quam Priapus majorem: & quidem rebus Priapenis aucta eſt. Nam Pariani Attalicis regibus operam ſuam navantes, quibus ſuberat Priapene, illorum permiſſu multa hujus ad ſe traxerunt. Ibi locorum fabulantur Ophiogenes eſſe, qui cum ſerpentibus quandam habeant cognationem: nam mares eorum medicari ajunt iis, qui a vipera morſi ſunt, continenter tangendo tamquam incantatores ſolere, ac primum in ſe transferre livorem, deinde inflammationem etiam doloremque ſedare.*

— Ὁ πολίτης, Παριανός] Supra v. Ἄβαρνος occurrit Παριανή. Apud Herodotum lib. IV. cap. 128. Παριηνός. non ſolum Ionice ſed forma loci.

ΠΆΡΜΗ, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Παρμαῖος, ἢ Παρμανὸς, ὡς Ἀλξανός] Ultima vox in mendo cubat unius literæ perperam exaratæ culpa: legendum enim Ἀλβανός. Vide ſupra v. Ἄβαι.

ΠΑΡΝΑΣΣΌΣ, ὄρος Δελφῶν.

— Λέγεται καὶ Παρνασσὶς, παρὰ τὸ Παρνασσὸς, ὡς οὗ Τόλμισσος, Τολμισσίς] Scribe: Τολμησσὸς, Τολμησσίς. ut infra h. v.

— Ὡς Ἀλέξανδρός φησιν ἐν πρώτῳ περὶ τὸ ἐν Δελφοῖς χρηστήριον] MSS. τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου. optime.

ΠΆΡΝΗΣ, Πάρνηθος, τὸ ὄρος τῆς Ἀττικῆς. τοῦτο καὶ ἀρσενικῶς λέγεται] Apud Heſychium confunditur *Parnaſſus* cum *Parnetho*. & Πάρνηθος etiam dicitur Πάρνησος.

— Ἐμφανὴς ἐν Πυραύνῳ] Cl. Salmaſius legit, Εὐφανὴς, qui citatur ἐν Μούσαις apud Athenæum lib. VIII. pag. 343. Quemadmodum autem hic adducitur *Euphanis* Πυραυνὸς, ſic apud Athenæum lib. VI. pag 258. legitur Ἄλεξις ἐν Πυραύνῳ. *Alexis in Furno.* Πυραύνους inter μαγειρικὰ σκεύη recenſet Pollux lib. VI. cap. 13.

— Ἐς κόρακας ἥξω, φέρων δεῦρο τὴν Πάρνηθ' ὅλον] Scribe: φέρων τε δεῦρο τ. Π. ο. ut verſus conſtet.

— Καὶ θηλυκῶς παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις] Item apud Plutarchum de Genio Socratis pag. 581. περὶ τὴν Πάρνηθα.

— Καὶ ἀπὸ τοῦ Πάρνηθος γενικῆς τὸ θηλυκὸν, Παρνήθιος] Lege: Παρνηθίς. Πάρνηθος autem non modo eſt genitivus a Πάρνης, ſed & rectus caſus, ut conſtat non modo ex Heſychio ſed & Etymologo vv. Ἐπάκριος Ζεύς. & Ἐπὶ Διψυδρίᾳ.

ΠΑΡΟΠΑΜΙΣΣΟΣ, πόλεως ὄρος Ἰνδικῆς, ἀφ' οὗ Παροπαμισσαδαῖοι παροικοῦντες] Scribe: ἀφ' οὗ Παροπαμισσάδαι οἱ π. & ita quoque Salmaſius. Cæterum apud Arrianum ſcribitur uno σ, Παροπάμισος.

ΠΆΡΟΣ, νῆσος, ἣν καὶ πόλιν Ἀρχίλοχος αὐτὴν καλεῖ ἐν τοῖς Ἐπῳδοῖς] *Archilochus* in Lycambæ filias *epodas* ſcripſit, quaſi *Paron* patriam dedecoraſſent. De quibus vetus Epigramma Dioſcoridis extat lib. III. Anthol. cap. 12. quo Lycambides contra *Archilochi* calumnias ſe tuentur. Eſt autem ſequens:

Οὐ μὰ τόδε φθιμένων σέβας ὅρκιον, αἵδε Λυκάμβεω
Αἳ λάχομεν στυγερὴν κληδόνα θυγατέρες,
Οὔτε τὴν παρθενίην ᾐσχύναμεν, οὔτε τοκῆας,
Οὔτε Πάρον, νήσων αἰπυτάτην ἱερῶν.
Ἀλλὰ καθ' ἡμετέρης γενεῆς ῥιγηλὸν ὄνειδος
Φήμην τε στυγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος.

Certe per mortuorum jusjurandum, hæ Lycambæ,
Quæ nactæ ſumus gravem famam, filiæ,
Neque virginitatem dedecoravimus, neque parentes,
Neque Paron, inſularum ſublimiſsimam ſanctarum.
Sed contra noſtram domum tremendum probrum
Famamque horrendam evomuit Archilochus.

— Τοὔνομα μὲν λέγεται ἀπὸ Πάρου, τοῦ Παρασίου, ἀνδρὸς Ἀρκάδος, ἔχειν, ὡς Καλλίμαχος] Similiter Heraclides de Politiis: Πάρον τὴν νῆσον ᾤκισε Πάρος, Ἀρκαδίας λαὸν ἄγων. *In Parum inſulam coloniam deduxit Parus, adducto populo ex Arcadia.*

— Νικάνωρ δὲ ἐν μετονομασίαις κεκλῆσθαί φησιν αὐτὴν Πακτίαν] Salmaſius legit: Ἐπακτίαν, quaſi *littoralem*.

— Καὶ Καβαρνὶν ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἁρπαγὴν τῇ Δήμητρι τῆς θυγατρός] Videtur legendum, ἀπὸ Καθάρνου &c. quod ſi verum, & Καθαρνὶν reſcribendum: certe Heſychio Κάθαρνοι, ἱερεῖς Δήμητρος dicuntur.

— Ὁ πολίτης, Πάριος, εἰκῆ τοίνυν τὸ ἐθνικὸν τῆς Πάρου ὁ τεχνικὸς Ἀπολλώνιος Παριανὸς εἴρηκεν, ἐν τῷ περὶ Παρωνύμων] Joannes Meurſius ex oſcitanti loci hujus lectione *Apollonium Parianum* finxit nobis auctorem. Sed intelligitur *Apollonius Dyſcolus*, qui Alexandrinus, in cujus operibus apud Suidam recenſetur, περὶ Παρωνύμων ἓν βιβλίον.

— Ὁ δὲ Μιλτιάδης, τῶν μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος, ἐπόρθησε] Cornelius Nepos in Miltiade cap. VII. *Poſt hoc prælium claſſem* LXX *navium Athenienſes eidem Miltiadi dederunt, ut inſulas quæ barbaros adjuverant, bello perſequeretur. Quo imperio pleraſque ad officium redire coëgit: nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum inſulam opibus elatam, quum oratione reconciliare non poſſet, copias e navibus eduxit, urbem operibus clauſit, omnique commeatu privavit.* Reliqua ibi, ut quæ hic ſequuntur.

— Ἤδη τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημένων] MSS. τῶν Παρίων διωμολογημένων.

—— Οἱ πολῖται, Πλαταιεῖς κατὰ συναίρεσιν. Ἀττικῶς τοὺς Πλαταιέας. καὶ Πλαταιάτις τὸ θηλυκὸν καὶ Πλαταιίς] Diſtingue & ſcribe: οἱ πολῖται, Πλαταιεῖς· κατὰ συναίρεσιν Ἀττικῶς τοὺς Πλαταιᾶς. καὶ Πλαταιάτις τ. θ. κ. Π. Ita enim Euſtathius pag. 269. Ὁ πολίτης αὐτῆς, Πλαταιεύς· οὗ αἰτιατικὴ ἑνικὴ, τὸν Πλαταιᾶ ὡς τὸν Πειραιᾶ. Πληθυντικὴ εὐθεῖα οἱ Πλαταιεῖς, αἰτιατικὴ τοὺς Πλαταιεῖς καὶ Πλαταιᾶς.

—— Ἔστι καὶ νῆσος περὶ τῆς Λιβύης, ταύτης οἱ πολῖται, Πλαταιεῖς] Scylax hujus inſulæ meminit ſub Marmaridis, pag. 150. ἐν δὲ τῷ μέσῳ Πετρᾶντος καὶ Χερρονήσου εἰσὶ νῆσοι Διδωνία καὶ Πλάτειαι. *In medio vero Petrantis & Cherſoneſi, inſulæ ſunt Didonia & Platea.* Ita ibi legitur pro Πλάτεια. Exiſtimo enim Πλάτειαν, quæ infra deſcribitur, intelligi.

—— Καὶ ἡ χώρα, Πλαταϊκή] Hæc de *Bœotica* accipienda, cujus hoc poſſeſſivum eſt. Sic Πλαταϊκὸν μειράκιον apud Lyſiam Orat. II. & Πλαταϊκὸς λόγος Hyperidæ laudatur Plutarcho de Glor. Athen. pag. 350.

—— Δεῖ δὲ τὸ πρωτότυπον ἐθνικὸν προπαροξύνειν Πλάταιαν, ὡς λίμναιαν, ἱστίαιαν, δίκαιαν] Videtur delenda vox ἐθνικὸν, aut pro ea legendum, τοῦ ἐθνικοῦ.

ΠΛΕΥΡΩ'Ν, πόλις Αἰτωλίας] Vide Euſtathium ad Hom. Iliad. B. pag. 311.

ΠΛΗΜΥ'ΡΙΟΝ, φρούριον Συρακουσῶν] Supra v. Δάσκων ſcribitur Πλημμύριον.

ΠΛΙΝΘΙ'ΝΗ, πόλις τῆς Αἰγυπτίας, ἀπὸ τῆς Σαμαρείας. Ὁ πολίτης, Πλινθινίτης] Athenæus lib. I. pag. 34. Ἑλλάνικος δέ φησιν ἐν τῇ Πλινθίνῃ πόλει Αἰγύπτου πρώτῃ εὑρεθῆναι τὴν ἄμπελον. *Hellanicus ſcribit in Plinthine oppido Ægypti primum inventam fuiſſe vitem.* Ad quem locum Iſaacus Caſaubonus exiſtimat apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

apud Stephanum legendum: ΠΛΙΝΘΙΝΗ, πόλις τὶς Αἰγυπτία ἀπὸ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ. id eſt, *Plinthine vocatur urbs quædam Ægypti*, nomen habens *ab illa quæ eſt in finibus Samariæ.* dicens putaſſe Stephanum *Plinthinen Ægyptiam* nomen habuiſſe ab urbe *Libna*, cujus Sacra Hiſtoria meminit Joſuæ cap. x. & alibi. Quoniam *Libna* Græce ſonat πλινθίνη, quaſi dicas *Lateritia*. Verum ego potius arbitror, ἀπὸ τῆς Μαρείας ſcribendum. *Prope* enim hunc lacum fuiſſe urbem *Plinthinen* ex Scylace patet pag. 149. Ἐν δὲ Φάρῳ λιμένες πολλοί. ὕδωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρείας λίμνης ὑδρεύονται, ἔστι γὰρ πότιμος. Ὁ δὲ ἀνάπλους εἰς τὴν λίμνην βραχὺς ἐκ Φάρου. Ἔστι δὲ καὶ χερρόνησος καὶ λιμὴν, ἔστι δὲ ὁ παράπλους στάδια σ. ἀπὸ χερρονήσου δὲ Πλινθίνη (Πλινθίνος) ἐστὶ κόλπος. τὸ δὲ στόμα ἐστὶ τοῦ Πενθίνου (Πλινθίνου) κόλπου εἰς λευκὴν ἀκτὴν πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. Τὸ δὲ εἰς τὸν μυχὸν τοῦ Πλινθίνου κόλπου δὶς τοσοῦτον, περιοικεῖται δὲ κύκλῳ. *In Pharo autem multi portus. Aquam vero ex Maria palude per aquæductus accipiunt: potabilis enim hæc eſt. Navigatio in hanc paludem e Pharo eſt brevis. Eſt ibi & Cherſoneſus cum portu: prætervectio ejus ſtadia capit ducena. Cherſoneſum excipit ſinus Plinthinus: cujus os ab Alba Acte navigatione diei noctiſque diſtat: ab extremo vero Plinthini ſinus receſſu duplo majore ſpatio: circum habitatur vero hic ſinus.* Athenæus d. lib. pag. 33. Μαρείαν appellat fontem, non lacum, idque Euſtathius ſequitur, reliqui lacum. Vide ſupra v. Μάρεια. Gentile autem Πλινθινίτης occurrit in nummo Othonis apud Goltzium, hoc modo: ΠΛΙΝΘΙΝΕΙΤΩΝ.

ΠΝΥ'Ξ, τὸ παρ' Ἀθηναίοις δικαστήριον] Scholiaſtes vetus Ariſtophanis in Equit. pag. 290. Πνὺξ γὰρ τόπος ἐν Ἀθήναις, ἔνθα ἡ ἐκκλησία συνεκροτεῖτο. τὸν δῆμον δὲ ὥσπερ πολίτην τῆς Πνυκὸς εἶπε. Πνὺξ δὲ λέγεται παρὰ τὸ πυκνοῦσθαι ἐκεῖ τοὺς βουλευτὰς, ἢ ἀπὸ τοῦ πεπυκνῶσθαι τὰς καθέδρας. Heſychius: Πνὺξ (nam ſic legendum non Πνὶξ, quod literarum ordo recuſat) τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ αἱ ἐκκλησίαι ἤγοντο πάλαι μὲν πᾶσαι, νυνὶ δὲ ἅπαξ, ὅταν στρατηγὸν χειροτονῶσιν.

—— Περὶ οὗ φησιν Ἡρωδιανὸς, ἐν τοῖς περὶ παθῶν, οὕτως· Ἔστιν οὖν Πύκνη * κυρ * οὐ δύναται δὲ καταλῆξαι, καὶ ὑπερετέθη τὸ ν. καὶ ἐτράπη τὸ κ εἰς ξ, Πνύξ. Ὑπέρθεσιν ἄρα ἔχει διὰ τὴν κατάληξιν] MSS. in hoc loco non juvant: niſi quod parum deeſſe utriuſque aſteriſci locis prodant. Suſpicor ſcriptum fuiſſe: Ἔστιν οὖν Πύκνη τὸ μὲν κύριον &c.

—— Ἐν δὲ τῇ γενικῇ ἀπέλαβε τὴν τάξιν μετὰ τοῦ κ, Πνὺξ, Πνυκός] An legendum ἀνέλαβε?

—— Τῆς Πνυκὸς τὰς ἡνίας] Sic Plato in Critia pag. 120. Τὸ δὲ πρὶν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ μέγεθος μὲν ἦν πρὸς τὸν Ἠριδανὸν καὶ τὸν Ἰλισσὸν ἀποβεβηκυῖα, καὶ περιειληφυῖα ἐντὸς τὴν Πνύκα καὶ τὸν Λυκαβηττὸν, ὅρον ἐκ τοῦ καταντικρὺ Πνυκὸς ἔχουσα. *Prius autem (aqua) alto quodam tempore tanta vaſtitate pervagata erat, ut ad Eridanum uſque & Eliſſum exundaret, immo latius progreſſa Pnycem & Lycabetum circumplecteretur, termino e regione definito.*

—Ἀριστοφάνης. τοῦ λίθου ταύτῃ Πυκνὴ, καὶ Πυκνά. κέκληται δὲ παρὰ τὸ πυκνὸν, τῶν πάλαι συνῳκισμένων οἰκιῶν. ὁ ἐν τούτῳ οἰκῶν, Πυκνίτης λέγεται, καὶ Πυκναία] Apud Ariſtophanem Equit. pag. 290. Δῆμος Πυκνίτης· ad quem locum ea habet Scholiaſtes, quæ ante attulimus.

ΠΟΔΑ'ΛΕΙΑ, πόλις Λυδίας, πλησίον Λιμύρων] Scribe, πόλις Λυκίας. *Limyra* enim *Lyciæ* civitas. Apud Ptolemæum lib. v. cap. 3. ſimiliter ambæ hæ urbes *Lyciæ* tribuuntur, & una poſt alteram enumeratur, ſed ſcribitur ibi Ποδαλλία.

ΠΟΙΗ'ΕΣΣΑ, πόλις τῆς Κέω. Ὁ πολίτης, Ποιηέσσιος] Strabo lib. x. pag. 486. Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε· λείπονται δὲ δύο ἥτε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί· ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν· ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. *Ceos urbes habuit olim quatuor: nunc duæ reſtant, Iulis & Carthæa, in quas reliquæ ſunt tranſlatæ: Pœeeſſa, in Carthæam, Coriſſia in Iulidem.*

ΠΟΙΜΗ'Ν, ὄρος τῆς Ποντικῆς, ἀφ' οὗ καταρρεῖ ὁ Παρθένιος, ὁρίζων τὴν Ἄμαστριν] Scholiaſtes Apollonii ad lib. II. v. 354. Ἄνδρων δὲ ὁ Τήϊος ἐν τῷ περίπλῳ φησὶν Ἀχέροντά τινα βασιλεῦσαι τῶν τόπων, οὗ θυγατέρα γενέσθαι Δαρδανίδα· ταύτῃ δὲ Ἡρακλέα πλησιάσαντα ἐσχηκέναι υἱὸν Ποιμένα λεγόμενον· ἀποθανόντων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τῆς τε Δαρδανίδος καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Ποιμένος, τοὺς τόπους ἀπ' αὐτῶν κληθῆναι κατὰ τὴν Ἡρακλείαν Δαρδανίδα τε καὶ Ποιμένα.

—— Οἱ οἰκοῦντες Ποιμαίνιοι· ἔστι καὶ ὄρος Ποιμαίνιον ἐν Μακεδονίᾳ] Cl. Salmaſius putabat legendum, Ποιμένιοι. aut Ποιμάνιοι. & mox, Ποιμένιον.

ΠΟ'ΛΑ, πόλις Ἰλλυρίας] Immo potius, Ἰστρίας.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Πολάτης. καὶ ἀκρωτήριον, Πολαικὸν, καὶ τὸ Πολεαικόν] Mallem, τὸ καὶ Πολεατικόν.

ΠΟΛΛΗ'ΣΙΟΙ, πόλις, καὶ οἱ πολίται, ὡς Λόκροι, Δέλφοι. οἱ οἰκήτορες, ὁμοίως] Scribe, ΠΟΛΗ'ΣΙΟΙ, una litera Λ, ut Aldus, propter literarum ordinem. Tamen apud Phlegontem de Longævis cap. I. occurrit Πόπλιος Φούλβιος Φρὺξ, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Πολλισίας. *Publius Fulvius Phryx Lucii libertus ex urbe Polliſia.* Apud Polybium in Excerptis lib. XVI. pag. 73. occurrit Πολιάσιον Peloponneſi locus.

ΠΟΛΙ'ΕΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σίρις καλουμένη] Etymologus: Πολίειον, πόλις ἐστὶν Ἰταλίας, πρότερον Σίρις καλουμένη· ἀπὸ Πόλιδος ἐμπόρου· ἢ ὅτι Ἀθηνᾶς Πολιάδος ἱερὸν

ἐν αὐτῇ ἐστιν. Apud Ariſtotelem in Mirab. Auſcult. perperam ſcribitur, Πλεῖον pro Πολίειον. & Σίγειον pro Σίριν. Deinde male Cluverius pro Ἰώνων legit Χώνων lib. IV. Ital. Antiq. pag. 1273. locus eſt ſequens: Ἐν Τάραντι ἐναγίζειν κατά τινας χρόνους φασὶν Ἀτρείδαις καὶ Τυδείδαις καὶ Αἰακίδαις καὶ Λαερτιάδαις· καὶ Ἀγαμεμνονίδαις δὲ χωρὶς θυσίαν ἐπιτελεῖν ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ ἰδίᾳ· ἐν ᾗ νόμιμον εἶναι ταῖς γυναιξὶ μὴ γεύσασθαι τῶν ἐκείνοις θυομένων. Ἔστι δὲ καὶ Ἀχιλλέως νέως παρ' αὐτοῖς. Λέγεται δὲ μετὰ τὸ παραβαλεῖν τοὺς Ταραντίνους, Ἡράκλειαν τὸν τόπον καλεῖσθαι, ὃν νῦν κατοικοῦσιν· ἐν δὲ τοῖς ἄνω χρόνοις τῶν Ἰώνων κατεχόντων, Πλεῖον· (leg. Πολίειον·) ἔτι δὲ ἐκείνων ἔμπροσθεν ὑπὸ τῶν πρώτων κατασχόντων αὐτὴν, Σίγειον (leg. Σίριν) ὠνομάσθαι. *In Tarento ſolent interdum parentare Atridis, Æacidis, Tydidiſque, & Laërtiadis: Agamemnoniadis autem ſeorſumque die conſtituta alia ſacrificia agere, quibus mulieribus immolata tangere lege interdicitur. Eſt & templum apud ipſos Achillis. Ferunt hunc locum olim Ionibus obtinentibus Polieon vocatum eſſe: verum poſtquam a Tarentinis habitari cœptus eſt, Heracliam: cæterum jam inde remotius a primis incolis Sirim.* Utraque emendatio, tum *Iones* adſtruuntur a Strabone lib. VI. pag. 264. Εἶθ' Ἡρακλεόπολις, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· καὶ ποταμοὶ δύο πλωτοὶ Ἄκιρις, καὶ Σῖρις, ἐφ' οὗ πόλις ἦν, ὁμώνυμος Τρωϊκή. χρόνῳ δὲ τῆς Ἡρακλείας ἐντεῦθεν οἰκισθείσης ὑπὸ Ταραντίνων, ἐπίνειον αὐτὴ τῶν Ἡρακλεωτῶν ὑπῆρξε· διεῖχε δ' Ἡρακλείας μὲν τέτταρας καὶ εἴκοσι σταδίους, Θουρίων δὲ περὶ λ' καὶ τ'. Τῆς δὲ τῶν Τρώων κατοικίας τεκμήριον ποιοῦνται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος ξόανον, ἱδρυμένον αὐτόθι, ὅπερ καταμῦσαι μυθεύουσιν ἀποσπωμένων τῶν ἱκετῶν ὑπὸ Ἰώνων τῶν ἑλόντων τὴν πόλιν. τούτους γὰρ ἐπελθεῖν οἰκήτορας φεύγοντας τὴν Λυδῶν ἀρχὴν, καὶ βίᾳ λαβεῖν τὴν πόλιν αὐτοχθόνων οὖσαν, καλέσαι δὲ αὐτὴν Πολίειον· δείκνυσθαι δὲ καὶ νῦν καταμῦον τὸ ξόανον. *Sequitur Herculis urbs ſive Heraclea paullulum ſupra mare quoque: amnes navigabiles Aciris & Siris, ſuperque eo urbs Trojanæ cognominis: quæ poſtmodo Heraclea ibi a Tarentinis condita, navale Heracleotarum exſtitit. Diſtat Heraclea ſtadiis XXIV, a Thuriis circiter CCCXXX. Trojanæ porro coloniæ indicium ponunt Minervæ Iliacæ ſimulacrum ibi dedicatum. Idque ferunt oculos palpebris clauſis ſolo defixiſſe, cum Iones urbe capta ſupplices ab eo ſimulacro avellerent: hos enim Lydos initio eo perveniſſe, urbemque eam, quæ indigenarum erat, vi cepiſſe: dictam autem fuiſſe Poliium: ſed & hodieque monſtrari ſimulacrum illud connivens.* Similiter *Siris* urbis nomen corruptum extat in alio Ariſtotelis loco, lib. VII. Politic. cap. 10. Ὤικουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυρρηνίαν Ὀπικοὶ, καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν Αὔσονες. τὸ δὲ πρὸς τὴν Ἰαπυγίαν καὶ τὸν Ἰόνιον Χάονες, τὴν καλουμένην Σύρτιν. (ſcribe Σῖριν.) ἦσαν δὲ καὶ οἱ Χάονες Οἰνωτροὶ τὸ γένος. *Habitabant autem in ea quidem parte, quæ a mari Tyrrheno alluitur, Opici, qui & olim cognomento Auſones dicebantur & nunc item dicuntur. In ea vero quæ Iapygium & Ionium attingit, quæ Siris appellatur, Chaones. Erant autem etiam Chaones genere OEnotri.* Vide Salmaſium in Exercitat in Solin. pag. 57. & 58.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Πολιεύς, ὡς τοῦ Σίγειον, τὸ Σιγειεύς] Juxta exemplum ſcribendum igitur, Πολιειεύς.

ΠΟΛΙΟΝ, ἐν Λέσβῳ τόπος, ὅπου τὸ ἡρῷον Ταντάλου] Exiſtimo eſſe Πόλιον Nicolai Damaſceni in Excerptis pag. 442. Ὅτι Σκάμανδρος ὁ βασιλεὺς πρῶτος τῶν Τρώων, Σάμωνι χρησάμενος συνεργῷ τοὺς ἐν Τρωάδι ἐνίκησεν. ἀποθανόντος δὲ Σάμωνος κατὰ τὴν μάχην, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Δάδαν μητέρα τῶν νεανίσκων εἰς τὸ Πόλιον ἐξέπεμψεν διὰ κήρυκος, ὡς ἂν ἐκεῖ συνοικήσειεν ὅτῳ βούληται. ὁ δὲ κῆρυξ κατὰ τὴν ὁδὸν βιασάμενος αὐτὴν ᾔσχυνεν. ἡ δὲ τὸ ξίφος ἔχουσα τὸ τοῦ ἀνδρὸς αὐτὴν διεχρήσατο. *Scamander, qui primus Trojanis imperavit, Samonis opera uſus barbaros, qui Troadem incolebant, ſubegit. Samone autem in pugna interfecto uxorem illius Dadam matrem adoleſcentum, una cum caduceatore Poleum miſit, uti eo loci nuberet, cui vellet. Sed cum caduceator in itinere eam vi illata conſtupraſſet, mulier gladio mariti, quem ſecum habebat ſeipſam transfixit.* Valeſius oppidum Trojani agri ſignificari opinatur, quod Aſtypalæenſes ad Simoëntem condiderunt, quod Πόλιον initio, poſtea Πόλισμα dictum fuerit Strabone teſte lib. XIII. Sed temporis ratio admittere non videtur hanc ſententiam. Oppidum enim illud cujus Strabo meminit poſt Trojæ haloſin ab Aſtypalæenſibus conditum eſt. Verba Strabonis hæc ſunt pag. 601. Εἰκάζουσι δὲ τοὺς ὕστερον ἀνακτίσαι διανοουμένους οἰωνίσασθαι τὸν τόπον ἐκεῖνον, εἴτε διὰ τὰς συμφορὰς, εἴτε καὶ καταρασαμένου τοῦ Ἀγαμέμνονος κατὰ παλαιὸν ἔθος. &c. ἐκείνου μὲν οὖν ἀποστῆναι τοῦ χωρίου, ἕτερον δὲ τειχίσαι. Πρότερον μὲν οὖν Ἀστυπαλαιεῖς οἱ τὸ Ῥοίτειον κατασχόντες συνῴκισαν πρὸς τῷ Σιμόεντι Πόλιον ὃ νῦν καλεῖται Πόλισμα· οὐκ ἐν εὐερκεῖ τόπῳ διὸ κατεσπάσθη ταχέως. *Conjiciunt porro, eos qui poſtmodo inſtaurare Ilium intenderunt, locum antiqui Ilii abominatos fuiſſe ſive ob calamitates, ſive quod Agamemnon in repertorem priſtini Ilii exſecratus fuiſſet veteri quadam conſuetudine &c. Itaque iſto loco urbem aliam poſuiſſe. Primi adeo Aſtypalæenſes qui Rhœteum occuparunt, Polium ad Simoëntem condidere, quod nunc Poliſma dicitur; loco non ſatis firmo, unde & mox dirutum eſt.* MSS. autem hic habent ΠΟΛΙΟΝ, cum accentu in penultima.

—— Λέγεται

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

— Λέγεται δὲ ὁ πολίτης, Πολιεύς] MS. Λέγεται δὲ Ζεὺς ὁ πολίτης, Πολιεύς. Sed alter recentior verba, δὲ Ζεὺς, penitus omittit. Non tamen plane ſpernenda videntur. Nam in ſequenti voce mentio fit τοῦ Πολιέως Διός· & ſacrorum τῶν Διοσπολίων apud Porphyrium lib. II. cap. 30. Ἀπὸ δ' ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν, ἀεὶ τοῖς Διοσπολίοις Ἀθήνησιν ἐν ἀκροπόλει οἱ εἰρημένοι τὸν αὐτὸν τρόπον ποιοῦνται τὴν τοῦ βοὸς θυσίαν. *Ex illo tempore ad hunc uſque diem ſemper in Dioſpoliis, Athenis in Acropoli celebratis, qui ſecundum ea quæ diximus adhuc deſignantur, eodem modo bovem ſacrificant.*

ΠΟ'ΛΙΣ, ὄνομα πόλεως Αἰγυπτίας· ὁ οἰκήτωρ, Πολίτης, καὶ Πολιεύς. οὕτω γὰρ τιμᾶται ὁ Ζεὺς, ἀπὸ τῆς πόλεως γλωσσικῆς, κατὰ τρόπον τοῦ ος εἰς εύς. Τὸ δὲ θηλυκὸν τοῦ Πολιεύς, Πολιεία. λέγεται καὶ ἄλλο θηλυκῶς πολιὰς, ὡς Σκυνιάς] Pertinet ad hanc urbem etiam civis fœminæ nomen Πολιῆτις apud Suidam v. Ἁλιζώνου. in epigrammate:

Λαΐδ' ἔχω πολιῆτιν Ἁλιζώνοιο Κορίνθου.
Laidem teneo civem maritimæ Corinthi.

& Apollonium lib. I. v. 867. ὀνοσσάμενοι Πολιήτιδας. ubi Scholiaſtes: Κυρίως τὸ πολίτιδας γυναῖκας ἔταξεν, &c. Πολιὰς autem etiam Minervæ cognomentum apud Ilienſes & Athenis. Livius *Arcis præſidem* vertit.

ΠΟΛΙΤΩ'ΡΙΟΝ, πόλις Λατίνων, ἣν ἑλὼν Μάρκιος ὁ βασιλεὺς, μετήγαγεν εἰς Ῥώμην. Τὸ ἐθνικὸν, Πολιτωρῖνος] Servius oppidum hoc conditum ſcribit a Polite Priami filio ſequutus Catonis auctoritatem: nam ad lib. V. Æneid. v. 564.

Una acies juvenum, ducit quam parvus ovantem
Nomen avi referens, Priamus; tua clara Polite
Progenies, auctura Italos:

hæc commentatur: *Illum dicit quem ſupra a Pyrrho introduxit occiſum; de quo Cato in Originibus dicit, quod ad Italiam venerit & ſegregatus ab Ænea condiderit oppidum Politorium a ſuo nomine.* & in Schedis Fuldenſibus ad lib. I. v. 6. *Sane bene addidit Lavina, ut oſtenderet ad quam partem Italiæ veniſſet Æneas; quia & multi alii eo tempore ad Italiam venerant, ut Capiis, qui Capuam: Polites, qui Politorium condiderunt.* Quod vero additur de urbe hac capta a *Marcio Rege* hauſta ſunt ex Dionyſio lib. III. pag. 178. & ſeq. narratque Livius lib. I. cap. 33.

ΠΟΛΙ'ΧΝΑ, πόλις τῆς Τρῳάδος. Οἱ πολῖται, Πολιχναῖοι] *Polichnæi* occurrunt apud Plinium lib. V. cap. 30.

— Ἔστι καὶ Κρήτης Πολίχνη, πόλις, ἧς ὁ πολίτης Πολιχνίτης] Herodotus lib. VII. cap. 170. Λέγεται γὰρ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλεομένην, ἀποθανεῖν βιαίῳ θανάτῳ· ἀνὰ δὲ χρόνον Κρῆτας, θεοῦ σφε ἐποτρύνοντος, πάντας πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων, ἀπικομένους στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην, πολιορκέειν ἐπ' ἔτεα πέντε πόλιν Κάμικον. *Fertur enim Minoëm, quum Dædalum veſtigans in Sicaniam, quæ nunc Sicilia dicitur, perveniſſet, vi ejus vitæ allata occubuiſſe; interjecto deinde tempore omnes Cretes præter Polichnitanos & Præſios, divinitus inſtinctos, cum magna claſſe in Sicaniam trajeciſſe & quinquennio obſediſſe Camicum.* Meminit & Thucydides lib. II. pag. 157. Νικίας γὰρ Κρὴς Γορτύνιος πρόξενος ὢν, πείθει αὐτοὺς ἐπὶ Κυδωνίαν πλεῦσαι, φάσκων προσποιήσειν αὐτὴν οὖσαν πολεμίαν. Ἐπῆγε δὲ Πολιχνίταις χαριζόμενος ὁμόροις τῶν Κυδωνιατῶν. *Nicias enim Cretenſis Gortynius, qui erat* (Athenienſium) *hoſpes, ipſis perſuaſit ut in Cydoniam navigarent, dicens fore, ut eam, quæ ipſis erat inimica in ipſorum poteſtatem redigeret. Illos autem ad hoc induxit, Polichnitis, qui Cydoniatis erant finitimi, gratificari cupiens.* Ex quo loco apparet propinquam fuiſſe *Cydoniæ.*

ΠΟΛΥΔΩ'ΡΑ, νῆσος, πρὸς τῇ Κυζίκῳ. Τὸ ἐθνικὸν Πολυδωρεύς] MS. σὺν τῇ Κυζίκῳ.

ΠΟΛΥ'ΡΗΝ, πόλις Κρήτης, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥήνεα, τουτέστι πρόβατα ἔχειν] Scribe: ΠΟΛΥ'Ῥ'ῬΗΝ. cum Strabone, Ptolemæo, Scylace, Plinio: & juxta gentile ſubjectum.

— Ὁ πολίτης, Πολυῤῥήνιος] In nummis tamen Cl. Meneſtrier & in uno apud Hier. Grand legi: ΠΟΛΥΡΗΝΙΩΝ.

ΠΟΜΠΗΙΟΥ'ΠΟΛΙΣ, πόλις Παφλαγονίας. τινὲς δὲ δίχα τοῦ υ Πομπηϊόπολιν λέγουσι, καὶ Πομπηϊοπολίτης] Poſteriore modo occurrit apud Dionem lib. XXXVI. pag. 18. Καὶ ἄλλαι τε ἐκ τούτου συνῳκίσθησαν καὶ ἡ Πομπηϊόπολις ἐπικληθεῖσα· ἔστι δὲ ἐν τῇ Κιλικίᾳ τῇ παραθαλασσίᾳ. καὶ ἐπεπόρθητο ὑπὸ τοῦ Τιγράνου, Σόλοι πρότερον ὀνομαζομένη. *Itaque & aliæ urbes ex eo habitari cœperunt & quam Pompejopolim appellarunt, Solos prius dictam, ſitamque in Cilicia maritima, quam Tigranes ante vaſtaverat.* Similiter in nummo apud Goltzium. Apud Lucianum in lib. Quomodo Hiſtoria conſcribenda ſit, occurrit Κρεπέρειος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης. quod inepte vertitur: *Creperius Calpurnius Pompeji civis.* pro, *Pompejopolita.* vel *Pompejopolitanus.* In nummo Franc. Gotifredi ab una parte circum caput Pompeji: ΓΝ. ΠΟΜΠΗΙΟϹ. ab adverſa circum mulierem ſtolatam & ſedentem capite turrito: ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Et ſic quoque in Divorum Fratrum nummo apud eundem Gotifredum circum Neptunum ſtantem, qui dextra haſtam, ſiniſtra patinam tenet, pede ſiniſtro proram premit navis, legitur: ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.

ΠΟΝΗΡΟ'ΠΟΛΙΣ, πόλις ἐν Θρᾴκῃ. Ὁ πολίτης,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Πονηροπολίτης] Videri poſſet Καλύβη, *Aſtorum* urbs ſupra *Byzantium*. Strabo lib. VII. pag. 320. Ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ μὲν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. *Supra Byzantium eſt Aſtorum gens, in qua eſt urbs Calybe, in qua Philippus Amyntæ filius peſſimos homines collocavit.* Sed Plinius lib. IV. cap. II. *oppidum ſub Rhodope Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a ſitu Trimontiam dicta.*

ΠΟΠΛΩΝΙΟΝ, πόλις Τυῤῥηνῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ποπλώνιος, τῷ τῆς χώρας ἔθει] Ariſtoteles in Mirab. Auſcult. cap. 98. Ἐν δὲ τῇ Τυῤῥηνίᾳ λέγεταί τις νῆσος Αἰθάλεια ὀνομαζομένη, ἐν ᾗ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μετάλλου πρότερον μὲν χαλκὸς ὠρύσσετο ἐξ οὗ φασι πάντα κεχαλκευμένα παρ' αὐτοῖς εἶναι, ἔπειτα μηκέτι εὑρίσκεσθαι· χρόνου δὲ διελθόντος πολλοῦ φανῆναι ἐκ τοῦ αὐτοῦ μετάλλου σίδηρον ᾧ νῦν ἔτι χρῶνται Τυῤῥηνοὶ, οἱ τὸ καλούμενον Ποπλώνιον οἰκοῦντες. *In Tyrrhenia ferunt inſulam eſſe quam Æthaliam vocant, in qua ærifodina eſt, unde æs eruitur, omne ſcilicet illud ex quo iſthic ærea vaſa conflantur: deficere autem nec reddere quidquam aliquamdiu, cæterum temporum procurſu, non æs, utante, ſed ferrum provenire, id nempe quo etiamnum utuntur Tyrrheni, Poplonium incolentes.*

ΠΟΡΔΟΣΕΛΗΝΗ, νῆσος περὶ τὴν Λέσβον, πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα. ὁ πολίτης, Πορδοσεληνίτης. Τινὲς δὲ ἐκκλίνοντες τὸ δύσφημον τοῦ ὀνόματος, Ποροσελήνην ἐκάλεσαν] Apud Ælianum lib. II. H. A. cap. 6. ſcribitur corrupte Πληροσέληνον, hoc modo: Λέγει δὲ καὶ Βυζάντιος ἀνὴρ Λεωνίδας ὄνομα, ἰδεῖν αὐτὸς παρὰ τὴν Αἰολίδα πλέων ἐν τῇ καλουμένῃ Πληροσελήνῳ πόλει δελφῖνα ἠθάδα καὶ ἐν λιμένι τῷ ἐκείνων οἰκοῦντα καὶ ὥσπερ οὖν ἰδιοξένοις χρώμενον τοῖς ἐκεῖθι. Scribe: Πορδοσελήνῃ. vel Ποροσελήνῃ. *Leonides autem Byzantius in urbe Poroſelene nuncupata ſe quum Æolida navigando præterveheretur, Delphinum in illius portu urbis habitantem, civibuſque hujus tamquam hoſpitibus ſuis utentem vidiſſe confirmat.* Pauſanias tangit eandem hiſtoriam lib. III. pag. 212. Τὸν ἐν Ποροσελήνῃ δελφῖνα τῷ παιδὶ σῶστρα ἀποδιδόντα, ὅτι συγκοπέντα ὑπὸ ἁλιέων αὐτὸν ἰάσατο· τοῦτον τὸν δελφῖνα εἶδον, καὶ καλοῦντι τῷ παιδὶ ὑπακούοντα καὶ φέροντα ὁπότε ἐποχεῖσθαί οἱ βούλοιτο. *Ego ſane in Poroſelene delphinum vidi, qui puero a quo ſanatus fuerat cum a piſcatoribus vulnus accepiſſet quaſi mercedem curationis venderet dicto ſe audientem præbebat & eundem quocumque ille juſſiſſet dorſo tranſvehebat.*

ΠΟΡΦΥΡΕΩΝ, πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν Πορφυρεώνιος, καὶ Πορφυρεωνίτης] Meminit Scylax pag. 147. Procopius pagum maritimum ſuo tempore fuiſſe docet in Hiſt. Arc. pag. 133. Τῶν ἐν Καισαρείᾳ ῥητόρων Εὐαγγέλιός τις ἦν οὐκ ἄσημος ἀνήρ. ὅσπερ ἐπιφοροῦ τοῦ τῆς τύχης πνεύματος γενομένου, χρημάτων τε ἄλλων, καὶ χώρας πολλῆς κύριος γέγονεν. ὕστερον δὲ καὶ κώμην ἐπιθαλασσίαν, Πορφυρεῶνα ὄνομα, τριῶν χρυσίων κεντηναρίων ἐπρίατο. *Cæſarienſium cauſſidicorum unus fuit Euangelius, vir non ignobilis, qui proſpera uſus fortuna aura, & pecunias, & prædia complura poſſedit: tandem & Porphyrionem maritimum pagum, pondo auri tercentum coëmit.*

ΠΟΣΙΔΕΙΟΝ, πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Συρίας. — Τὸ ἐθνικὸν, Ποσιδειεύς] Exiſtimo legendum, ΠΟΣΕΙΔΙΟΝ. Ita enim alia loca vocantur, quod Neptuni fana haberent, & ordo literarum omnino poſtulat. Herodoto Ποσιδήιον dicitur lib. III. cap. 91. Ἀπὸ δὲ Ποσιδηίου πόλεος, τὴν Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω οἴκισε ἐπ' οὔρεσι τοῖσι Κιλίκων τε καὶ Σύρων, ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης μέχρι Αἰγύπτου, πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων (ταῦτα γὰρ ἦν ἀτελέα) πεντήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν. *Ab urbe Poſideio, quam coloniam Amphilochus Amphiarai filius deduxit in montibus Cilicum ac Syrorum, ab hac ad Ægyptum uſque, præter Arabum partem (hæc enim erat immunis) trecenta & quinquagena talenta erat tributum.* Apollonius Rhodius lib. I. v. 1279. Ποσιδήϊον verſus cauſſa ſcripſit:

τῆλε δ' ἀπ' ἀκτῆς
Γηθόσυνοι φορέοντο παραὶ Ποσιδήϊον ἄκρην.
longe vero a littore
Læti præternavigarunt Poſideum promontorium.

Apud Diodorum in Excerptis apud Conſtantinum Porphyrogennetam pag. 378. oppidum neſcio quod Πισίδιον occurrit haud procul a Seleucia diſſitum: Τῆς δὲ φήμης αὐτὸν καταταχούσης, οἱ Σελευκεῖς ἀκούσαντες τὰ περὶ τὴν ἱεροσυλίαν, ἀπέκλεισαν αὐτὸν τῆς πόλεως. ὁ δὲ ἀποπεσὼν καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, ὥρμησε φεύγειν ἐπὶ τὸ Πισίδιον, ἀντεχόμενος τῶν παραθαλαττίων τόπων. *Sed Seleucenſes jam ante ejus adventum comperta ſacrilegii fama, ei portas clauſere; proinde ea ſpe fruſtratus Alexander, Piſidium petiit, ab ora maritima nuſquam recedens.* Exiſtimo autem in hoc loco Ποσείδιον legendum. Nam ex hiſtoria Alexandri, cognomento Zabinæ vel Zebennæ, ibi commemorata, apparet in hac ora locum illum ponendum.

ΠΟΤΙΔΑΙΑ, πόλις Θρᾴκης· ἡ δ' αὐτὴ ἐκλήθη καὶ Κασσάνδρεια] Sita fuit hæc urbs in iſthmo peninſulæ Pallenæ, & Corinthiorum fuit colonia, uti patet ex Thucydide, lib. I. pag. 37. Τῶν γὰρ Κορινθίων πρασσόντων ὅπως τιμωρήσωνται αὐτοὺς, ὑποτοπήσαντες τὴν ἔχθραν αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι, Ποτιδαιάτας, οἳ οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῆς Παλλήνης, ὄντας Κορινθίων ἀποίκους, ἑαυτῶν δὲ ξυμμάχους φόρου ὑποτελεῖς, ἐκέλευον τὸ ἐς Παλλήνην τεῖχος καθελεῖν, καὶ ὁμήρους δοῦναι. *Cum enim Corinthii hoc ſtuderent,*

ſtuderent, ut ipſos (Athenienſes) *ulciſcerentur, Athenienſes, quod eorum inimicitias haberent ſuſpectas, Potidæatas, qui in Pallenes iſthmo habitant, Corinthiorum colonos, ſuoſque ſocios, & vectigales, muros Pallenen verſus* (ædificatos) *demoliri, & obſides dare juſſerunt.* & lib. IV. pag. 332. Καὶ προσέτι φάσκων ἀξιωτάτους αὐτοὺς εἶναι ἐπαίνου, οἵτινες, τῆς Παλλήνης ἐν τῷ ἰσθμῷ ἀπειλημμένης ὑπὸ Ἀθηναίων Ποτίδαιαν ἐχόντων, καὶ ὄντες οὐδὲν ἄλλο ἢ νησιῶται, αὐτεπάγγελτοι ἐχώρησαν πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, καὶ οὐκ ἀνέμειναν ἀτολμίᾳ ἀνάγκην σφίσι προσγενέσθαι περὶ τοῦ φανερῶς οἰκείου ἀγαθοῦ. *Addebat præterea ipſos maxima laude dignos eſſe, qui cum Pallene in iſthmo ab Athenienſibus Potidæam tenentibus ſit intercepta, cumque nihil aliud ſint quam inſulani, tamen ſua ſponte ad libertatem tranſierint, neque per ignaviam exſpectarint, ut ſibi neceſſitas imponeretur, qua manifeſtum domeſticum bonum ſequi cogerentur.*

— Ὁ πολίτης Ποτιδαιάτης, καὶ Ποτιδαιεῦς] Scribe: Ποτιδαιεύς.

ΠΟΤΙΔΑΝΙ'Α, πόλις Αἰτωλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ποτιδανιάτης] Meminit Thucydides lib. III. pag. 238.

ΠΟΤΙ'ΟΛΟΙ, πόλις Τυῤῥηνίας, κτίσμα Σαμίων, ἥτις καὶ Δικαιάρχεια] Supra v. Δικαιάρχεια. ταύτην δέ φασι κεκλῆσθαι Ποτιόλους. A *Samiis* autem conditam notat etiam Euſebius in Chronico ad annum IV. Olymp. LXII. *Samii Dicæarchiam condiderunt, quam nunc Puteolos vocant.*

— Τὸ ἐθνικὸν, Ποτιολεῖς, καὶ Ποτιολήσιον] Scribe: Ποτιολήσιοι. Cæterum Capacius Hiſt. Neap. pag. 189 adducit ΠΟΥΤΕΟΛΙΤΩΝ ex nummis. Sed apud Goltzium, unde Capacius hoc hauſit, ſcribitur, ΠΥΤΕΟΛΙΤΩΝ.

ΠΟ'ΤΝΙΑΙ, πόλις Βοιωτίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ποτνιεύς. καὶ τὸ θηλυκὸν, Ποτνιάς] Eumenides Euripidi vocantur Ποτνιάδες θεαί in Oreſte v. 318. ad quem locum Scholiaſtes vetus: Ποτνιάδες δὲ μανιοποιοί. Ποτνίαι γὰρ χωρίον ἐστὶ Βοιωτίας, ἔνθα φαγοῦσαι βοτάνην αἱ Γλαύκου ἵπποι, καὶ μανεῖσαι, διεσπάσαντο τὸν ἴδιον δεσπότην Γλαῦκον ἐν τῷ ἐπιταφίῳ Πελίου. Ποτνίαι γ' οὖν πόλις Βοιωτίας, ὅθεν ὁ Γλαῦκος ἐμμανὴς γέγονε καὶ ἥλατο εἰς τὴν θάλασσαν.

ΠΡΑ'ΑΣΠΑ, πόλις τῆς Ἀτροπατήνης. Τὸ ἐθνικόν, Πρaασπηνός] Eadem urbs, quæ infra cum aſpiratione ſcribitur, ΦΡΑ'ΑΣΠΑ.

ΠΡΑΙ͂ΣΟΣ, πόλις Κρήτης, θηλυκῶς] MSS. Πλαῖσος. mox infra ſcribitur Πρέασος. Supra vero appellata eſt Πάρισος.

— Τὸ ἐθνικὸν, Πραίσιος καὶ Πραίσος] Puto ſcriptum fuiſſe ab auctore, καὶ Πραισεύς: aut καὶ Πραισία. quomodo legitur infra Ῥαύκιος καὶ Ῥαυκία. in v. Ῥαῦκος. & Φαίστιος καὶ Φαιστία. v. Φαιστός.

ΠΡΑΙΤΕΤΙ'Α, χωρίον ἀπὸ τοῦ Ἀδρία] Forte legendum: ἐπὶ τοῦ Ἀδρία. Plinio lib. III. cap. 13. *Prætutiana regio.*

— Ἧς ὁ οἰκήτωρ Πραιτετιανὸς καὶ Πραιτετιανή] Polybius lib. III. pag. 239. Διελθὼν δὲ καὶ καταφθείρας τήν τε Πρετετιανὴν καὶ τὴν Ἀδριανὴν, ἔτι δὲ τὴν Μαρρουκίνην καὶ Φρεντανὴν χώραν, ὥρμησε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Ἰαπυγίαν. *Ubi deinde pertranſiit devaſtavitque Præputianum, Adrianumque agrum, necnon Marrucinorum & Ferentanorum, in Apuliam avertit iter.* Hinc οἶνος Πραιτετιανός. quod ter corrupte legi apud Dioſcoridem Cluverius recte notavit lib. II. Ital. Antiq. pag. 745. Plinio *vinum Prætutium*, lib. XIV. cap. 6. *Ex reliquis vinis a ſupero mari Prætutia & Ancone naſcentia.* & cap. ſeq. *Apamenum vinum mulſo præcipue convenire dicitur; ſicut Prætutium in Italia.* Ptolemæus autem Πραιτούτιοι vocat agri hujus cultores, Latinos imitatus.

ΠΡΑ'ΣΣΑΙΒΟΙ, ἔθνος Θεσπρωτικόν] Hos Tzetzes ad Lycophronem pag. 147. perperam appellat Περραιβοὺς, confundens ſcilicet Πρασσαιβοὺς Epiri cum Theſſaliæ Περραιβοῖς. uti jam notavi ſupra v. Γονοῦσσα.

ΠΡΙ'ΑΙΣΟΣ, πόλις Κρήτης. Οἱ πολῖται, Πριάσιοι καὶ Πριαισιεῖς] Apud Strabonem Πρᾶσος appellatur: apud Scylacem Πρόσις: ſupra ſemel Πάρισος, ſemel Πραῖσος. Ut mirifice corruptum paſſim extet hujus urbis vocabulum apud auctores. Vera autem illius ſcriptura conſervata eſt in Marmore Arundelliano, in quo Fœdus inter Hierapytnios & *Prianſios* Cretæ populos olim factum perſcriptum eſt, a Joanne Pricæo Anglo ad Apuleji Apologiam vulgato. Appellantur enim in hoc inſigni & antiquiſſimo monumento identidem ΠΡΙΑΝΣΙΟΙ. Unde non dubito quin hic apud Stephanum legendum ſit: ΠΡΙ'ΑΝΣΟΣ, πόλις Κρήτης. Οἱ πολῖται, Πριάνσιοι καὶ Πριανσιεῖς. Certe ultimum gentile, ΠΡΙΑΝΣΙΕΥΣ, in eodem lapide etiam legitur. Hierapytnios autem urbem hanc poſtea evertiſſe Strabo tradit lib. X. pag. 478. Μεταξὺ δὲ τοῦ Σαμωνίου καὶ τῆς Χεῤῥονήσου ἡ Πρᾶσος ἵδρυται, ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἑξήκοντα σταδίοις διέχουσα, τῆς Γορτύνης δὲ ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα· κατέσκαψαν δ' Ἱεραπύτνιοι. *Inter Samonium & Cherroneſum ſita eſt Praſos, ſupra mare* LX *ſtadiis, a Gortyne* CXXC: *deleverunt eam Hierapytnii.*

ΠΡΙ'ΑΠΟΣ, πόλις Ἑλλησποντίας, θηλυκῶς] Corrupte legitur nomen hujus urbis apud Arrianum lib. I. de Exp. Alex. pag. 13. Κατὰ δὲ τὴν πάροδον Πριάμου πόλιν ἐνδοθεῖσαν πρὸς τῶν ἐνοικούντων, τοὺς παραληψομένους ἀπέστειλε σὺν Πανηγόρῳ τῷ Λυκαγόρου, ἑνὶ τῶν ἑταίρων. Scribe, Πριάπου. *In tranſitu Panegorum Lycogoræ filium cum aliquo comitatu mittit, qui Priapum oppidum, quod incolæ dediderant, recipiat.*

— Ὁ πο-

—— Οἱ πολίτης, Πελαπίωος καὶ Πελαπιωή] Plutarchus in Lucullo pag. 499. meminit Ἀρτέμιδος Πελαπιωῆς, nam ſic legendum, non Πελαπίνης, cujus fanum & ſtatuam violata refert a Ponticis. Vide Strabonem & Solinum Petro Fabro laudatos lib. III. Semeſtr. cap. 3. pag. 50.

—— Ἔστι καὶ ἄλλο ἐθνικὸν, Πελήπος, καὶ Πελαπεῖς πληθυντικῶς. καὶ ἡ χώρα Πελαπίς] Neſcio an non pro Πελήπος legendum ſit Πελήπιος. Ionice. ΠΡΙΑΠΕΩΝ vero occurrit in veteri nummo apud Cl. Meneſtrier. Apud Tzetzen in Lycophronem pag. 9. occurrit Πελησποαῖος Ἀπόλλων. quod neſcio quid ſit. Forte, Πελησπαῖος, prius fuit ſcriptum.

ΠΡΙΗΝΗ, πόλις Ἰωνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πελιωεὺς καὶ Πελήνιος καὶ Πελιωιάς] In nummo Auguſti apud Franc. Gotifredum circa mulierem ſtolatam legitur: ΠΡΙΗΝΕΩΝ ΤΡΙΣ. in margine . . . . . ΡΑΣ ΦΙΛΟΠΑΙΣ.

ΠΡΙΟΛΑ, πόλις πλησίον Ἡρακλείας. Τὸ ἐθνικὸν, Πειολαεὺς] Scholiaſtes vetus Apollonii ad lib. II. v. 782. Πειόλας δὲ ἀδελφὸς Λύκου. καὶ Πειόλα πόλις πλησίον Ἡρακλείας. Meminit & Nicander Principio Alexipharm.

Ἄστυρα τε Πειόλαο καταστρεφθέντα δέδαπε.

Ad quem locum Scholiaſtes pag. 52. ſequentia adfert: Τὰ ἄστυρα πολίσματά εἰσι καὶ χωρία ὕτω λεγόμενα. Ὁ δὲ Πειόλαος, υἱὸς Λύκου βασιλέως Μαρυανδυνῶν, ὃς ἀπέθανεν ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ, Ἡρακλέους πολεμοῦντος τοῖς πλησίον, οὗ εἰς ὄνομα ὁ πατὴρ, τὴν πόλιν ἐκάλεσεν ἐγγὺς οὖσαν Ἡρακλείας.

ΠΡΟΒΑΛΙΝΘΟΣ, δῆμος Πανδιονίδος φυλῆς] Ita legitur hoc nomen in nummo apud Pyrrhum Ligorium, in quo Delphin alabaſtrum dorſo ferens expreſſus eſt.

ΠΡΟΓΑΣΕΙΑ, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Προγάσου τοῦ υἱοῦ Μελάμπου. Τὸ ἐθνικὸν, Προγασεύς] Apud eundem Ligorium extat nummus, in cujus una parte Neptunus, in averſa tridens cum inſcriptione, ΠΡΟΓΑΣΕΙΑ.

ΠΡΟΚΟΝΝΗΣΟΣ, μία τῶν Σποράδων ἐν τῇ Προποντίδι. Ὁ πολίτης, Προκοννήσιος] Eadem quæ ſupra nomine Ἐλαφονήσου deſcripta eſt. Scilicet quod *cervos*, ἐλάφους ἢ πρόκας, magna copia ferret. Scholiaſtes Apollonii ad lib. II. v. 279. Διονύσιος δέ φησιν ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ κτίσει τὰς ἐλάφους οὕτω λέγεσθαι πρόκας. ὅθεν καὶ Προκόννησος, ἐπεὶ καὶ ἐν ταύτῃ πληθύουσιν ἔλαφοι. Οἱ δὲ Προχόννησον λέγουσιν εἰρῆσθαι, ἀπὸ τοῦ προχόου, ἣν ἔχουσα τοῖς Μιλησίοις ἀπήντησεν ἡ παρθένος, ὅτε τὴν ἀποικίαν ἐστέλλοντο. Οἱ δὲ Προχόννησον ἐτυμολογοῦσι, καθὸ πρότερον οὖσα νῆσος προσεχώσθη· ὑπὸ τινῶν δὲ Προκόννησος καὶ Ἐλεφόνησος ἐκλήθη. Φιλητᾶς δέ φησι πρόκας λέγεσθαι τὰς ἐλάφους τὰς πρώτως τικτούσας, οἷον πρωτοτόκους. Mirum autem quod *Sporades* eo uſque extendat. Cæterum quemadmodum apud Apollonii Scholiaſten aliquoties ſcribitur Προκόννησος, per duplex ν, ſic in Memnonis Excerptis apud Photium legitur Προκοννησία πέτρα. & Salmaſius in ſcriptis codd. *Proconneſius* & *Proconnenſis* exaratum teſtatur ad Solinum pag. 28 & 703. *Proconnenſis* autem contractum docet ex *Proconneſenſis*, ut *Peloponnenſis* ex *Peloponneſenſis*.

ΠΡΟΞΕΝΟΥΠΟΛΙΣ, περὶ Ναυκρατίαν. Ὁ πολίτης, Προξενοπολίτης, ὡς Ἑρμοπολίτης] In nummo Imperatoris Titi apud Goltzium legitur: ΠΡΟΞΕΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΠΡΟΣΕΛΗΝΟΙ, οἱ Ἀρκάδες· καὶ Προσεληνίας τὸ θηλυκόν] Scholiaſtes Ariſtophanis Nub. pag. 149. Συνθέτως δὲ εἶπε τὴν λέξιν βεκκεσέληνε· ἐπεὶ καὶ οἱ Ἀρκάδες, οἱ καὶ πρὸ σελήνης ἀρχαιότεροι ὑπάρχοντες. τοῦτο δὲ τοῦ οἱ περὶ τὸν Λύκιλλον τὸν Ταρραῖον καὶ Σοφοκλέον καὶ Θέωνα ἑρμηνεύοντες τάδε φασίν. οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι ὡς καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ περιόδῳ. Θεόδωρος δὲ ἐν τῇ εἰκοστῇ δευτέρᾳ ὀλίγῳ πρότερόν φησι τοῦ πρὸς γίγαντας πολέμου Ἡρακλέους τὴν σελήνην φανῆναι. Καὶ Ἀρίσων ὁ Χῖος ἐν τῇ θέσει, καὶ Διονύσιος ὁ Χαλκιδεὺς ἐν πρώτῃ κτίσεως. καὶ ἔθνος φησὶν Ἀρκαδίας Σεληνίτας εἶναι. Μνασέας δέ φησι Προσέληνον Ἀρκάδων βασιλεῦσαι. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ φησὶν ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν. οἵτινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν νῦν Ἀρκάδων πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην· διὸ καὶ προσωνομάσθησαν Προσέληνοι. Δοῦρις δὲ ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῶν Μακεδονικῶν Ἀρκάδα φησὶν ἀφ' οὗ ἡ Ἀρκαδία καλεῖται, Ὀρχομενοῦ υἱόν. Διὸ καὶ ποταμὸν τῆς Ἀρκαδίας Ὀρχομενόν. τινὲς δέ φασι Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους τῆς σελήνης· ὅθεν καὶ Προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας κληθῆναι. Ἔνιοι δὲ ὑπὸ Τύφωνος· ὑπὸ δὲ Ἄτλαντος καὶ Ξεναγόρας εἴρηκεν. Quæ omnia fere verbo tenus adhuc leguntur in præſtantiſſimis Apollonii Scholiis ad lib. IV. v. 264. unde citatis illorum auctoribus, *Lycillo Tharrao*, *Sophocleo*, qui noſtro ſolet appellari *Sophocles*, & *Theone*, adducuntur.

ΠΡΟΣΤΡΟΠΑΙΑ, πόλις Σικελίας, οὐδετέρως. Τὸ ἐθνικὸν, Προστροπαῖος] Diſtinctis vocibus: *ad tropæa*.

ΠΡΟΣΩΠΙΣ, πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν, Προσωπίτης, ὡς Ναυκρατίτης, καὶ ὅσα τοιαῦτα, λέγεται· καὶ Προσωπίτις] Hinc νῆσος ἡ Προσωπίτις καλεομένη apud Herodotum lib. II. cap. 165. & ſupra v. Ἀταρβῆχις occurrit Προσωπίτης. In nummo L. Aurelii Veri apud Triſtanum Tom. I. pag. 692. ΑΝΑΘΩ ΠΡΠΙΤΗΣ ΙΕΡ. Κ. ΑΣΥΛΟΥ. id eſt, ΑΝΑΘΩ ΠΡΟΣΩΠΙΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. Ad quem vide diſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

diſſerentem Triſtanum, qui recte quidem judicat apud Strabonem corrupte legi Ἀπροσωπίτης νόμος, pro Προσωπίτης. Ptolemæi vero locum fruſtra ſollicitat, uti ex antecedentibus & ſequentibus attendenti patet.

ΠΡΟΥ͂ΣΑ, τῆς Προυσιάδος διαφέρει. ἡ μὲν γὰρ Προυσιὰς Βιθυνίας ἀπὸ Προυσίου τοῦ Ζιηλάτου Βιθυνῶν βασιλέως, ἡ Κεῖος πρότερον ὀνομασθεῖσα· ἧς ὁ πολίτης, Προυσιεύς. ἡ δὲ Προῦσα καὶ αὐτὴ μὲν πόλις μικρὰ Βιθυνίας, κτίσμα Προυσίου τοῦ Κῦρον πολεμήσαντος· ταύτης τὸ ἐθνικὸν Προυσαεὺς, ὡς τῆς Νύσσας, Νυσσαεύς] In una eademque *Bithynia* duæ *Pruſæ* fuerunt, una ad *Hypium* flumen, altera ſub monte *Olympo*, & præter has duas tertia *Pruſias* ſub monte *Arganthonio*. Auctor hic *Pruſiadem* deſcribit & *Pruſam* ſub *Olympo*, *Pruſæ* ad *Hypium* non meminit, ſequutus Strabonem lib. XII. pag. 563. Κατέσκαψε δὲ τὴν Κῖον ὁ Φίλιππος ὁ Δημητρίου μὲν υἱὸς, Περσέως δὲ πατὴρ, ἔδωκε δὲ Προυσίᾳ τῷ Ζήλα, συγκατασκάψαντι καὶ ταύτην καὶ Μύρλειαν ἀστυγείτονα πόλιν, πλησίον δὲ καὶ Προύσης οὖσαν. ἀναλαβὼν δ' ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἐρειπίων αὐτὰς, ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κῖον, τὴν δὲ Μύρλειαν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός. *Cium evertit Philippus Demetrii filius, Perſei pater, deditque aream Pruſiæ Zelæ F. qui in ea evertenda ipſum adjuverat & Myrleam vicinam urbem Pruſæ. Hic Pruſias has urbes e ruderibus excitatas, Cium Pruſiadem a ſe, Myrleam ab uxore Apameam denominavit.* & pag. ſeq. Προῦσα δὲ ἐπὶ τῷ Ὀλύμπῳ ἵδρυται τῷ Μυσίῳ πόλις εὐνομουμένη, τοῖς τε Φρυξὶν ὅμορος, καὶ τοῖς Μυσοῖς, κτίσμα Προυσίου τοῦ πρὸς Κροῖσον πολεμήσαντος. *Pruſa vero ad Olympum Myſiæ poſita eſt, quæ legibus bonis gubernatur, Phrygibus Myſiſque finitima, condita a Pruſia, qui bellum contra Crœſum geſſit.* Ex quibus locis apparet, quomodo menda ex hoc loco ſint tollenda. Videlicet pro Ζιηλάτου legendum Ζιήλα, τοῦ. Ita enim appellatum regem hunc patet ſupra v. Ζῆλα· Ἔστι καὶ Ζίηλα τρισυλλάβως, πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισεν ὁ Νικομήδους υἱὸς Ζιήλας. Deinde pro Κεῖος reponendum Κῖος, licet ſupra v. Βρύλλιον ſic pariter extet, quoniam præter Strabonem ita & Scylaci ſcribitur non ſemel pag. 140. & 141. Euſtathio item ad Dionyſium pag. 107. & Scholiaſtæ Theocriti pag. 112. Apud quem *Pruſias* perperam rex Ἀθηνῶν dicitur pro Βιθυνῶν. Tum ipſa urbs Προυσιὰς appellatur Προῦσα. Quod feciſſe etiam Strabo videtur, niſi librariorum culpa hoc acciderit. Unde Scaliger a Strabone nullam *Pruſiadem* agnitam per errorem affirmavit in Animadv. ad Euſebium pag. 84. exſerte enim ait: ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κῖον. Tertium item apud Stephanum vitium ex Strabone detegitur: nam pro verbis, τοῦ Κῦρον πολεμήσαντος, pro quibus Salmaſius legebat, τοῦ πρὸς Κῦρον π. apud Strabonem legitur, τοῦ πρὸς Κροῖσον πολεμήσαντος. Cæterum *Pruſiadem*, quam Κῖον ante appellatam plerique auctores ſcribunt, Memnon apud Photium primitus Κίερον ait nominatam, cap. XXIX. pag. 727. Προυσίας ὁ Βιθυνῶν βασιλεὺς, δραστήριος ὢν, καὶ πολλὰ πράξας, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Κίερον, πόλιν Ἡρακλεωτῶν οὖσαν, ὑφ' ἑαυτὸν ἔθετο τῷ πολέμῳ, ἀντὶ Κιέρου Προυσιάδα καλέσας. Εἷλε δὲ καὶ τὴν Τῖον, καὶ αὐτὴν ὑπήκοον αὐτοῖς οὖσαν, ὥστε ἐκ θαλάττης εἰς θάλασσαν τὴν Ἡράκλειαν περιγράψαι. *Pruſias Bithynorum rex, mirifice induſtrius & gnavus multiſque rebus geſtis clarus, inter alia etiam Cierum, Heraclienſium urbem, bello ſubjecit pro Ciero Pruſiadem nuncupans. Tium etiam eorundem juriſdictioni obnoxiam cepit: ut ſic undique mari circumſcriberet Heracleam.* Iterum ſic appellat cap. XLIII. & cap. XX. Κιερανοὶ, inde dicti, occurrunt. Capite autem XLIII. pag. 737. nos turbat hic auctor in ſitu urbis. Nam cum dixiſſet *Pruſam*, ad *Olympum* Aſiæ montem ſitam, a Romanorum exercitu occupatam, addit ſtatim eoſdem acceſſiſſe *Pruſiadem*, atque ab hac fuiſſe receptos. Verba ipſa adjicio: Εἷλον δὲ καὶ Προῦσαν τὴν πόλιν ἡ Ῥωμαίων δύναμις· ὑπὸ δὲ τὸν Ἀσιανὸν Ὄλυμπον διέκειτο αὕτη. Ἐκεῖθεν ὁ Τριάριος ἐπὶ Προυσιάδα τὴν ἐπιθαλάσσιον μετὰ τῆς δυνάμεως παραγίνεται· αὕτη δὲ Κίερος τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο, ἐν ᾗ καὶ ἡ τῆς Ἀργοῦς ἄφιξις λέγεται, καὶ ὁ τοῦ Ὕλα ἀφανισμὸς καὶ ἡ τοῦ Ἡρακλέους ἐπὶ τὴν τούτου ἀναζήτησιν πλάνη, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἕτερα. παραγεγονότα δὲ, ῥᾳδίως οἱ Προυσαεῖς ἐδέξαντο, τοὺς Ποντικοὺς διωσάμενοι. *Pruſam etiam urbem Romanus exercitus cepit. Jacet hæc ad Olympum Aſiæ montem. Hinc Pruſiadem mari impoſitum cum exercitu petit; Cierum olim nominabant. Quo etiam Argonautas appuliſſe & evanuiſſe Hylam & Herculem, dum requirit eum, circumvagatum, multaque id genus alia contigiſſe fama eſt. Ut urbi appropinquavit tacite Pruſienſes eum receperunt, Ponticis ejectis.* Secundum enim hunc auctorem tres erunt civitates hoc nomine. Sed vereor ut Memnoni tuto fidendum ſit, adeo ille in re Geographica ſæpe ineptit. Addo & hoc, cum cap. XXIX *Pruſiam* Bithyniæ regem Heracleæ oppugnationem meditantem, Κίερον, ut ipſe vocat, mox *Pruſiadem* dictam, tum etiam Tium, duo Heracleenſium ditionis oppida occupaſſe, atque ita Heracleam ipſam ἐκ θαλάττης εἰς θάλασσαν circumſcripſiſſe teſtetur, ea quæ de *Pruſiade* refert ad *Pruſam Hypio* amni impoſitam intelligenda eſſe patet. Hæc enim *Pruſa* ab occidente proxima erat Heracleæ, ſicuti Tios ab oriente. *Pruſias* autem ad Propontidem in intimo *Ciano* ſinu ſita, quinam ad Heracleenſes Ponticos pertinere potuit? Ita nominum ſimilitudo & locorum ignorantia huic ſcriptori

ptori impoſuit. Cæterum Κῖον & *Pruſiadem* duo diſtincta non unum idemque oppidum fuiſſe ex Plinio, Tabula Itineraria aliiſque certum eſt. Et hoc etiamnum tempore *Scio* & *Bruſa* vicina quidem ſed diſtincta ſunt. Idque nummus teſtatur apud Franc. Gotifredum, in quo circum duos hircos coniſcantes, quos inter vas aut crater poſitus, legitur: ΚΕΙΑΝΩΝ. Et Nautica Græcorum Προυσίαν & Κῖον ut diſtincta loca commemorat eorumque intervalla notat. *Pruſa* vero ad *Olympum*, Othomannici Imperii aliquando ſedes, hodie *Burſa* dicitur. De hac Nicephorus Gregoras lib. II. ἡ παρὰ τὸ ὄρος τὸν Ὄλυμπον κειμένη τῶν Προυσαίων μητρόπολις. Laonicus Chalcondulas lib. I. pag. 9. Προῦσαν τὴν ἐν Μυσίᾳ πόλιν εὐδαίμονα vocat. Diverſa igitur & ab hac *Pruſias* eſt. De *Pruſa* ad *Olympum* accipio ſequentes nummos eorumque gentilia: unum Veri Maximi apud Franc. Gotifredum, in quo circum Hygeam magnis & extantibus literis legitur: ΠΡΟΥΣΗΝΩΝ. alterum Commodi, in quo circum ſerpentem baculo obvolutum: ΠΡΟΥΣΙΑΙΩΝ. tertium Caracallæ; in quo circum Ajacem gladio incumbentem: ΠΡΟΥΣΑΕΩΝ. item Severi Mediceum, in quo circum templum pariter: ΠΡΟΥΣΑΕΩΝ. Quod ultimum tantum a Stephano adducitur, quem in ultimo vocabulo ut monſtroſe corruptum ſic facile ſanari poſſe quilibet videt. MSS. autem recte: ὡς τοῦ Νύσσας, Νυσσαεύς. Ad alteram *Pruſam* quæ ad amnem *Hypium* pertinet nummus apud Pyrrhum Ligorium, qui extat apud Illuſtr. Equitem de Puteo, in quo: ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΠΡΟΣ ΥΠΙΩ cum Hercule elidente Hydram. Quæ inſcriptio pariter occurrit in M. Aurelii nummo apud Franc. Gotifredum circum caput Alexandri M. item Anneæ Fauſtinæ apud eundem Gotifredum nummus, in quo circum Deam Fortunam: ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΠΡΟΣ ΥΠΙΩ. Item Macrini, qui a Triſtano exhibetur Tom. II. pag. 299. in quo circum Herculem clavam & cervum tenentem: ΜΗΤΡ. ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΠΡΟΣ ΥΠΙΩ. & L. Veri apud Goltzium in Theſauro: ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΠΡΟΣ ΥΠΙΩ. qui apud Gotifredum extat. A Προυσιὰς vero format auctor Προυσιεύς. quod adducitur ſupra v. Ἐλευθέριον, ſed tanquam a Προύσιον formatum. Apud Goltzium occurrit in duobus numiſmatibus: ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ. & in uno: ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ. Vide de his tribus urbibus notata Salmaſio in Exercitationibus ad Solinum pag. 877.

ΠΡΟΧΥ´ΤΗ, νῆσος πρὸ τῆς Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Προχυταῖος] Accuratius Strabo lib. V. pag. 247. *Prochytam* ponit ante Miſenum: Τοῦ μὲν οὖν Μισηνοῦ πρόκειται νῆσος ἡ Προχύτη, Πιθηκουσῶν δ' ἐστὶν ἀπόσπασμα. *Ante Miſenum ſita eſt Prochyta, pars a Pithecuſis avulſa.* Apud Scholiaſten Pindari inſulæ hujus nomen corrupte legi obſervavit Cluverius lib. IV. Ital. Antiq. pag. 1103. ſimulque alios errores ab ipſo, non librariis, profectos notavit. Verba Scholiaſtæ ad Pyth. Od. I. pag. 190. Κύμη, νῆσος παρακειμένη τῇ Σικελίᾳ. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα τῶν Αἰολέων. Φαίνεται δὲ οὐχ ἡ Κύμη πῦρ ἀναδιδοῦσα, ἀλλ' ἡ καλουμένη Προσύλη· (Scribe, Προχύτη·) ἣν καὶ Πιθηκούσας ὀνομάζουσι. Συμβαίνουσι γὰρ αὐτόθι, κυμάτων ἐξαισίων κινήσεις, καὶ ἀνέμων σφοδροτάτων ἐπιπνοιαι, καὶ πρηστήρων ἐπιφάνειαι, καὶ πυρὸς καταφλέξεις, μυθολογεῖται ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα.

ΠΡΥΜΝΗΣΙ´Α, πόλις Καρίας, ἣν ἔκτισε Μίμαιθος. Τὸ ἐθνικὸν, Πρυμνησιεύς, ὡς Θεοδοσιεύς] Occo nummum profert Caracallæ, cum hac epigraphe: ΠΡΥΜΝΗϹϹΕΩΝ. Quod formatum videtur ex Πρυμμησσός. Quomodo Pauſaniæ lib. V. pag. 329. vocatur urbs Phrygiæ. Τοῦτον τὸν Νικόστρατον νήπιον παῖδα ἔτι ἐκ Προμνησσοῦ λῃσταὶ τῶν Φρυγῶν ἥρπασαν, οἰκίας ὄντα οὐκ ἀφανοῦς. *Hunc Nicoſtratum adhuc pene infantem, neque obſcuro loco natum e Prymneſſo (quæ Phrygiæ urbs eſt) prædones abduxerunt.*

ΠΡΩ´ΑΝΑ, πόλις Θεσσαλικὴ, οὐδετέρως λεγομένη. Τὸ ἐθνικὸν, Πρωανεύς, ὡς Τυανεύς, Ἀδανεύς.] Videtur eadem, quæ ſupra Πρόαρνα vocata eſt. Illa enim inter *Theſſaliæ* oppida recenſetur a Strabone lib. IX. pag. 434. ſed Πρόερνα ibi ſcribitur. Nam Πρωμόνα vel Προμόνα, quod præterea accedit ad ſcripturam, Illyrici fuit civitas primaria ad Sarum fluvium; ab Auguſto Cæſare expugnata, cujus Appianus ſæpe in Illyr. meminit.

ΠΤΕΛΕ´Α, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Πτελεάσιος] Sic vetus lapis a Cyriaco Anconitano Athenis deſcriptus: ΕΥΟΔΟΥ ΕΚ ΠΤΕΛΕΑCΙΩΝ ΓΥΝΗ.

—— Ἔστι καὶ πόλις. οὕτω γὰρ ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν, Πτελαῖος] Scholiaſtes ad verba Theocriti Idyll. Z. v. 65.

Τὸν Πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρητῆρος ἀφυξῶ.

Vinum in Ptelea natum e cratere hauriam.

inter alias explicationes adfert: ἢ Ἐφέσιον. Πτελέα γὰρ ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο. & paullo poſt: ἢ ἀπὸ τόπου. ἔστι δὲ τόπος, μέσον Ἐφέσου καὶ Μιλήτου. Et Euſtathius ad Dionyſium pag. 109. ἡ Ἔφεσος ἡ καὶ Τραχεῖα ποτὲ κληθεῖσα καὶ Ὀρτυγία καὶ Πτελέα, πόλις Ἰώνων, κατὰ δὲ Ἡρόδοτον Λυδίας. Item ſupra v. Ἔφεσος.

ΠΤΕΛΕ´ΟΝ, πόλις Ἰωνίας, καὶ Τρωάδος, καὶ τῶν παραθαλαττίων Ἀχαιῶν, οὐδετέρως. καλεῖται δὲ ὅτι πολλὰς ἔχει πτελέας] Scribe: καὶ τῶν περὶ Θετταλίαν Ἀχαιῶν. Sic enim Euſtathius ad Iliad. B. pag. 297. Πτελεὸς δὲ ἢ Πτελεὸν οὐδετέρως, ἔστι καὶ Ἰωνίας πόλις καὶ Τρωάδος. ἔτι δὲ καὶ τῶν περὶ Θετταλίαν Ἀχαιῶν. & pag. 324. ἕτεροι δὲ οὐδετέρως φασὶ τὸ Πτελεὸν, πόλιν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

λιν αὐτὸ εἰπόντες Ἀχαιῶν τῶν ἐν Θετταλίᾳ.

—— Ὁ πολίτης, Πτελεάτης καὶ Πτελεάσιος· καὶ Πτελεεῖς, ὡς Φενεῖς] Supra v. Ἀδεία occurrit & poſſeſſivum, Πτελεατικός.

ΠΤΕ´ΡΙΟΝ, πόλις Μήδων. Τινὲς δὲ Πτερὰ οὐδετέρως, τὴν ἀκρόπολιν Βαβυλῶνος] Heſychius: Πτερὰ, πτέρυγες, ἢ οἰκοδομήματα ἱερῶν ἐκ λίθων.

—— Ἔστι καὶ Πτερία, πόλις Σινώπης] Ex Herodoto, qui tamen χώραν non oppidum vocat lib. I. cap. 76. Κροῖσος δὲ, ἐπείτε διαβὰς σὺν τῷ στρατῷ ἀπίκετο τῆς Καππαδοκίης ἐς τὴν Πτερίην καλεομένην, (ἡ δὲ Πτερίη ἐστὶ τῆς χώρης ταύτης τὸ ἰσχυρότατον, κατὰ Σινώπην πόλιν τὴν ἐν Εὐξείνῳ πόντῳ μάλιστα κειμένην) ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεύετο, φθείρων τῶν Συρίων τοὺς κλήρους. καὶ εἷλε μὲν τῶν Πτερίων τὴν πόλιν καὶ ἠνδραποδίσατο. *Crœſus igitur exercitu trajecto venit in Cappadociæ locum, qui dicitur Pteria, omnium ejus regionis tutiſſimum, juxta urbem Sinopen, fere ad pontum Euxinum ſitum. Hic ſtativa habens prædia Syrorum vaſtat & urbem Pteriorum expugnat deripitque.*

—— Τὸ ἐθνικὸν τῆς Μεδικῆς, Πτεριηνός] Πτεριανός.

—— Τῆς δ' ἐν τῇ Σινώπῃ, Πτέριος] Sic Herodotus loco paullo ante adducto.

ΠΤΟΛΕΜΑΐΣ, πόλις Φοινίκης] In nummo Latino Alexandri Severi apud Franc. Gotifredum circum hominem equo inſidentem, dextra coronam, ſiniſtra haſtam geſtantem, legitur: COLO. PTOLE. Fuit autem facta Colonia a Claudio Cæſare, Plinio teſte lib. v. cap. 9. *Juxta Colonia Claudii Cæſaris, Ptolemais, quæ quondam Ace.* ejuſque mentio l. 1. §. 3. D. de Cenſibus.

—— Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀκὴ, ἀπὸ τῆς ἰάσεως τοῦ γενομένου δήγματος Ἡρακλεῖ ὑπὸ ὄφεως] LXX Interpretibus Jud. cap. 1. v. 31. Ἀκχώ. atque ita apud Patres, qui inde ſumpſerunt. Vide quæ notavimus ſupra v. Ἀκή.

ΠΥ´ΓΕΛΑ, πόλις Ἰωνίας. Ὁ πολίτης, Πυγελεύς] Meminit hujus urbis Xenophon lib. I. Hiſt. Græc. pag. 433. Θράσυλλος δὲ τά τε ψηφισθέντα πλοῖα λαβὼν, καὶ πεντακισχιλίους τῶν ναυτῶν πελταστὰς ποιησάμενος, ὡς ἅμα καὶ πελτασταῖς ἐσομένοις ἐξέπλευσεν ἀρχομένου τοῦ θέρους ἐς Σάμον. ἐκεῖ δὲ μείνας τρεῖς ἡμέρας, ἔπλευσεν ἐς Πύγελα. *Thraſylus vero ſumptis navibus ſibi decretis & nautis quinquies mille cetratorum inſtar armatis, ut iis ſimul tamquam cetratis uteretur, æſtate ineunte ad Samum navigavit.* Harpocration v. Πύγελα. πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Ἰωνίᾳ τὰ Πύγελα, ἥν Θεόπομπός φησιν ἐντεῦθεν λαβεῖν τοὔνομα, ἐπειδὴ τῶν μετ' Ἀγαμέμνονός τινες διὰ νόσον τὴν περὶ τὰς πυγὰς ἐνταῦθα κατέμειναν. Quam ſententiam etiam Strabo ſequutus eſt lib. XIV. pag. 639. Εἶτα Πύγελα, πολίχνιον ἱερὸν ἔχον Ἀρτέμιδος Μουνυχίας ἵδρυμα Ἀγαμέμνονος, οἰκούμενον ὑπὸ μέρους τῶν ἐκείνου λαῶν. Πυγαλίας γάρ τινας καὶ γενέσθαι καὶ κληθῆναι· κάμνοντας δ' ὑπὸ τοῦ πάθους καταμεῖναι καὶ τυχεῖν, οἰκείου τοῦδε τοῦ ὀνόματος τὸν τόπον. *Poſt Pygela oppidulum inque eo templum Munychiæ Dianæ, conditum ab Agamemnone & a parte eorum qui ipſi ſuberant habitatum: nam quoſdam natium dolore correptos inde Pygalias vocatos ajunt, qui morbo defatigati ibi manſerint locoque a ſe id nomen fecerint.* Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag 310. Πυγῆς δὲ παρώνυμα καὶ τὰ περὶ τὴν ἄντικρυ Χίου, πάλαι μὲν, Πύγελλα. παρὰ δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα, Φύγελλα λόγῳ παραφθορᾶς. Poſtea tamen pag. 363. iterum Πύγελα ſcribit. Nihilominus verum eſſe quod Euſtathius dicit, Dioſcorides facit fidem: apud quem lib. v. cap. 10. οἶνος Φυγελίτης. & cap. 11 per duplex λ, Φυγελλίτης. Unde oppidum hoc Epheſo vicinum fuiſſe patet. Concinunt, Mela lib. 1. cap. 17. *Ibi eſt Panionium ſacra regio & ob id eo nomine appellata, quod eam communiter Iones colunt. Ibi a fugitivis, ut ajunt, condita (nomen famæ annuit) Phygela.* & Plinius lib. v. cap. 39. *Regio omnibus ſacra & ideo Panionia appellata. Juxta fugitivis conditum (uti nomen indicio eſt) Phygela fuit & Marātheſium oppidum.* De hoc diverſo urbis hujus etymo a ſuperiore vide Salmaſii judicium in Exercit. Plin. pag. 100.

ΠΥ´ΔΝΑ, πόλις Μακεδονίας. Ὁ πολίτης, Πυδναῖος] Thucydides lib. 1. pag. 40. urbem hanc temporibus Perdiccæ ab Athenienſibus obſeſſam memorat. Ad hanc urbem contigit prælium anno V. C. IↃ LXXXVI, quo Perſeus ab Æmilio Paullo devictus eſt. Strabo in Excerptis lib. VII: pag. 330. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ἡ πρὸς βορρᾶν τοῦ κόλπου παραλία, Πιερία καλεῖται· ἕως τοῦ Ἀξίου ποταμοῦ· ἐν ᾗ καὶ πόλις Πύδνα· ἡ νῦν Κίτρον καλεῖται· εἶτα Μεθώνη καὶ Ἄλωρος πόλις. Εἶτα Ἐρίγων καὶ Λουδίας ποταμοί. Ἀπὸ δὲ Λουδίου εἰς Πέλλαν πόλιν ἀνάπλους σταδία ρκ'. Ἀπέχει δ' ἡ Μεθώνη τῆς μὲν Πύδνης σταδία μ'. Τῆς Ἀλώρου δὲ ο' σταδία· ἡ μὲν οὖν Πύδνα, Πιερική ἐστιν πόλις· ἡ δὲ Ἄλωρος, Βοττιαϊκή· ἐν μὲν οὖν τῷ πρὸ τῆς Πύδνης πεδίῳ Ῥωμαῖοι Περσέα καταπολεμήσαντες καθεῖλον τὴν τῶν Μακεδόνων βασιλείαν. *Citrum*, quomodo Strabonis tempore jam appellabatur, adhuc vocatur hodie, addita duntaxat adſpiratione in prima ſyllaba, teſte Sophiano.

ΠΥΗ˜ΝΙΣ, πόλις Κόλχων] Eadem urbs, quæ infra ΤΥΗ˜ΝΙΣ dicitur: ubi aliquid de ea notabimus.

ΠΥ´ΘΙΟΝ, τὸ πάλαι, μεσαίτατον τῆς ἐν Κρήτῃ Γορτύνης] Uterque MS. habet, Γορτῦνος. Supra, Γόρτυν, πόλις Κρήτης. Sed utroque modo urbis hujus nomen ſcriptum invenitur Γόρτυν & Γορτύνη.

—— Καὶ Πύθιον πλησίον τοῦ Ἀστακηνοῦ κόλπου] MSS. Ἔστι καὶ Πύθιον π. τ. Α. κ.

ΠΥΘΟΌΠΟΛΙΣ, Καρίας πόλις, ἡ μετὰ ταῦτα κληθεῖσα Νύσα. Πυθόπολις ὑπὸ Πυθοῦ περι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

σπωμένως, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἑρμοῦ γενικῆς Ἑρμόπολις. Ὁ δὲ Πυθὴς τοσοῦτον πλουσιώτατος ἦν, ὅτι τὴν Ξέρξην ὑποδεξάμενος ἑκάστῳ τῶν στρατιωτῶν ἀνὰ ἓξ δαρεικοὺς χρυσοῦς παρέσχεν] Qui hic appellatur Πυθὴς Herodoto Πύθιος dicitur lib. VII. cap. 27. Plutarcho lib. de Virt. Mulier. pag. 262. Πύθης. Plinio lib. XXXIII. cap. 10. *Pythius Bithynus.* Cæterum immenſas fuiſſe hujus *Pythii* divitias Herodotus teſtatur dicens apud Xerxem, eum profeſſum: ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας ἐούσας μοι ταλάντων, χρυσίου δὲ τετρακοσίας μυριάδας στατήρων Δαρεικῶν, ἐπιδεούσας ἑπτὰ χιλιαδέων. καὶ τούτοισί σε ἐγὼ δωρέομαι. *Argenti quidem mihi duo millia talentorum, auri vero myriadas quadringentas ſtaterum Daricorum, ſeptem millibus minus: quæ tibi dono do.* Plinius d. lib. *Quota vero ille ipſe (neque enim de regibus loquor) portio fuit Pythii Bithyni, qui platanum auream vitemque nobilem illam Dario regi donavit: Xerxis copias, hoc eſt, ſepties centena* LXXXVIII *millia hominum excepit epulo, ſtipendium quinque menſium frumentumque pollicitus, ut e quinque liberis ſenectuti ſuæ in delectu unus ſaltem concederetur.* Plutarchus aurarias fodinas habuiſſe hunc *Pythium*, indeque tantam auri vim extractam, aliaque de hoc viro ejuſque uxore notat lectu non injucunda, libro ante allegato.

—— Ὁ πολίτης, Πυθοπολίτης] Ita & fluvius, civitatem hanc perfluens vocabatur, teſte Plutarcho.

—— Ἔστι καὶ ἄλλη Πυθόπολις Μυσίας] Videtur eadem cum ſuperiore. Corruptum autem hujus urbis nomen apud Antigonum Hiſtor. Mir. cap. 178. Λέγειν δὲ τὸν Εὔδοξον, καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Μυθοπόλει φρεάτων, ὅτι παραπλήσιόν τι τῷ Νείλῳ πάσχουσι· τοῦ μὲν γὰρ θέρους, ὑπὲρ τὰ χείλη πληροῦσθαι. τοῦ δὲ χειμῶνος, οὕτως ἐκλείπειν, ὥστε μηδὲ βάψαι ῥᾴδιον εἶναι. Scribe, Πυθοπόλει. *Eudoxum porro de puteis, qui ſunt Pythopoli, ſcribere; ſimile eos cum Nilo aliquid habere: æſtate enim ultra labra impleri, hieme, ita deficere, ut tingere quoque non ſit facile.*

ΠΥΘΩ΄, ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος πόλις] Pindari Scholiaſtes Pyth. Od. 1. pag. 187. Πύθια μὲν οὖν ἐκλήθη ὁ ἀγὼν, ἀπὸ τοῦ τόπου. τῷ δὲ τόπῳ ἦν τὸ ὄνομα Πυθὼ, ἤτοι παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι τοὺς ἀφικνουμένους, ἢ παρὰ τὸ σήπεσθαι τὸν Πύθωνα ἐν αὐτῇ. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Νάπη· εἶτα Πετρήεσσα· εἶτα Κρίσσα· εἶτα Πυθώ. Dionyſio in Perieg. v. 441. dicitur Πυθών·

Τῷ πάρα, Πυθῶνος θυόεν πέδον, ἧχι δράκοντος

Δελφύνης τριπόδεσσι Θεοῦ παρακέκλιται ὁλκός.

ΣΑ΄ΒΟΙ, ἔθνος Φρυγίας. Λέγονται καὶ ἀντὶ τοῦ Βάκχοι παρὰ Φρυξί] Puto locum mutilum eſſe aut corruptum. Apud Euſtathium enim ad Dionyſium pag. 132. legitur: ἦσαν δὲ καὶ ἔθνος Θρᾳκικὸν Σάβοι, ὅπερ τοὺς Βάκχους δηλοῖ, Φρυγίᾳ διαλέκτῳ. ἐξ οὗ καὶ ὁ Διόνυσος ἔοικε Σαβάζιος λέγεσθαι, διότι καὶ Βάκχος ὁ αὐτός. Vide & Harpocrationem hac v. & quæ ad eam notat Mauſſacus. Scholiaſtes Ariſtophanis in Veſp. pag. 432. Σαβάζιον δὲ τὸν Διόνυσον οἱ Θρᾷκες καλοῦσι καὶ Σαβοὺς τοὺς ἱεροὺς αὐτῶν. Idem ad Aves pag. 483. *Phrygibus* tribuit, ſic enim ad verba, Καὶ Φρυγίλῳ Σαβαζίῳ, commentatur: Παίζει πρὸς τὸ ὄνομα ἐπεὶ οἱ Φρύγες τὸν Σαβάζιον τιμῶσι. τίς δέ ἐστιν οὗτος ὁ θεὸς ὁ Ἡρακλεώτης περὶ Ἡρακλείας ἐν τῷ ιβ' φησί. & paullo poſt: Τὸ γὰρ εὐάζειν, οἱ βάρβαροι σαβάζειν φασίν. Ὅθεν καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὲς ἀκολουθοῦντες τὸν εὐασμὸν σαβασμὸν λέγουσιν. εἰς τὸ αὐτὸ, παίζει πρὸς τὸ ὄνομα, ἐπεὶ Φρύγες τὸ εὐάζειν σαβάζειν φασίν. ἐκ τούτου Σαβάζιον τὸν Διόνυσον. Σάβους δὲ ἔλεγον καὶ τοὺς ἀφιερωμένους αὐτῷ τόπους· καὶ τοὺς βάκχους τοῦ θεοῦ. Unde videmus commune utrique genti vocabulum fuiſſe. Sed poſteriori hoc loco apud Scholiaſten legendum puto: τίς δέ ἐστιν οὗτος ὁ Θεὸς, Ἀμφίθεος ὁ Ἡρακλεώτης &c. ex Harpocratione, qui nominatim hunc auctorem citat. Repetitio vocis Θεὸς in Ἀμφίθεος impoſuit librario. Etymologus: Σαβάζιος, ὁ Διόνυσος· διὰ τὸ γινόμενον περὶ αὐτὸν θίασον· Τὸ γὰρ εὖ βαδίζειν, οἱ βάρβαροι σαβάζειν λέγουσιν. ὅθεν καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὲς ἀκολουθοῦντες, τὸν εὐασμὸν σαβασμὸν προσηγόρευσαν. Hinc etiam venit σαβακός, de quo vide infra v. Σαλμάκις. IOVIS SABAZII meminerunt duæ Inſcriptiones antiquæ. Joannes Seldenus recte docet cognomentum hoc non aliunde ad Gentes perveniſſe, quam a Jehovah *Sebaoth*, quod inculcante ſæpius Jeremia proprium Dei Opt. Max. nomen, in Proleg. de Diis Syris cap. 3. Cæterum idem eſt Jupiter *Eiazius* ſive Εὐάζιος, cujus lapis Neapolitanus meminit apud Capacium lib. I. Hiſt. Neapol. pag. 243. unde Heſychius Σαβάζειν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

βάζειν reddit, διάζειν, βακχεύειν. Conjecturæ, quas Capacius adfert, nullius ſunt pretii. Εὐάζειν autem deducitur a voce, εὐα ſive ἔα, quæ eſt ἐπιφωνημιασμὸς ἠλιακὸς καὶ μυστικός. Adverbia ejuſmodi Θειαστικὰ vocant Græci, εὐ, οἶ, εὐ. Nam ut Porphyrius ad Dionyſium Thracem notat, Θειάζοντες τῷ Διονύσῳ, τουτέστιν ἐξιλεούμενοι ταῦτα ἐπάδουσι· ταῦτα οὖν τοῦ Διονύσου ἐστὶν ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς μανίας ἐστὶ ποιητής· Κάτοχοι γάρ τινες γινόμενοι καὶ Θειάζοντες τῷ Διονύσῳ, τουτέστιν ἐμφορούμενοι ὑπό τινος πνεύματος ταῦτα φθέγγονται. Vide plura huc pertinentia apud Caſaubonum lib. I. de Satyr. Poëſi pag. 56.

ΣΑ'ΒΩ, πόλις μεγάλη πέραν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης] Scribe, Σαβώ. ut Ψεβὼ, Ψενακὼ, Χορτασὼ, aliaque Ægyptiaca: hinc genitivus Σαβοῦς v. Βοῦτος. & v. Κύβος.

—— Οἱ πολῖται, Σαβαῖοι] Claudius Salmaſius ex hoc gentili Σάβω eandem facit urbem, quæ ante Σάβαι, in Exercit. ad Solin. pag. 491. quod vix puto. Immo Σαβοΐτης hinc fit infra vv. Ψεβὼ & Χομφώ. & ſupra v. Βοῦτος. & Σαβίτης v. Κύβος.

ΣΑΓΑ'ΛΑΣΣΟΣ, πόλις Πισιδίας] In nummo M. Aurelii apud Triſtanum Tom. I. pag. 650. circum Deam dextra manu Imperatori ante ſe ſtanti coronam imponentem, ſiniſtra Copiæ cornu tenentem: ΑΛΚΕΔΑΙΗΩΝ. ſubtus: CΑΓΑΛΑCCOC. Forte fuit in nummo, ΑΛΚΕΔΑΙΜΩΝ. ut ſit nomen ejus qui nummum in honorem Imperatoris cudi curavit: niſi quis Numen aut Genium ejus civitatis exiſtimet.

—— Λέγεται καὶ Σέλγησσος] Salmaſius conjiciebat Σεγελησσὸς ſcribendum: ego vero, Σαλαγασσὸς, ut apud Arrianum ſcriptum occurrit lib. I. pag. 27. τὴν Τελμισσὸν δὲ ἀπέγνω ἑλεῖν ἂν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀλλ' ἐπὶ Σαλαγασσοῦ ἐστέλλετο. *Dehinc, quum Telmiſſi expugnatio non exiguum tempus requirere videretur Salagaſſum petit.*

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σαγαλασσεύς] Lucianus in, de Hiſt. ſcrib. meminit Δημητρίου Σαγαλασσέως: In nummo Alexandri Severi apud Franc. Gotifredum circum mulierem turritam monti inſidentem, CΑΓΑΛΑCCΕΩΝ. Similiter in duobus præclaris Claudii Gothici nummis in Theſauro Mediceo circum leonem, telum ore geſtantem: CΑΓΑΛΑCCΕΩΝ. Item in altero circum Fortunæ templum: & in præclaro ejuſdem Claudii Gothici apud Franc. Gotifredum circum Deum Lunum equo vectum, dextra pateram protendentem.

—— Καὶ Σαγαλασσηνός] Sic nummus Veſpaſiani apud Goltzium. Hinc autem Σαγαλασσὶς regio apud Ptolemæum in *Cilicia*, ut feliciſſime reſtituit Salmaſius ad Solin. pag. 619.

ΣΑΓΑΡΤΙ'Α, χερρόνησος περὶ τῇ Κασπίᾳ Θαλάσσῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Σαγάρτιοι] Σαγαρτίων meminit Herodotus lib. III. cap. 93. & lib. VII. cap. 85.

ΣΑ'ΔΑΛΙΣ, Αἰγυπτία πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Σαδαλίτης] In Galbæ nummo apud Goltzium legitur: ΣΑΔΑΛΙΤΩΝ.

ΣΑ'ΞΟΙ, ἔθνος περὶ τῷ Πόντῳ] Putabam primo eandem eſſe gentem, quæ ΣΑΙ'ΞΑΙ paulo poſt. Sed MSS. & vetus Editio habent, ΣΑ'ΖΟΙ. atque ita ordo literarum poſtulat. Forte autem ſic auctor in quodam codice reperit, pro Αζοί.

ΣΑΙ'ΞΑΙ, ἔθνος περὶ τῷ Ἴστρῳ] MSS. ΣΑΪΞΑΙ.

ΣΑ'Ϊ'Σ, πόλις Αἰγύπτου· κλίνεται δὲ Σάεως, ὡς Μέμφεως. Καὶ κτητικὸν, Σάϊος, καὶ Σαΐα, καὶ Σαΐτης νόμος, καὶ ὁ πολίτης. Καὶ κτητικὸν, Σαϊτικόν. Τὸ θηλυκὸν, Σαΐτις καὶ Σαϊτηνός] In Arati vita duo diverſa oppida hoc nomine commemorantur, unum *Thraciæ*, unde Σάϊοι, alterum *Ægypti*, unde Σαΐται. *Saitarum* in Ægypto colonos Athenienſes facit Diodorus lib. I. pag. 17. item Charax, vetus ſcriptor, in Scholiis Græcis MS. ad Ariſtidis Panathenaicum, his verbis: Ὁ Χάραξ ἱστορεῖ τοὺς Ἀθηναίους ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν. Σάϊς δὲ πόλις Αἰγυπτίων, ἧς οἰκιστὴς Ἐρεχθεύς. διὸ καὶ διφυὴς λέγεται, ὡς ὢν δίγλωσσος, ἐκ τῆς ἀποικίας δὲ ὠνομάσθαι φασὶ πολίσχιον τὴν Ἀθηνᾶν, Ἐστι γὰρ Σάϊς Αἰγυπτίων φωνῇ παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶ. Ἐκ τούτου παράγει μαρτυρίαν τὸ τὴν Ἀθηνᾶν ἐποχεῖσθαι κροκοδείλῳ περὶ τῇ ἀκροπόλει, δηλοῦσαν τὴν ἀποικίαν, ὡς ἐκ τοῦ Νείλου τυγχάνουσαν. Codex MS. Vatic. 1415. Ad hanc originem alludit Hadriani nummus, in quo circum Minervam cum noctua & haſta legitur: CΑΙ. L. B. hoc eſt, CΑΙΤΩΝ. Proclus tamen Σάϊν *Ægyptiam* Athenienſium facit coloniam lib. I. in Timæum pag. 30.

ΣΑ'ΚΑΙ, ἔθνος. τοὺς Σκύθας οὕτω φασί. Τὸ θηλυκὸν Σάκις] Heſychius: Σακαιοὶ, οἱ Σκύθαι. & Σακαία, ἡ Σκυθικὴ ἑορτή. Perſæ autem *Scythas* appellabant *Sacas* teſte Herodoto lib. VII. cap. 64. Τούτους δὲ ἐόντας Σκύθας Ἀμυργίους Σάκας ἐκάλεον. Οἱ δὲ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας. *Hos quum ſint Scythæ Amyrgii, Sacas appellabant: quod cunctos Scythas Perſæ Sacas appellant.* Plinius lib. VI. cap. 17. *Ultra ſunt Scytharum populi, Perſæ illos Sacas univerſos appellavere a proxima gente.* Σακὶς occurrit apud Clementem Alexandrinum lib. IV. Strom. pag. 498. Ἀκούω δ' ἔγωγε καὶ Σαυρομάτιδας γυναῖκας πολέμῳ χρωμένας ἀνδρῶν οὐκ ἔλαττον· καὶ Σακίδας ἄλλας, αἳ τοξεύουσιν εἰς τοὐπίσω, φεύγειν προσποιούμεναι, τοῖς ἀνδράσιν ἐπ' ἴσης. *Audio autem mulieres quoque Sarmatidas non minus belligerari quam viros; & alias Sacides, quæ a tergo ſagittant, ſimulantes fugere, æque ac viri.*

ΣΑ'ΚΧΗΝΟΙ, ἔθνος Α'ράβιον] Iidem, qui ſupra vocati, Α'ΚΧΗΝΟΙ'.

ΣΑΛΑΜΙ'Σ, ἡ πρὸς τῇ Α'ττικῇ νῆσος, καὶ πόλις] Strabo lib. IX. pag. 393. & ſeq. docet *Salaminem* prius *Sciram* & *Cychriam & Pityuſſam* fuiſſe dictam. De *Cychria* teſtis etiam noſter ſupra v. Κυχρεῖος. Porphyrius lib. II. de Abſtin. ab animal. nec. cap. 54. etiam *Coronidem* ante ait appellatam. Ad hanc inſulam contigit nobile prælium Græcorum contra Perſas navale.

—— Ο῾ πολίτης, Σαλαμίνιος καὶ Σαλαμινία] In nummo Mediceo circum templum Veneris Paphiæ legitur: ΕΠΙ. CΤΡ. Ι. ΠΩΛΛΙΩΝΟC. Η. CΑΛΑΜΙΝΙΩΝ. ΠΑΦΙΑ. in averſa circum caput imberbe: ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. Similis extat etiam apud Franc. Gotifredum. Apud Strabonem lib. VIII. pag. 335. Σαλαμινιάτης κόλπος, qui aliter Saronicus.

ΣΑ'ΛΑΓΓΟC, ὡς Πέλαγος, ἔθνος Ι'ταλίας] Videtur ex Lycophrone gentem hanc deſumpſiſſe, apud quem in Caſſandra v. 1058.

Ο῞ταν Σαλάγγων γαῖαν Α'γγαίσων θ' ἕδη
Μόλοντες αἰτίζωσι ποιμένες γύας
Ε'σθλῆς ἀρούρης.

Quum ad Salangorum & Angaſorum terram
Delati, domini petierint jugera
Bonæ telluris.

ΣΑ'ΛΑΡΣ, ὡς Μάκαρς, νῆσος Λιβύης, Τὸ ἐθνικὸν Σαλάρσιος, ὡς Τιρύνθιος] Ex Τιρύνθιος patet ſcribendum, Σαλάρθιος. idque notavit etiam Salmaſius.

ΣΑΛΓΑΝΕΥ'C, μετὰ τὴν Χαλκίδα ἐστιν ὁ Σαλγανεὺς συνάπτων τῷ Εὐρίπῳ. Ε῎στι δὲ πόλις Βοιωτίας] Miminit Σαλγανέως Dicæarchus in deſcriptione Chalcidis pag. 176.

ΣΑΛΗ'ΣΙΟΙ, μοῖρα Παιόνων. Σαλησίοις δ' εἴπερ καὶ αὐτοὶ μοῖρα Παιόνων τυγχάνουσι] Forte: οἵπερ καὶ αὐτοί &c. Verba ex aliquo vetere auctore.

ΣΑ'ΛΥΕC, ἔθνος δυτικὸν, πολεμῆσαν Ρ῾ωμαίοις, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῳ χρονικῶν] Ordo literarum poſtulat, ut ſcribatur, Σ'ΑΛΛΥΕC, geminato ΛΛ: atque ita apud Strabonem princ. lib. IV. MSS. codices habent conſtanter: & in triumphali columna Faſtorum Capitolinorum a Pighio auctius edita:

M. Fulvius M. F. Q. N. FLACCUS. PRO AN. DCXXX
Coſ. de LIGURIBUS. VOCONTIEIS. SALLVVEISQ. VI.
C. SEXTIUS. C. F. C. N. CALVIN. PRO. CO
DE LIGURIB. VOCONTIEIS. SALLVVEISQ.

Pro δυτικὸν autem legendum ſuſpicor Λιγυστικόν. Strabo lib. IV. pag. 203. Τἀντεῦθεν δ' ἤδη μέχρι Μασσαλίας καὶ μικρὸν προσωτέρω τὸ τῶν Σαλύων ἔθνος, οἰκεῖ τὰς Α'λπεις τὰς ὑπερκειμένας, καί τινας τῆς αὐτῆς παραλίας ἀναμὶξ τοῖς Ε῞λλησι. Καλοῦσι δὲ τοὺς Σάλυας οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν Ε῾λλήνων Λίγυας καὶ τὴν χώραν, ἣν ἔχουσιν οἱ Μασσαλιῶται Λιγυστικήν. *Inde jam ad Maſſiliam uſque, atque non nihil ulterius, Salyes habitant oræ maritimæ imminentes Alpes, partemque littoris, permixti Græcis: hos antiqui Græcorum Ligyas, id eſt Ligures, vocarunt & regionem, quam tenent, Maſſilienſes, Liguſticam.*

ΣΑΛΜΑ'ΚΙΣ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαλμακίτης, καὶ Σαλμακεὺς διὰ τὸ ἐγχώριον] In Notitiis antiquis commemoratur *Heraclea Salbaci*, *Cariæ* civitas, quæ haud dubie prope *Salmacin* fuit, indeque cognomen traxit. *Salmacis* autem fons fuit apud Halicarnaſſum, Strabo lib. XIV. pag. 656. Poſtquam commemoraſſet Mauſoli ſepulchrum, addit: Καὶ ἡ Σαλμακὶς κρήνη διαβεβλημένη οὐκ οἶδ' ὁπόθεν, ὡς μαλακίζουσα τοὺς πίοντας ἀπ' αὐτῆς. Ε'οίκε δ' ἡ τρυφὴ τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα· τρυφῆς δ' αἴτια οὐ ταῦτα, ἀλλὰ πλοῦτος καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία. *Et Salmacis fons, neſcio qua de cauſſa infamis, quod ex eo bibentes mollitiem contraherent. Enimvero luxuria hominum videtur in aëris & aquæ temperiem culpam referre: atqui non hæc cauſſam luxuriæ præbent, ſed divitiæ & victus intemperans ratio.* Vitruvius aliam hujus infamiæ cauſſam aſſignat lib. II. de agricult. cap. 8. Hinc Cicero ex antiquo poëta lib. I. de Offic. cap. 18.

Salmaci da ſpolia ſine ſanguine & ſudore.

Varie autem ubique depravata extat nominis hujus ſcriptura. Apud Hieroclem in MS. Farnes. *Heraclia Alaboconis*, Η῾ρακλείας Α'λαβοκόνος legitur. In alia, Η῾ρακλείας Συαλβάκης. In Notitia Leonis, Η῾ρακλείας Σαλβάκου. In Actis Concil. Chalced. Act. I. pag. 39. Η῾ρακλείας Σαλβάκης. ſupra Η῾ρακλεία Α'λμάκιος. Sine dubio autem ubique legendum, Σαλμακίς. A gentili Σαλμακεὺς fit etiam fœmininum Σαλμάκις. Unde in veteri Epigrammate lib. III. Antholog. cap. 12. Ep. 11. in Trygonium meretricem:

Ε'νθάδε τὸ τρυφερῆς μαλακὸν ῥέθος, ἐνθάδε κεῖται
Τρυγόνιον, σαβακῶν ἄνθεμα Σαλμακίδων.

Hic delicatæ mollis facies, hic jacet
Trygonium, debacchantium flos Salmacidum.

In quo verſu Suidas σαβακῶν explicat, Διονυσιακῶν· Σαλμακίδων, ἑταιρῶν. v. Σαβακῶν.

ΣΑΛΜΗΝΟΙ', ἔθνος μοναδικὸν, ὡς φησι Γλαῦκος ἐν Α'ραβικῶν ἀρχαιολογίᾳ] Scribe, νομαδικόν. quomodo notarat etiam Salmaſius. Videntur autem iidem, qui poſtea Σαμψηνοὶ vocantur.

ΣΑ'ΛΜΟC, πόλις Βοιωτίας, ἧς οἱ πολῖται Σαλμόνιοι, ὡς Ε῾λλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνίας] Supra v. Α῎λμων dicit *Almonem Bœotiæ urbem*

urbem perperam Σάλμον ab Hellanico appellari : ab Α᾿λμων autem gentile Α᾿λμώνιος. Unde hic Σαλμώνιοι ex mente ejuſdem Hellanici ſcribendum videtur.

ΣΑ'ΛΜΥΚΑ, πόλις περὶ τὰς Ηʹρακλέους στήλας] Supra v. Α᾿κκαβικὸν τεῖχος promiſit ſe hac Voce pluribus de illo loco acturum: ſimiliter infra v. Τρίτη huc remittit. Nihilominus Epitomator parum memor utriuſque loci omnia hic omiſit, quæ ibi promittuntur.

—— Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τοῦ Σάλμυκος, Σαλμυκλωὸς ὡς Ε᾿ρυκλωός] Videtur legendum, ἀπὸ τοῦ Σαλμύκης. aut poſtea. Σαλμυκῖνος ὡς Ε᾿ρυκῖνος. ab Ε῎ρυκος ſcilicet : nam ab Ε᾿ρύκη eſt Ε᾿ρυκαῖος. Apud Oppianum lib. I. Cyneg. occurrit Σαλμυκίς.

ΣΑΛΜΩ'ΝΗ, πόλις τῆς Πισάτιδος, καὶ κρήνη ὁμωνύμως, ἀπὸ τοῦ Σαλμωνέως τοῦ βασιλέως. Ο῾ πολίτης, Σαλμωνεύς, ἢ Σαλμωνείτης, ὡς Α᾿ταρνείτης· τὸ θηλυκὸν, Σαλμωνεῖτις.] Conſiderandum an Minerva *Salmonia*, in veteri fœdere Hierapytniorum apud Gruterum pag. DV, hinc quoque dicta fuerit.

ΣΑΛΩ'ΝΑ, πόλις Ι᾿λλυρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαλωνίτης. Ε῎στι καὶ Σαλῶναι πόλις Δαλματίας, ὧν Σαλωνεύς, τὸ ἐθνικὸν, ὡς Πέλοψ ἐν ἔκτῳ] Stephanus ex una eademque urbe nobis hic & ſequenti voce facit tres : nam quæ Σαλῶνα vel Σαλώνη appellatus a Dione, Σαλῶναι a Ptolemæo, Σάλων a Strabone dicitur. Hanc coloniam a Claudio factam Pyrrhus Ligorius ex nummis obſervavit, in quibus legitur: COL. CLAVDIA. AVGVSTA. PIA. VETER. SALONA. Diſtincta tamen ab hac urbe *Saloniana* apud Ptolemæum lib. II. Georgr. cap. 17. In ora enim *Dalmatiæ* enumerantur, Σικοῦν, Σαλῶνα, Κολώνια, Ε᾿πέτιον. In quo loco adhuc ſupereſt : nam in accuratiſſima Tabula Slavoniæ manuſcripta, quæ penes me eſt, medio fere loco inter *Sebenico* & *Trau* conſpicitur *Salona*. Σαλωνιάνα autem a Ptolemæo recenſetur in *Dalmatiæ* mediterraneæ civitatibus inter Αἰκοῦον Κολωνίαν & Ναρβωνὰν Κολωνίαν.

ΣΑΛΩ'ΝΕΙΑ, πόλις Βιθυνίας] Hujus urbis mentionem fieri in Antinoi nummo Triſtanus exiſtimat Tom. I. pag. 546. in cujus averſa parte circum Deum Lunum, qui anchoram manu ſuſtinet, legitur : ΙΟΥΛ. CΑΛΩΝΙ . . ΑΝΚΥΡΑΝΟΙC. *Iulienſes* enim *Salonitas* & *Ancyranos* nummum hunc in Antinoi honorem cudiſſe putat. Sed procul dubio perperam. *Julius* enim *Salonius* intelligitur, qui *Ancyranorum* nomine nummum hunc in Antinoi honorem percuſſit. *Salonii* autem in Gruteri opere leguntur.

—— Τὸ τύπος Σάλων Σάλωνος. Ο῾ κάτοικων, Σαλωνείτης. Ουκέτι δὲ τοῦ Σάλωνος ὁ Σαλωνείτης, ἀλλὰ τῆς Σαλωνείας. Λέγεται καὶ Σαλωναῖος] Σάλων, eſt eadem *Dalmatiæ* civitas cum antecedente, uti ibi diximus: ſed in *Bithynia* fuit etiam locus vel ager hoc nomine, unde non Σαλωνείτης, ſed Σαλωνίτης. Strabo lib. XII. pag. 565. Ε᾿ν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Βιθυνίας, τότε Βιθύνιον ἐστιν ὑπερκείμενον τοῦ Τιείου, καὶ ἔχων τὴν περὶ Σάλωνα χώραν ἀρίστην βουβοσίοις, ὅθεν ἐστὶν ὁ Σαλωνίτης τυρός. *In mediterraneis Bithyniæ Bithynium eſt, ſupra Teium ſitum & habens regionem circa Salonem, ubi optima ſunt boum paſcua, unde Salonites caſeus.* Infra v. Σάνδων legitur & Σαλώνιος, tamquam a Σάλων formatum.

ΣΑΜΑ'ΡΕΙΑ, πόλις Ι᾿ουδαίας, ἡ μετονομασθεῖσα Νεάπολις. Καὶ Ε᾿παφρόδιτος μὲν τὸ ἐθνικὸν αὐτῆς Σαμαρεύς εἶπε, καὶ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἐμήκυνεν. Ο῾ δὲ Α᾿ντίοχος, Σαμαρείτης] Euſebius lib. Τοπικῶν, & D. Hieronymus ejus interpres *Samariam* non *Neapolim*, ſed *Sebaſten* ſcribunt fuiſſe appellatam, Joſephum non uno loco id aſſeverantem ſequuti. Idemque habet Procopius ad lib. III. Reg. cap. 16. pag. 229. Strabo quoque jam pridem ante alios hoc tradiderat lib. XVI. pag. 760. ubi ait: Τοιοῦτοι γὰρ οἱ τὴν Γαλιλαίαν ἔχοντες καὶ τῆς Γεριχοῦντος καὶ τὴν Φιλαδέλφειαν καὶ Σαμάρειαν, ἣν Ηʹρώδης Σεβαστὴν ἐπωνόμασεν. *Nam tales ſunt, qui Galilæam habent & Hierichuntem & Philadelphiam & Samariam, quam Herodes Sebaſten, id eſt Auguſtam, nominavit.* *Neapolis* autem dicta, quæ prius *Sichem* vocabatur. Hujus enim veſtigia in ſuburbanis *Neapoleos* extitiſſe teſtantur Euſebius & Hieronymus in Τοπικοῖς. Itaque merito Stephani vel potius Epitomatoris ſupinum errorem Ortelius aliique docti viri hoc loco caſtigant. Gentile autem quod attinet, Σαμαρείτης, paſſim in S. L occurrit, & alibi apud noſtrum, ut ſupra v. Παρώρεια.

ΣΑΜΙΚΟ'Ν, οὐδετέρως, Τριφυλιακὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Σαμικεύς, ὡς ἀπὸ τοῦ οὐδετέρου. ἢ Σαμικὸν, ὡς Α᾿ττικὸν, τῆς Α᾿ττικῆς] Polybius lib. IV. pag. 340. Ηʹ τῆς μὲν προσηγορίας τέτευχε ταύτης ἀπὸ Τριφάλου τοῦ τῶν Α᾿ρκάδων παιδός· κεῖται δὲ τῆς Πελοποννήσου παρὰ θάλατταν μεταξὺ τῆς Ηʹλείων καὶ Μεσσηνίων χώρας. Τέτραπται δὲ εἰς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος, ἐσχατεύουσα τῆς Α᾿χαΐας ὡς πρὸς χειμερινὰς δύσεις. Ε῎χει δ᾿ ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, Σαμικὸν, Λέπρεον, Υ῾πάναν, Τυπανέαν, Πύργον, Αἴπυον, Βώλακα, Στυλλάγιον, Φρίξαν. *Tryphalia nomen invenit a Tryphalo ex Arcadia puero. Sita eſt in maritima Peloponneſi parte inter Eleorum & Meſſeniorum fines, ſpectatque mare Libycum, in extremo Achaiæ quod ad hibernum occaſum vergit. Urbes regionis hujus ſunt Samicum, Lepreum, Hypana, Typanæa, Pyrgus, Æpyum, Bolax, Styllagium, Phryxa.* Strabo lib. VIII. pag. 343. Εἶτα τὸ διεῖργον ὄρος τῆς Τριφυλίας τὴν Μακιστίαν ἀπὸ τῆς Πισάτιδος. εἶτ᾿ ἄλλος ποταμὸς Χαλκὶς, καὶ κρήνη Κρουνοὶ καὶ κατοικία

Χαλ-

Χαλκὶς καὶ τὸ Σαμικὸν μετὰ ταῦτα. ὅπου τὸ μάλιστα τιμώμενον τοῦ Σαμίου Ποσειδῶνος ἱερόν. *Sequitur mons, qui Maciſtiæ Triphyliam a Piſatide diſtinguit. Tum amnis Chalcis, & fons Cruni, & pagus Chalcis ac Samicum deinde, ubi Samii Neptuni eſt templum ſumma cultum veneratione.* Meminit & Pauſanias lib. v. pag. 294. Ἰόντι δὲ ἀπὸ τῆς Ἠλείας, χωρίον ἐστὶν ἐπὶ θάλασσαν καθῆκον. ὀνομάζεται μὲν Σαμικὸν, ἐν δεξιᾷ δὲ ὑπὲρ αὐτὸ, ἥτε Τριφυλία καλουμένη. *Ex Eleo agro egredienti occurrit locus, cui Samicum nomen, ad mare ſitus: ſupra hunc ad dextram regio, quæ Triphylia dicitur.* Ex quibus locis ſitus *Samici* abunde perſpicitur.

ΣΑ'ΜΝΙΟΝ, πόλις Βρεττανίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σάμνιος, καὶ Σαμνίτης, καὶ Σαμνιτικὸς, κτητικόν] Errat auctor, dum ex provincia nobis fingit urbem. Deinde MSS. pro Βρεττανίας habent Πρεττανίας. Sed legendum videtur Βρεττίας. Hoc enim nomine Græci *Bruttiorum* regionem appellabant. Nihilominus Olympiodorus apud Photium pag. 181. Ῥήγιον appellat μητρόπολιν τῆς Βρεττανίας. & Salmaſius in Exercit. Plinian. pag. 321. vulgatam tuetur allatis ex Diodoro Siculo, Athenæo & Olympiodoro exemplis. Tamen puto potius ſcriptorum errorem eſſe, quam ſic a Græcis appellatum *Bruttium*.

ΣΑΜΟΘΡΑ'ΚΗ, νῆσος πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα. Ἐκλήθη δὴ ἀπὸ τῶν Σαμίων καὶ τῶν Θρᾳκῶν. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Δαρδανία. Τὸ ἐθνικὸν, Σαμόθραξ καὶ Σαμοθρᾴκιος] Inſignis de hac inſula locus extat apud Suidam hac voce, quem ſubjicio; Σαμοθράκη, νῆσος. κεῖται δὲ καταντικρὺ τῆς Θρᾴκης. Φασὶ δὲ Σαμίους οἰκίσαντας αὐτὴν, τὸ ὄνομα θέσθαι τοῦτο. Καὶ ἔστι παρὰ Ἀντιφῶντι ἐν τῷ Σαμοθρᾳκικῷ λόγῳ οὕτως εἰρημένον. καὶ γὰρ οἱ τὴν ἀρχὴν οἰκήσαντες τὴν νῆσον, ἦσαν Σάμιοι, ἐξ ὧν ἡμεῖς ἐγενόμεθα. κατῳκίσθησαν δὲ ἀνάγκῃ, οὐκ ἐπιθυμίᾳ τῆς νήσου. Ἐξέπεσον γὰρ ὑπὸ τυράννων ἐκ Σάμου. καὶ τύχῃ ἐχρήσαντο ταύτῃ. λείαν λαβόντες ἀπὸ τῆς Θρᾴκης ἀφικνοῦνται εἰς τὴν νῆσον. *Samothracia, inſula. Sita vero eſt e regione Thraciæ. Ajunt autem Samios, qui colonis eo miſſis eam occuparant, hoc nomen impoſuiſſe. Hoc autem eſt apud Antiphontem in oratione Samothracica, ſic appellata. Qui enim initio hanc inſulam incoluerunt, Samii fuerunt, ex quibus nos ſumus prognati. Neceſſitate vero, non cupiditate inſulæ, ſuas ſedes tranſtulerunt. Nam a tyrannis Samo pulſi hac fortuna uſi ſunt. Cum prædam ex Thracia cepiſſent, in inſulam pervenerunt.* Heſychius, Σάμου ὑλήεσσης Θρηϊκίης (nam ſic ſcribendum pro Θρηκίνης) explicat, τῆς Σαμοθρᾴκης. Sunt autem ea Homeri verba Iliad. N. v. 12.

Ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμου ὑληέσσης
Θρηϊκίης.

Alte ſuper ſummum verticem Sami ſylvoſæ
Threiciæ.

Dicitur autem prius Δαρδανία appellata. Marcianus in Perieg. v. 683.

Πέραν Σαμοθρᾴκη δ' ἐστὶ νῆσος Τρωϊκὴ,
Ἔχουσα τὴν οἴκησιν ἀναμεμιγμένην.
Πρότερον γὰρ εἶναί φασιν ἐν ταύτῃ τινὲς
Τοὺς Τρῶας, Ἠλέκτρας τεκούσης Δάρδανον
Τῆς λεγομένης Ἄτλαντος Ἰασίωνά τε.
Ὧν τὸν μὲν Ἰασίωνα δυσσέβημά τι
Πρᾶξαι περὶ Δήμητρος λέγουσ' ἄγαλμα, καὶ
Πληγῇ κεραυνωθέντα δαιμονίᾳ κτανεῖν.
Τὸν Δάρδανον δὲ λιπόντα τοὺς τόπους πρὸ τοῦ
Πρὸς τὴν ὑπώρειάν γε τῆς Ἴδης κτίσαι
Πόλιν ἀφ' ἑαυτοῦ Δαρδανίαν καλουμένην.
Τοὺς δὲ Σαμοθρᾷκας Τρῶας ὄντας τῷ γένει
Ἀπὸ τοῦ τόπου δὲ Τρῶας ἐπικαλουμένους,
Δι' εὐσέβειαν ἐγκαταμεῖναι τῷ τόπῳ.
Ἐν σιτοδείᾳ τῶν Σαμίων δὲ αὐτοῖς ποτε
Ἐπαρκεσάντων, τηνικαῦτ' ἐν τῆς Σάμου
Ἐπιδεξάμενοί τινας συνοίκους ἔσχοσαν.

Ultra Samothracia vero eſt inſula Troica,
Habens habitationem permixtam.
Olim enim eſſe ajunt in illa quidam
Trojanos, Electra enixa Dardanum,
Quæ dicitur Atlantis filia, Iaſionemque.
Quorum quidem Iaſionem piaculum quoddam
Feciſſe circa Cereris ajunt ſimulacrum, &
Ictu fulminis percuſſum divino obiiſſe.
Dardanum vero relinquentem loca olim
Ad radicem montis Idæ condidiſſe
Urbem de ſe ipſo Dardaniam vocatam.
Samothraces vero Trojanos appellatos
Per pietatem permanſiſſe in loco.
In fame Samiis vero illis olim
Auxiliantibus, tunc ex Samo
Excipientes quoſdam incolas habuere.

Scholiaſtes Apollonii ad lib. 1. v. 916. Νῆσον ἐς Ἠλέκτρης. τὴν Σαμοθρᾳκίαν λέγει. ἐκεῖ γὰρ ᾤκει Ἠλέκτρα ἡ Ἄτλαντος, καὶ ὠνομάζετο ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Στρατηγίς· ἥν φησιν Ἑλλάνικος Ἠλεκτρυώνην καλεῖσθαι &c. Vide & Euſtathium ad Dionyſium pag. 75. Dicta etiam fuit Λευκανία ob colorem *album*, ſicut Albion: & hinc forte Λευκανία *Lucania*, cujus promontorium *Leucopetra*. Heraclides de Polit. Ἡ Σαμοθρᾴκη τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο Λευκανία διὰ τὸ λευκὴν εἶναι· ὕστερον δὲ Θρᾳκῶν κατασχόντων, Θρᾳκία. *Samathracia initio dicta Leucania, eo quod alba ſit. Poſtea quum Thraces eam occupaſſent Thracia.* Et Λευκοσία teſte Ariſtotele apud Apollonii Scholiaſten lib. 1. pag. 44. Ἡ δὲ Σαμοθρᾴκη ἐκαλεῖτο πρότερον Λευκοσία, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν Σαμοθρᾴκης πολιτείᾳ.

ΣΑ'ΜΟΡΝΑ, καὶ Σάμορνος, ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν τῆς Σαμόρνης, Σαμορναῖος. Τῆς δὲ Σάμορνος, Σαμόρνιος] Heſychii loca huc pertinentia emendavi ſupra v. Ἔφεσος.

ΣΑ'ΜΟΣ, ἐπιφανὴς πρὸς τῇ Καρίᾳ νῆσος· ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία] Callimachus Hymno in Delum v. 48.

> ἢ νήσοιο διάβροχον ὕδασι μαζὸν
> Παρθενίης· οὔπω γὰρ ἔην Σάμος.
>
> *aut jugum aqua perfuſum inſulæ*
> *Partheniæ : nam Samus nondum appellabatur.*

Scholiaſtes Apollonii lib. I. v. 185. Ἴμβρασος γὰρ ποταμὸς Σάμου, ὃς μετεκλήθη Παρθένιος, διὰ τὸ ἐκεῖ παρθένον οὖσαν τετράφθαι τὴν Ἥραν. Καὶ Καλλίμαχος μέμνηται. Ὁ δὲ Ταρραῖος οὕτως· Παρθενία δὲ ἡ Σάμος ἀπὸ Παρθενίας τῆς Σάμου γυναικὸς ὠνομάσθη. & lib. II. v. 868. Ἴμβρασος, ποταμὸς Σάμου πρότερον Παρθένιος λεγόμενος. Καλλίμαχος· ἀντὶ γὰρ ἐκλήθη Ἴμβρασε Παρθενίου. Nicander in Alexipharm. *Samiam terram* vocat Παρθενίην γαῖαν. ubi Scholiaſtes negat integram inſulam Παρθενίαν fuiſſe dictam, ſed certam quandam inſulæ terram pag. 57. Παρθενία οὐχ ἡ ὅλη Σάμος, ἀλλά τις ἐν αὐτῇ εὑρεθεῖσα γῆ. Sed Strabo cum Scholiaſte facit Apollonii, lib. x. pag. 457. cui lib. XIV. pag. 637. Παρθενιὰς dicitur: Ἐκαλεῖτο δὲ Παρθενιὰς πρότερον οἰκούντων Καρῶν· εἶτα Ἀνθεμοῦς, εἶτα Μελάμφυλος, εἶτα Σάμος, εἴτ' ἀπό τινος ἐπιχωρίου Ἥρωος, εἴτ' ἐξ Ἰθάκης καὶ Κεφαλληνίας ἀποικίσαντος. *Olim dicta fuit Parthenias, Caribus eam tenentibus: deinde Anthemus, poſt Melamphylus, tandem Samus: ſive ab heroë aliquo indigena, ſive quod incolæ ex Ithaca & Cephallenia eo ſunt traducti.*

—— Καὶ Δρύουσα] Heraclidi in Fragm. de Polit. Δρυοῦσα.

—— Καὶ Ἀνθέμουσα] Straboni loco paullo ante adducto, dicitur Ἀνθεμοῦς. Euſtathio ad Dionyſium pag. 771. Ἀνθεμίς. Scholiaſtæ Apollonii lib. II. v. 874. Μελάνθεμος & Ἀνθεμοῦσα.

—— Καὶ Μελάμφυλος] Apud Jamblichum lib. I. de Vita Pythag. cap. 2. leviter hæc vox corrupta eſt: Καὶ τούτων ἁπάντων ἡγούμενον οἰκίσαι νῆσον, τὴν δι' ἀρετὴν τοῦ ἐδάφους καὶ τῆς γῆς Μελάνφυλον καλουμένην. Scribe, Μελάμφυλον. *Eumque* (Ancæum) *horum omnium præfectum & quaſi ducem inſulam habitabilem redditurum, quæ ob ſoli terræque præſtantiam Melamphylus vocitata eſt.* Interpres iſthic non litavit veritati.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σαμαῖος, καὶ Σάμιος, καὶ Σαμία, καὶ Σαμιακός] Videntur hic aliqua eſſe omiſſa: nam Σαμαῖος gentile eſt a *Same* vel *Samo Cephalleniæ* oppido, Σάμιος a *Samo Ionica*. Strabo lib. x pag 455. Τὴν δὲ Κεφαλληνίαν τετράπολιν οὖσαν, οὔτ' αὐτὴν εἴρηκε τῷ νῦν ὀνόματι, οὔτε τῶν πόλεων οὐδεμίαν, πλὴν μιᾶς εἴτε Σάμης εἴτε Σάμου· ἡ νῦν μὲν οὐκέτ' ἐστὶν, ἴχνη δ' αὐτῆς δείκνυται, κατὰ μέσον τὸν πρὸς Ἰθάκῃ πορθμόν. οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς Σαμαῖοι καλοῦνται. *Cephallenia autem cum habeat quatuor urbes, ne illam quidem ſuo adfecit nomine, quod nunc habet, neque ullam urbium, Same ſive Samo excepta, cujus hodie tantum veſtigia extant, ad medium verſus Ithacam trajectum: cives Samæi dicuntur.* Thucydides lib. II. pag. 119. Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα· τετράπολις οὖσα, Παλλῆς, Κράνιοι, Σαμαῖοι, Πρωναῖοι. *Cephallenia autem ſita eſt e regione Acarnaniæ & Leucadis, & in ea ſunt quatuor civitates Pallenſes, Cranii, Samæi, Pronæi.* Ad quem locum Scholiaſtes: Σάμοιος, ὁ ἀπὸ Σάμου. Σαμαῖος, ὁ ἀπὸ Σάμης. Sed pro Σαμοιος ſcribendum Σάμιος. Euſtathius ad Iliad. B. pag. 307. Λέγεται δὲ καὶ Σάμη, ἧς ὁ πολίτης Σαμαῖος. E quibus apparet hic quædam omiſſa de *Same* vel *Samo Cephallenica*. Apud Goltzium in nummo occurrit: ΔΗΜΟϹ ϹΑΜΕΙΩΝ. Apud Heſychium: Σαμιακὸς τρόπος. quod quid denotet apud ipſum vide.

ΣΑΜΟ'ΣΑΤΑ, πόλις Κομμαγηνῆς ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ. Ὁ πολίτης, Σαμοσατεύς] Ammianus Marcellinus lib XVIII. pag. 130. *Hæc operientibus illis & ancipiti cogitatione diſtrictis, nobis apud Samoſatam, Comageni quondam regni clariſsimam ſedem, parumper morantibus, repente novi motus rumoribus denſis audiuntur & conſertis.* Sed Strabo numero plurium effert lib. XVI. pag. 749. Καθέκαστα δὲ ἡ Κομμαγηνὴ μικρά τις ἐστίν· ἔχει δ' ἐρυμνὴν πόλιν Σαμόσατα, ἐν ᾗ τὸ βασίλειον ὑπῆρχε· νῦν δ' ἐπαρχία γέγονε. *Commagena perparva regio eſt & urbem habet natura munitam Samoſata regni caput, nunc provincia facta eſt.* In veteri nummo apud R. P. Jacobum Sirmondum & apud Illuſtr. Equitem de Puteo, in corona legitur:

ΦΛΑ
ϹΑΜΟ
ΜΗΤΡΟ
ΚΟΜ

hoc eſt, ΦΛΑΒΙΑ ΣΑΜΟϹΑΤΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ ΚΟΜΜΑΓΗΝΗϹ. ab altera parte: ΑΔΡΙΑΝΟϹ. Sic quoque in Philippi nummo apud Franc. Gotifredum. Apud Ligorium vero & Erizum pag. 549. in Julii Philippi nummo circum Deam Syriam, capite turrito, modio aut aræ inſidentem cum aquila & Pegaſo ΦΛ. ΣΑΜΟϹΑΤΕΩΝ ΜΗΤΡ. ΚΟΜΑ Nummus hic fuit Pamphili Pamphilii, Romani. Alium ſimillimum habet Franc. Gotifredus Aleppo allatum. A quo non multum abit Antonini Pii nummus apud Triſtanum Tom. I. pag. 606. in quo circum Deam Syriam capite turrito colliculo inſidentem, ad cujus radices aqua ſupra quam extat homo nudus pectore tenus, dextera ſpicas tenentem tres, legitur: Φ. ϹΑΜΟϹ. ΙΕΡ. ΑϹΥ ΑΥΤΟΝΟ. ΜΗΤΡ. ΚΟΜ. item Philippi, apud modo lau-

datum Equitem, in quo: ΦΛ. CΑΜΟCΑΤΕΩΝ. ΜΗΤΡΟΠΟ. ΚΟΜ.

ΣΑ'ΜΦΗ, πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σαμφαῖος] Gentile hoc legitur in nummo Titi apud Goltzium.

ΣΑ'ΜΨΑ, κώμη τῆς Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν Σαμψηνός. Σάμψα δὲ, παρὰ τοῖς Ἄραψιν ὁ ἥλιος] Supra Βαίσαμψα, quod in ſacris literis *Bethſames*, dicitur οἶκος ἡλίου. Thomas Reineſius lib. I. Var. Lect. cap. 25. pag. 114. docet Σάμψα Arabum eſſe ex Hebræo שֶׁמֶשׁ *ſchamæſch* pro quo & שַׁמְשָׁא *ſchamſcha* efferunt, quo vocabulo etiam *ſol* denotatur. Huc etiam pertinere videtur Σάψις, quod Heſychio redditur, ὁ ἀγαθὸς δαίμων παρὰ Ἄραψι. A Σάμψα formantur & Σαμψῖται apud Epiphanium, ubi de Oſſenis & *Sampſæis*. Vide Catal. Hæret. Damaſcen.

ΣΑΝΔΑ'ΛΙΟΝ, Πισιδίας χωρίον. Οἱ τοῦτο οἰκοῦν, Σανδαλιεῦς] Strabo lib. XII. pag. 569. Τὸ δὲ Σανδάλιον οὐδ' ἐνεχείρησε βίᾳ προσάγεσθαι μεταξὺ κείμενον τῆς τε Κρήμνης καὶ Σαγαλασσοῦ. *Sandalium autem ne tentavit quidem vi, ſitum inter Cremnam & Sagalaſſum.* Fuit & *Lacedæmone* locus hoc nomine teſte Ptolemæo Hephæſtionis apud Photium pag. 480. Ὅτι ἐν Λακεδαίμονι τόπος τὸ Σανδάλιον, ἀπὸ τοῦ τῆς Ἑλένης σανδαλίου ἐκπεσόντος, αὐτῆς ἐν αὐτῷ διωκομένης ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἔλαχε τὴν κλῆσιν. *Lacedæmone locum quendam Sandalium appellatum ab Helenæ ſandalio, quod illic exciderit, dum illam Alexander perſequitur.* Gentile autem Σανδαλιεῦς in Claudii Imperatoris nummo legitur apud Goltzium hoc modo: ΣΑΝΔΑΛΙΕΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ.

ΣΑ'ΝΗ, πόλις Θρᾴκης, μεταξὺ Ἄθω καὶ Παλλήνης. Οἱ πολῖται, Σάνιοι, καὶ Σιωναῖοι καὶ Σαναῖοι] Meminit hujus urbis Plutarchus in Quæſt. Græc. pag. 298. Herodotus lib. VII. cap. 22. in ipſa cervice ſive iſthmo montis Atho ſitam fuiſſe affirmare videtur; ait enim: Ἐν δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ, ἐς ὃν τελευτᾷ ὁ Ἄθως, Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἴκηται. *In hoc iſthmo, ubi Athos finitur, ſita eſt urbs Græca nomine Sana.* tamen cap. 123. ejuſdem libri in *Pallena* ponit his verbis: ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω, ἀποτάμνων ἀπ' Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραίην ἄκρην, τὸ δὴ πάσης τῆς Παλλήνης ἀνέχει μάλιστα, ἐνθεῦτεν νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε ἐκ Ποτιδαίης καὶ Ἀφύτιος καὶ Νέης πόλιος καὶ Αἰγῆς καὶ Θεράμβω καὶ Σκιώνης καὶ Μένδης καὶ Σάνης. αὗται γάρ εἰσι αἱ τὴν νῦν Παλλήνην πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην νεμόμεναι. *Nauticus autem Xerxis exercitus a promontorio Ampeli præcidens mare uſque ad promontorium Canaſtræum totam fere Pallenem prætervectus eſt. Illic quoque & naves & commilitium ſumpſit ex Potidæa, ex Aphyti, ex Nova urbe, ex Æga, ex Therambo, ex Sciona, ex Menda, ex Sana.* Sed Thucydides confirmat priore loco ſitam fuiſſe lib. IV. pag. 325. Ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ βασιλέως διορύγματος ἔσω προύχουσα, καὶ ὁ Ἄθως αὐτῆς ὄρος ὑψηλὸν τελευτᾷ ἐς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος. πόλεις δὲ ἔχει, Σάνην μὲν, Ἀνδρίων ἀποικίαν, παρ' αὐτὴν τὴν διώρυχα, ἐς τὸ πρὸς Εὔβοιαν πέλαγος τετραμμένην. *Hæc autem* (Acte) *a foſſa, quam Rex fecerat introrſus prominet & Athos ipſius mons excelſus ad Ægæum pelagus terminatur. Urbes vero continet, Sanen, Andriorum coloniam, ad ipſam foſſam, mare verſus, quod Eubœam ſpectat.*

ΣΑ'ΝΝΙΓΑΙ, ἔθνος Σκυθίας, τοῖς Ἀβασγοῖς παρακείμενον] Memnoni Σάνηγοι in Excerptis apud Photium cap. LVI. Ταῦτα οἱ περὶ Κλεοχάρην θεασάμενοι καὶ τέλεον ἀπογνόντες, πλοῦτον πολὺν τοῖς ναυσὶν ἐνθέμενοι, καὶ τὴν πόλιν διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις ἀφέντες (ὑπὸ νύκτα δὲ ταῦτα ἐπράττετο) διὰ τῶν πλοίων ἔφυγον, εἰς τὰ ἐσώτερα τοῦ Πόντου (Σάνηγας δὲ καὶ Λαζοὺς ἐποίκους εἶχον τὰ χωρία) τῶν ὑπολειφθεισῶν τῶν νεῶν πῦρ ἐνέντες. *Hæc ubi Cleocharis factio videt, ſpem omnem abjiciunt, magniſque in naves opibus congeſtis & urbe ad direptionem militibus conceſſa (ſub noctem iſta fiebant) navigiis ad interiora Ponti, quæ a Sanigis & Lazis incoluntur, aufugiunt, cum reliquam claſſem incendiſſent.* Arriano Σανίγαι in Ponti Euxini Periplo ad Hadrianum Imperatorem: Ἀβασκῶν δὲ ἐχόμενοι Σανίγαι. Ἵνα περ καὶ ἡ Σεβαστόπολις ᾤκισται. Σανίγων βασιλεὺς Σπαδάγας, ἐκ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. *Abaſcis finitimi Saniga, ubi Sebaſtopolis ſita, qui regi Spadagæ parent, qui a te regnum habet.* Unde patet populum hunc non *Scythicum* fuiſſe ſed *Ponticum*.

ΣΑ'ΝΤΩΝΕΣ, ἔθνος τῆς Ἀκυτανίας] Hinc ἀψίνθιον Σαντόνιον apud Dioſcoridem lib. III. cap. 38.

ΣΑ'ΟΣ, ἡ τῶν Σαΐων νῆσος. Τὸ ἐθνικὸν, Σάϊος] Scribe: ἡ τῶν Σαμίων νῆσος. Scholiaſtes vetus in Nicandri Theriaca pag. 35. Καὶ ὁ Σάος δὲ καὶ ὁ Μόσυχλος, ὄρη εἰσὶ τῆς Σάμου. Μέμνηται δὲ τούτων τῶν τόπων τὴν Λῆμνον καὶ Σαμοθρᾴκην, ἑκατέρας τὰς νήσους διὰ τούτων σημαίνων. Ἐκαλεῖτο δὲ Σάος καὶ ἡ ὅλη Θρᾳκικὴ ὡς Σάμος· καὶ Μόσυχλος δὲ, τὰ ὄρη τῆς Λήμνου, ὡς Ἀντίμαχος. Tzetzes pariter montem antrumque *Thraciæ* dicit ad Lycophronis v. 78.

Λιπὼν ἐρυμνὸν κτίσμα Κορυβάντων Σάον.

Relinquens Saum, munitum Corybantum ædificium.

his verbis: Σάον. ὄνομα ὄρους Θρᾳκικοῦ. οὗ μέμνηται Νίκανδρος, οὕτω πως λέγων ἐν Θηριακοῖς, ἢ Σάου, ἠὲ Μοσύχλου. Τὸ Σάον σπήλαιον Θρᾳκικὸν, σπήλαιον τῆς Ῥέας, ἢ τῆς Ἑκάτης, τῆς δεχομένης εἰς θυσίαν τοὺς κύνας.

ΣΑ'ΠΑΙ, ἔθνος Θρᾴκης. Λέγονται δὲ Σαπαῖοι] Strabo lib. X. pag. 457. Τινὲς δὲ Σάμον καλεῖσθαι φασὶν, ἀπὸ Σαΐων, τῶν οἰκούντων Θρᾳκῶν

κῶν πρότερον, οἱ καὶ τὴν ἤπειρον ἔχον τὴν προσεχῆ· εἴτε οἱ αὐτοὶ Σαπαίοις ὄντες, ἢ τοῖς Σιντοῖς, οὓς Σίντιας καλεῖ ὁ ποιητὴς, εἴθ᾽ ἕτεροι. *Quidam Samon nomen habere putant a Saiis Thracibus, qui eam olim habitaverint ut & finitimum continentem: ſive hi iidem cum Sapæis ſeu Sintis, quos Sintas Homerus vocat, ſive diverſi fuerunt.* *Sapæos* recenſet etiam Herodotus lib. VII. cap. 110. Ἔθνεα δὲ Θρηΐκων, δι᾽ ὧν τῆς χώρης ὁδὸν ἐποιέετο, τοσάδε· Παῖτοι, Κίκονες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἠδωνοὶ, Σάτραι. *Per quas autem gentes Thraciæ Provinciæ iter fecit, hæ ſunt: Pæti, Cicones, Biſtones, Sapæi, Derſæi, Edoni, Satræ.*

—— Καὶ Σίντοι] Scribo: Σάϊοι. Ita enim Strabo ſuſpicatur *Sapæos* etiam vocatos loco paullo ante allegato, idque exſerte firmat deinceps lib. XII. pag. 549. Σίντιες γὰρ ἐκαλοῦντό τινες τῶν Θρακῶν, εἶτα Σίντοι, εἶτα Σάϊοι, παρ᾽ οἷς φησὶν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα ῥίψαι.

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνον

Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

οἱ δ᾽ αὐτοὶ οὗτοι Σάπαι νῦν ὀνομάζονται· πάντες γὰρ οὗτοι περὶ Ἄβδηρα τὴν οἴκησιν εἶχον καὶ τὰς περὶ Λῆμνον νήσους. *Nam Sinties quidam Thraces dicti fuerunt, poſt Sinti, inde Saii: apud quos Archilochus ſe ſcutum abjeciſſe dicit:*

Nunc aliquis clypeum, quem non ego ſponte reliqui

Ad veprem fugiens, eripuit Saius.

qui iidem nunc Sapæ dicuntur, circa Abderam habitantes & inſulas apud Lemnum. Strabonem ſequitur Euſtathius ad Dionyſium pag. 101. Οἷον οἱ παρ᾽ Ὁμήρῳ, φασὶ, Σίντιες Θρᾷκες, Σίντοι ἐκλήθησαν ὕστερον. εἶτα παρὰ Ἀρχιλόχῳ Σάϊοι καὶ πάλιν Σάπαι.

—— Καὶ τὸ κτητικὸν, Σαϊπακόν] Videtur ſcribendum, Σαπαϊκόν. niſi quis malit, Σαϊακόν.

—— Καὶ Σαπαϊκή] Hinc apud Ptolemæum lib. III. Geogr. cap. 11. Σαπαϊκὴ στρατηγία in *Thracia.*

ΣΑ'ΠΕΙΡΕΣ, ἔθνος ἐν τῇ μεσογείᾳ τῆς Ποντικῆς] Herodotus lib. IV. cap. 37. inter Colchos & Medos his verbis: Τούτων δ᾽ ὑπεροικέουσι πρὸς βορέην ἄνεμον, Μῆδοι· Μήδων δὲ Σάπειρες, Σαπείρων δὲ Κόλχοι, κατήκοντες ἐπὶ τὴν βορηΐην θάλασσαν, ἐς τὴν Φᾶσις ποταμὸς ἐκδιδοῖ. *Super hos ad ventum aquilonem habitant Medi, ſuper Medos Sapires, ſuper Sapires Colchi, ad ſeptentrionale pertingentes mare, in quod influit Phaſis.* Scholiaſtes Apollonii *Sapires* appellatos tradit a lapide *Sapirite*, qui apud eos provenit lib. II. v. 397. Ἐπὶ τοῖς Βεχείροις, Σάπειρες ἔθνος Σκυθικὸν, οὕτω κληθὲν διὰ τὸ πολλὴν παρ᾽ αὐτοῖς γίνεσθαι τὴν Σαπφειρίτην λίθον.

—— Οἱ νῦν διὰ τοῦ β λεγόμενοι Σάβειρες] Theophani Byzantio apud Photium pag. 81. dicuntur Σάβιροι. Menandro Protectori in Excerptis Legat. pag. 100. Σάβηροι.

ΣΑ'ΡΑΚΑ, χώρα Ἀραβίας, μετὰ τοὺς Ναβαταίους. Οἱ οἰκοῦντες, Σαρακηνοί] *Saracenorum* nomen poſt Strabonis tempora demum natum Salmaſius notat in Exercitat. Plinian. pag. 484. ante vero Σκηνίτας Ἄραβας appellatos. Scaliger in Animaverſ. ad Euſebii Chronicon pag. 17. docet ſic appellatos ab Arabica voce *Sarak*, quod *furaces* & λῃστρικοὺς denotat, quales Turcis dicuntur Coſaki Tartari; & nugari, qui a *Sara*, Abrahami uxore, ſic dictos velint. Quod omnino probo.

ΣΑ'ΡΑΠΤΑ, πόλις Φοινίκης. Ὁ πολίτης, ὁ Σαραπτηνός, καὶ Σαραπτία, καὶ Σαραπτηνός] LXX Senes III. Reg. 17, 10. ſcribunt, Σαρεπτά. Inde Nazianzenus Oratione in Pentecoſten meminit Σαραφθίας χήρας· & Methodius apud Photium pag. 925. Σαραφθίνης. Lycophron Caſſandra v. 1301.

Αὖθις γὰρ ὕβριν τὴν βαρεῖαν ἁρπαγῆς
Κούρητες ἀντίποινον Ἴδαιοι κάπροι
Ζητοῦντες, αἰχμάλωτον ἤμπρευσαν πόριν
Ἐν ταυρομόρφῳ τράμπιδος τυπώματι
Σαραπτίαν Δικταῖον εἰς ἀνάκτορον
Δάμαρτα Κρήτης ἀστέρῳ στρατηλάτῃ.
Rurſus enim injuriam gravem raptus
Mutuam Curetes, Idæi apri
Perſequentes, captivam traxerunt juvencam
In tauriformi navigii vaſe
Saraptiam, Dictæum in palatium,
Uxorem, ſtellato Cretæ imperatori.

Σαραπτίαν autem procul dubio hoc loco ſcribendum, non Σαραπίαν, uti habent pleræque editiones. Intelligitur autem Europa, quæ a Cretenſibus rapta e *Sarapta*, *Phœniciæ* urbe. Tzetzes: Ταῦρος ὁ Κνώσιος στρατηγὸς παρὰ Ἀστερίου, οὗ καὶ Μινοταύρου, βασιλέως Κρήτης πεμφθεὶς, ἀφήρπαξεν αὐτὴν ἐκ Σαραπίας (Σαραπτίας) πόλεως Φοινίκης, μεταξὺ Σιδῶνος καὶ Τύρου κειμένης. Quæ omnino *Saraptæ* conveniunt. Joſephus enim lib. VIII. Antiquit. cap. 7. medio inter *Tyrum* & *Sidonem* itinere jacuiſſe docet.

ΣΑ'ΡΔΗΣΣΟΣ, πόλις Λυκίας, πλησίον Λυρνησσοῦ. Ὁ οἰκήτωρ, Σαρδήσσιος· καὶ Σαρδήσσιος Ζεὺς τιμᾶται] Gentile hujus urbis legitur in Veſpaſiani nummo apud Goltzium.

ΣΑ'ΡΔΙΣ, πόλις Λυδίας] Σάρδις numero ſingulari legitur quoque ſupra vv. Ἄγκυρα & Ἀμαστρις. Σάρδεις vero Attice vel Ionice contractum apud alios, & Σάρδις plurali apud Herodotum, lib. I. cap. 15. & alibi ſæpe pro Σάρδιες.

—— Ὁ πολίτης Σαρδιανὸς, καὶ Σαρδιανή] In Septimii Severi Imperatoris nummo apud Franc. Gotifredum gentile hoc legitur circum Deam Concordiam inter Caracallam & Getam his verbis: ΕΠΙ. ΕΠΙΓΕΝΟΥC. CAP-

ΔΙΑΝΩΝ. ΔΙС. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ſubtus: ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. Item in alio ejuſdem Gotifredi, in cujus una area Victoria repræſentata eſt, additum, ΣΕΒΑΣΤΗ. in altera circum Herculis, ut videtur, caput: . . ΤΙΜΝΑϹϹΟΥ ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ. Vetus item nummus apud Cl. Meneſtrier, qui in uno latere circum effigiem matronæ velatæ: ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΣΑΡΔΙϹ ΑΣΙΑϹ ΛΥΔΙΑϹ ΕΛΛΑΔΟϹ. in adverſo habet: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠΙ ϹΟΥΛ. ΕΡΜΟΦΙΛΟΥ. Α. ΑΡΧ. cum bigis Lunæ, rapientis Endymionem. Huic fere ſimilem, ſed grandem, apud Franc. Gotifredum me vidiſſe memini, in cujus una parte circum caput muliebre turritum: ΣΑΡΔΙϹ ΑϹΙΑϹ ΛΥΔΙΑϹ ΕΛΛΑΔΟϹ Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ. in altera figura muliebris haſtata ſedens, dextera Victoriolam ſuſtinens in circulo Zodiaco conſpicitur cum epigraphe: ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠΙ ΑΤΡ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΥ. Extat & alius apud eundem Gotifredum, in quo circum mulierem ſedentem, quæ amphora porrecta vinum effundere videtur: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. altera pars caput virile pampinis redimitum offert cum inſcriptione: ΤΜΩΛΟϹ. Item alius plane egregius Trajani Imperatoris, in quo circum Proſerpinæ raptum: ΕΠΙ ΑΡΙΖΗΛΟΥ. Γ. ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ. Nonnullis etiam *Sardus* gentile formatur a *Sardis*. Tertullianus lib. de Pœnit pag. 146. *Stuprum & idolothytorum eſum Thyatirenis exprobrat: Sardos non plenorum operum incuſat.*

—— Τὸ κλητικὸν, Σαρδιανικὸς, Σαρδιανική] Apuſt Ariſtophanem in Acharnenſ. Act. I. Sc. 3. pag. 376. mendoſe ſcribitur:

Ἵνα μή σε βάψω βάμμα Σαρδινιακόν.

pro Σαρδιανικόν.

Ne fors te tingam tinctura Sardianica.

uti recte legitur in ejuſdem Irene pag. 710.

Ἦν ἐκεῖνός φησιν εἶναι βάμμα Σαρδιανικόν.

Quam ille dicit eſſe tincturam Sardianicam.

Vetus Scholiaſtes ad Acharnenſium locum male a *Sardinia* derivare conatur. Suidas tamen βάμμα dicit Σαρδωνικὸν a *Sardinia* v. Σαρδώ. ἐν ᾗ, inquit, γίνονται πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξύταται. καὶ παροιμία, βάμμα Σαρδωνικόν, ἀντὶ τοῦ ἐρυθρὸν, φοινικοῦν. *In qua naſcuntur inſignes & acutiſſimæ purpuræ. Et proverbium. Tinctura Sardonica pro rubra & purpurea.* Σαρδιαῖοι, qui bis occurrunt apud Dionem in Excerptis Legat. cap. 12. non putandi ſunt huc pertinere: uterque enim locus corruptus eſt, ſcribendumque Ἀρδιαίους & Ἀρδιαίων, pro Σαρδιαίους & Σαρδιαίων. uti etiam apud Strabonem lib. VIII. pag. 314. ſicuti jam notavit Caſaubonus, Ἀρδιαῖοι enim in Illyrico habitaverunt urbem Ἄρδιαν, de qua ſupra ſuo loco. Ἀρδιαίων meminit Ariſtoteles Mirab. Auſcultat. cap. 149. & Appianus in princip. Illyricorum. Σαρδόθεν autem Suidas ἀπὸ τῆς Σάρδεων πόλεως deducit.

ΣΑΡΔῺ, ἡ νῆσος. ὁ Σαρδὸς οὖν τῇ Σαρδοῖ ἀναλόγως. Λέγεται καὶ Σαρδὼν, ὡς τῇ Πυθοῖ παρῴκηται τὸ Πυθών] *Sardinia* Græcis Σαρδὼ, Σαρδοῦς. & Σαρδὼν, Σαρδόνος. Euſtathius ad Dionyſium pag. 66. A priore formantur Σάρδοι, a poſteriore Σαρδόνες, pro incolis; quomodo apud Herodotum legitur lib. VII. cap. 165.

—— Ἐκαλεῖτο δὲ Ἰχνοῦσα, διότι ἐοικυῖα ἦν ἀνθρώπου ἴχνει] Plinius lib. III. cap. 7. *Sardiniam Timæus Sandaliotin adpellavit ab effigie ſoleæ, Myrſilus Ichnuſam a ſimilitudine veſtigii.* Salluſtius in Fragm. lib. II. Hiſtor. *Sardinia in Africo mari facie veſtigii humani in orientem quam in occidentem latior prominet.* Apud Heſychium: Σανδαλώτη, ἡ Σαρδὼ πάλαι. Scribe, Σανδαλιῶτις, vel Σανδαλιῶτις cum Salmaſio in Exercit. in Sol. pag. 99. etſi Σανδαλῶτις æque formari poſſit a Σάνδαλον, quam Σανδαλιῶτις a Σανδάλιον. Heſychius enim: Σανδάλια, σάνδαλα, γυναικεῖα ὑποδήματα.

—— Οἱ καλοικῶν, Σαρδώνιος, καὶ Σαρδωνία] Hinc Σαρδώνιος γέλως. *Sardonius riſus.* de quo videndus Suidas, & Tzetzes ad Heſiodum pag. 12. Item Σαρδωνία πόα. *Sardonia herba.* apud Dioſcoridem in Alexipharm. cap. 14. & Σαρδόνιον πέλαγος. *Sardonium mare.* apud Herodotum lib. I. cap. 166. & Apollonium Rhodium lib. IV. Argonaut. v. 633.

Τῇ δ᾽ ἐπὶ Σαρδόνιον πέλαγος καὶ ἀπείρονα κόλπον

Ἑπτὰ διὰ στομάτων ἱεὶς ῥόον.

Huc denique Sardonium in mare & amplum ſinum

Per ſeptem oſtia dimittit fluctus.

Loquitur de Rhodano, quem in mare *Sardoum* effluere ſcribit ex mente antiquorum, qui totum internum mare ab Italia vel Sardinia uſque ad fretum Herculis *Sardoum* appelabant. Ariſtoteles de Mundo: Πρῶτον μὲν οὖν λέγεται ἐγκεκολπῶσθαι ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὰς Ἡρακλέους στήλας διχῶς, εἰς τὰς καλουμένας Σύρτεις. ὧν τὴν μὲν, μεγάλην, τὴν δὲ μικρὰν καλοῦσιν. Ἐπὶ θάτερα δὲ οὐκ ἔτι ὁμοίως ἀποκολπούμενος τρία ποιεῖ πελάγη, τό τε Σαρδώνιον, καὶ τὸ Γαλατικὸν καλούμενον καὶ Ἀδρίαν. Quod Apulejus vertit: *Primum igitur Columnis navigantibus dextrum latus duobus ſinibus maximis cingitur: quorum primus duas Syrtes habet; alter imparibus quidem ſinuatur figuris, ſed in maxima diviſus eſt maria: quorum unum Gallicum dicitur, alterum Africum, quod quidem Ariſtoteles Sardinienſe maluit dicere, tertium, Adriaticum pelagus.* Et hinc Polybius æque ac Apollonius lib. III. pag. 200. Ὁ δὲ Ῥοδανὸς ἔχει μὲν τὰς πηγὰς ὑπὲρ τὸν Ἀδριατικὸν μυχὸν πρὸς τὴν ἑσπέραν νεύουσας, ἐν τοῖς ἀποκλίνουσι μέρεσι τῶν Ἄλπεων, ὡς πρὸς τὰς ἄρκτους.

ἄρκἶυς. Ῥεῖ δὲ πρὸς τὰς χειμερινὰς δύσεις, ἐκβάλλει δ᾽ εἰς τὸ Σαρδῶον πέλαγος. *Rhodanus fontes habet ſupra ſinum Hadriaticum in occaſum verſos, in partibus Alpium, quæ ſeptentrionem ſpectant: fertur ad occaſum hibernum: exonerat ſe in mare Sardoum*

—— Καὶ Σαρδῷος] Hinc Σαρδῷον πέλαγος apud Polybium.

—— Καὶ Σαρδωνικὸς καὶ Σαρδωνική] Suidas: Σαρδόνιον πέλαγος, καὶ Σαρδονικὸν ὁμοίως. Vide Tzetzen ad Lycophronem pag. 126. Delirat autem mirum in modum ineptus ille Geographus.

ΣΑΡΠΗΔΩ'Ν, πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σαρπηδόνιος, καὶ Σαρπηδονία] Apollonius Rhodius lib. I. v. 216.

> Καί μιν ἄγων ἔκαθεν Σαρπηδονίην ὅθι πέτρην
>
> Κλείουσιν, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Ἐργίνοιο.
>
> *Et illam longe abducens, ubi ſaxum Sarpedonium*
>
> *Celebrant, juxta fluctus fluvii Ergini.*

loquitur de Orithyia ab Aquilone rapta. Ad quem locum Scholiaſtes: Πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Σαρπήδοντος τοῦ τῆς Θρᾴκης βασιλέως, ἀδελφοῦ Πόλτυος. Τὰ δὲ ἐφεξῆς προσέθηκεν· ἐπεὶ καὶ ἑτέρα ἐστὶ Σαρπηδονία πέτρα τῆς Κιλικίας. In quo loco pro Ἀττικῆς exiſtimo legendum Ἀστικῆς. *Aſtica* enim *Thraciæ* regio eſt ad *Hæmum* montem: Ptolemæus lib. III. Geogr. cap. II. Παρὰ δὲ τὴν ἀπὸ Περίνθου πόλεως μέχρις Ἀπολλωνίας παράλιον, ἡ Ἀστικὴ Στρατηγία. *Juxta littoralia autem a Perintho civitate uſque Apolloniam eſt Aſtica Præfectura.* Perperam vertitur, *Prætura urbana.* Plinius lib. IV. cap. II. *Mons Hæmus vaſto jugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Ariſtæum. Nunc in ora Meſembria, Anchialum, ubi Meſſa fuerat, Aſtice regio.* Σαρπεδονίην enim Πέτρην circa *Hæmum* fuiſſe idem Scholiaſtes paullo ante ex Phercyde docet: περὶ δὲ τῆς Θρᾳκίας Σαρπεδονίας πέτρας, ὅτι πρὸς τῷ Αἵμῳ ὄρει ἐστὶ, Φερεκύδης φησὶ, περὶ τῆς ἁρπαγῆς ἱστορῶν τῆς Ὠρειθυίας. *Poltyis* autem mentio fit apud noſtrum ſupra v. Μεσημβρία. Hæc ergo de *Sarpedone* & Πέτρᾳ Σαρπεδονίᾳ *Thraciæ.* Vide & eundem Scholiaſten ad lib. I. v. 922. Fuit & in Cilicia *Sarpedon* urbs & Σαρπεδονία πέτρα. *Sarpedonium promontorium.* de quo præter auctores ab Ortelio allegatos videndus Oppianus lib. III. Halieut. v. 207. qui prope *Corycum* eſſe docet.

ΣΑ'ΡΤΗ, πόλις περὶ τὸν Ἄθων. Τὸ ἐθνικὸν, Σαρταῖος] Apud Herodotum lib. VII. cap. 122. ſcribitur Σάργη, facili ex ſimilitudine Γ & Τ literarum errore.

ΣΑ'ΡΩΝ, τόπος Τροιζῆνος. Σαρώνιος οὖν, καὶ Σαρωνία, καὶ Σαρωνικὸς, καὶ Σαρωνική] Euſtathius ad Dionyſium pag. 60. Σάρωνα facit ποταμὸν Τροιζῆνος exonerantem ſe in ſinum *Saronicum.* ut forte hoc loco pro τόπος, pariter ſcribendum ſit ποταμός: nato ex abbreviatura mendo.

ΣΑ'ΤΡΑ, πόλις Κρήτης, ἡ μετονομασθεῖσα Ἐλεύθερνα. Ὁ πολίτης, Σατραῖος] Supra Ἐλεύθεραι urbs, quæ eadem, quæ hic Ἐλευθέρνα, Σάωρος dicitur appellata ἀπὸ Σαώρης νύμφης. Unde puto hic mendum aliquod ſubeſſe; vel inconſiderate ſequutum diverſas lectiones aut confudiſſe. Idque etiam literarum ordo, qui hic turbatur, ſubindicat.

ΣΑ'ΤΑΛΑ, πόλις Ἀρμενίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σαταλεύς] Meminit hujus urbis Procopius lib. III. de Ædific. Juſtiniani, & ſæpius S. Baſilius Magnus in Epiſt. 187. Gentile etiam Σαταλεὺς apud eundem Baſilium legitur Ep. 183.

ΣΑΤΙ'ΚΟΛΑ, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σατικολανὸς, ὡς Μεδιολανός] Iſaacus Caſaubonus putabat ſcribendum ΣΑΤΡΙ'ΚΟΛΑ, & Σατρικολανὸς, ex Livio lib. IX. cap. 21. Verum Sigonius ibi, partim ex noſtro, partim ex Diodoro, caninam exterit. Et hic quoque nihil mutandum ordo literarum ſuadet.

ΣΑ'ΤΡΑΙ, ἔθνος Θρᾴκης, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ φησί] Hi *Satriani* ſunt Q. Curtio lib. V. cap. 3. quod nomen poſtremæ Editiones perperam expungunt: recte enim in antiquis & in MS. Mediceo legitur: *Alexander amne ſuperato cum novem millibus peditum & Agrianis Satrianiſque Græcorum mercenariis tribus millibus, additis millibus Thracum in regionem Uxiorum pervenit.* Commemorantur Herodoto lib. VII. cap. CXI. Σάτραι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλὰ διατελεῦσι τὸ μέχρι ἐμεῦ αἰεὶ ἐόντες ἐλεύθεροι μοῦνοι Θρηΐκων. Οἰκέουσί τε γὰρ οὔρεα ὑψηλὰ ἴδῃσί τε παντοίῃσι καὶ νιφάσι συνηρεφέα. καὶ εἰσὶ τὰ πολέμια ἄκροι. *Satræ nulli olim hominum, quantum nos ſcimus, fuere ſubjecti, ſed ſoli e Thracibus ad meam memoriam liberi ſemper perſtitere. Editos enim montes incolunt omnigenis arboribus ac nivibus obſitos: ſuntque viri in re bellica eximii.*

ΣΑΤΡΙ'Α, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σατριανὸς, ὡς Διονύσιος] Iſaacus Caſaubonus legit: ΣΑ'ΤΡΙΚΑ. & Σατρικανός. atque ita pariter Philippus Cluverius lib. III. Ital. Antiq. pag. 1029. docens noſtrum ex Gentilitio, Σατρικανῶν, quod occurrit apud Dionyſium, formaſſe Σάτρικαν urbem. Sed Romanis urbs dicitur *Satricum.* Vide Cluverium d. l.

ΣΑΤΥ'ΡΙΟΝ, χώρα πλησίον Τάραντος. Τὸ ἐθνικὸν, Σατυρῖνος, καὶ Σατύριος] Extat loci hujus mentio in Oraculo dato Phalanto apud Strabonem lib. VI. pag. 279. aut in Collect. Orat. Vet. pag. 41.

> Σατύρεόν τοι δῶκα Τάραντά τε πίονα δῆμον
>
> Οἰκῆσαι, καὶ πῆμα Ἰαπύγεσσι γενέσθαι.

Satyreum tibi do, Tarentumque, pinguem pagum,
Ut incolas & noxa Iapygibus fias.

Sed videtur in ultimo verſu cum Salmaſio legendum: καὶ ποιμὲν Ἰαπύγεσσι γένοιο. *& paſtor apud Iapyges fias.* A *Saturio* autem agro vel *Satureo Saturejanus* caballus apud Horatium dicitur lib. I. Sat. VI.

Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Saturejano vectari rura caballo,
Sed, quod eram, narro.

ubi Acron: *Saturejani fundi ſunt in Apulia fertiles & equorum nobilium genitores.*

ΣΑΥ'Α, οὐδετέρως, κώμη τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Οἱ κωμῆται, Σαυηνοί] Ptolemæo & Arriano Σαύη. Plinio *Saue.* Vide Salmaſium in Exercit. Plin. pag. 491.

—— Ἔστι δὲ καὶ Σαῦνις, πόλις Ἀραβίας, ἧς ἡ αἰτιατικὴ, Σαῦνιν] Phlegonti hæc urbs Σαύνη dicitur cap. 34. Εὑρέθη ἐν Σαύνῃ τῆς Ἀραβίας πόλει ἱπποκένταυρος ἐπὶ ὄρους μάλα ὑψηλοῦ, ὃ ἐστι γέμων φαρμάκου θανασίμου. καλεῖται δὲ τὸ φάρμακον ὁμώνυμον τῇ πόλει. Ὀξύτατον δὲ καὶ ἀνυτικώτατον τῶν ὀλεθρίων καθέστηκεν. *In Arabiæ urbe Sauna repertus eſt hippocentaurus, in monte admodum excelſo, qui lethali abundat veneno, ejuſdem cum urbe nominis, omnium lethiferorum acerrimo & efficaciſſimo.* & cap. 35. Ἐν δὲ τῇ προειρημένῃ πόλει Σαύνῃ ἐλέγοντο καὶ ἕτεροι εἶναι ἱπποκένταυροι. *Porro in urbe Sauna, quam diximus, etiam alii feruntur eſſe hippocentauri.* Videtur Phlegon agere eo loco de hippocentauro, quem Plinius lib. VII. cap. 3. dicit ſe vidiſſe allatum Claudii principatu ex Ægypto in melle. Σαυνίας regionis meminit Bardeſanes Syrus.

ΣΑΥΝΙ'ΤΑΙ, τῶν Ἰαπύγων ὅμοιροι] Plinius lib. III. cap. 12. *Samnitium, quos Sabellos & Græci Saunitas dixere.* Apud Nicolaum Damaſcenum Serm. 42. Stobæi Συνῖται male ſcribitur.

—— Τὸ θηλυκὸν, Σαυνίτης] Scribe, Σαυνῖτις.

ΣΑΥ'ΡΑ, πόλις Σαυνιτῶν] Aliis ſcriptoribus Σῶρα, *Volſcorum* oppidum. Ita Πλαύτιος Πλώτιος, Κλαύδιος Κλώδιος, Λαύρεντον Λώρεντον. Ita & Caurus Corus, Lora & Laura, aliaque ut Cluverius obſervat.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σαυρανῶν δὲ οἱ κορυφαιότατοι] Puto deeſſe poſt τὸ ἐθνικὸν, Σαυρανός. Sequentia verba ſunt alicujus Auctoris.

ΣΑΥΡΟΜΑ'ΤΑΙ, Σκυθικὸν ἔθνος. καὶ Σαυρομάτις ἡ γυνὴ καὶ ἡ χώρα] Supra Amazones dicit appellatas Σαυροματίδας.

ΣΑΧΑΛΙ'ΤΑΙ, ἔθνος Ἰνδικὸν, καὶ Σαχαλίτης κόλπος. κατὰ τοῦτον τὸν Σαχαλίτην κόλπον κεῖνται πελάγιοι νῆσοι ἑπτὰ] Immo ἔθνος Ἀραβικόν. quo nihil vulgatius. Sunt autem ad mare *Indicum:* de quo infra in Notis v. Χαδραμωτῖται.

ΣΕΒΑΣΤΗ, πόλις Ἀρμενίας, ἡ νῦν Σεβαστία καλουμένη, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος] Σεβαστεία Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus, & S. Baſilio Magno ep. 8. ubi incolas Σεβαστηνοὺς vocat.

—— Ἔστι καὶ ἐν Σαμαρείτιδι πολίχνιον] Immo ipſa *Samaria* ſic appellata ab Herode teſte Strabone lib. XVI. pag. 760. ut alios taceam, qui laudati ſupra v. Σαμάρεια. Perperam igitur πολίχνιον vocat ἐν Σαμαρείτιδι.

—— Λέγεται καὶ ἡ πρὸς τῇ Κώρυκι χερρόνησος οὖσα] Scribendum πρὸς τῷ Κωρύκῳ. uti ſupra v. Ἐλαιοῦσα, notavimus. aut prout MS. habet, τῇ Κωρύκῳ. Hoc enim Ptolemæus confirmat in deſcriptone Ciliciæ lib. V. cap. 8. *Coryco* ſubjiciens ſtatim *Sebaſten.* In Notitia Epiſcopatuum Leunclavii, Ἡλίου Σεβαστὴ dicitur.

ΣΕ'ΘΡΟΝ, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Σεθροίτης, ὡς Ἀρσενοίτης. Ἀλέξανδρος τρίτῳ Αἰγυπτιακῶν] Claudius Salmaſius putabat ΣΕΘΡΟΉ legendum, ut Ἀρσινόη, quod non improbo.

ΣΕΙΡΗΝΟΥ'ΣΣΑΙ, νῆσοι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ περὶ τὸν πορθμὸν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας κείμεναι τοῦ προπεπτωκότος τόπου] Hæc ex Ariſtotele deprompta ſunt de Mirab. Auſcult. cap. CXI. quem cum hoc loco confer.

—— Καὶ διαλαμβάνοντος τοῖς κόλποις τὸ περιέχοντα Κύμην, τὸ ἀφληφότα τὴν καλουμένην Ποσειδωνίαν] Scribe: τοῦ τοὺς κόλπους τόν τε π. Κ. καὶ τὸν δ. τ. κ. Π. uti apud Ariſtotelem: quemadmodum notavit Salmaſius in Exercitat. pag. 61. Vide Euſtathium ad Dionyſium pag. 50.

ΣΕΛΛΑ'ΣΕΙΑ, πόλις τῆς Λακωνικῆς. Τὸ ἐθνικὸν Σελλασιεὺς, ὡς τῆς Πελλασίας, Πελλασιεύς] Scribe: ΣΕΛΑ'ΣΕΙΑ. & Σελασιεύς. jubente ordine literarum, Polybio aliiſque Auctoribus, etiam Notitia. Ad hanc urbem contigit prælium quo Cleomenes ab Antigono Epitropo victus eſt. De quo vid. Livius lib. XXXIV. cap. 28.

ΣΕ'ΛΓΗ, πόλις Πισιδίας, ἄποικος Λακεδαιμονίων. οἱ πολῖται, Σελγεῖς. καὶ Σελγικὴ, κτητικόν] Ex Strabone lib. XII. pag. 570. quæ deinde etiam accepit Euſtathius ad Dionyſium pag. 113. Nummus autem Hadriani apud Franc. Gotifredum, in quo circum Mercurii caduceum: ΣΕΛΓ. huc ſpectare videtur. Cognationis *Selgenſium* cum Lacedæmoniis meminit etiam Polybius lib. V. pag. 420.

ΣΕΛΕΥ'ΚΕΙΑ, πόλις ἐπὶ Κιλικίᾳ Τραχείᾳ λεγομένῃ. ὠνόμασε δὲ Σελεύκειαν αὐτὴν Σέλευκος ὁ Νικάτωρ, ὡς Ἀλέξανδρός φησι. πρότερον δὲ Ὀλβία ἐκαλεῖτο καὶ Ὑρία. οἱ πολῖται ἀπὸ τῆς Ὑρίας, Ὑριεῖς, καὶ τῆς Ὀλβίας, Ὀλβιανοὶ, καὶ τῆς Σελευκείας, Σελευκεῖς καὶ Σελευκεὺς καὶ Σελευκηνὸς, καὶ Σελευκὶς ἡ χώρα. ἔστι καὶ ποτηρίων εἶδος σελευκὶς ἀπὸ Σελεύκου] Lege recto caſu Τραχεῖα

Τραχεία λεγομένη ex Ptolemæo. Plinius *Trachiotin* vocat. Certum eſt ſitam fuiſſe in *Cilicia*, quæ Τραχεῖα, ſive *Aſpera* vocata eſt. Sed ita Σελεύκεια Πιερία, quæ Straboni Σελεύκεια ἡ ἐν Πιερίᾳ· ita Καισάρεια Καππαδοκία· nec diſſimili ratione Σελευκόβηλος pro Σελεύκεια πρὸς τῷ Βήλῳ. Epiphanius Hæreſ. LXXIII. cap. 23. meminit Synodi coactæ ἐν τῇ Σελευκείᾳ τῇ Τραχείᾳ καλουμένῃ κατὰ τὴν Ἰσαυρίαν. & cap. 25. vocatur Σελεύκεια τῆς Ἰσαυρίας. S. Athanaſii de hac Synodo & Ariminenſi Epiſtola prolixa extat Tom. I. pag. 869. Ammianus Marcellinus lib. XIV. cap. 8. *Superatis Tauri montis verticibus, qui ad ſolis ortum ſublimius attolluntur, Cilicia ſpatiis porrigitur late diſtentis, dives bonis omnibus terra: ejuſque lateri dextro adnexa Iſauria, pari ſorte uberi palmite viret & frugibus multis: quam navigabile flumen Calycadnus interſcindit. Et hanc quidem præter oppida multa, duæ civitates exornant, Seleucia, opus Seleuci regis & Claudiopolis, quam deduxit Coloniam Claudius Cæſar.*

—— Πρότερον δὲ Ὀλβία ἐκαλεῖτο καὶ Ὑρία. Οἱ πολῖται ἀπὸ τῆς Ὑρίας Ὑριεῖς, καὶ τῆς Ὀλβίας Ὀλβιανοί] Supra v. Ὄλμοι jam monui pro Ὀλβία hic legendum Ὀλμία. Apud Plinium pariter nomen hoc corrupte extat. Sic tamen ut emendatio hæc a vitio, quod ibi contraxit, adjuvetur: legitur enim lib. v. cap. 27. *Seleucia ſupra amnem Calycadnum, Trachiotis cognomine, a mare relata, ubi vocabatur Hormia.* pro *Holmia*, vel *Olmia*. Et teſtatur Strabo habitatores ex *Olmis* eo traductos. Vide Salmaſium in Exercit. pag. 619. Quod ſi medicina hoc loco diſpliceat, dicendum, imperite a Stephano Ὀλβίαν & Ὀλμίαν confuſas. Certe fecit hoc ſupra h. v. negando Ὀλβίαν *Pamphyliæ* urbem eſſe. Idque gentile, Ὀλβιανοί, confirmare videtur.

—— Καὶ τῆς Σελευκείας, Σελευκεῖς, καὶ Σελευκεύς καὶ Σελευκίς ἡ χώρα· ἔστι καὶ ποτηρίων εἶδος Σελευκίς, ἀπὸ Σελεύκου] In nummo inſigni Claudii Gothici apud Franc. Gotifredum circum figuram muliebrem haſtatam, quam Lunam credo ob humeros cornutos, legitur: ΚΛΑΥΔΙΟΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. In Gordiani, circum Venerem duoſque Cupidines, apud Erizum pag. 516. ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ ΕΛΕΥΘΕΡΑC· ſic enim explendæ literæ. Qui ad illam *Seleuciam* pertinet, *Ciliciæ Aſperæ*, quæ ſola ab auctore commemoratur. Uti & alius apud Triſtanum Tom. II. pag. 525. in quo circum Palladem lancea hominis nudi guttur petentem: ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΚΑΛ. *Seleucenos Meſopotamiæ* vocat Julius Capitolinus in Vero: & claſſis *Seleucena* legitur in Cod. Theod. lib. x. tit. de Claſſicis. Σελευκίς gentile fœmininum bis corrupte ſcribitur apud Ptolemæum lib. v. cap. 8. Σελευτίδος Τραχείας χώρας. &, Μεσόγειοι δέ εἰσι πόλεις τῆς Κιλικίας, τῆς μὲν Τραχείας Σελευτίδος. pro Σελευκίδος. Cæterum cum Appianus novem a *Seleuco* affirmet conditas *Seleucias*, mirum tantum unius hic fieri mentionem. De reliquis vide Ortelium in Theſauro. Ex omnibus autem maxime nummi celebrant, quæ in *Syria* ſita & *Pieria* cognominata eſt. Qualis apud Franc. Gotifredum, in quo circum fulmen pulvinari ſellæ impoſitum legitur: ΣΕΛΕΥΚ. ΠΙΕΡΙΑC. in averſa parte circum caput muliebre turritum: ΙΕΡΑC ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Item Antonini Elagabali apud Goltzium, in quo: ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΠΙΛΙΡΙΑC. male enim hic deſcriptus legendumque pariter, ΠΙΕΡΙΑC. Item diverſi apud Ligorium, in quibus: ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗC ΙΕΡΑC ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. Trajani item apud eundem Gotifredum, in quo circum Jovis Caſii templum: ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΠΕΙΕΡΙΑC. & ſub templo: ΖΕΥC. Α. ΚΑCΙΟC. qualem publicavit Erizus pag. 195. & Triſtanus Tom. I. pag. 425. At in alio ſimili apud Leonardum Auguſtinum legitur clariſſimis literis, ΠΙΕΡΙΑC. & ſic in alio Caracallæ apud Franc. Gotifredum circum Juliæ Matronæ caput: ΣΕΛΕΥΚΙΑC ΠΙΕΡΙΑC. Hæc autem *Seleucia Pieriæ*, ut dixi, *Syriæ* fuit civitas. Vide infra v. Φάλγα.

ΣΕΛΕΥΚΟΣ, περὶ τῇ ἐν Συρίᾳ Ἀπαμείᾳ, ἀρσενικῶς λεγομένη. Ὁ πολίτης, Σελευκίτης] Eadem, quæ *Seleucia Pieriæ*, de qua ante egimus, quæ *Seleucia Syriæ* Epiphanio dicitur Hæreſ. LXXIII. cap. 26. de qua plura vide apud Triſtanum ad Elagabali nummum Tom. II. pag. 330. Gentile autem Σελευκηίτης genuinum eſt. Extat enim in nummo apud Goltzium, ΣΕΛΕΥΚΗΙΤΩΝ.

ΣΕΛΕΥΚΟΒΗΛΟΣ, πόλις Συρίας πλησίον. Ὁ πολίτης, Σελευκοβηλίτης καὶ Σελευκοβηλαῖος. Λέγεται καὶ Σελευκεὺς πρὸς τῷ Βήλῳ] Σελευκόβηλα dicitur in Notitia Epiſcop. Oriental. Σελεύκεια πρὸς Βήλῳ apud Ptolemæum lib. v. cap. 15. unde tertium hic ἐθνικόν. Hiſtoria Miſcella caſtellum vocat in *Apamienſium* regione, ſed corrupte ibi legitur lib. XIX. cap. 8. *Porro Sclavini ad hunc confluentes cum ipſo deſcenderunt in Syriam numero quinque millia & habitabant in Apamienſium regione in caſtello Seleucobori.* Scribe, *Seleucobeli*.

—— Οὕτω γὰρ Παυσανίας ἐν τῷ περὶ Ἀντιοχείας φησί] Videtur idem eſſe *Pauſanius*, cujus Græciam habemus. Hic enim lib. v. pag. 298. Syriam ſe peragraſſe, ibique in Hebræorum regione Iordanem vidiſſe teſtatur.

ΣΕΛΗΝΗ, πόλις Τυῤῥηνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σεληνοπολίτης] Latinis *Luna*. Strabo lib. v. pag. 222. Ἡ μὲν Λοῦνα πόλις ἐστὶ καὶ λιμήν· καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνες Σελήνης λιμένα καὶ πόλιν. Ἡ μὲν οὖν πόλις οὐ μεγάλη· ὁ δὲ λιμὴν, μέγιστός τε καὶ κάλλιστος ἐν

στος ἐν αὐτῷ περιέχων πλείους λιμένας ἀγχιβαθεῖς πάντας. *Luna urbs eſt & portus, quam Græci ſuo vocabulo vocant. Urbs quidem non magna ſed portus maximus juxta ac pulcherrimus, plures includens portus, omnes prope littus profundos.*

—— Καὶ ἑτέρα, μεγάλη μία τῶν ἑκατὸν νήσων] Scribe una voce; ἑκατοννήσων. Vide ſupra h. v.

—— Ἔστι καὶ Σελήνη ποπανόν τι ἄστρῳ παραπλήσιον] Claudius Salmaſius legit: τῷ ἄστρῳ.

—— Ὁ οἰκήτωρ, Σεληνίτης καὶ Σεληναῖος] An non, Σεληνήτης? ut ſupra v. Ἀδράνη.

ΣΕΛΙΝΟΥ͂Σ, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη] Alia eſt Σελινοῦς *Ciliciæ*: unde putabam olim Σελεντίδα dici apud Ptolemæum, pro Σελινουντίδα; ſed nunc plane exiſtimo, uti jam ſupra monui; apud Ptolemæum ſcribendum Σελευκίδος. Salmaſius ad Solinum pag. 771. pro Σελεντίδος apud Ptolemæum legit Σολουντίδος, quam regionem facit ab urbe Σολοῦς, quæ *Ciliciæ* dicitur a Stephano infra. Verum iſte Stephani locus in vitio cubat & pro Κιλικίας reponendum Σικελίας, uti ibi oſtendo: quamvis non ignorem *Solos Cypri* a Strabone *Soluntem* appellari lib. XIV. pag. 683. Cæterum Trajanus Imperator mortuus *Selinunte Ciliciæ*. Dio Caſſius lib. LXVIII. pag. 786. Καὶ ἐς Σελινοῦντα τῆς Κιλικίας ἐλθὼν, ἣν δὴ καὶ Τραϊανούπολιν καλοῦμεν, ἐξαίφνης ἀπέψυξε. *Tandem perlatus Selinuntem, urbem Ciliciæ, quam nos Trajanopolin appellamus, mortem illico obiit.* & Clemens Alexandrinus, ἐν Σελινοῦντι πόλει τῆς Σελευκείας. *Selinus* quoque fluvius eſt minoris Aſiæ Pergamum intermeans teſte Plinio lib. v. cap. 30. Unde in nummo M. Aurelii apud Triſtanum Tom. I. pag. 641. circum Æſculapium inter duos fluvios ſtantem, legitur: ΣΕΛΕΙΝΟΤΙΩΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Extat hic nummus in Theſauro Mediceo, ejuſque ectypon inde procul dubio hauſit Triſtanus. Sed interpolatum eſſe clare perſpexi ex alio ſimili, ſed puriſſimo, Sereniſſimi Principis Leopoldi, in quo duabus diſtinctis vocibus, ſub uno fluvio: ΣΕΛΕΙΝΟΥΣ. ſub altero: ΚΗΤΕΙΟΣ. legitur: & poſtea: ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. in baſi, cui inſiſtit Æſculapii ſignum: Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ſupra Æſculapii caput: ΕΠΙ СΤΡ. ΚΑΛΛΙΟΤΕΟΥ. Cæterum alter fluvius Κήτειος Straboni dicitur lib. XIII. pag. 616. & χειμαρρῶδες ποτάμιον. Ejus accolæ Κήτειοι ſunt Homero Odyſſ. Λ. v. 518. quorum & Heſychius meminit, uti & Κήτειος ποταμοῦ.

—— Ὁ πολίτης, Σελινούντιος, καὶ Σελινούσιος, καὶ Σελινουντία] In ſex antiquis nummis legitur: ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ. in uno: ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΝΩΝ. in quinque: ΣΕΛΙΝΩΝΤΙΩΝ. Γῆ autem Σελινουσία occurrit apud Dioſcoridem lib. v. cap. 175.

ΣΕΛΛΑΣΙΆ, πόλις Λακωνική. Θεόπομπος ἐν τετάρτῳ Ἑλληνικῶν] Eadem quæ paullo ante appellata Σελάσια. Uti autem hoc loco, ſic ſcribitur apud Polybium in Excerpt. pag. 73. & alios.

—— Ὁ πολίτης, Σελλασιεύς, ὡς Ἀπιεύς] Legitur ſic hoc gentile in Neronis nummo apud Goltzium: ΣΕΛΛΑϹΙΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΣΕΛΛΟΙ´, οἱ Δωδωναῖοι] Plinius lib. IV. cap. I. *Epiros in univerſum appellata, Acroceraunis incipit montibus. In ea primi Chaones, a quibus Chaonia: dein Theſproti, Antigonenſes: locus Aornos & peſtifera avibus exhalatio: Ceſtrini Perrhæbi, quorum mons Pindus, Caßiopæi, Dryopes, Selli, Hellopes, Moloßi, apud quos Dodonæi Jovis templum, oraculo illuſtre.*

—— Ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσι ὑποφῆται] Verba ſunt Homeri ex Iliad. Π. v. 234.

Ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσ᾽ ὑποφῆται ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.

Circum autem Selli
Te habitant vates, illoti pedibus, humi cubantes.

Sophocles in Trachiniis pag. 372. Σελλῶν εἰσελθὼν ἄλσος. *Sellorum ingreſſus lacum.* Ad quem locum videndus vetus Scholiaſtes, cujus verba ſupra v. Ἑλλοπία a nobis ſunt adducta.

—— Λέγεται καὶ δίχα τοῦ σ Ἑλλοί] Vide Supra v. Ἑλλοπία.

ΣΕΝΟΕΣΣΑΝΟΙ´, ἔθνος Ἰταλικόν. Ὁ Πολύβιος ἐν τρίτῳ] Apud Polybium lib. III. pag. 242. in noſtris exemplaribus legitur hodie, Σενουεσανοί. In Antiquo lapide Carinolæ: SENUISSANIS. Iidem qui Σινοεσσαῖοι & Σινοεσσηνοὶ infra v. Σινόεσσα.

ΣΕΡΙΦΟΣ, μία τῶν Σποράδων] Inſula parva, in quam relegationes & deportationes a Romanis ſæpe fiebant. Tacitus lib. II. ann. cap. 85. Unde Juvenalis Sat. X. v. 168. de Alexandro:

Æſtuat infelix anguſto limine mundi,
Ut Gyaræ clauſus ſcopulis parvaque Seripho.

Plutarchus de Exilio pag. 602. Στρατόνικος δὲ τὸν ἐν Σερίφῳ ξένον ἠρώτησεν ἐφ᾽ ὅτῳ τῶν ἀδικημάτων φυγὴ τέτακται παρ᾽ αὐτοῖς ἐπιτίμιον· ἀκούσας δ᾽ ὅτι τοὺς ῥᾳδιουργοὺς φυγαδεύουσι, τί οὖν, εἶπεν, οὐκ ἐρραδιούργησας, ὅπως ἐκ τῆς στενοχωρίας ταύτης μεταστῇς; ὅπου φησὶν ὁ Κωμικὸς τὰ σῦκα ταῖς σφενδόναις τρυγᾶσθαι, καὶ πάντα ἔχειν ὅσων τὴν νῆσον. *Stratonicus autem in Seripho ex hoſpite quæſivit, quodnam flagitium apud ipſos exilio puniretur: reſpondentique, eos qui mala fraude egiſſet; Cur, inquit, ergo non falſum committis, ut ex his anguſtiis emigres? Et tamen Comicus ibi ait ficus fundis dejici, omniaque habere neceſſaria inſulam.* Aſperam autem & ſaxoſam teſtatur hoc Hegeſippi Epigramma ἀνέκδοτον in Barberino Manuſcripto:

Ἐρρέτω

Ἐῤῥέτω ἦμαρ ἐκεῖνο, καὶ ἐλομένη σκοτόμαινα,
Βρομός τε δεινὸς, ἠνεμωμένη σάλος,
Οἵ ποτε νῆ' ἐκύλισαν, ἐφ' ἧς ὁ τὰ πολλὰ μελίφρων
Ἀβδηρίων ἄπρηκτα θεοῖσιν εὔχετο.
Ῥᾶσθη γὰρ διάπαντα, προσωνέχθη· ὁ δὲ κλύδων
Τρηχεῖαν εἰς Σέριφον αἰδοινόθι.
Πρὸς ξείνων ὑπὸ χερσὶ λαχὼν πυρὸς ἵκετο πάτρην.
Ἄβδηρα κρωασῷ χαλκέῳ περισαλεῖς.

—— Ἐξ οὗ καὶ τὸ βάτραχος Σερίφιος· καὶ τὸ θηλυκὸν, Σεριφία καὶ Σεριφαία] Ælianus lib. III. Hiſt. Anim. cap. 37. Ἐν Σερίφῳ βάτραχοι τὸ παράπαν οὐκ ἂν αὐτῶν ἀκούσαις φθεγγομένων. Εἰ δὲ αὐτοὺς κομίσαις ἀλλαχόθι, διάτορόν τι καὶ τραχύτατον ἠχοῦσιν. *In Seripho ranæ prorſus mutæ ſunt, ſi vero has alio importes acrem & aſperrimam vocem edunt.* Deinde in ſequentibus docet aquæ frigiditatem apud *Seriphios* hujus ſilentii ranarum cauſſam eſſe ex Theophraſto. Antigonus Caryſtius de Mirab. cap. IV. οὐδ' ἐν Σερίφῳ δὲ οἱ βάτραχοι φθέγγονται. Καὶ μυθῶδες καὶ παρὰ τοῖς Σεριφίοις ἐνίσχυσεν· πλὴν οἱ μὲν περὶ Ἡρακλέους, οἱ δὲ περὶ Περσέως. *Et Seriphi ranæ mutæ ſunt. Et fabula ea de re apud Seriphios quoque obtinuit: utque ab illis ad Herculem, ita ab his res ad Perſeum refertur.*

ΣΕΡΜΥΛΙΆ, πόλις περὶ τὸν Ἄθων, ὡς Ἑκαταῖος· ἔοικε δὲ ὡς παρὰ τὸ Σερμύλιον, τὸ ἐθνικὸν, Σερμυλιαῖος, καὶ Σερμυλία καὶ Σερμυλιεύς] Herodoto Σερμύλη dicitur lib. VII. cap. 122. Κάμψας δὲ Ἄμπελον τὴν Τορωναίην ἄκρην, παραμείβετο Ἑλληνίδας τάσδε πόλεις, ἐκ τῶν νέας τε καὶ στρατιὴν παρέλαβε, Τορώνην, Γαληψὸν, Σερμύλην, Μηκύβερναν, Ὄλυνθον. Ἡ μὲν νυν χώρη αὕτη, Σιθωνίη καλέεται. *Circumvectuſque Ampelon promontorium Toronæum, præternavigavit has Græcas urbes, unde & naves & commilitium ſumpſit, Toronam, Galepſon, Sermylam, Mecybernam Olynthum: quæ regio nunc Sithonia nominatur.* In quo loco pro Σερμύλην Phil. Jacobus Mauſſacus legit Οἰσύμην infeliciſſima conjectura, in Notis ad Harpocrationem pag. 231. Οἰσύμη enim ab altera parte *Strymonis* in *Thracia* fuit: Σερμύλη vero in Toronico ſinu ab hac parte montis *Athonis*. Apud Scylacem corrupte legitur Ἰσμύρια, pro Σερμυρία, vel Σερμυλία. Scholiaſtæ Thucydidis. Σερμυλὶς dicitur, Χαλκιδικὴ πόλις· ſcilicet eorum *Chalcidenſium*, qui prope *Athonem* habitaverunt; unde gentile Σερμύλιος apud Thucydidem lib. I. pag. 42. idem deductum exiſtimat. Veriſimile autem ita quoque apud Stephanum legendum in loci hujus fine: καὶ Σερμύλιος, καὶ Σερμυλιεύς.

ΣΕῬῬΕΙΟΝ, ἀκρωτήριον τῆς Θρᾴκης. Ἔστι καὶ πόλις Σαμοθρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σερῥεύς, καὶ Σερῥεώτης] Harpocration: Σέῤῥιον. τεῖχος, καὶ Σίῤῥιον, ὀνόματα χωρίων. Herodotus lib. VII. cap. 59. Ἐν τῷ Σάλη τε Σαμοθρηΐκη πεπόλισται πόλις καὶ Ζώνη· τελευταία δὲ αὐτοῦ, Σέῤῥιον, ἄκρη ὀνομαστή. Ὁ δὲ χῶρος οὗτος τὸ παλαιὸν ἦν Κικόνων. *Ubi Sala urbs Samothracia & Zona ſitæ ſunt: cujus ultima Serrhium nominatur, celebre promontorium, qui locus quondam fuerat Ciconum.* Livius lib. XXXI. cap. 16. *Deinceps alia caſtella, Cypſela, & Doriſcon, & Serrheum, occupat*, de Philippo. Denique Plinius lib. IV. cap. 11. *Mons Serrium & Zone, tum locus Doriſcus decem millium hominum capax.*

—— Ὡς τὸ Λαύριον, Λαυρεώτης] Pauſaniæ ſcribitur Λαύρειον in principio Operis: Πλέοντι δὲ ἐς τὸ πρόσω Λαύρειόν τέ ἐστι, ἔνθα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργύρου μέταλλα. *A Sunio porro navigantibus brevis ad Laurium via, ubi olim argenti metalla Athenienſibus fuere.* E quo loco patet etiam *Laurii* ſitus.

ΣΕΣΑΡΗΘΟΣ, πόλις Ταυλαντίων, ὡς φησὶν Ἑκαταῖος· καὶ τὸ ἐθνικὸν, Σεσαρήθιος] Infra v. Χελιδόνιον ex Hecatæo: Σεσαρηθίων πρὸς βορέῳ οἰκέουσι Χελιδόνιοι. *Seſarethiorum verſus boream vicini ſunt Chelidonii.* in *Illyrico* ſcilicet. Strabo lib. VII. pag. 326. Σεσαρησίους vocat; niſi ibi ex noſtro Σεσαρηθίους ſit corrigendum, uti Caſaubonus ad eum locum notat.

ΣΕΣΤΙΟΝ, πόλις ἐν μεσογείᾳ Οἰνώτρων. Τὸ ἐθνικὸν, Σεστιεύς, ὡς τὰ εἰς ον οὐδέτερα] Scribe, Σεστιεύς.

ΣΗΚΟΑΝΟΣ, ποταμὸς Μασσαλιωτῶν, ἀφ' οὗ τὸ ἐθνικὸν, Σηκόανοι, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν πρώτῃ] MSS. non habent: ἀφ' οὗ. Proculdubio autem non adſecutus eſt Stephanus *Artemidori* locum. Σηκόανος enim, vel Σηκουανὸς, uti apud Strabonem, vel Σηκοάνα, Latinis *Sequana*, longo intervallo a *Maſſilienſibus* diſtat.

ΣΗΛΥΜΒΡΙΆ, πόλις Θρᾴκης· κέκληται δὲ ἀπὸ Σήλυος. Βρία γὰρ κατὰ Θρᾷκας ἡ πόλις, ὡς Πολτυμβρία, ἡ Πόλτυος πόλις. Ὁ πολίτης, Σηλυμβριανός] Herodoto lib. VI. cap. 33. dicitur Σηλυβρία. & ita pariter Straboni lib. VII. pag. 319. Εἶτα Μεσημβρία Μεγαρέων ἄποικος, πρότερον δὲ Μενεβρία, οἷον Μενάπολις· τοῦ κτίσαντος Μένα καλουμένου, τῆς δὲ πόλεως βρίας καλουμένης Θρᾳκιστί· ὡς καὶ ἡ τοῦ Σήλυος πόλις Σηλυβρία προσηγόρευται, ἥ τε Αἶνος Πολτυοβρία ποτὲ ὠνομάζετο. *Sequitur Meſembria Megarenſium colonia, ante Menebria: id eſt, Menæ urbs dicta: quod conditori ejus Mene eſſet nomen: Bria autem vox Thracum lingua urbem ſignificat: ſicut & Selyos urbs Selybria appellatur, & Ænus aliquando Poltiobria dicta fuit.* Ex quo loco, quæ hic leguntur, deprompta ſunt. Xenophonti vero, uti noſtro dicitur, Σηλυμβρία, lib. I. Hiſt. Græc. pag. 430. & gentile, Σηλυμβριανός. Cæterum corrupte

urbis hujus nomen bis legitur apud auctorem Chron. Alexand. pag. 968. εἰς Ὀλυμβρίαν. &, ἀπ' Ὀλυμβρίας. quod hinc corrigas.

ΣΗΜΑΧΙ'ΔΑΙ, δῆμος Ἀττικὸς, ἀπὸ Σημάχου, οὗ καὶ ταῖς θυγατράσιν ἐπεξενώθη Διόνυσος] MSS. ᾧ καὶ τῶν θ. ε. Δ. atque itaque omnino legendum cenſet Salmaſius. Nam Euſebius quoque ſcribit *Bacchum* ab *Semacho* hoſpitio exceptum. Sed conſtructio Græci ſermonis & loquendi conſuetudo vulgatum probat.

ΣΗ'ΝΗ, πόλις Κελτική. Ὁ πολίτης, Σιωναῖος καὶ Σιώων] Supra: Σέννονες, ἔθνος Γαλατικὸν, iidem, qui hic Σιώωνες.

ΣΗ῀ΝΟΣ, πόλις Αἰγύπτου. Ἑκαταῖος ἐν αὐτῆς Περιηγήσει. Ὁ πολίτης, Σιωικός] Meminit hujus urbis auctor ſupra v. Πῶλις.

ΣΗ῀ΡΕΣ, ἔθνος Ἰνδικὸν ἀπροσμιγὲς ἀνθρώποις, ὡς Οὐράνιος ἐν τρίτῳ Ἀραβικῶν] De *Seribus* vide Euſtathium ad Dionyſium pag. 99.

ΣΗ'ΣΑΜΟΝ, πόλις Παφλαγονίας, ἐν ᾗ ᾤκησεν ὁ πρῶτος Φινεύς. Δίδυμος δὲ νῆσον αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Σησαμινοὶ καὶ Σησαμίτης] Meminit hujus urbis Homerus Iliad. B. v. 854.

Οἵ ῥα Κύτωρον ἔχον, καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο.

Qui Cytorum tenebant, & Seſamum incolebant.

Ad quem locum Euſtathius pag. 362. eadem habet, quæ hic leguntur. Scholiaſtes vetus Apollonii ad lib. II. v. 943. Σήσαμος πόλις Παφλαγονίας. Ὅμηρος· καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο. Τὸ δὲ Σήσαμον μετωνομάσθη Ἄμαστρις (nam ſic legendum pro Δάματρις, ut dictum ſupra v. Ἄμαστρις) ἀπὸ Δαρείου ἀδελφοῦ θυγατρός. Ἐκλήθη δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Σήσαμον λαβεῖν παρὰ Καρῶν ἀντὶ τῆς χώρας, βουλόμενον κτίσαι τὴν πόλιν.

ΣΗΣΤΟ'Σ, πόλις πρὸς τῇ Προποντίδι· λέγεται δὲ ἀρσενικῶς παρ' Ἐφόρῳ· Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ἐν τῇ Σηστῷ φασιν] De *Athenienſium* & Abydenorum ſuper hoc loco controverſia vide Euſtathium ad Iliad. B. pag. 263.

—— Ὁ πολίτης Σήστιος. ἔστι δὲ ὡς Φαιστὸς, Φαίστιος] Et fœmininum Σηστιάς. Sic Herodotus. Statio hinc formatur *Seſtiacus*, in Villa Tiburtina Manlii Vopiſci:

Seſtiacos nunc fama ſinus, pelaguſque natatum Jactet.

ΣΗΤΑΙ῀ΟΝ, χώρα περὶ Σύβαριν, ἔνθα Σηταίαν, μίαν τῶν αἰχμαλώτων, πείσασαν τὰς ἄλλας τῶν Ἑλλήνων ἐμπρῆσαι τὰς ναῦς, αὐτὴν ἐσταύρωσαν] Hauſta ſunt hæc ex Lycophrone in Caſſand. v. 1075.

Σήταια τλῆμον, σοὶ δὲ πρὸς πέτραις μόρος
Μίμνει δυσαίων ἔνθα γυιούχοις πέδαις
Οἴκτιστα χαλκείῃσιν ὠργυιωμένη
Θανῇ πυρὶ φλέξασα δεσποτῶν στόλον,
Ἔκβλητον αἰάζουσα Κράθιδος πέλας
Τόργοισιν αἰώρημα φοινίοις δέμας.
Σπίλας δ' ἐκείνη σῆς φερώνυμος τύχης
Πόντον πρὸς αὐγάζουσα φημισθήσεται.

Tibi vero miſera Setæa, mors ad petras
Infelix impendet, ubi tenacibus compedibus
Æneis deligata miſerrime
Morieris, combuſta dominorum claſſe
Expoſitum lugens prope Crathidem
Corpus, vulturibus cruentis ſuſpenſum.
Scopulus quoque ille, mare ſpectans
Tuæ cognominis fortunæ nuncupabitur.

Uti Tzetzes: Αὕτη ἡ Σήταια μία τῶν Τρωάδων ἦν, ἥτις αἰχμάλωτος ἀγομένη, ὡς ἐγένοντο περὶ Σύβαριν, συνεβούλευσε ταῖς λοιπαῖς Τρωάσι καταφλέξαι τὰς ναῦς τῶν δεσποτῶν, ὑποθεμένη αὐταῖς τὰ ἐν Ἑλλάδι μέλλοντα συμβήσεσθαι αὐταῖς κακά. Καὶ τούτου γενομένου, οἱ Ἕλληνες λαβόντες αὐτὴν, ἀνεσταύρωσαν καὶ προσήλωσαν πρὸς πέτραν, ἀφ' ἧς καὶ ἡ πέτρα Σήταια ἐκλήθη. Καὶ ὁ μὲν Λυκόφρων Σήταιαν λέγει τὴν τοῦτο συμβουλεύσασαν. Ἀπολλόδωρος δὲ, τὰς Λαομέδοντος θυγατέρας, Αἴθυλλαν, Ἀστυόχην, καὶ Μηδεσικάστην. Ὁ δὲ Πλούταρχος, Ῥώμην τινὰ μίαν τῶν αἰχμαλώτων, ἀφ' ἧς φασὶ κατά τινας καὶ τὴν Ῥώμην κληθῆναι. Αὐτὸς δὲ ἀπὸ Ῥωμύλου τὴν πόλιν φησὶ κληθῆναι. Pro αὐτὴν ἐσταύρωσαν MSS. hoc loco habent, αὐτοί. Sed rectius legeretur, οἱ Ἕλληνες.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σηταῖος] Apud Lycophronem fœmininum Σήταια ſcribitur.

ΣΗΤΙ'Α, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σητιηνοί] Scribe omnino, Σητῖνοι. Ita enim omnes Italici ſcriptores: & οἶνος Σητῖνος paſſim commendatur.

—— Ἔστι καὶ Σητὴ, πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, τῶν Σητῶν τῶν ἐν Βιθυνίᾳ, Σηταῖος· λέγονται καὶ Σητοὶ, ὡς Δελφοὶ καὶ Λοκροί] Excidit poſt τὸ, πόλις, τῆς Βιθυνίας, uti ex ſequentibus patet.

ΣΙ'ΒΑΙ, Ἰνδικὸν ἔθνος ἅμα Δηριάδῃ μαχεσάμενον Διονύσῳ, καθά φησι Διονύσιος] Apud Dionyſium in Perieg. v. 1141. corrupte legitur:

Τῶν δὲ μέσοι ναίουσι Σάβαι καὶ Τοξίλοι ἄνδρες,
Σκόδροι δ' ἑξείης.

Corrige, Σίβαι.

Inter hos autem fluvios medii habitant Sibæ & Toxili viri.
Scodri vero deinceps:.

Ita enim etiam Straboni dicuntur lib. XV. Verum hic Dionyſius hoc loco non allegatur, ſed alius, qui *Baſſarica* metrice ſcripſit.

ΣΙΒΕΡΗΝΗ', πόλις Οἰνώτρων. Τὸ ἐθνικὸν, Σιβερηνός· προκατελήφθη γὰρ ὁ τύπος τῷ πρωτοτύπῳ] Hodie appellatur *S. Severinæ*, oppidum inter *Clibanum* montem amnemque *Neæthum* in *Bruttio*: & jam ſic appellatum Conſtantini Porphyrogennetæ temporibus. Hic enim lib. II. Them 10. Μόνη δὲ ἀντιπέραν ἡ Καλαβρία κρατεῖται παρὰ τῶν Χριστιανῶν. ἐν ᾗ καὶ τὸ Ῥήγιον ἐστὶ καὶ τὸ πολιμάτιον τῆς ἁγίας Κυριακῆς, τῆς τε ἁγίας Σεβηρίνης καὶ ὁ Κρότων

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Κρότων καὶ ἄλλα τινὰ, ὧνπερ ὁ στρατηγὸς Καλαβρείας κυριεύει. *Sola vero trans mare Calabria a Chriſtianis tenetur, in qua etiam Rhegium eſt, & oppidulum Sanctæ Cyriacæ & Sanctæ Severinæ & Croto & alia quædam oppida, quibus Prætor Calabriæ dominatur.*

ΣΙ'ΓΓΑΡΑ, πόλις Ἀραβίας πρὸς τῇ Ἐδέσσῃ, ὡς Οὐράνιος ἐν πρώτῳ Ἀραβικῶν. Ὁ πολίτης, Σιγγαρηνός] Meminit hujus urbis Julianus Orat. I. pag. 41. Οὐκοῦν οὐδ' οἶδα ὅτι πάντες ἂν μέγιστον φήσαιεν πλεονέκτημα τῶν βαρβάρων τὸν περὶ τῶν Σιγγάρων πόλεμον. *Igitur barbarorum ſucceſſum maximum ſcio habituros omnes illud prælium quod ad Singara geſſimus.* & pag. ſeq. oſtendit prope *Tigrim* fuiſſe.

ΣΙ'ΓΓΟΣ, πόλις περὶ τὸν Ἄθων. Τὸ ἐθνικὸν, Σίγγιος, καὶ Σιγγικὸς τὸ κτητικὸν, καὶ Σιγγαῖος] Herodotus lib. VII. cap. 122. Ὁ μέντοι ναυτικὸς στρατὸς ὡς ἀπείθη ὑπὸ Ξέρξεω καὶ διέπλωσε τὴν διώρυχα τὴν ἐν τῷ Ἄθῳ γενομένην, διέχουσαν δὲ ἐς κόλπον, ἐν τῷ Ἄσσα τε πόλις καὶ Πίδωρος καὶ Σίγγος καὶ Σάργη οἰκέαται. *Nauticus porro exercitus ubi a Xerxe diſceſſit, foſſam navigavit in Atho depreſſam ac productam ad ſinum, in quo Aſſa & Pidorus & Singus & Sarga urbes ſitæ ſunt.* Σιγγαῖος autem legitur, aut legi debet, ſupra v. Ἔλγος.

ΣΙ'ΓΕΙΟΝ, πόλις Τρωάδος, ὡς Στράβων τρίτῃ. Ὁ πολίτης, Σιγειεύς· τὸ θηλυκὸν, Σιγειὰς καὶ Σιγειακός] Immò τρισκαιδεκάτῃ vel ιγ'. pro τρίτῃ vel γ'. De *Troade* enim agit Strabo lib. XIII. & pag. 595. τὴν Σιγειάδα ἄκραν vocat.

—— Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἐθνικὸν, Σίγειος] Pomponius Mela lib. II. cap. 7. *Tenedos Sigeis adverſa littoribus.* Apparet autem ſupra v. Αἴλια hic quædam deeſſe.

ΣΙ'ΓΗ, πόλις Τρωάδος, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σιγίτης] Eadem cum præcedenti.

ΣΙ'ΓΝΙΝΑ, πόλις Ἰταλίας, ὡς Στράβων τρίτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Σιγνιανός] Scribe: ΣΙΓΝΙ'Α π. Ι. ὡς Στράβων πέμπτῃ. Ita enim Strabo lib. V. pag. 237. & ſic cæteri auctores.

ΣΙ'ΓΡΙΟΝ, Λέσβου λιμήν. Τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ Σιγριεὺς καὶ Σίγριος] Arrianus lib. II. de Exped. Alex. pag. 29. ἄκραν τῆς Λέσβου τὸ Σίγριον vocat, & Strabo lib. XIII. pag. 616. Σίγριον, τὸ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς ἄκρον. *Sigrium Lesbi verſus ſeptentrionem promontorium.*

ΣΙ'ΓΥΝΟΣ, πόλις Αἰγυπτίων, ὡς Κτησίας ἐν πρώτῳ Περίπλων. Οἱ πολῖται Σίγυννοι] Apollonius Rhodius lib. IV. v. 320. Σιγύννους gentem facit *Scythicam*:

> Οὔτ' οὖν Θρήϊξι μιγάδες Σκύθαι, οὔτε Σίγυννοι.
>
> *Neque Thracibus miſtim habitantes Scythæ, neque Sigynni.*

& Herodotus lib. V. cap. 9. Σιγύνας vocat ponitque trans Iſtrum: Μούνους δὲ δύναμαι πυθέσθαι οἰκέοντας πέρην τοῦ Ἴστρου ἀνθρώπους, τοῖσι οὔνομα εἶναι Σιγύνας, ἐσθῆτι χρεωμένους Μηδικῇ. *De nullis autem poſſum quidquam accipere, qui trans Iſtrum habitent, præterquam de Sigynis.* & paullo poſt: Κατήκειν δὲ τούτων τοὺς οὔρους ἀγχοῦ Ἐνετῶν τῶν ἐν τῷ Ἀδρίῃ. Εἶναι δὲ Μήδων σφέας ἀποίκους λέγουσι. Ὅκως δὲ οὗτοι Μήδων ἄποικοι γεγόνασι, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω ἐπιφράσασθαι. Γένοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ. Σιγύνας δ' ὦν καλέουσι Λίγυες οἱ ἄνω ὑπὲρ Μασσαλίης οἰκέοντες τοὺς καπήλους· Κύπριοι δὲ τὰ δόρατα. *Horum fines proxime accedere ad Enetos, qui ſunt in Adria. Eos quoque ſe colonos Medorum dicere: qui quo pacto coloni Medorum fuerint equidem non queo dicere: ſed nihil eſt quod non contingere poſſit intra longum tempus. Sigynas quidem certe Ligures, qui ſupra Maſſiliam incolunt, inſtitores appellant: Cyprii jacula.* Nunc eoſdem *Sigunos* & *Tartaros* vocamus. Ab his diverſi ſunt Σίγιννοι, *Caucaſi* montis incolæ, apud Strabonem lib. XII. pag. 520. quos Orpheus Argonaut. v. 754. Σιγύμνους vocat inter *Byzeras* & *Colchos*:

> Βύζηράς τ' ἐπὶ τοῖσιν, ἰδ' ἄξενα φῦλα Σιγύμνων.
>
> *Byzeras ſuper hos & inhoſpitales gentes Sigymnorum.*

Quid igitur hoc loco eſt Αἰγυπτίων; An *planos* intelligit, quos vulgo *Ægyptios* dicimus?

ΣΙΔΑΡΟΥ̃Σ, πόλις καὶ λιμήν. Τὸ ἐθνικὸν, Σιδαρούντιος, ὡς Τραπεζούντιος] *Lyciæ* portum & promontorium hoc nomine commemorat Scylax.

ΣΙ'ΔΗ, πόλις Παμφυλίας, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ] Meminit Arrianus lib. I. de Exped. Alexand. pag. 26. ubi originem hujus urbis deſcribit.

—— Κέκληται δὲ ἀπὸ Σίδης, τῆς θυγατρὸς Μενταύρου] Scribe: τῆς θυγατρὸς μὲν Ταύρου. Quamvis Scaliger ad Euſebium pag. 38. vulgatum ſequitur: ſed male.

—— Γυναικὸς δὲ Μώλου, ἀφ' οὗ ἡ νῆσος] MSS. Κιμώλου. Forte legendum, Τμώλου. Vide infra v. Τύμωλος pro Τμῶλος. Niſi potius ſcribendum ſit Μήλου. Apud Photium enim in Excerpt. Ptolemæi, Hephæſtionis, Cod. CXC. pag. 489. Μῆλος Scamandri dicitur filius & ab eo nata fabula de *malo* aureo his verbis: ὡς Σκαμάνδρου τοῦ ποταμοῦ υἱὸς Μῆλος γένοιτο καλὸς τὴν ὥραν, περὶ οὗ ἐρίσαι Ἥραν τε καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀφροδίτην, τίνος γένοιτο ἱερεύς; Ἀλέξανδρον δὲ κρῖναι νικᾶν Ἀφροδίτην· ἐκ ταύτης γοῦν τῆς ἱστορίας ὁ περὶ τοῦ μήλου λόγος διεδόθη. *Scamandro flumini natum ajunt filium Melum, inſigni corporis forma, ejuſque cauſſa contendiſſe ajunt Junonem, Palladem, & Venerem, cujus potiſſimum Sacerdos eſſet. Paridem vero judicando ſecundum Venerem ſententiam dixiſſe, atque ex ea hiſtoria fabulam de malo eſſe ortam.* Verum *inſulam ab hoc denominatam* me legiſſe non memini: hoc enim vult per verba: ἀφ' οὗ ἡ νῆσος: ut patet ſupra v. Θαυμακία.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Sed Κίμωλος inſula circa *Cretam* teſte Strabone lib.x. pag. 484. unde MSS. hoc loco ſcriptura adſtruitur.

—— Ὁ πολίτης, Σιδήτης· τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἔχει τοῦ η, διὰ τὸ βαρὺν τοῦ πρωτοτύπου τόνον] Nummus Antonini Pii apud Pyrrhum Ligorium & Franciſcum Gotifredum, in quo Minerva gradiens & haſtam vibrans, habet: ΣΙΔΗΤΩΝ. in adverſa caput laureatum Nymphæ conſpicitur, quæ forte *Side*. Habebat autem hæc urbs celebre Minervæ templum Strabone teſte lib.xiv. p.667. Similiter legitur in Domitiani nummo apud eundem Gotifredum circum figuram muliebrem ſedentem, quæ Victoriolam manu ſuſtinet. Goltzius quoque nummum adfert cum inſcriptione, ΣΙΔΗΤΩΝ. Item in Gallieni nummo, apud Gotifredum, coronæ inſcriptum legitur: ΣΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ ΝΕΩΚΟΡΩΝ· & apud Triſtanum Tom. II. pag. 47. in Albini nummo: ΣΙΔΗΤΩΝ. & in Gallieni, apud Ill. Camillum Maximum, circum navem veliferam: ΣΙΔΗΤΩΝ ΝΕΩΚΩΡΩΝ. Unde apud Arrianum lib. I. de Exped. Alex. pag. 26. male Σιδῖται aliquoties ſcribi videtur. Nihilominus in Philippi ſenioris nummo, in Mediceis Gazis, menſæ vas munerarium ſuſtinenti inſcriptum: ΣΙΔΙΤΩΝ.

ΣΙΔΗ'ΝΗ, πόλις Λυκίας, ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακῶν τετάρτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σιδηνός] Straboni lib. XIII. pag. 587. ſcribitur gravi cum accentu: Ἐπὶ δὲ Γρανικῷ πόλις ἦν Σιδηνὴ, χώραν ἔχουσα πολλὴν ὁμώνυμον· κατέσπασται δὲ νῦν. *Ad Granicum ſita fuit urbs Sidena, multum habens agri cognominis: nunc diruta eſt.*

—— Ὡς Σοφηνός] Scribe: Σωφηνός. ut infra v. Σωφηνή.

ΣΙΔΟΥ͂Σ, κώμη Κορίνθου, ἢ Μεγαρίδος ἐπίνειον] Athenæus lib. III. pag. 82. Διάφορα δὲ μῆλα γίνεται ἐν Σιδοῦντι. Κώμη δ᾽ ἐστὶν αὕτη Κορίνθου, ὡς Εὐφορίων ἢ Ἀρχύτας ἐν Γεράνῳ φησὶν &c. *Excellentia quidem mala naſcuntur in Sidunte agri Corinthii vico, ut auctor eſt Euphorion ſive Archytas in Grue.* Scylaci Τεῖχος Σιδοῦς. Plinio lib. IV. cap. 7. oppidum *Sidus*.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σιδούντιος] Heſychius: Σιδουντιὰς κώμη τῆς Κορινθίας.

ΣΙ'ΔΟΥΣΣΑ, πόλις Ἰωνίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἐν δὲ Σίδουσσα πόλις] Meminit Thucydides lib. VIII. pag. 571.

ΣΙ'ΔΥΜΑ, πόλις Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος μέμνηται ἐν πρώτῳ Λυκιακῶν. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Σιδύμου. Ὁ πολίτης, Σιδυμεύς] Ita Ptolemæo dicitur lib. V. cap. 3. (niſi apud illum Δίδυμα ſit legendum) & in antiquo Hieroclis MS. Σίδυμα quoque ſcribitur, non Δίδυμα, ut editum: & ſic Hypatius *Sidymenſis* Epiſcopus ſubſcripſit Synodicæ ad Leonem Imperatorem epiſtolæ.

ΣΙΔΩ'Ν, πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ] In nummo Trajani circum figuram muliebrem proræ navis inſidentem: ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ. LZKE. Hunc nummum male intellectum profert Erizus pag. 326. habetque ab Ænea Vico delineatum Ill. Eques de Puteo: ſed nec ille legere potuit. In alio Heliogabali circum figuram togatam duobus bobus coloniam deſcribentem cum vexillo erecto ſupra boves: AVR. PIA. SIDON. COLONIA. in vexillo: III. CAC. Similem Juliæ Soëmiæ, in quo: COL. AVREL. PIA. METROPOL. SIDON. adfert Ortelius in Theſauro h. v. A quo non abit Gordiani, apud Sereniſſ. Principem Leopoldum, in quo circum carpentum: COL. AV. PIA. METP. SID.

—— Ὁ πολίτης, Σιδώνιος διὰ τοῦ ω μεγάλου καὶ διὰ τοῦ ο μικροῦ· καὶ Σιδωνὶς τὸ θηλυκὸν, ἀλλὰ καὶ Σιδὼν ἐθνικόν] Apud Pyrrhum Ligorium octo conſpiciuntur nummi, in quibus ΣΙΔΩΝΙΩΝ. &, ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Apud Franc. Gotifredum nummus extat Trajani in quo circum Europen tauro inſidentem: CΙΔΩΝΟC ΘΕΑC. Atque ſic pariter in alio in corona hederæ: item in alio ſuper triremem. Extant quoque tales in Mediceis Theſauris.

ΣΙΘΗΝΟΙ', ἔθνος παρακείμενον τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ] Hinc forte Heſychius intelligendus, apud quem: Σιδόνιοι, Φοίνικες, καὶ οἱ τὴν ἐρυθρὰν οἰκοῦντες θάλασσαν. Niſi potius *Sidonii* a *Rubro* mari profecti, uti nonnulli tradiderunt teſte Strabone lib. I. pag. 42. & lib. XVI. 764.

ΣΙΘΩΝΙ'Α, μέρος Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σιθώνιος καὶ Σιθωνίη] Fuit ad *Toronicum* ſinum teſte Herodoto lib. VII. cap. 122. ubi poſtquam enumeraſſet urbes Toronen, Galepſon, Sermylen, Mecybernam, Olynthum, ad *Toronicum* ſinum ſitas, addit: Ἡ μὲν νυν χώρη αὕτη Σιθωνίη καλέεται. *Hæc autem regio nunc Sithonia nominatur.*

ΣΙΚΑΝΙ'Α, ἡ περίχωρος Ἀκραγαντίνων. Καὶ ποταμὸς Σικανὸς, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος] Tzetzes ad Lycophronis v. 951. Σικανοὺς τινὲς τοὺς Σικελοὺς ἐδέξαντο πάντας. Ἄλλοι δὲ μέρος Σικελῶν τὴν Σικανίαν φασὶ, πόλιν οὖσαν περὶ Ἀκραγαντίνους κειμένην.

ΣΙΚΕΛΙ'Α, ἡ χώρα, καὶ ἡ νῆσος] Diſtinguit *regionem & inſulam. Regionis* meminit Heſychius: Σικελία, χώρα Θρᾴκης.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σικελοὶ καὶ Σικελιῶται. Καὶ οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ &c. οἱ δ᾽ ἐπιγενόμενοι &c.] Suidas v. Ἰταλία verbotenus fere hæc tranſcripſit.

—— Οὕτω Ἰταλίας καὶ Σικελίας, Ἰταλιῶται καὶ Σικελιῶται] Scribe: οὕτως ἀπὸ τῆς Ἰταλίας &c. ut apud Suidam dicto loco. Quod Cluverius jam notavit.

ΣΙ'ΚΗΜΟΣ, πόλις Ἀραβίας καὶ Σίκημα. Τὸ ἐθνικὸν,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ἐθνικὸν, Σικήμιος καὶ Σικημίτης. οὐ γὰρ Σίκημα, τὸ ἐθνικὸν Σίκημοι] Flavius Joſephus lib. VI. Antiq. cap. 8. pag. 184. Σικιμιτῶν ἔθνος, οὗτοι γὰρ ἐν τῇ Μαδιανῇ χώρᾳ μέσοι κατοίκηνται. *Sicimitarum gens, qui in Madianæ terræ meditullio habitant. Madianitæ* autem ſupra *Arabiæ* tribuuntur. Idem lib. XI. Antiq. cap. 8. Σίκιμα & Σικιμίτας *Samariæ* accenſet. Vide Theodoti locum apud Euſebium lib. IX. Præparat. Euang. cap. 32. E quibus videri poſſet, Σίκιμος & Σίκιμα hic legendum.

ΣΙ'ΚΗΝΟΣ, νῆσος περὶ τὴν Κρήτην, ὡς Στράβων δεκάτῃ. Αὐτὴ Οἰνόη πρότερον ἐκαλεῖτο] Ita pariter ſcribitur apud Strabonem lib. X. pag. 484. Sed utrobique corrupte: Σίκινος enim appellata, uti ex Solonis verſu patet apud Diogenem, in quo ſyllaba κι corripitur:

Εἴην δὴ τότ᾽ ἐγὼ, Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης

Ἀντί γ᾽ Ἀθηναίου πατρίδ᾽ ἀμειψάμενος.

Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ᾽ ἀνθρώποισι γένοιτο,

Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμιν᾽ ἀφέντων.

Eſſem utinam tunc ego Pholegandrius aut Sicinites

Pro Athenienſe, patriam immutans.

Cito enim fama hæc inter homines pervadet,

Atticus iſte vir Salaminem prodeuntium.

Dicitur autem hæc inſula ſita *circa Cretam, & Oenoë prius appellata.* Apollonius Rhodius lib. I. v. 623. & 624.

Καὶ τὸν μὲν ἐς Οἰνοίην ἐρύσαντο

Πρόσθεν, ἀτὰρ Σίκινόν γε μεθύστερον αὐδηθεῖσαν.

Et illum quidem in Oenœam traxerunt

Sic quondam, poſtea vero Sicinum dictam.

Ubi Scholiaſtes: Σίκινος δέ ἐστι νῆσος τις περὶ τῆς Εὐβοίας τὸ πρότερον Οἰνοίη καλουμένη, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ἀμπελόφυτον. Μνημονεύει δὲ τῆς μετονομασίας Ξεναγόρας, λέγων ὅτι μετωνομάσθη ἀπὸ Σικίνου υἱοῦ Θόαντος καὶ Νηΐδος νύμφης. Ὅτι δὲ ἐνθάδε Θόας ἐσώθη καὶ Κλέων ὁ Κουριεὺς ἱστορεῖ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς, δεικνὺς ὅτι παρὰ Κλέωνος τὰ πάντα μετήνεγκεν Ἀπολλώνιος. Non pugnant autem περὶ τὴν Κρήτην & περὶ τῆς Εὐβοίας. Sed utrumque verum, quia medio fere loco ſita. Rectius tamen circa *Cretam* ponitur quam circa Eubœam. Diſtat enim ſex tantum milliaribus ab *Io*, uti teſtatur Nautica Mediterranea Græcorum: *Ios* autem circa *Cretam*. Vide Strabonem d. l.

—— Ὁ οἰκήτωρ, Σικηνίτης, ὡς νῆσος νησίτης] In Solonis carmine ante adducto: Σικινίτης.

ΣΙΚΥΩ'Ν, πόλις Πελοποννήσου. Λέγεται καὶ θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. Ἡ δ᾽ αὐτὴ ἐκλήθη Μήκων] Scribe, Μηκώνη. Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 291. Σικυὼν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν γεωγράφον Μηκώνη πρότερον ἐκαλεῖτο. Πρὸ δὲ τούτου Αἰγιαλοί. Μέμνηται δὲ Μηκώνης καὶ Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ. Straboni ita dicitur lib. VIII. pag. 382. Τὴν δὲ Σικυῶνα πρότερον Μηκώνην ἐκάλουν, ἔτι δὲ πρότερον Αἰγιαλούς. *Sicyon prius Mecone fuit & ante Ægiali.* Heſiodo vero in Theogon. v. 536.

Καὶ γὰρ ὅτ᾽ ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοί τ᾽ ἄνθρωποι

Μηκώνῃ.

Etenim quando diſceptabant inter ſe Dii mortaleſque homines

Meconæ.

Ad quem locum bis corrupte Μηκύνη ſcribitur in Scholiis antiquis pag. 281. pro Μηκώνη. uti alio errore Μυκώνη bis aut ter apud Pindari Scholiaſten Nem. Od. IX. pag. 414.

—— Καὶ Τελχινία] A *Telchine* tertio *Sicyoniorum* Rege, quem recenſet Euſebius.

—— Ὁ πολίτης, Σικυώνιος, καὶ ὑποδήματα Σικυώνια] Hinc in Plautillæ nummo circum hominem nudum fugientem, apud Franc. Gotifredum: ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ. Hinc etiam Σικυωνόθεν apud Pindarum Nemeis.

ΣΙΜΟ'ΕΙΣ καὶ Σιμοῦς, ὡς Ὀπόεις, Ὀποῦς] Σιμοῦντος, genitivus, legitur apud Callimachum pag. 41.

—— Παράγωγον, Σιμούντιος, καὶ θηλυκὸν, Σιμουντίς] In certamine Homeri & Heſiodi pag. 323.

Ἡμεῖς δ᾽ ἀμπεδίον Σιμούντιον ἥμενοι οὕτως.

Euripides Rhæſo v. 826.

Οὐ μὰ τὰς Σιμοεντίδας

Πηγὰς, μή μοι κότον ὦ ἄνα θῇς.

Non per Simoëntios

Fontes, ne mihi iraſcaris o Rex.

& Hecuba v. 642.

Κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ

Ὀλέθριον ἔμολε.

Malum Simoëntidi terræ

Exitiale venit.

Ariſtophanes Theſmophor. pag. 771. ridens Euripidem.

Ἄγε νῦν ὅπλιζε Μοῦσα

Χρυσέων ῥύτορα τόξων

Φοῖβον ὃς ἱδρύσατο χώρας

Γύαλα Σιμουντίδι γᾷ.

Age nunc arma Muſa

Aureorum præſidem arcuum

Phœbum, qui extruxit regionis

Colles in terra Simoëntide.

ΣΙ'ΜΥΡΟΣ, πόλις Συρίων. Ἔφορος δὲ Σίμυρα οὐδετέρως αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Σιμύριος. οὐ γὰρ οὐδετέρου, Σιμυρεύς] Mela quoque ſic vocat, ut Ephorus, lib. I. cap. 12. *Tum Simyra caſtellum & urbs non obſcura Marathos.* Eadem procul dubio, quæ ſupra Ἴμυρα dicitur, πόλις Φοινίκης. Mela enim d. l. & Ptolemæus lib. V. cap. 15. *Simyra* in *Phœnicia* ponunt.

ΣΙ'ΝΔΟΙ, ἀπὸ μεσημβρίας τῆς Μαιώτιδος λίμνης· ἔνιοι δὲ καὶ τὸ Σινδικὸν λιμένα φασὶν εἶναι Μαιωτῶν ἀπόσπασμα] Strabo lib. XI. pag. 495.

Τῶν Μαιωτῶν δ' εἰσὶν αὐτοί τε οἱ Σίνδοι καὶ Δανδάριοι καὶ Τορεάται καὶ Ἄγροι καὶ Ἄρρηχοι. *De Mæotis ſunt Sindi, Dandarii, Toreatæ, Agri, Arrechi.* Scholiaſtes vetus Apollonii ad lib. IV. v. 322. de hac gente & hujus vocis ſcriptura hæc habet: Τὸ δὲ Σίνδοι Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ ἔκτῳ τῆς καθόλου βαρυτονεῖν, φησὶ δεῖν· τινὲς δὲ ὀξύνουσιν, οὐκ εὖ. Καὶ Ἱππώναξ δὲ μνημονεύει, πρὸς τὸ Σινδικὸν διάσφαγμα. Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν φησί· Βόσπορον δὲ πλεύσαντι Σινδοί· ἄνω δὲ τούτων Μαιῶται (ſic ſcribendum, non Μαλιῶται, ut editur) Σκύθαι. Heſychius: ἡ Σινδὶς, ἡ Σκυθία, καὶ ἡ πόρνη. Corrigendus autem in hac voce Herodotus lib. IV. cap. 28. Καὶ ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου οἱ ἐντὸς τάφρου Σκύθαι κατοικημένοι στρατεύονται· καὶ τὰς ἁμάξας ἐπελαύνουσι πέρην ἐς τοὺς Ἰνδούς. Scribe: Σινδούς. *Super quam glaciem omnes qui intra foſſam incolunt Scythæ exercitus ducunt & plauſtra agunt uſque ad Sindos.* & cap. 86. Ἐς δὲ Θεμίσκυραν τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς (κατὰ τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ Πόντου εὐρύτατον) τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο νυκτῶν πλόος. Scribe: ἐκ τῆς Σινδικῆς. *E Sindica autem* (Interpres vertit, *e Scythica*) *ad Themiſcyram, quæ eſt ſuper flumen Thermodontem (hic namque Ponti latiſſimum eſt) trium dierum duarumque noctium eſt navigatio.*

— Λέγεται καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον] Heſychius: Σινδικὸν, διάσφαγμα τὸ τῆς γυναικός. Ita Hipponax apud Apollonii Scholiaſten loco paullo ante adducto.

ΣΙΝΘΟΣ, πόλις παρὰ τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Σίνθιος] Apud Herodotum lib. VII. cap. 123. legitur: Πλέων δὲ ἀπίκετο ἔς τε τὴν προειρημένην Θέρμην καὶ Σίνδον τε πόλιν καὶ Χαλέστρην ἐπὶ τὸν Ἄξιον ποταμὸν, ὃς οὐρίζει χώρην τὴν Μυγδονίην τε καὶ Βοττιαιΐδα. *Donec ad Thermam, quo præceptum erat, perventum eſt & ad urbem Sindum & ad Chaleſtram ſuper Axium ſitam flumen, quod Mygdoniam terram dirimit a Bottiæide.* Ergo noſter ex Herodoto, vel is ex noſtro corrigendus eſt.

ΣΙΝΟΕΣΣΑ, πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σινοεσσαῖος καὶ Σινοεσσηνός] Immo *Italiæ*. Sed magna Italiæ pars Stephani ætate *Sicilia* appellabatur.

ΣΙΝΤΙΑ, πόλις Μακεδονίας πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, ὡς Εὔδοξος ἐν τετάρτῳ γῆς περιόδου. Οἱ οἰκοῦντες Σιντοὶ ὀξυτόνως. Γίνεται δέ τι θαυμαστὸν παρ' αὐτοῖς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Ποταμόν τινα εἶναι Πόντον προσαγορευόμενον, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους, οἱ καιόμενοι τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθραξι. Ῥιπιζόμενοι μὲν γὰρ ἀποσβέννυνται ταχέως· ὕδατι δὲ ῥαινόμενοι, ἀνάπτονται. Ὅταν δὲ δὴ καίωνται, πονηρὸν ὄζουσι, καὶ παραπλήσιον ἀσφάλτῳ· καὶ τὴν ὀσμὴν οὕτω δριμεῖαν ἔχουσιν, ὡς μηδὲν τῶν ἑρπετῶν ὑπομένειν καιομένων αὐτῶν.] Habet hæc *Ariſtoteles* in libro de Mirab. Auſcult. cap. 123. his verbis: Λέγεται δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν Σιντῶν καὶ Μαιδῶν χώραν καλουμένην τῆς Θρᾴκης, ποταμόν τινα Πόντον προσονομαζόμενον ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους οἱ καίονται, καὶ τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθραξι. Ῥιπιζόμενοι γὰρ, σβέννυνται ταχέως· ὕδασι δὲ ῥαινόμενοι ἀναλάμπουσι καὶ ἀνάπτουσι κάλλιον· παραπλησίαν δὲ ἀσφάλτῳ, ὅταν καίωνται, καὶ πονηρὰν ὀσμὴν οὕτω καὶ δριμεῖαν ἔχουσιν, ὥστε μηδὲν τῶν ἑρπετῶν ὑπομένειν ἐν τῷ τόπῳ καιομένων αὐτῶν. Ita recte in Græco eſt editum pro Σκυθῶν καὶ Μεδῶν, quomodo perperam prius edebatur; verſio corrigenda adhuc reſtat hoc modo: *Ferunt & circa Sintos Mædoſque Thraciæ fluvium, quem Pontum vocant, lapides deferre, qui ardent, contraria omnino natura prunis ligneis, quippe qui agitati ſufflatique reſtinguuntur; aquis autem reſperſi exardeſcant reſplendeantque. Cæterum uſtis quemadmodum bitumini adeo gravis fætor eſt, ut reptilia penitus omnia e locis iis abigat.* Utrumque enim vocabulum ſic reſcribendum ex noſtro evincitur tam hic, quam ſupra v. Μαιδοί. Corrigendus & Nicandri Scholiaſtes, apud quem pag. 8. Ἡ δὲ Θρῇσσα, λίθος ἐστὶν, ἥτις βραχεῖσα τῷ ὕδατι καίεται· ὅτε δὲ εἰς αὐτὴν ἔλαιον βληθῇ, σβέννυται. Ἀριστοτέλης δέ φησι τὸν ποταμὸν τοῦτον ἐν Μηδικῇ καὶ Ἰνδικῇ εἶναι ἐν ᾧ καὶ ὁ λίθος οὗτος γίνεται. Scribe: ἐν Μαιδικῇ καὶ Σιντικῇ. Idem de hoc lapide refert Antigonus Hiſt. Mirab. cap. 151. qui *Pontum* fluvium ait περὶ τὴν τῶν Ἀγρίων Θρᾳκῶν χώραν. *in regione Thracum, qui Agrii appellantur.* Lapis Dioſcoridi Θρᾳκίας dicitur lib. v. cap. 147. Ὁ δὲ λεγόμενος Θρᾳκίας γεννᾶται μὲν ἐν Σκυθίᾳ, ἐν ποταμῷ τῷ λεγομένῳ Πόντῳ. Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ Γαγάτῃ. Ἱστορεῖται δὲ ἐκκαίεσθαι μὲν αὐτὸν ὕδατι, σβέννυσθαι δὲ ὑπὸ ἐλαίου. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἀσφάλτου γίνεται. Pro Σκυθίᾳ ſcribe in hoc loco, Σιντίᾳ. *Lapis Thracius dictus gignitur in flumine quodam apud Sintiam, cui Ponto nomen eſt. Vis eadem quæ Gagatæ. Traditur autem accendi aqua, oleo vero reſtingui: id quod etiam bitumini accidit.* Nicander in Theriacis v. 45.

Ἢ σύ γε Θρηΐσσαν ἐνὶ φλέξας πυρὶ λᾶαν,
Ἥ θ' ὕδατι βρεχθεῖσα σελάσσεται, ἔσβεσε δ' αὐτὴν
Τυτθὸν ὅτ' ὀδμήσηται ἐπιρρανθέντος ἐλαίου.
Τὴν ἀπὸ Θρηϊκίου νομέες ποταμοῖο φέρονται,
Ὃν Πόντον καλέουσι, τόθι Θρήϊκες ἀμορβοὶ
Κρειοφάγοι μήλοισιν ἀεργηλοῖσιν ἕπονται.

Quod Joannes Gorræus ſic vertit:

Threicium pariter Vulcano trade lapillum,
Qui lymphis madidus flamma collucet, at idem
Protinus affuſo flammam reſtinguit olivo,
Illum carnivori, pecudes dum rure ſequuntur;
Paſtores ad nos primum vexere repertum

Flumine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Flumine Threicio, quem Pontum nomine dicunt.

— Λέγονται καὶ Σίντιοι, καὶ Σίντιον, τὸ οὐδέτερον] Σίντιες ab Homero & Hellanico vocantur *Lemnii* & ipſa *Lemnos* Σιντηῒς dicitur ab Apollonio lib. I. v. 608.

Εἰρεσίῃ κραναὴν Σιντηΐδα Λῆμνον ἵκοντο.
Remigando in aſperam Lemnum Sintiacam venerunt.

Ubi Scholiaſtes: Ἐπιθετικῶς Σιντηῒς, ἡ Λῆμνος. Τυρσηνοὶ γὰρ αὐτὴν πρῶτοι ᾤκησαν, βλαπτικώτατοι ὄντες· ἢ τὴν ὑπὸ τῶν βαρβάρων οἰκισθεῖσαν. Καὶ Ὅμηρος, Ὤχετο δ' ἐς Λῆμνον μετὰ Σίντιας ἀγελοφώνους. Ἑλλάνικος δέ φησιν Σίντιας ὀνομασθῆναι τοὺς Λημνίους, διὰ τὸ πρώτους ὅπλα ποιῆσαι πολεμικὰ πρὸς τὸ σίνεσθαι τοὺς πλησίον καὶ βλάπτειν. Unde patet apud Heſychium mendoſe legi: Σίντιες, Θρακῶν τι γένος, οἱ δὲ τοὺς τὴν λίμνην οἰκοῦντας. Scribendum autem: τοὺς τὴν Λῆμνον ο. Orpheus Argon. v. 469.

Σιντιακαῖς δ' ὀφρύσιν ἐκέλσαμεν ὠκύαλον ναῦν,
Λήμνῳ ἐν ἠγαθέῃ.
Sintiacis vero littoribus inde appulimus celerem navem,
In Lemno divina.

ΣΙΝΩΠΗ, πόλις διαφανεστάτη τοῦ Πόντου, κτίσμα Μακελτίου Κῴου, ὥς φησι Φλέγων] MSS. κτίσμα Κελτίου Κ. atque ita legendum Euſtathius docet ad Dionyſium pag. 102. Ἡ Σινώπη, ἡ λεγομένη καὶ Σινωπικὴ χερρόννησος, κτίσμα, κατά τινας, Κελτίου, ἀνδρὸς Κῴου· ἧς, κατὰ Διόδωρον, ἄποικος ἡ Τραπεζοῦς, πόλις Ἑλληνὶς, πρὸς τῇ τῶν Κόλχων χώρᾳ κειμένη. Ὁ δὲ αὐτὸς Διόδωρος καὶ Μιλησίων ἄποικον τὴν Σινώπην λέγει, μέγιστον ἀξίωμα ἔχουσαν. ἐν ᾗ καὶ τὰ Μιθριδάτου βασίλεια τοῦ πρὸς Ῥωμαίους διαπολεμήσαντος. (Quæ leguntur apud Diodorum lib. XIV. pag. 413.) Item Anonymus de Ponto Euxino. Natus autem error ex repetita perperam præcedentis vocis ultima ſyllaba.

ΣΙΠΥΛΟΣ, πόλις Φρυγίας· Ἑλλάνικος Ἱερειῶν πρώτῳ] Ἡ Σίπυλος urbs *Phrygiæ* alio nomine Τάνταλις. Ὁ Σίπυλος, & τὸ Σίπυλον ὄρος, mons, *Sipylus*: unde Μαγνησία ὑπὸ Σιπύλῳ, de qua ſupra v. Μαγνησία. Vide Salmaſium in Exercit. pag. 863.

— Τὸ ἐθνικὸν, Σιπυληνός] In fœdere Smyrnenſium & Magneſiorum, quod extat inter Marmora Arundelliana: Ὀμνύω Δία, Γῆν, Ἥλιον, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν καὶ τὴν Ταυροπόλον καὶ τὴν μητέρα τὴν Σιπυληνήν. *Juro Jovem, Terram, Solem, Martem, Minervam Martiam & Dianam & Matrem Sipylenen.* Ita enim Δία ſcribendum & explicandum eſt, non uti fit, διὰ Γῆν. *per Terram. Mater* autem *Sipylene* Magna Deum Mater eſt, uti oſtendunt Magneſiorum nummi, ſive Μαγνήτων ἀπὸ Σιπύλου. vel, ut in aliquo, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥΛ. quod ΣΙΠΥΛΗΝΩΝ interpretor, apud Triſtanum Tom. II. pag. 428. Puto quoque huc referendum Goltzii nummum, in quo ΣΟΠΥΛΟΣ male expreſſum pro ΣΙΠΥΛΟΣ.

— Καὶ Σιπυληνοί] Suſpecta plane mihi hæc vox: forte ſcripſit: καὶ Σιπυλεύς. Ita Hegeſias apud Dionyſium Halicarn. Περὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων pag. 5. Ἀπὸ Μαγνησίας εἰμὶ τῆς μεγάλης Σιπυλεύς.

ΣΙΡΕΣ, ἔθνος Θρᾴκης ὑπὲρ τοὺς Βυζαντίους, ὡς δέδεικται ἐν τῷ περὶ Νίψων] Hodie nihil tale v. Νίψα reperitur.

ΣΙΡΙΣ, πόλις Ἰταλίας, πλησίον τοῦ Μεταποντίου] Apud Harpocrationem v. Σείρινα. pro Σεῖρις legendum Σίρις.

— Καὶ ποταμός] Mauſſacus ad Plutarchi libellum de Flumin. *Nilum* exiſtimat hic intelligi. Verum Strabo lib. V. pag. 264. docet *Italiæ* fluvium eſſe juxta urbem cognominem: Εἶθ' Ἡρακλεόπολις, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· καὶ ποταμοὶ δύο πλωτοὶ Ἄκιρις καὶ Σίρις, ἐφ' οὗ πόλις ἦν ὁμώνυμος Τρωϊκή. Χρόνῳ δὲ τῆς Ἡρακλείας ἐντεῦθεν οἰκισθείσης ὑπὸ Ταραντίνων, ἐπίνειον αὕτη τῶν Ἡρακλεωτῶν ὑπῆρξε. *Sequitur Heracleopolis paululum ſupra mare: & duo fluvii navigabiles Aciris & Siris, ſuperque eo urbs cognominis Trojanæ originis: quæ poſtmodo Heraclea ibi a Tarentinis condita, navale Heracleotarum exſtitit.* Item Etymologus: Σίρις, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον οὕτω καλουμένη, εἶτα Πολίειον. (Πολίειον) Σίρις δὲ ὠνόμασαι, ἀπὸ Σίριδος θυγατρὸς Μόρητος τοῦ Σικελίας βασιλέως, γυναικός τε Σκίνδου ἢ ἀπὸ Σίριδος μιᾶς τῶν Νηρηΐδων· ἢ ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος αὐτῇ ποταμοῦ. Lycophron Caſſand. v. 856.

Ἥξει δὲ Σῖριν καὶ Λακινίου μυχοὺς,
Adibit etiam Sirin & Lacinii ſinus.

ubi Tzetzes: Σίρις ποταμὸς Ἰταλίας καὶ πόλις. Fluvius hodie *Sino* dicitur & eſt rapidus & vorticoſus, ut ipſe ſummo cum vitæ periculo expertus ſum, cum vado eum tranſirem. Idem Mauſſacus Suidæ etiam verba: Σῖρις ὄνομα ποταμοῦ, ad *Nilum* trahit. De quo uti non contendo, ita Stephanum *Italiæ* fluvium intellexiſſe non dubito.

— Μετωνομάσθη δὲ καὶ Πολίειον, ἀπὸ τῆς ἐν Ἰλίῳ Πολιάδος Ἀθηνᾶς] Apud Etymologum loco paullo ante adducto perperam ſcribitur Πολιεῖον· ſed litera Π, recte Πολίειον.

— Ὁ πολίτης Σιρίτης &c. καὶ Σιρινός] Scribe, Σιρῖνος, ut Ῥηγῖνος, Μεταποντῖνος, aliaque ejus regionis. Harpocration v. Σείρινα. Ἔστι δὲ καὶ Σεῖρις πόλις Ἰταλικὴ καὶ τάχα τὰ ἔνθεν ὑφάσματα, ἤ τινα Σείρινα εἶπεν ὁ Ῥήτωρ. ἐν ἐνίοις μέντοι χωρὶς τοῦ ι γράφεται Σέρινα. Ita gentile hujus urbis foret Σείρινος. Sed dubia ſunt illa Harpocrationis & quærit quomodo ſe extricet ex obſcuro loco. Hunc autem Harpocrationis locum totum Phavorinus

trans-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

transſcripſit ſed emendatius, quam apud illum editur: ultima enim verba ſic Phavorinus effert: ἐν ἐνίοις μέντοι χωρὶς τοῦ ε γράφεται Σίερνα. Quam lectionem veram omnino exiſtimo. Similiter pro Σεῖρις, ut jam monui, ibidem Σίρις ſcribendum puto, ut reliqui auctores omnes ſcribunt. Id enim Harpocration videtur probare voluiſſe; Σείρινα forte dici a *Siri* oppido, quia quædam exemplaria Σίρινα legunt.

—— Ἔστι καὶ Σίρις ἐν Παιονίᾳ, ἧς τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ τῆς γενικῆς, Σιροπαίονες] Apud Herodotum lib. v. cap. 15. ſcribitur Σιροπαίονες, quod ab Interpretibus vertitur, *Syropæones*: quos ſequutus Ortelius, qui *Syropæones* Thraciæ facit populos ex *Pæonibus*, auctore Herodoto. Sed Σιροπαίονες non debent verti *Syropæones*. Aliud enim vitium contraxiſſe vocem hanc apud Herodotum ex hoc Stephani loco patet, emendandumque Σιροπαίονες. qui *Siriopæones* dicendi. Cæterum etiam *Libyæ* fluvius Σίρις eſt dictus, ut patet infra v. Φασήλουσαι.

ΣΙ´ΣΥΡΒΑ, μέρος Ἐφέσου, ἀπὸ Σισύρβης Ἀμαζόνος. Τὸ ἐθνικὸν, Σισυρβίτης] Strabo lib. XIV. pag. 633. Σμύρνα δ᾽ ἦν Ἀμαζὼν ἡ κατασχοῦσα τὴν Ἔφεσον· ἀφ᾽ ἧς τοὔνομα καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῇ πόλει, ὡς καὶ ἀπὸ Σισύρβης Σισυρβῖταί τινες τῶν Ἐφεσίων ἐλέγοντο. *Smyrna Amazon fuit, a qua nomen hominibus urbique factum: ſicut & a Siſyrba quidam Epheſiorum Siſyrbitæ dicuntur.*

ΣΙ´ΦΑΙ, ἐπίνειον τῆς Θεσπικῆς. Καὶ ἑνικῶς, Σίφη. Ἔστι δὲ ὡς ἀπὸ τῆς Κρηταῖος, Κρηταιεὺς, οὕτω Σιφαῖος Σιφαιεύς] Vel legendum interpoſita voce: ὡς ἀπὸ τῆς Κρήτης Κρηταῖος &c. aut delendæ voces: ἀπὸ τῆς. Apollonius Rhodius non Σιφαιεὺς effert, ſed Σιφαεὺς lib. I. v. 105.

> Τῖφυς δ᾽ Ἀγνιάδης Σιφαέα κάλλιπε δῆμον
> Θεσπιέων.
>
> *Tiphys Agniades vero Siphenſem reliquit tribum*
> *Theſpiorum.*

ΣΙ´ΦΝΟΣ, περὶ τὴν Κρήτην νῆσος, Σίφνου τοῦ Σουνίου, ὡς Νικόλαος πέμπτῳ· Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μερόπη] Eſt longius a *Creta*, una *Cycladum* inter Seriphon, Melon & Parum. Plinius lib. IV. cap. 12. *Siphnus ante Meropia & Acis appellata circuitu viginti octo mil. paſſ.* De fodinis hujus inſulæ vide Herodotum lib. III. cap. 57.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σίφνιος, καὶ Σίφνιον ποτήριον] Occurrit hoc gentile apud Herodotum d. l. item in duobus nummis apud Goltzium legitur: ΣΙΦΝΙΩΝ. Hinc lapis *Siphnius* apud Iſidorum lib. XVI. Orig. cap. 4. & Plinium lib. XXXVI. cap. 22.

—— Καὶ Σιφνιάζειν] Heſychius: Σιφνιάζειν, καταδακτυλίζειν· διαβέβληνται γὰρ οἱ Σίφνιοι ὡς παιδικοῖς χρώμενοι. Σιφνιάσαι οὖν τὸ σκιμαλίσαι. Et Suidas adhuc apertius.

ΣΚΑΙΟΙ´, ἔθνος μεταξὺ τῆς Τρωάδος καὶ τῆς Θρᾴκης, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ] Strabo lib. XIII. pag. 590. nomen hoc Thracibus & Trojanis commune eſſe docet: Πολλαὶ δ᾽ ὁμωνυμίαι Θρᾳξὶ καὶ Τρωσίν· οἷον Σκαιοὶ Θρᾷκές τινες καὶ Σκαιὸς ποταμὸς, καὶ Σκαῖον τεῖχος, καὶ ἐν Τροίᾳ Σκαιαὶ πύλαι. *Multa ſunt nomina Thracibus cum Troibus communia: ut Scæi ſunt Thraces quidam & Scæus fluvius, Scæus murus: & in Troja Scææ portæ.* De Σκαιαῖς πύλαις vide Euſtathium ad Homerum Iliad. Γ. pag. 394. Et Servium ad Virgilii lib. III. Æneid. v. 351. Sed omnino placet Bernaldini Baldi ſententia, qua rejectis Grammaticorum originationibus oſtendit ex Vitruvio nomen hoc ab obliquo ductu rebus impoſitum. Verba Vitruvii, unde hoc colligit, leguntur lib. I. cap. 5. & ſunt ſequentia: *Curandumque maxime videtur ut non facilis ſit aditus ad oppugnandum murum, ſed ita circumdandum ad loca præcipitia, & excogitandum, uti portarum itinera non ſint directa ſed* σκαιά.

ΣΚΑ´ΜΑΝΔΡΟΣ, ποταμὸς Τροίας, ἀπὸ Σκαμάνδρου] In Collectione manuſcripta Æneæ Vici apud Caſſianum de Puteo in nummo Getæ circum fluvium jacentem cum urna legitur: ΣΚΑΜΑΝΔΡΟΣ. ſubtus: ΙΛΙΕΩΝ. Nomen autem ſortitus eſt hic fluvius a *Scamandro*, qui primus Trojanis imperavit: de quo videndus Nicolaus Damaſcenus in Excerptis pag. 442. & Servius ex Trogo Pompejo ad lib. III. Æn. v. 109.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σκαμάνδριος, καὶ Σκαμανδρεία] Ariſtophanes in Theſmoph. pag. 814.

> Ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι᾽ ἔμ᾽ ἐπὶ Σκαμανδρίαις
> Ῥοαῖσιν ἔθανον.
>
> *Animæ autem multæ propter me in Scamandriis*
> *Fluentis perierunt.*

ΣΚΑ´ΝΔΕΙΑ, ἐπίνειον Κιθύρων, ὡς Παυσανίας τρίτῳ] Scribe, Κυθήρων. Pauſanias lib. III. pag. 207. Ἐν Κυθήροις δὲ ἀπὸ θαλάσσης Σκάνδειά ἐστιν ἐπίνειον. Κύθηρα δὲ ἡ πόλις ἀναβάντι ἀπὸ Σκανδείας, στάδια ὡς δέκα. *Habent maritima Cytherorum Scandeam navale. A Scandea ad ipſa Cytherorum mœnia adſcenditur ſtadiorum decem via.* Lycophron Caſſand. v. 108.

> Θρέξεις ὑπὲρ Σκάνδειαν Αἰγίλου τ᾽ ἄκραν.
> *Curres ultra Scandeam & Ægili promontorium.*

ubi Tzetzes: Σκάνδεια, πόλις Κυθήρων.

ΣΚΑΠΤΗΣΥ´ΛΗ, πόλις Θρᾴκης μικρὰ, ἀντικρὺ Θάσου. Τὸ ἐθνικὸν, Σκαπτησυλίται.] Feſtus: *Scapteſula locus ubi argentum effoditur in Macedonia dictus a fodiendo. Nam Græce* σκάπτειν *effodere dicitur. Lucretius: Quales exſpiret*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſpiret Scaptenſula ſubter odores. Atque ita habere veteres libros apud Lucretium lib. VI. v. 810. Obertus Giſanius teſtis eſt. Alias analogia poſtulare videtur eam ſcripturam, quæ hic legitur. Apud Marcellinum enim in Thucydidis vita diviſis plane vocibus ſcribitur: Ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ἀπὸ Σκαπτῆς ὕλης τῆς Θρᾴκης πλουσίαν σφόδρα καὶ μέταλλα κεκτημένην ἐν τῇ Θρᾴκῃ. *Duxit autem uxorem e Scapte hyle Thraciæ ditiſſimam & metallorum fodinas in Aſia poſſidentem.* Et ne quis librariorum vitio hoc contigiſſe exiſtimet cum Interprete iſthic, ecce in eadem vita paullo poſt iterum: καὶ διατρίβων ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ ὑπὸ πλατάνῳ ἔγραφε. *in Scapte hyle degens ſub platano ſcripſit.* & deinceps: ὕστερον δὲ μετὰ τὴν ἐξορίαν ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ τῆς Θρᾴκης χωρίῳ διατριβόμενος, συνέταξε μετὰ κάλλους ἃ ἐξ ἀρχῆς μόνον ἐσημειοῦτο διὰ τὴν μνήμην. *Poſtea vero exul, vitam in Scapte hyle, Thraciæ loco, agens dolavit perpolivitque, quæ initio memoriæ tantum cauſſa notaverat.* Neque enim veriſimile toties librarii calamum aberraſſe. Sed plane non aberraſſe extra omnem controverſiam Plutarchus ponit, in Cimone, pag. 480. Καὶ τελευτῆσαι μὲν ἐν τῇ Σκαπτῇ ὕλῃ (τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τῆς Θρᾴκης χωρίον) λέγεται, φονευθεὶς ἐκεῖ. *Et mortuus* (Thucydides) *eſſe in Scapte hyle (caſtellum id eſt in Thracia) dicitur, ibidem interfectus.* Rurſus de Exilio pag. 605. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων ἐν Θρᾴκῃ περὶ τὴν Σκαπτὴν ὕλην. *Thucydides Athenienſis bellum Peloponneſiorum & Athenienſium conſcripſit in Thracia apud Scapten hylen.*

ΣΚΑ´ΡΦΕΙΑ, πόλις Λοκρίδος τῶν Θερμοπυλῶν ἐγγύς. Κέκληται ἀπὸ Σκαρφείας] Meminit Ptolemæus lib. III. Georg. cap. 15. in *Locris Epicnemidiis.* Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 277. hinc adducit, quæ non amplius hoc loco nunc comparent: Σκάρφη κεῖται, φασὶν, ἐγγὺς Θερμοπυλῶν. Ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Σκαρφείας ἐνδόξου τινὸς γυναικός. Κατὰ δὲ τὸν γεωγράφον, ἐφ᾽ ὕψους ἡ Σκάρφη κεῖται, χώραν εὔκαρπον, καὶ εὔδενδρον ἔχουσα. Καλεῖται δέ φησι νῦν Φαρύγαι· καὶ ἔχει Φαρυγαίας Ἥρας ἱερόν. Λέγει δὲ καὶ ὅτι Σκάρφεια εἶτα Νίκαια καὶ αἱ Θερμοπύλαι· καὶ ὅτι Σκάρφεια σταδίοις δέκα ὑπέρκειται θαλάσσης. διέχουσα Θρονίου, σταδίους τριάκοντα· καὶ ὅρα ὅτι καὶ Σκάρφην τὴν αὐτὴν λέγει καὶ Σκάρφειαν, ὡς δοκεῖ καὶ τῷ τὰ ἐθνικὰ γράψαντι. In Notit. Hieroclis Σκάρφια ſcribitur. Ad hanc urbem pertinere videtur Κυριακὸς Σκαρφιῶν Epiſcopus in Subſcriptionibus Synodicis Gennadii Tom. I. Jur. Græc. Rom. pag. 189. inter alios Græciæ Epiſcopos; quamvis ibi vox male capite deminuta legatur, Καρφιῶν.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σκαρφεὺς, καὶ Σκαρφιεὺς, καὶ Σκαρφαῖος, καὶ Σκάρφιος] Secundo loco ſcribendum, Σκαρφαιεύς. quarto, Σκαρφεῖος. Scholiaſtes Græc. Epigr. lib. III. pag. 365. Σκάρφεια, πόλις Λοκρίδος τῶν Θερμοπυλῶν· κέκληται ἀπὸ (ὑπὸ) Σκαρφείας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαρφεὺς, καὶ Σκαρφαιεὺς, καὶ Σκαρφαῖος, καὶ Σκάρφειος. quæ verbotenus hinc ſunt petita. Et in ipſo Epigrammate Antipatri: Σκαρφαιεὺς ἀμφεκάλυψε λιμήν.

ΣΚΕ´ΜΨΑ, πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σκεμψαῖος καὶ Σκέψιοι Δαυνοτειχῖται] MSS. Σκέμψιοι. atque ita legendum: in ſequenti voce iidem nil mutant: pro hac tamen reſcribendum: Δαυνιοτειχῖται. uti legitur ſupra v. Δαύνιον.

ΣΚΙ´ΑΘΟΣ, νῆσος Εὐβοίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σκιάθιος] Puto excidiſſe voculam legendumque νῆσος ἐγγὺς Εὐβοίας. Sic Apollonii Scholiaſtes ad lib. I. v. 583. Νῆσος γὰρ ἡ Σκίαθος τῆς Θεσσαλίας ἐγγὺς Εὐβοίας· ἧς καὶ Σιμωνίδης μέμνηται.

ΣΚΙΑ´ΠΟΔΕΣ, ἔθνος Αἰθιοπικὸν, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Περιηγήσει Αἰγύπτου] Plinio lib. VII. cap. 2. *Sciopodes.* Alcmani apud Strabonem lib. VII. pag. 299. Στεγανόποδες.

ΣΚΙΑ`Σ, χώρα Ἀρκαδίας] Lib. I. Anthol. cap. 37. pag. 77. extat Epigramma Τρύφωνος ἢ Ἑρμοῦ εἰς Τέρπην κιθαρῳδὸν, ἐν Σκιάδι τῇ Λακωνικῇ σύκῳ βληθέντα καὶ ἀποθανόντα.

Τέρπης εὔφορμιγγα κρέκων Σκιάδησι ἀοιδὸς,
Κάτθανεν ἐξαπίνης ἐν Λακεδαιμονίοις,
Οὐκ ἄορι πληγεὶς, οὐδ᾽ ἐν βέλει, ἀλλ᾽ ἐνὶ σύκῳ
Χείλεα. Φεῦ, προφάσεων οὐκ ἀπορεῖ θάνατος.

—— Καὶ Σκιάτης, τὸ ἐθνικὸν, ὡς Λευκὰς, Λευκάτης] Apud Lycophronem v. 562. Apollo vocatur Σκιαστής:

Οὐδ᾽ ὁ Σκιαστὴς Ὀρχιεὺς Τελφούσιος
Ἐμέμψατ᾽, ἐν χάρμαισι ῥαιβώσας κέρας,
Ne Sciaſtes quidem Orchieus Telphuſius
Contempſit, in pugna curvato cornu.

Ubi Tzetzes: Σκιάστης, Ὀρχιεὺς, παρὰ Λάκωσιν ὁ Ἀπόλλων, Τελφούσιος δὲ παρὰ Βοιωτοῖς. Suſpicor autem Apollinem ſic dici a Σκιὰς, & pro Σκιαστὴς legendum Σκιάτης: ſequitur enim Ὀρχιεὺς, Τελφούσιος, quæ cognomenta a locis *Arcadicis* petita ſunt.

ΣΚΙ´ΔΡΟΣ, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σκιδρανὸς, ὡς Λύκος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξάνδρου] Meminit Herodotus lib. VI. cap. 21. Παθοῦσι δὲ ταῦτα Μιλησίοισι πρὸς Περσέων οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην Συβαρῖται, οἳ Λάον τε καὶ Σκίδρον οἴκεον, τῆς πόλιος ἀπεστερημένοι. *Mileſiis autem in hunc modum a Perſis affectis, Sybaritæ qui urbe ſua exacti Laon & Scidron incolebant, gratiam parem non rependerunt.*

ΣΚΙΛΛΟΥ͂Σ, πόλις Τριφυλιακή] Plutarchus lib. de Exilio pag. 605. Σκιλλοῦντα τῆς Ἠλείας vocat. Hic Xenophon exul habitavit,

uti teſtatur ipſe lib. v. de Exped. Cyri, pag. 350. & Themiſtius orat. I. ubi ille locus inter *Elidem* & *Arcadiam* fuiſſe ſcribitur. Suidas v. Κυψελιδῶν ἀνάθημα. Ἀγακλυτὸς ἐν τῇ π' Ὀλυμπιάδι φησὶν οὕτως· Ναὸς τῆς Ἥρας παλαιὸς, ἀνάθημα Σκιλλουντίων. Οὗτοι δέ εἰσιν Ἠλείων. *Agaclytus in* LXXX *Olympiade ſic ſcribit: Antiquum Junonis templum, Scilluntiorum donarium. Hi autem ſunt Eleorum.* Apud Xenophontem autem d. l. ſcribitur ἐν Σκιλοῦντι per λ ſimplex.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σκιλλούσιος, καὶ Σκιλλούντιος, καὶ Σκιλλουντίς] Hinc Σκιλλουντίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν apud Strabonem lib. VIII. pag. 344. & Σκιλλουντία χώρα, in qua Xenophon conſenuit, apud Plutarchum lib. de Exilio pag. 603.

ΣΚΙ'ΡΟΣ, Ἀρκαδίας κατοικία, πλησίον Μαιναλείων καὶ Παρρασίων] Scribe, Μαιναλίων. ut ſupra v. Μαίναλος.

—— Οἱ κατοικοῦντες, Σκιρῖται] Hinc Σκιρίτης λόχος apud Lacedæmonios, de quo Diodorus lib. XV. pag. 473. vel Σκιρῖται ἱππεῖς, quorum mentio apud Xenophontem lib. IV. de Cyrop. pag. 91. ad quem locum vide Leunclavium, item Stephanum in Theſauro.

—— Τὸ θηλυκὸν, Σκιρῖτις] Hinc Σκιρῖτις χώρα apud Xenophontem lib. VI. Hiſt. Græc. pag. 607. & Diodorum lib. XV. pag. 490.

—— Ἔστι καὶ ἕτερον Σκίρον τόπου Ἀττικοῦ] An legendum: τόπος Ἀττικῆς. Certe Euſtathius ad Dionyſium pag. 73. καὶ Σκίρα τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ. ex Strabone lib. IX. pag. 393. de Salamine: Ἐκαλεῖτο δ' ἑτέροις ὀνόμασι τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ Σκιρὰς καὶ Κυχρία, ἀπό τινων ἡρώων, ὧν ἀφ' οὗ μὲν Ἀθηνᾶ τε λέγεται Σκιρὰς, καὶ τόπος Σκίρα ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ Ἐπισκίρωσις ἱεροποιΐα τις, καὶ ὁ μὴν ὁ Σκιροφοριών. *Antiquitus alia habuit nomina: dicebatur enim Sciras & Cychria a quibuſdam heroibus: unde & Minerva Sciras locus Atticæ & Epiſcirosis ſacrificium quoddam & menſis Scirophorion.*

—— Καὶ Σκιρωνίδες πέτραι] Meminit Suidas v. Ζώϊλος: Διὸ αὐτὸν διώξαντες οἱ ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ κατὰ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν ὤθησαν. *Quapropter Olympiæ ſpectatores ipſum perſecuti de Scironiis ſaxis deturbarunt.* Herodotus lib. VIII. cap. 71. Σκιρωνίδα ὁδὸν commemorat.

—— Ἀπὸ Σκίρωνος] Scholiaſtes Nicandri pag. 14. Σκείρων μὲν, ὄρος μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου κείμενον, ὅπερ τινὲς Σκειρωνίδα πέτραν καλοῦσι. Similiter autem Σκεῖρα Heſychio & Etymologo feſtum, quod aliis Σκίρα. de quo videndus Meurſius. & Σκειρωνίδες πέτραι ſcribitur apud Strabonem lib. IX. pag. 391.

—— Ἴσως καὶ τὸ Σκιράφιον, ὅπερ δηλοῖ τὸν τόπον, εἰς ὃν κυβεῦσαι συνίασι] An Κυβευταὶ ut mox?

—— Σκίρα ἡ κέκληται, τινὲς μὲν ὅτι ἐπὶ Σκύρῳ Ἀθήνῃσι θύεται] MSS. habent ἐπὶ Σκίρῳ. atque ita legitur apud Harpocrationem v. Σκίρον. Pro Ἀθήνῃσι autem Meurſius legit Ἀθηνᾶς. & Σκιράδος Ἀθηνᾶς meminit Strabo d. l. & Harpocration.

—— Καὶ ἡ ἑορτὴ ταύτη Ἐπισκίρα κέκληται] Joannes Meurſius legit diſtinctis vocibus ἐπὶ Σκίρα. Cæteris enim auctoribus Σκίρα tantum vocatur, quorum loca vide apud Meurſium libro de Feſtis Græcorum. Sed nihil temere mutandum. Nam apud Strabonem in princ. lib. IX. d. l. καὶ Ἐπισκίρωσις omnes libri habent; quod ſollicitat Caſaubonus fruſtra, uti ex hoc Stephani loco patet.

—— Λέγεται καὶ ὁ Σκῖρος, καὶ τὸ Σκίρον, βαρύνεται δέ] Salmaſius legit καὶ τὸ Σκίρον. idque ex ſequentibus verum eſſe evincitur.

ΣΚΙΩ'ΝΗ, πόλις Θρᾴκης] Arrianus lib. I. pag. 10. νησιωτικὸν πόλισμα vocat κακοζηλίᾳ quadam Thucydidis, ut puto: apud quem lib. IV. pag. 332. Braſidas *Scionæos* laudat, quod defeciſſent ab Athenienſibus. His enim Pallenæ iſthmum occupantibus *Scionæi* in Cherſoneſo habitantes, οὐδὲν ἄλλο, ἢ νησιῶται, meri jam inſulani erant, ſcilicet quibus nullum ex continenti auxilium ferri poterat. Itaque quod Thucydides certa tunc conditione ſcripſerat, id abſolute poſtea adſeveravit Arrianus: quamvis ſæpe inſulæ & peninſulæ nomen promiſcue accipiant Geographi. Unde & ipſe Thucydides poſtea non ſemel de *Scionæis* tamquam in inſula ſitis loquitur.

—— Ἔνθα λέγεται τὰς Τρωάδας αἰχμαλώτους &c.] Vide Cononis Narrat. XIII. apud Photium pag. 429.

—— Διὰ τὸ μὴ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων εἰς δουλείαν ἀπενεχθῆναι τῶν αὐτῶν γυναικῶν] MSS. τῶν αὐτῶν ὑδρευόντων ε. τ. λ. quod convenit cum Cononis verbis: καὶ πρὸς ὑδρείαν τῶν περὶ Πρωτεσίλαον ἁπάντων τοῦ αἰγιαλοῦ ἄνωθεν πρὸς τὴν χώραν ἀναδραμόντων. *cumque aquatum Proteſilaus cum ſuis omnibus longius a littore ad interiora regionis loca procurreret.* Salmaſius legit: τῶν ναυτῶν συνοίκων.

—— Οἱ δὲ πλοίων ἀποροῦντες, ἐξ ἀνάγκης καταμεῖναι αὐτοῦ, πόλιν Σκιώνην οἰκίσαντες] Conon: καταμένουσι σὺν αὐταῖς. Sed hæc lectio non mutanda.

—— Ὁ πολίτης, Σκιωναῖος] Hinc Τιμόξενος ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγὸς apud Herodotum lib. VIII. cap. 128.

ΣΚΟΡΔΙ'ΣΚΟΙ καὶ Σκιτίοι ἔθνος Παιονίας, ὡς Φλέγων ἐν πεντεκαιδεκάτῃ Ὀλυμπιάδι] Appianus princ. Illyric. de *Scordiſcis* omnino videndus.

ΣΚΟΡΠΙΑΝΟ'Σ, ἔθνος. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ· Ζυγιανὸς, Ταυριανὸς, Σκορπιανός] Ζυγιανὸς & Σκορπιανὸς adducuntur ſupra v. Ἄγκυρα.

ΣΚΟ-

ΣΚΟΤΙΝΑ΄, τόπος ἐν Λακεδαίμονι, ἐν ᾧ τιμᾶται Ζεὺς Σκοτινᾶς, ὡς Παυσανίας δεκάτῳ] Scribe: Παυσανίας τρίτῳ. Sed apud *Pauſaniam* lib. III. pag. 178. hodie legitur Σκοτιτὰς, tam pro loco, quam pro Jovis cognomine.

—— Ἴουσι δὲ ἀπὸ τῶν Ἑρμῶν· ἔστι τόπος οὗτος δρυῶν πλήρης· ὄνομα δὲ τῷ χωρίῳ Σκοτινὰ, ὃ οὐ τὸ συνεχὲς τῶν δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς ἐπίκλησιν Σκοτινᾶς] Verba Pauſaniæ d. l. ſed quæ paullo aliter apud eum nunc leguntur, videlicet: Ἴουσι δὲ ἀπὸ τῶν Ἑρμῶν, ἔστιν ὁ τόπος οὗτος ἅπας δρυῶν πλήρης. τὸ δὲ ὄνομα τῷ χωρίῳ Σκοτιτάς. Τὸ δὲ σκότος οὐ τὸ συνεχὲς τῶν δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς ἐπίκλησιν ἔχε Σκοτιτάς. *Ab Hermis deſcendentibus locus occurrit quercetis condenſus: Scotitas ei nomen. Illud quidem non ab arborum continenti umbra, ſed a Jove cognomento Scotita.* Polybius Pauſaniæ lectionem confirmat in Excerptis lib. XVI. pag. 740. Συνέταξε ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν ἐπὶ τὸν Σκοτίταν. *Ad Scotitam ſe ut reciperent juſſit.*

ΣΚΟΤΟΥΣΣΑ, πόλις καὶ χωρίον τῆς ἐν Θετταλίᾳ Πελασγίας] Antigonus Hiſt. Mirab. cap. 157. meminit fontis medicati, ἐν Σκοτούσσῃ.

—— Καὶ πληθυντικῶς Σκότους] Scribe: Σκοτοῦσσαι.

—— Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Σκοτουσσαῖος καὶ Σκοτουσσαῖοι] Ita clare in nummo antiquo apud Goltzium & alio apud Franc. Gotifredum, in cujus una parte caput Meduſæ, in altera racemus conſpicitur cum inſcriptione: ΣΚΟΤΟΥΣΣΑΙΩΝ. Sed vide vv. Ἀγέρουσα. Αἴγουσα. Ἀνήτουσα. Θρύον. Μελίτουσα. ubi Σκοτουσαῖος cum ſimplici σ ſcribitur.

ΣΚΟΠΟΙ, πόλις Θρᾴκης. Λέπιδος ἐν ἱστορικῆς ἐπιτομῆς ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν Σκοπηνοί] Ptolemæo Σκοῦποι. *Dardaniæ* metropolis, ut apparet ex Notitia MS. Hieroclis. Vide Roſweidum ad Paulinum Carm. XXX. pag. 871.

ΣΚΥΔΡΑ, Μακεδονικὴ πόλις, ὡς Θεαγένης ἐν Μακεδονικῇ. Τὸ ἐθνικὸν, Σκυδραῖοι] Ptolemæus lib. III. cap. 13. *Scydram* in *Emathia* ponit. Meminit & Plinius lib. IV. cap. 10. Diverſa ab hac eſt *Scodra* Dalmatiæ civitas, hodie *Scutari*, apud eundem Ptolemæum lib. II. cap. 17. quem Ligorius ex nummo Claudii coloniam facit; in quo legebatur: COL. CLAVDIA. AVGVSTA. SCODRA.

ΣΚΥΘΑΙ, ἔθνος Θρᾴκιον· ἐκαλοῦντο δὲ πρότερον Νομαῖοι] Euſtathius ad Dionyſium pag. 97. Ἦσαν δὲ Σκύθαι καὶ Θρᾴκιον ἔθνος, οἱ καὶ Νομαῖοι ἐλέγοντο.

—— Σκύθαι, ἀπὸ Σκύθου παιδὸς Ἡρακλέους. Τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι· ὀργιλώτατοι γάρ] Quod de Herculis filio *Scytha* ait, Herodotus memorat lib. IV. cap. 10. Item Euſtathius d. l. ſimul cum aliis originationibus: Καλεῖσθαι δὲ λέγονται Σκύθαι, ἢ παρὰ τὰ σκύτη ἃ περιβέβληνται· ἢ παρὰ τὸ σκύζεσθαι, ἤτοι ὀργίζεσθαι· ὀργίλοι γάρ εἰσιν. ἢ ἀπὸ Σκύθου υἱοῦ Ἡρακλέος, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ γέγραπται.

—— Καὶ Σκύθης ὅμιλος. Καὶ Σκύθην ἐς οἶμον. Καὶ Σκύθης ὁ σίδηρος] Hæc tria exempla petita ſunt ex Æſchylo: duo priora ex Prometheo Vincto, qui incipit:

Χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐς οἶμον.
In extremum quidem venimus terræ ſolum,
Scythicam in viam.

& v. 417.

Καὶ Σκύθης ὅμιλος,
Οἳ γᾶς ἔσχατον τόπον ἀμφὶ
Μαιῶτιν ἔχουσιν λίμναν.
Et plebs Scythiæ,
Qui extremum terræ tractum circa
Mæotim paludem occupant.

Tertium in Sept. ad Thebas legitur v. 822.

Διοσσῷ στρατηγὼ διέλαχον σφυρηλάτῳ
Σκύθῃ σιδήρῳ, κτημάτων παμπησίαν.
Gemini duces ſortiti ſunt
Scythico ferro poſſeſſionum totam hereditatem.

Hoc æmulatus Martialis, quando lib. IV. epigr. 28.

Indos Sardonychas, Scythas Smaragdos.

ΣΚΥΘΗΝΟΙ΄, ἔθνος οὐ πόρρω τῶν Μακρώνων, ὡς Ξενοφῶν Ἀναβάσεως τετάρτῳ] Apud Xenophontem lib. IV. de Exped. Cyri pag. 338. ſcribitur, Σκυθινοί.

ΣΚΥΘΟΠΟΛΙΣ, Παλαιστίνης πόλις, ἢ Νύσσης Κοίλης Συρίας] Claudius Salmaſius in Exercit. Plin. pag. 618. pro ἢ Νύσσης Κ. Σ. legit, ἡ νῦν τῆς Κ. Σ. Sed miror, cum Plinius & Solinus *Scythopolin* ſcribant antea *Nyſam* appellatam, cur id nomen hic expungat. Commodius ſane locus reſtituetur, ſi legatur: ἢ Νύσση Κοίλης Συρίας. ut ſimul & diverſam appellationem innuat & differentiam regionum, in qua ponitur.

—— Σκυθῶν πόλις πρότερον λεγομένων Βαίσων ὑπὸ τῶν βαρβάρων] Reſcribe: λεγομένη Βηθσὰν, vel Βασὰν, υ. τ. β. Et λεγομένη quidem hic legebatur ante Xylandrum. Βηθσὰν vero Jeſephus adſtruit lib. VI. Antiq. cap. 15. pag. 209. Τὰ δὲ σώματα ἀνεσταύρωσαν πρὸς τὰ τείχη τῆς Βηθσᾶν πόλεως, ἡ νῦν Σκυθόπολις καλεῖται. *Porro corpora circa mœnia urbis Betſan, quæ nunc eſt Scythopolis, crucibus affixerunt.* Euſebius de Locis S. S. Βασὰν. quod propius accedit ad ſcripturam vulgatam. Cedrenus in Compend. pag. 64. Ὅτι ἡ Σκυθόπολις Βασὰν ἐλέγετο πρότερον. *Scythopolis antea Baſan dicebatur.* Σκυθῶν πόλις autem, ut ἡ ἐπώνυμος τῶν Σκυθῶν πόλις apud S. Athanaſium lib. de Synod. Ariminen. & Seleucienſi.

—— Ὁ πολίτης, Σκυθοπολίτης] Hinc *Scythopolitanum linificium* in l. 10. Cod. Theod. de Murilegulis: quo loco pro *lynifos* aliquis pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

tare poſſet ſcribendum *linifarios*, ut ſequitur in l. 16. eod.

ΣΚΥ'ΛΛΑΙΟΝ, ἄκρα, περὶ ἧς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ φησί. Τὸ ἐθνικὸν, Σκυλλαῖος] *Scyllæum* promontorium ſimul cum oppido *Bruttii* a *Scylla*, ſcopulo, nomen ſortitum, hodie *Sciglio*: de quo videndus Cluverius lib. IV. Ital. Antiq. cap. 15. pag. 1293. Sed præter hoc aliud promontorium Σκύλλαιον fuit in Peloponneſo, cujus meminit Strabo lib. VIII. pag. 373. Scylax & Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 287. quod Ptolemæo Σκύλλιον dicitur lib. III. Geogr. cap. 16.

ΣΚΥΛΛΗ'ΤΙΟΝ, πόλις Σικελίας, ὡς Εὔδοξος ἕκτῃ] Inferiorem *Italiæ* partem vocat *Siciliam*, ut ſupra v. Σινόεσσα. ut nunc Hiſpaniæ Rex utriuſque Siciliæ ſe Regem vocat.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σκυλλητῖνοι. Τὸ κτητικὸν, Σκυλλητικός] In VI Synodo Conſtant. Act. IV ſubſcripſit Paulus Epiſcopus Ἐκκλησίας Σκυλλακίνης, provinciæ *Bruttiorum*: quod vetus interpres vertit, *Eccleſiæ Scyllatienſis*.

ΣΚΥΛΛΗ'ΤΙΟΝ, ὄρος Κρήτης. Οἱ παροικοῦντες Σκυλλαῖοι] Claudius Salmaſius in Exercit. in Solin. pag. 169. legit: Σκύλλιον, ὄρος Κρήτης. Ο. π. Σκύλλιοι.

—— Σκύλλιος γὰρ ὁ Ζεὺς αὐτοῦ τιμᾶται, ἔνθα φασὶν ἀποθέσθαι αὐτὸν Κουρῆτας, μετὰ τῶν Σπαρτιατῶν, τὸν Δία] Salmaſius d. l. legit: μετὰ τῶν Κορυβάντων. *Curetes* autem & *Corybantes* ſæpe junguntur.

ΣΚΥΜΝΙΑ'ΔΑΙ, ἔθνος σὺν Γέταις. Εὔδοξος τετάρτῃ γῆς περιόδῳ Σκυμνιάδαι καὶ Γέται] Ἔθνος σὺν Γέταις videri poſſet dictum, uti ſupra πόλις σὺν Κυζίκῳ, ubi vulgati, πρὸς Κυζίκῳ. Inclino tamen in Salmaſii conjecturam, qua legendum συνεχὲς exiſtimat.

ΣΚΥ'ΡΟΣ, νῆσος, περὶ ἧς Νικόλαος ἐν περίπλῳ· Σκύρον δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ᾤκουν Πελασγοί τε, καὶ Κᾶρες] Vide Philoſtrati Junioris Icones pag. 832. ubi Achillem in *Scyro* depingit. Thucydides lib. I. pag. 65. Dolopes ſcribit *Scyrum* habitantes inde ab Athenienſibus expulſos, hos autem inſulam hanc deinceps incoluiſſe.

—— Οἱ νησιῶται, Σκύριοι καὶ Σκυρία] Sic nummus apud Goltzium: ΣΚΥΡΙΩΝ.

ΣΚΩ͂ΛΟΣ, πόλις Βοιωτίας· ἀρσενικῶς δὲ κώμη τις· ὁ πολίτης, Σκώλιος καὶ Σκωλιεύς] Diffuſius hæc & dilucidius leguntur apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 265. hoc modo: Σκῶλος δὲ ἀρσενικῶς, κώμης ὄνομα. καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς, Σκώλιος καὶ Σκωλιεύς. Reliqua Euſtathii deprompta ſunt ex Strabone, apud quem lib. IX. pag. 408. ſequentia leguntur: Σκῶλος δ᾽ ἐστὶ κώμη τῆς Παρασωπίας ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι, δυσοίκητος τόπος καὶ τραχὺς, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ παροιμία·

Εἰς Σκῶλον μήτ᾽ αὐτὸς ἴμεν, μήτ᾽ ἄλλῳ ἕπεσθαι.

Καὶ τὸν Πενθέα δὲ ἐντεῦθεν καταγόμενον διασπασθῆναι φασίν. Ἦν δὲ καὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον πόλεων ὁμώνυμος αὐτῇ Σκῶλος. *Scotus porro vicus eſt Paraſopiæ regionis ſub Cithærone, locus habitatu difficilis & aſper, unde proverbium:*

Nec Scolum ipſe ibis, aliumve ſequeris euntem.

Pentheum quoque eo deductum ferunt diſcerptum fuiſſe. Fuit alia Scolus urbs ex iis, quæ circa Olynthum erant. Polemon apud Athenæum lib. III. pag. 109. ἐν Σκώλῳ τῷ Βοιωτιακῷ.

ΣΜΙ'ΛΑ, πόλις Θρᾴκης· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Μετὰ δὲ Σμίλα πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Σμιλαῖος] Meminit Herodotus lib. VII. cap. 123.

ΣΜΙ'ΝΘΗ, πόλις Τροίας] Inſula fuit, in qua Chryſes ſacerdos. Hyginus Fab. CXX. *Occaſione Iphigenia nacta, ſigno ſublato, cum fratre Oreſte & Pylade in navem adſcendit, ventoque ſecundo ad inſulam Sminthen ad Chryſen ſacerdotem Apollinis delati ſunt.*

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σμινθαῖος καὶ Σμινθεύς. Γράφεται δὲ διὰ τοῦ ε, καὶ διὰ τῆς αι διφθόγγου] Euſtathius ad Iliad. A. pag. 35. docet etiam Σμίνθιος formari, ex poſſeſſivo Σμινθιακὸς (unde Σμινθιακοὶ λόγοι) ut a Σάμιος Σαμιακὸς, a Ῥόδιος Ῥοδιακός. Hinc Scholiaſtes Homeri ad Iliad. A. v. 39. (qui idem locus ad quem Euſtathium adduximus) Σμινθεῦ. ὦ Σμίνθιε. Ἔστι δὲ ἐπίθετον Ἀπόλλωνος. Σμίνθος γὰρ τόπος Τρῳάδος, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Σμινθίου, ἀπὸ αἰτίας τοιᾶσδε. Vide, ſi lubet, ſequentia, & Servium ad lib. III. Æn. v. 108.

ΣΜΙ'ΝΘΙΟΝ, ἄλσος. Στράβων τρισκαιδεκάτῃ. Ὁ οἰκήτωρ, Σμίνθιος, καὶ διὰ διφθόγγου, ὡς Ἀχίλλειος. Καὶ Σμινθεῖον· καὶ θηλυκῶς, Σμινθία ἡ χώρα] Non dicit ubi hoc nemus fuerit. Strabo, quem allegat, lib. XIII. pag. 605. Πολλαχοῦ δ᾽ ἐστὶ τὸ τοῦ Σμινθέως ὄνομα· καὶ γὰρ περὶ αὐτὴν τὴν Ἀμαξιτὸν χωρὶς τοῦ κατὰ τὸ ἱερὸν Σμινθίου, δύο τόποι καλοῦνται Σμίνθια· καὶ ἄλλοι δ᾽ ἐν τῇ πλησίον Λαρισαίᾳ· καὶ ἐν τῇ Παριανῇ δ᾽ ἐστὶ χωρίον τὰ Σμίνθια καλούμενα, καὶ ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Λίνδῳ καὶ ἄλλοθι δὲ πολλαχοῦ. *Nomen Sminthei multis in locis extat. Nam & apud Hamaxitum extra templum Sminthium, duo alio loca Sminthia vocantur, & alia in Lariſſæo agro: ſed & in Pariane locus eſt Sminthia nomine, & in Rhodo & Lindo, ac alibi multifariam.*

ΣΜΥ'ΡΝΑ, πόλις Ἰωνίας, ἣν πρώτην ἔκτισε καὶ ᾤκησε Τάνταλος. Καὶ τότε μὲν Ναύλοχον, ὕστερον δὲ Σμύρνα προσηγορεύθη, ἀπὸ Σμύρνης Ἀμαζόνος, καταχούσης τὴν Ἔφεσον. Τὸ ἐθνικὸν, Σμυρναῖος] Herodotus, vel quicumque Auctor Vitæ Homeri cap. 2. *Smyrnam* a Cumæis ſcribit conditam, in ultimo *Hermei ſinus* receſſu, nomen autem illi impoſitum a Theſeo quodam in memoriam conjugis. Valde urbs hæc celebris in nummis antiquis: quorum

aliquos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

aliquos haud vulgares non pigebit adjicere. Ut Domitiani apud Franc. Gotifredum in quo literis retrogradis: ΑΙΤΙΜΟΔ. & in averſa: CAICA. ΤΗΜ. ΡΥΜC. circum templum. Item Gordiani magnum apud eundem, qui in corona mirtea præfert: ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ. & circum coronam: ΕΠΙ. CΤΡ. ΠΟΥ· ΜΕΝΕΚΛΕΟΥC. Item Commodi grandem in Theſauris Mediceis, in quo circum duas mulieres coronantes Imperatorem habitu Apollinis: ΣΜΥΡΝΗ. ΚΥΖΙΚΟC. ſubtus: ΕΠΙ. CΤΡΑ. ΝΑΙΒ. ΚΥΙΝΤΟΥ. Gentile quoque Σμυρναῖος in nummis eſt frequens. Ut in Alexandri Severi apud Franc. Gotifredum, in quo: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Ut in Gordiani, in Gazis Mediceis, in quo: ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC. circum tria templa. Et ſubtus: ΕΠ. C. Π. ΜΕΝΕΚΛΕΟΥC. Ut in Hadriani, apud Illuſtrem Caſſianum de Puteo, in quo circum arietem cum caduceo Mercurii: ΠΟΛΕΜΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ CΜΥΡΝΑΙΟΙC. Item in alio ejuſdem Principis ſimiliter circum navis proram legitur. Ut in magno Caracallæ, in Gazophylacio Ducali, in quo circum Imperatorem ſacrificantem inter duo ſigna militaria: ΕΧΟΥ. ΥΠΑΤΟΡ. ΑΥΡ. ΑΝΤΟΝ. ΕΥΤΥΧΟΥ. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΕΠΙC. literarum origine confuſo, ſed valde perſpicuo charactare.

— Καὶ τὸ Σμυρναϊκὸς κόλπος] Hinc Σμυρναϊκὰ κάλλη apud Lucianum in Imaginibus, princip.

ΣΟΆΝΕΣ, ἔθνος ἀνδρεῖον, ὡς Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ. Πλησίον δὲ καὶ οἱ Σόανες] Horum regio Σοανία & Σουανία Menandro Protectori dicitur in Excerpt. Legat. de qua bellum Romanos inter & Perſas fuit. Pro πεντεκαιδεκάτῃ autem ſcribendum, ἑνδεκάτῃ. Nam lib. XI. pag. 499. apud Strabonem extat. Natus autem error ex notarum ιά & ιέ confuſione.

ΣΟΓΔΙΑΝΉ, χωρίον περὶ τὴν Βακτριανήν· ἧς οἱ οἰκήτορες, Σόγδιοι καὶ Σόγδοι] Σογδαΐται ſæpius dicuntur apud Menandrum Protectorem in Excerpt. Legat. pag. 106.

ΣΟΛΚΟΙ, πόλις ἐν Σαρδοῖ, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ. Ἀπὸ δὲ Καρβαλέως ἐπὶ Σολκούς] Scribe: Ἀπὸ Καράλεως ε. Σ. Vide ſupra v. Κάραλις. Σολκοὶ autem eadem urbs, quæ infra Σύλκοι. Utriuſque urbis meminit Strabo lib. V. pag. v.224. ubi de *Sardinia*: πόλεις δ᾽ εἰσὶ μὲν πλείους, ἀξιόλογοι δὲ Κάραλις καὶ Σοῦλχοι. *Urbes habet plures, quorum præcipuæ Caralis & Sulchi.*

ΣΌΛΛΙΟΝ, Κορίνθου πολίχνιον. Θουκυδίδης δευτέρᾳ] Apud Thucydidem lib. II. pag. 118. Σόλιον hodie ſcribitur: item apud Græcum Scholiaſten hoc modo: Τὸ Σόλιον, πόλισμα τῆς Ἠπείρου ἐστὶν ἐν Ἀκαρνανίᾳ.

ΣΌΛΟΙ, Κιλικίας πόλις, ἡ νῦν Πομπηΐου πόλις. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ] Apud Suidam corrupte legitur: Σόλοι, Σικελίας πόλις καὶ Κύπρου. pro Κιλικίας. Melius Harpocration: Σόλοι, ἡ μὲν Κυπριακὴ πόλις, ἡ δὲ τῆς Κιλικίας. Apud noſtrum autem una voce ſcribendum: Πομπηϊούπολις. ut ſupra h. v. & hic paullo poſt, licet ſcripturam vulgatam ſequatur Euſtathius ad Dionyſium pag. 116. & Salmaſius ad Solinum pag. 777.

— Κέκληται δὲ ἀπὸ Σόλωνος, ὡς Εὐφορίων ἐν Ἀλε * ἀνεκτίσθη ἀπὸ Πομπηΐου, καὶ μετωνομάσθη Πομπηϊούπολις] MSS. PP. habent: ἐν Ἀλεξάνδρῳ. Idque jam notavit Salmaſius loco paullo ante allegato, omiſſa tamen Manuſcriptorum auctoritate. In Vita Arati: Ἄρατος πατρὸς μὲν ἦν Ἀθηνοδώρου, μητρὸς δὲ Δηνοδώρας (ὡς ἄλλοι Λητοφίλας) ἐκ Σόλων τῆς Κιλικίας. Ὠνόμασται δὲ ἡ πόλις ἀπὸ Σόλωνος, τοῦ Λινδίου· ἔστι δὲ ἡ νῦν Πομπηϊούπολις. Extat nummus antiquus apud Ill. Camillum Maximi, in cujus una area circum mulierem turrito capite ſaxo inſidentem legitur: ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΤΩΝ. in altera circum Pompeji effigiem: ΓΝΗΙΟC ΠΟΜΠΗΙΟC. Præter autem *Solos Ciliciæ*, etiam in *Cypro* Σόλοι fuere, uti jam innuimus. Horum mentio fit apud Athenæum lib. XIII. pag: 576. ſed Interpreti non animadverſa. Nam verba: Εἰρήνην, ἣν ἔγημεν Εὔνοστος ὁ Σόλων τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλεύς. vertit: *Eirenen fœminam, quæ Solonis Eunoſti regis Cypriorum uxor fuit.* cum debuiſſet: *quæ Eunoſti regis Solorum, quod eſt oppidum in Cypro inſula.* uti notavit Caſaubonus.

— Ὁ πολίτης, Σολεύς] Extat hoc gentile in Callimachi Epigrammate ἀνεκδότῳ in Aratum, quod propterea ſubjicio:

Ἡσιόδου τὸ ἄεισμα, καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδὸν
Ἔσχατον, ἀλλ᾽ ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων, ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο, χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσιες Ἀρήτου, σύντονος ἀγρυπνίη.
Ἀλλὰ σὺ μηκέτ᾽ Ἄρητον ἐπίβλεπε, διστὰ γὰρ ἀμφοῖν
Μέτρα πῶν ἄθρει πάντα τὰ φαινόμενα.

Corrige autem ex ultimo hujus carminis diſticho Antipatri Epigramma in Anthologia lib. I. cap. 46. pag. 96. ubi perperam ſcribitur:

Ἀλλὰ σὺ μηκέτ᾽ ἐς Ἄρκτον ἐπίβλεπε.

— Καὶ Σόλιος] Σόλιος proprie gentile a *Solis Cypri* deductum, Σολεὺς a *Ciliciæ*. Diogenes Laërtius in Solone: Ἐκεῖθέν τε ἀπαλλαγεὶς, ἐγένετο ἐν Κιλικίᾳ, καὶ πόλιν ᾤκισεν ἣν ἀπ᾽ αὐτοῦ Σόλους ἐκάλεσεν. ὀλίγους τέ τινας τῶν Ἀθηναίων ἐγκατῴκιζεν, οἱ τῷ χρόνῳ τὴν φωνὴν ἀποξενωθέντες σολοικίζειν ἐλέχθησαν. Καί εἰσιν οἱ μὲν ἔνθεν, Σολεῖς· οἱ δ᾽ ἀπὸ Κύπρου,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

πεσ, Σόλιοι. *Inde quoque diſcedens, profectus eſt in Ciliciam, urbemque condidit, quam de ſuo nomine Solos vocavit; in eamque paucos quoſdam Athenienſes colonos deduxit, quorum cum poſtea vox peregrinum in ſonum deflexiſſet, ſolæcizare dicti ſunt. Atque hinc quidem Solenſes: ex Cypro vero ſunt Solii.* Et hoc ipſe obſervavit *Solon* in Elegia apud Plutarchum in Solone pag. 93. qui poſtquam Philocyprum dixiſſet *Æpeam* a *Solonis* nomine appellaviſſe *Solos*, ſubjicit *Solonis* Carmen, ſic incipiens:

Νῦν δὲ σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων
Τήνδε πόλιν ναίοις καὶ γένος ὑμέτερον.

Nunc vero Soliis longum tempus iſtic imperans
Urbem tu incolas & genus tuum.

—— Διονύσιος δ' ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν Σώλεια λέγει, διὰ τοῦ ω τὴν πρώτην, καὶ τὴν δευτέραν διὰ τῆς ει διφθόγγου] Σώλεια ἀντὶ τῶν Σώλων, ut Τάρσεια pro Ταρσὸς, Κωρύκεια pro Κώρυκος & ſimilia. Salmaſius.

ΣΟΛΟΥ͂Σ, πόλις Κιλικίας, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ] Scribe: πόλις Σικελίας. uti monuit jam Philippus Cluverius lib. III. Sicil. Antiq. cap. 3. pag. 279. Ex ethnicis enim hoc manifeſtum eſt.

—— Ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Σολοῦντος κακοξένου, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς] Corrige cum Cluverio Κέκληται vel Ἐκλήθη. Præcedit enim nomen numero ſingulari.

—— Ὁ πολίτης, Σολούντιος, καὶ Σολουντῖνος μετὰ τοῦ ν, καὶ Σολουντινὶς, καὶ Σολουντιὰς, καὶ Σολουντίς] In nummis quatuor antiquis, quos publicavit Marianus Valguarnera, & in uno apud Parutam conſtanter legitur: ΣΟΛΟΝΤΙΝΩΝ. & ipſe vidi in Sicilia nummum, cujus Cluverius meminit, in quo ita legebatur.

ΣΟ'ΛΥΜΑ, πόλις Ἀσσυρίων, μετὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις κληθεῖσα, ὡς Κουάδρατος ἐννάτῳ Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Σολυμηνός] Apud Euſebium lib. IX. de Præparat. Euang. pag. 241. leguntur Chœrili antiqui poëtæ verſus de *Solymis*, quos Euſebius de *Hieroſolymis* ibidem interpretatur, καὶ μάλα εὐλόγως. Vide locum. Euſtathius ad Iliad. Z. pag. 635. Οὐδετέρως μέντοι Σόλυμα, πόλις φασὶν Ἀσσυρίων, κληθεῖσα μετὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱεροῦ. Καὶ ὄνομα δὲ ὄρους Λυκιακοῦ, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ γεωγράφος· Κώρυκος, Αἰγιαλὸς περὶ Λυκίαν· εἶτα Φάσηλις, τρεῖς ἔχουσα λιμένας, πόλις ἀξιόλογος καὶ λίμνη. Ταύτης ὑπέρκειται ὄρος, τὰ Σόλυμα.

ΣΟ'ΛΥΜΟΙ, οἱ νῦν Πισίδαι] Vide Euſtathium ad Iliad. B. pag. 369. & Iliad. Z. pag. 635. Meminit horum etiam Pindarus Olymp. Od. XIII. pag. 121. ubi Scholiaſtes gentem bellicoſam eſſe ait inter Lyciam & Pamphyliam.

—— Σολύμους καλουμένους παρελθὼν Μαυσώλου] Salmaſius legit: παρελθόντος Μαυσώλου. Verba ſunt ex aliquo auctore, ſed manca & mutila, & propterea aſteriſcis inſignienda.

ΣΟΥΑ'ΓΕΛΑ, πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ τάφος ἦν τοῦ Καρὸς, ὡς δηλοῖ γὰρ τοὔνομα· καλοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες σοῦαν τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα. Ὁ πολίτης, Σουαγελεύς] Meminit hujus urbis Strabo lib. XIII. pag. 611. ſed corrupte ibi ſcribitur Σωυαγέλα, pro Σουάγελα.

ΣΟΥ'ΝΙΟΝ, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς· Ὅμηρος δὲ ἄκρον καλεῖ,

Ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἄκρον] Hemiſtichium hoc apud Homerum conceptum eſt paullo aliter Odyſſ. Γ. v. 278. videlicet,

Ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον Ἀθηνῶν

Sed quum ad Sunium ſacrum pervenimus promontorium Athenienſium.

ſimiliter Sophocles in Flagell. pag. 68. ἄκραν ὑπὸ πλάκα Σουνίου. Quod Scholiaſtes explicat, ὑπὸ τὸ ἄκρον τῆς γῆς τοῦ Σουνίου.

—— Ὁ δημότης, Σουνιεὺς ὡς Ἠλιεύς. Τὰ τοπικὰ, Σουνιόθεν, Σουνιόνδε, Σουνιοῖ. Τὸ θηλυκὸν, Σουνιάς] Omittit poſſeſſivum Σουνιακὸς, quod extat apud Herodotum lib. IV. cap. 99. ὡς εἰ τῆς Ἀττικῆς ἄλλο ἔθνος καὶ μὴ Ἀθηναῖοι νεμοίατο τὸν γουνὸν Σουνιακόν. *Ut ſi Atticæ jugum Suniacum alia gens non Athenienſis incoleret.*

ΣΟΥ'ΡΑ, μαντεῖον Λυκίας, περὶ οὗ Πολύχαρμός φησιν ἐν Λυκιακοῖς, ὅπου νῦν φρέαρ θαλάσσης τόπος Σοῦρος καλούμενος. Τὸ ἐθνικὸν, Συρηνός] Certiſſimum ante mentionem gentilis præceſſiſſe nonnulla de *Sura* civitate Comagenæ ſive Euphratenſis provinciæ, cujus meminit Ptolemæus & Procopius lib. II. de Ædif. Juſtinian. qui τὸ Σούρων πόλισμα vocat. Idem nomen corruptum eſt lib. II. Perſic. pag. 52. ubi πόλις Σύρων male editur: mox enim Σουρηνοὺς incolas aliquoties vocat.

—— Ὡς Καρηνός] Scribe, Καρρηνός. ut ſupra v. Κάρραι.

—— Ἔστι καὶ Φοινίκης πόλις Σώρα. Τὸ ἐθνικὸν, Σωρανὸς ὡς Νωλανός] Videtur ſcribendum Ἰταλίας πόλις. *Sora* enim in Italia Livio: tum addit Italicum exemplum.

ΣΟΥ͂ΣΑ, πόλις ἐπίσημος Περσικὴ, Μέμνονος κτίσμα] Strabo lib. XV. pag. 728. ait a Tithono *Memnonis* patre *Suſa* condita: Λέγεται γὰρ δὴ καὶ κτίσμα Τιθωνοῦ τοῦ Μέμνονος πατρὸς, κύκλον ἔχουσα ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων παραμήκης τῷ σχήματι· ἡ δ' ἀκρόπολις ἐκαλεῖτο Μεμνόνιον. *Suſa enim a Tithono condita dicuntur, Memnonis patre, ambitus CXX ſtadiorum, figura oblonga, cujus arx Memnonium vocabatur.*

—— Κέκληται δὲ ἀπὸ τῶν κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφύκει ἐκείνῃ] Euſtathius ad Dionyſium pag. 132. Τὰ δὲ Σοῦσα οὕτω καλοῦνται διὰ τὸ τοῦ τόπου ἀνθηρόν. Σοῦσα γὰρ ἐγχωρείως τὰ κρίνα.

κρίνα. Hinc Σούσινον, τὸ ἐκ κρίνου μύρον, apud Heſychium.

—— Σοῦσον τε αὐτὸ καλοῦσιν οἱ βάρβαροι] Salmaſius legit: Σοῦσον δὲ αὐτὸ κ. ο. β.

—— Οἱ πολῖται, Σούσιοι, οὓς καὶ Κισσίους φησὶ κεκλῆσθαι ἀπὸ Κισσίας τῆς μητρὸς Μέμνονος] Apud Euſtathium d. l. non Κίσσιοι ſed Κίσσιοι dicuntur: ſimiliter apud Heſychium: Κίσσιοι, ἔθνος Περσῶν.

—— Καὶ Σουσιανὴ ἡ χώρα] Et Σουσὶς ſupra v. Ἐλύμαι.

ΣΟΥ'ΤΡΙΟΝ, πόλις, ἡ πρότερον Τυῤῥηνῶν, ὕστερον δὲ Ῥωμαίων. Τὸ ἐθνικὸν, Σουτρηνός] Σουτρῖνος forma requirit Italica.

ΣΠΑ'ΡΤΑΚΟΣ, πόλις Θρᾴκης· Ἐρατοσθένης ἐν Γαλατικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σπαρτάκιος, ἢ Σπάρτακος] Videtur legendum, ἢ Σπαρτακοῦς.

ΣΠΑΛΕ'ΘΡΗ, πόλις Θεσσαλίας. Ἑλλάνικος δὲ Σπάλαθραν αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Σπαλεθραῖος] Huc pertinet nummus Neronis Imperatoris apud Goltzium, in quo: ΣΠΑΛΕΘΡΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

ΣΠΑ'ΡΤΗ, Λακωνικὸν χωρίον ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου Σπαρτῶν] Scholiaſtes Euripidis ad Oreſtem pag. 177. *Spartam* appellatam ait a *Sparta* Eurotæ filia. De *Spartis* vide Scholiaſten Pindari Iſthm. Od. I. pag. 438. & Od. VII. pag. 477.

—— Περὶ ὧν Τιμαγόρας φησὶν, ἐκπεσόντας δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν, Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι] Salmaſius legit, εἰσπεσόντας. Sed Euſtathius ad Iliad. B. pag. 294. vulgatam lectionem ſequitur.

ΣΠΑΡΤΩΛΟ'Σ, πόλις Μακεδονίας, ὡς Θουκυδίδης δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σπαρτώλιος] Suidas: Σπαρτωλός. πόλις ἐστὶ τῆς Βοττικῆς, ἡ Σπαρτωλός. quomodo etiam legitur apud Harpocrationem. Thucydides autem lib. II. pag. 151. Σπάρτωλον τῆς Βοττικῆς vocat. Ubi Scholiaſtes: ὅτι Βοττιαῖοι ἄποικοι Μακεδόνων. Εἰσὶ δὲ ἐν τῇ Θρᾴκῃ, πλησίον Χαλκιδέων. Gentile autem nummus Titi habet apud Goltzium: ΣΠΑΡΤΩΛΙΩΝ ΣΩΤΗΡΟΣ . . . . .

ΣΠΑΣΙ'ΝΟΥ Χάραξ, πόλις ἐν τῇ μέσῃ τοῦ Τίγρητος Μεσήνῃ] Dio in Excerpt. lib. LXVIII. pag. 713. ὅτι ὁ Σάμβηλος ὁ τῆς νήσου ἄρχων τῆς ἐν τῷ Τίγριδι οὔσης, πιστὸς διέμεινε τῷ Τραϊανῷ, καίπερ ὑποτελεῖν προσταχθείς. Καὶ οἱ τὴν Χάρακα τοῦ Σπασίνου καλούμενον οἰκοῦντες καὶ φιλικῶς αὐτὸν ἐδέξαντο. *Sambelus, Meſenæ, quæ inſula in Tigride eſt, regulus, fidem Trajano ſervavit, tametſi tributum ei impoſitum fuiſſet. Dein Trajanus ab incolis oppidi quod Spaſinu Charax dicitur, amice eſt exceptus.* Ex quo loco aliquis putare poſſet hic pro μέσῃ legendum eſſe νήσῳ. Sed nihil eſt mutandum. Erat enim hæc Μεσήνη inter duo *Tigridis* fluvii oſtia, cujus exactam deſcriptionem habes apud Philoſtorgium lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 7. Πρὶν ἤδη ἐπὶ θάλατταν καταβαίνειν, σχίζεται εἰς δύο μεγάλους ποταμοὺς, ἔπειτα δυσὶ τοῖς ἐσχάτοις στόμασιν ἀλλήλων διειργομένοις, εἰς τὴν Περσικὴν θάλατταν ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς, γῆν ἐν μέσῳ πλείστην περιτεμόμενος· καὶ νῆσον αὐτὴν ποιῶν, ποταμίαν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, ἣν ἔθνος ἐνοικεῖ τῶν Μεσηνῶν ἐπικαλούμενον. *Priuſquam autem Tigris in mare ſeſe effundat, ſcinditur in duo magna flumina, duobuſque exinde extremis oſtiis longe ab invicem diſsitis in Perſicum mare ſeſe immittit, terram in medio plurimam interſecans, eamque inſulam fluvialem ſimul & marinam efficiens, quam incolit gens, quæ Meſenorum vocatur.* Ad quem locum adi Jacobi Gothofredi Diſſertationes. Ergo hoc loco, ἡ μέσῃ τοῦ Τίγρητος Μεσήνη, idem eſt ac, ἡ ἐν μέσῳ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τίγρητος νῆσος. Salmaſius ad Solinum pag. 699. legit Μεσήνης, ex libris, ut dicit. Eſt autem hæc Μεσήνη diverſa plane ab illa, cujus meminit ſupra vv. Ἀπάμεια & Μεσσήνη. Vide ibi. De urbe *Charace* conſule Plinium lib. VI. cap. 27.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σπασίνου χάρακος ῥητέον· εἰ γὰρ τὸν συνήθη τόπον ἐκλάβωμεν, ἀνάγκη Σπασινοχαρακηνὸς εἰπεῖν] Mallem legere: εἰ δὲ τὸν συνήθη τύπον &c.

ΣΠΙ˜ΝΑ, πόλις Ἰταλίας, ὡς Εὔδοξος, καὶ Ἀρτεμίδωρος. Τὸ ἐθνικὸν Σπινάτης, ὡς τοῦ Βεμβῖνα, Βεμβινάτης] Straboni & Dionyſio a Σπῖνα formatur gentile Σπινήτης, & Stephano ſupra a Βεμβῖνα Βεμβινήτης.

—— Ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς, Σπῖνος καλούμενος] Dionyſius ex Hellanico Σπινῆτιν appellat lib. I. pag. 22. Οἱ πελασγοὶ ὑφ' Ἑλλήνων ἀνέστησαν, καὶ ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ τὰς νῆας καταλιπόντες, Κρότωνα πόλιν ἐν μεσογείῳ εἷλον. *Pelaſgi a Græcis ex ſedibus ſuis pulſi fuerunt & navibus ad Spinetem fluvium in Ionico ſinu relictis, urbem Crotonem in locis mediterraneis ſitam ceperunt.*

ΣΤΑ'ΓΕΙΡΑ, πόλις οὐδετέρως πληθυντικῶς] Supra vv. Βίστρος & Κάσσανδρος legitur numero ſingulari Στάγειρος.

ΣΤΑΜΕ'ΝΗ, πόλις Χαλύβων. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ] Eadem, quæ Scylaci Σταμένδα, ut puto.

ΣΤΑ'ΣΙΣ, πόλις Περσικὴ ἐπὶ πέτρης μεγάλης, ἣν εἶχεν Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου. Τὸ ἐθνικὸν, Στασίτης· τῆς δὲ χώρας, Στασηνός] In Indiculo Veterum nummorum Cl. Meneſtrier legitur ΣΤΑ'ΣΙΩΝ. neſcio cujus loci gentile. Sed apud Pyrrhum Ligorium Heliogabali nummus in parte averſa in corona quercea habet: ΔΗΜΟΙ. & exterius circum eandem coronam: ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΣΤΑCΕΩC. Illuſtris Nicolaus Heinſius oſtendit mihi nummum, qui ab una parte caput ſolis habet, ab altera roſam, plane ut Rhodiorum nummi, cum inſcriptione: ΣΤΑCΙΩΝ.

ΣΤΕΙΡΊΑ, δῆμος Ἀττικὸς Πανδιονίδος φυλῆς, θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως. Ὁ δημότης Στειριεύς, Στειριέως, καὶ κατὰ συναίρεσιν, Στειριῶς. Τὸ κτητικὸν, Στειριακός] Poſſeſſivum hoc extat apud Platonem in Alcibiade II. ἡ Στειριακὴ ὁδός. ubi antiqua Scholia MSS. Bibliothecæ Sfortiæ: Στειρίαι, δῆμος Πανδιονίδος, ἐφ᾽ οὗ ἡ ὁδὸς οὕτω καλεῖται.

ΣΤΕΝΥΚΛΗΡΟΣ, πόλις Μεσσήνης. Τὸ ἐθνικὸν, Στενυκλάριος, τὸ θηλυκὸν, Στενυκλαρία] Straboni lib. VIII. pag. 361. Στενύκλαρος. quomodo & ſcripſiſſe noſtrum ex Gentilibus apparet. Pauſaniæ tamen Στενύκληρος & Στενυκλήριος. ut in diſticho, quod adducit lib. IV. pag. 246.

Ἔς τε μέσον πεδίον Στενυκλήριον ἔς τ᾽ ὄρος ἄκρον

Εἵπετ᾽ Ἀρισομένης τοῖς Λακεδαιμονίοις.

ΣΤΗ͂ΛΑΙ, πόλις Κρήτης, πλησίον Παραίσου καὶ Ῥυθίμνης] Videtur ſcribendum: Ῥιθύμνης. Vide ſupra v. Ῥιθυμνία.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Στηλαῖος, ὡς Λάμπη, Λαμπαῖος. Ἀλλὰ καὶ Στηλίτης, ὡς παρὰ τὸ ἀγαλμαῒς τὸν λίθον· ἀφ᾽ οὗ καὶ στηλιτεύω] Numquid legendum: ὡς παρὰ τὸ ἄγαλμα, ἀγαλματίτης; eſt autem Ἀγαλματίτης, λίθου κόλλα, teſte Heſychio. Non dubito, quin ſimile quid hic ſit ſubſtituendum.

ΣΤΟΙΧΑΔΕΣ, νῆσοι τρεῖς πρὸς τῇ Μασσαλίᾳ. Καλοῦνται δὲ Λιγυστίδες] Apud Dioſcoridem lib. III. cap. 31. Στιχάδες ſcribitur & herba inde dicta Στιχάς.

ΣΤΡΑΤΙΑ, βαρυτόνως, Ἀρκαδικὴ πόλις. Ὅμηρος

Ῥίπην τε, Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην] Verſus eſt ex Iliad. B. 606.

ΣΤΡΑΜΒΑΙ, πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Στραμβαῖοι] Vix dubito quin ſit eadem quæ Θράμβος; cujus ipſe ſupra meminit, & Scylax.

ΣΤΡΑΤΙΟΝ, πόλις Ἀκαρνανίας. Ὁ πολίτης, Στρατιώτης καὶ Στράτιος] Eadem habes apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 301.

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΕΙΑ, πόλις Μακεδονίας, πλησίον Καρίας. Κέκληται δὲ ἀπὸ Στρατονίκης τῆς Ἀντιόχου γυναικός] Infra v. Ὑδάρελμα corrupte ſcribitur urbis hujus nomen. Hic vero perperam dicitur Μακεδονίας, pro Μαιονίας. (nam Ptolemæus inter *Lydiæ*, quæ & *Mæonia* vocatur, civitates eam commemorat lib. V. cap. 2.) aut potius pro Μακηδόνων. Videtur enim Stephanus vel potius Epitomator ejus ex Strabonis verbis lib. XIV. pag. 660. Στρατονίκεια δ᾽ ἐστὶ κατοικία Μακεδόνων. *Stratonicea Macedonum eſt colonia.* nobis hunc locum tam pulchre concinnaſſe. Certe vulgata lectio ſtare nullo modo poteſt, niſi provincia integra ex Europa in Aſiam transferatur.

—— Ὁ πολίτης Στρατονικεύς. Ἐκτίσθη δὲ ὑπὸ Ἀδριανοῦ καὶ Ἀδριανούπολις ὠνομάσθη] In nummo P. Lic. Valeriani in Cimeliarchio Mediceo circum fortunam cum temone & Copiæ cornu legitur: ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΕΩΝ. *Stratonicenſium* civitas Tacito teſte lib. III. Ann. cap. 62. Tiberii temporibus Jovis & Triviæ religionem tuebatur.

ΣΤΡΑΤΟΣ, πόλις Ἀκαρνανίας, θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. Ὁ πολίτης Στράτιος] Στρατὸν τῆς Αἰτωλίας vocat ex Polybio Athenæus lib. III. pag. 45. item Livius lib. XLIII. cap. 21. *Et Perſeus in Elimeam profectus & circa eam exercitu luſtrato ad Stratum vocantibus Epirotis ducit. Stratus validiſſima tum urbs Ætoliæ erat: ſita eſt ſuper Ambracium ſinum prope amnem Acheloum.* Sed Plinius pariter *Acarnaniæ* tribuit lib. IV. cap. I.

ΣΤΡΟΒΟΣ, πόλις Μακεδονίας, Ῥωμαίων ἄποικος, Τὸ ἐθνικὸν, Στροβαῖος] Manifeſte mendoſos Codices ſequutus eſt Stephanus. Scribendum enim Στόβος, vel potius, ut cæteri omnes, Στόβοι. Erat autem hæc metropolis *Macedoniæ Secundæ*, uti teſtatur Hieroclis Notitia: & juris Italici municipium, uti eſt in l. 8. D. de Cenſibus. ubi incolæ *Stovenſes* vocantur, pro *Stobenſes*. In quatuor enim nummis antiquis apud Franc. Gotifredum legitur: MVNICIPIVM STOBENSIVM. Quorum unus eſt Veſpaſiani Auguſti, in quo figura muliebris ſuccincta ſtans, capite turrito, ſiniſtra cornu Copiæ, dextra Victoriolam ſuſtinet, ad pedes clypeus. In reliquis tribus Sept. Severi, Caracallæ & Heliogabali victoria gradiens cum palma & corona. *Stoborum* quoque nomen corruptum eſt apud Malchum in principio Excerptarum Legationum, ubi refert, quomodo Valaminus Gothus diripuerit τὴν πρώτην τῆς Μακεδονίας πόλιν τοὺς Τόβους. ubi addita litera, quam abſorpſerat præcedentis vocis ultima, legendum τοὺς Στόβους. Interpretis etiam hallucinatio corrigenda, qui male vertit: *primam, quæ illi obvia fuit, Macedoniæ urbem Tobos evertit.* cum ita reddi locus debuiſſet: *& Stobos primam & præcipuam Macedoniæ urbem diripuit. Primam* enim non ſitus ſed dignitatis ratione appellat, quippe quæ Provinciæ ſuæ caput atque metropolis erat. Doctiſſimus quoque Valeſius recte exiſtimat Joannem *Stobæum* ab hac urbe cognomen accepiſſe (qui minus recte a nonnullis Στωβαῖος per ω mega dicitur) ideoque Latina formatione *Stobenſem* potius, ut in nummis eſt, quam *Stobæum* appellandum videri.

ΣΤΡΟΦΑΔΕΣ, νῆσοι πρὸς τῇ Ζακύνθῳ δύο. Τὸ ἐθνικὸν, Στροφαδεύς] Apud Harpocrationem Στρομβίδες & Στρομφίδες editur: at ſine dubio iſthic quoque Στροφάδες legendum. Apollonius Rhodius lib. II. v. 297. Στροφάδας ante Πλωτὰς appellatas ait. Ubi Scholiaſtes vetus videndus.

ΣΤΡΥ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ΣΤΡΥ'ΜΗ, πόλις Θράκης, ὡς Α'νδροτίων ἑβδόμῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Στρυμιωὸς, καὶ Στρυμήσιος, καὶ Στρυμιαῖος. Καὶ τὸ κτητικὸν, Στρυμαϊκός] Meminit hujus urbis Herodotus lib. VII. cap. 108. Harpocration etiam & Suidas; qui inſulam & Thaſiorum coloniam atque emporium facit.

ΣΤΡΥΜΩ'Ν, ποταμὸς Α'μφιπόλεως, ἀφ' οὗ βορέας·

Στρυμονίου βορέαο.] Hemiſtichium Callimachi Hymno in Delum v. 26.

— Οἱ οἰκοῦντες Στρυμόνιοι. Οὗτοι διαβάντες εἰς τὴν Α'σίαν, Βιθυνοὶ ἐκλήθησαν] Hauſta hæc ſunt ex Herodoto lib. VII. cap. 75. Οὗτοι δὲ διαβάντες μὲν ἐς τὴν Α'σίην ἐκλήθησαν Βιθυνοί· τὸ δὲ πρότερον ἐκαλέοντο (ὡς αὐτοὶ λέγουσι) Στρυμόνιοι, οἰκέοντες ἐπὶ Στρυμόνι. Ε'ξαναστῆναι δέ φασι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Τεύκρων τε καὶ Μυσῶν. *Iſti tranſgreſſi in Aſiam, vocati ſunt Bithyni, prius appellati (ut ipſi ajunt) Strymonii, quod Strymonem accolerent: a ſuiſque ſedibus exacti a Teucris & Myſis.*

ΣΤΥ'ΕΛΛΑ, φρούριον τῆς ἐν Σικελίᾳ Μεγαρίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Στυελλιωὸς; ὡς Ε'ντελλιωός] Scribe: Στυελλῖνος, ὡς Ε'ντελλῖνος. Vide ſupra, quæ notavimus, v. Ε"ντελλα.

ΣΤΥΛΛΑ'ΓΙΟΝ, πόλις Τριφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Στυλλάγιος καὶ Στυλλαγιεύς] Ex Polybio, apud quem lib. IV. pag. 340. Ε"χει δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, Σαμικὸν, Λέπρεον, Υ'πάναν, Τυπανεάαν, Πύργον, Αἴπυον, Βώλακα, Στυλλάγιον, Φρύξαν. *Urbes Triphyliæ ſunt Samicum, Lepreum, Hypana, Typanea, Pyrgus, Æpyum, Bolax, Styllagium, Phryxa.*

ΣΤΥ'ΜΦΑΛΟΣ, πόλις Α'ρκαδίας καὶ πεδίον ὁμώνυμον καὶ πηγή. Ἡ πόλις ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς] Eadem hæc leguntur apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 302.

— Τὸ ἐθνικὸν, Στυμφάλιος καὶ Στυμφαλία Α"ρτεμις] Apud Georgium Conæum, amicum noſtrum, inſignem vidi nummum, in cujus una parte circum figuram Herculis ſublata clava ictum meditantis: ΣΤΥΜΦΑΛΙΩΝ. in altera caput Dianæ pulcherrimum. Similiter in nummo apud Goltzium ſcribitur.

— Καὶ λίμνη καὶ γυνή] Mirum ſi Στυμφαλὶς fœmininum omiſerit. Ita enim palus & aves vocabantur ab Hercule interfectæ. Apollonius Rhodius lib. II. v. 1055.

Πλωΐδας ὄρνιθας Στυμφαλίδας ἔσθενε λίμνης
Ω"σασθαι τόξοισι.

Natatiles aves Stymphalides poterat lacu
Exigere ſagittis.

ubi videndus vetus Scholiaſtes.

ΣΤΥ'ΡΑ, πλησίον Καρύστου, τῆς Εὐβοίας πόλις] Neutrum eſt plurale, uti patet ex Homero Iliad. B. v. 539.

Οἵτε Κάρυστον ἔχον, ἠδ' οἳ Στύρα ναιετάασκον.

Quique Caryſtum tenebant, & qui Styra incolebant.

— Ο' πολίτης, Στυρεύς] Apud Euſtathium ad d. l. pag. 281. ſcribitur Στυριεύς. Sed Herodoto lib. VIII. cap. 46. Στυρέες numero plurium. & Thucydidi lib. VII. pag 531. Στυρεῖς καὶ Καρύστιοι. & Diogenes Laërtius Platone pag. 81. Α'ριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ ποιητῶν Α'λεξαμενὸν Στυρέα ἢ Τήϊον, ὡς καὶ Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασι. *Ariſtoteles in primo de poëtis Alexamenum Styrenſem ait, vel, ut eſt apud Phavorinum in commentariis, Teium.*

ΣΤΥΡΑ'ΚΙΟΝ, ὄρος Κρήτης. Οἱ ἐνοικοῦντες, Στυρακῖται. Στυρακίτης γὰρ Α'πόλλων] Euſtathius ad Iliad. B. p. 281. Τὸ δέγε Στυράκιον, ἄλλό τι παρὰ τὰ Στύρα ἐστὶν, ὄρος Κρήτης ὄν.

ΣΥ'ΑΓΡΑ, χωρίον Κιλικίας, πλησίον Α'δου καὶ Λαέρτου] Forte, Μαλλοῦ καὶ Ταρσοῦ. Niſi potius, Α'δανῶν καὶ Ταρσοῦ. Sed hæc exigenda ad Tabulas Ptolemæi.

ΣΥ'ΑΛΙΣ, πόλις Μασυλιωῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Συαλίτης, τῷ κοινῷ λόγῳ. Δωάται καὶ Συαλεύς] Ultimum gentile occurrit in inſcriptione ἀνεκδότῳ.

ΣΥ'ΒΑΡΙΣ, πόλις Ι'ταλίας, καὶ ποταμός. Ἡ δὲ πόλις ὕστερον ὠνομάσθη Θούριον] Antoninus Liberalis *Sybarim* ait conditam a *Locris*, qui ſic illam vocaverint a fonte *Sybari*, qui apud montem *Parnaſſum* fuerit, Narrat. VIII. Ε'κ δὲ τῆς πέτρας ἐκείνης ἀνεφάνη πηγὴ καὶ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι Σύβαριν· ἐκ δὲ ταύτης καὶ Λοκροὶ πόλιν ἐν Ι'ταλίᾳ Σύβαριν ἔκτισαν. *Cæterum iſto e ſaxo fons erupit qui ab incolis Sybaris dicitur: e cujus nomine etiam Locri urbem Sybarim condiderunt in Italia.* Similiter loquitur Juſtinus lib. XX. cap. ultimo: *Thuſci ex nomine ducis gentes Rhætorum condiderunt.* Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. V. pag. 50. *Sybarim fluvium* ponit prope urbem: Σύβαρις, πόλις Ι'ταλίας, ἢ ἀπὸ οἰκιστοῦ τινος, ἢ ἀπὸ Συβάρεως ποταμοῦ &c. & eodem Idyllio v. 126. Συβαρῖτις occurrit fons.

— Ε"τυχεν αἰδοῦς] Salmaſius legit: ἔτυχεν ἐλέους.

— Ο' πολίτης, Συβαρίτης, καὶ θηλυκὸν, Συβαρῖτις, καὶ Συβαριτικὸς, καὶ Συβαριτικὴ συμφορά] Pertinet huc etiam Συβαρίζειν, quod Heſychius explicat τρυφᾶν. item Συβαρὸς apud eundem v. Σοβαρὸς, & Συβαρικὸς, τρυφηλός. Συβαριτικὸς, τρυφερός.

ΣΥ'ΒΟΤΑ, νῆσος καὶ λιμήν. Ο' νησιώτης, Συβότιος] MSS. auctius legunt: ΣΥ'ΒΟΤΑ, νῆσος πρὸς τῷ Α'μβρακικῷ κόλπῳ καὶ λιμήν. Thucydides lib. I. pag. 32. Corcyræos caſtrametatos ſcribit, ἐν μιᾷ τῶν νήσων, αἳ καλοῦνται Σύβοτα. Ubi Scholiaſtes notat Σύβοτα tres exiguas inſulas eſſe ſic dictas, quod *porcos* multos alerent. His inſulis in conti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

nenti objacent, τὰ Σύβοτα, τοῦ Θεσπρωτίδος λιμένος ἔρημος, ut paullo poſt ait idem Thucydides pag. 34. Ubi iterum Scholiaſtes notat alia eſſe *Sybota* continentis ejuſdem nominis cum inſulis paullo ante commemoratis: & mox pag. 35. Τὸν ἐν τοῖς Συβότοις λιμένα de *Sybotis* Epiri ſive continentis, accipiendum monet. Denique ipſe Thucydides pag. 36. & ſeq. Τὰ ἐν τῇ Ἠπείρῳ Σύβοτα, καὶ τὰ ἐν νήσῳ, expreſſe diſtinguit.

ΣΥΈΔΡΑ, πόλις Ἰσαυρίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν τρίτῳ] *Ciliciæ Tracheæ* tribuit Strabo, *Pamphyliæ* Ptolemæus & Epiphanius, in Præfat. in Ancorat. ubi Σύεδρα ſcribitur. Refugium fuit piratarum. Florus lib. IV. cap. 2. de Pompejo: *pulſus Syedris, deſerto Ciliciæ ſcopulo.* uti feliciſſime reſtituit Salmaſius. Lucanus lib. VIII. v. 259. ex ejuſdem emendatione:

ſequitur pars magna ſenatus
Ad profugum collecta ducem, parviſque Syedris
Quo portu mittitque rates, recipitque Selinus.

Vide Salmaſium in Exercitationibus in Solinum pag. 771.

—— Ὁ πολίτης, Συεδρεύς] Apud Franc. Gotifredum in nummo Maximini Cæſaris circum tres figuras, quarum media habitu militari: ΣΥΕΔΡΕΩΝ.

ΣΥΗ΄ΝΗ, πόλις Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας, ἐπὶ τῷ Νείλῳ. Μεθ᾽ ἣν ὠνόμασαι Σίρις, ὁ ποταμός] Vide Dionyſium in Perieg. v. 223. & ibi Euſtathium.

—— Ὁ πολίτης, Συηνίτης] Scribe, Συηνίτης. uti legitur ſupra v. Ἀδράνη. Apud Plutarchum lib. de Iſide & Oſiride pag. 353. Συηνίτῃ. Apud Heliodorum lib. IX. Æthiop. pag. 429. Συηναῖοι.

ΣΥΙ΄Α, πόλις μικρὰ Κρήτης, ἐπίγειον οὖσα τοῦ Ἐλύρου] *Elyri* meminit Pauſanias lib. X. pag. 637. urbem dicens in montibus *Cretæ*. Vide ſupra v. Ἔλυρος.

ΣΥΚΑΙ͂, πόλις ἀντικρὺ τῆς νέας Ῥώμης, ἡ καθ᾽ ἡμᾶς Ἰουστινιαναὶ προσαγορευθεῖσαι] Cujacius ad l. 7. C. de Aquæductu, docet *Scalas* urbis Conſtantinopolis, unde vectigalia colligebantur, eſſe trajectus maritimos, qualis in regione ſexta *Scala Sycena*, quæ πέρασμα *Juſtinianarum* dicitur in Nov. 69. ſic vero appellatas, quoniam protenſæ erant in mare trajiciendi cauſſa uſque ad navigia, laudatque vehementer Petrum Gyllium, qui hoc docuerit. Quare adeundus omnino Gyllius lib. II. de Boſporo Thracio cap. 5. & lib. IV. Deſcript. Conſtantinop. cap. 10. ubi accuratiſſime de hoc loco diſſerit, docetque *Sycas* poſt *Juſtinianas* tandem *Peram* ſive *Galatam* appellatas.

—— Στράβων ἑνικῶς αὐτὴν λέγει Συκήν] Videtur reſpicere ad Strabonis locum lib. VII. pag. 319. ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἄκρας τῆς τὸ πεντασάδιον ποιούσης ἐπὶ τὸν ὑπὸ τῇ Συκῇ καλούμενον λιμένα, στάδιοι πέντε καὶ τριάκοντα· Ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὸ Κέρας τὸ Βυζαντίων πέντε. *A promontorio itaque quod quinque ſtadiorum fretum facit ad portum, qui ſub Ficum dicitur ſtadia ſunt triginta quinque: inde ad cornu Byzantiorum quinque.*

—— Καὶ εἰς ους, Δαφνοῦς, Κερατοῦς] Scribe: Κερασοῦς.

—— Οὐδὲν τῶν τοιούτων εἰς η λήγει Συκή, ἀλλ᾽ ἔχρῆν] MSS. εἰς ις λήγει Συκίς, α. ε.

—— Καὶ ἄλλη Συκὴ πλησίον Συρακουσῶν] Hujus *Sycæ prope Syracuſas* meminit Thucydides lib. VI. pag. 482. agens de obſidione *Syracuſarum*: Καὶ καταστήσαντες ἐν τῷ Λαβδάλῳ φυλακὴν, ἐχώρουν πρὸς τὴν Συκὴν οἱ Ἀθηναῖοι, ἵνα περ καθεζόμενοι ἐτείχισαν τὸν κύκλον διὰ τάχους. *Athenienſes igitur, cum præſidium in Labdalo collocaſſent, adverſus Sycam iverunt: ubi conſidentes, murorum ambitum celeriter ædificarunt.*

—— Καὶ Κιλικίας] Συκέαν hanc vocat Athenæus ex Doride lib. III. pag. 78. Περὶ δὲ τῆς προσηγορίας τῶν σύκων λέγων Τρύφων ἐν δευτέρῳ φυτῶν ἱστορίας, Δωρίωνά φησιν ἐν Γεωργικῷ ἱστορεῖν, Συκέαν ἕνα τινὰ Τιτάνων διωκόμενον ὑπὸ Διὸς τὴν μητέρα γῆν ὑποδέξασθαι, καὶ ἀνεῖναι τὸ φυτὸν εἰς διατριβὴν τῷ παιδί, ἀφ᾽ οὗ καὶ Συκέαν πόλιν εἶναι ἐν Κιλικίᾳ. Φερένικος δὲ ὁ ἐποποιὸς, Ἡρακλεώτης δὲ γένος, ἀπὸ Συκῆς τῆς Ὀξύλου θυγατρὸς προσαγορευθῆναι. *Tryphon ſecundo libro de agricultura de* σύκων, *id eſt, ficuum appellatione diſſerens, inquit, Dorionem in Georgico narrare, Syceam, unum ex Titanibus, inſequente Iove exceptum a matre fuiſſe, illamque gnato arborem emiſiſſe, cujus fructu oblectaretur & aleretur: præterea nominatam ab illo Titane Syceam fuiſſe Ciliciæ civitatem: at Pherenicus epicus poëta Heracleotes genere, appellatam fuiſſe tradit a Syce Oxili filia.*

—— Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἀλεξανδρείας] Numquid *Alexandriam Ciliciæ* intelligit? ut ſit eadem cum priori. Nam ſubſequentia verba ex Athenæo deprompta exſerte de *Sycea Ciliciæ* intelligenda ſunt.

—— Φασὶν, ἕνα τῶν Τιτάνων Συκέα διωκόμενον τὴν μητέρα γῆν ὑποδέξασθαι καὶ ἀνεῖναι τὸ φυτὸν τοῦτο] Hæc totidem fere verbis ex Dorionis libro de Agricultura narrat Athenæus, loco paullo ante adducto; unde Stephanus tranſcripſit.

ΣΥ΄ΛΚΟΙ, πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα] Vide ſupra v. Σολκοί.

ΣΥ΄ΛΕΙΟΝ, πόλις Φρυγίας, διὰ τοῦ ει διφθόγγου] Aliis Σύλλιον per duplex λλ, & Σύλανον teſte Euſtathio ad Dionyſium pag. 108. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 781.

—— Τινὲς δὲ Παμφυλίας] *Syleum Pamphyliæ civitas*

civitas maritima fuit inter Attaliam & Pergen, ut eam deſcribit Conſtantinus Porphyrogenneta lib. I. them. 10. Verum hæc ab omnibus Σύλαιον, & geminato λλ, Σύλλαιον ſcribitur. Nec dubito fere, quin apud Arrianum lib. I. de Exped. Alex. pag. 26. pro Σύλλιον olim ſcriptum fuerit Σύλαιον. Locus poſtmodo celebris, cum Pergenſis Archiepiſcopatus eo tranſlatus fuerit; ut ex Leonis & recentiorum Notitiis videre eſt, in quibus legitur, ὁ Συλαίου, ἤτοι ὁ Πέργης, qui poſtea abſolute ὁ Συλαίου tantum dictus. Apud Scylacem quoque, ubi nunc Σύλλον legitur, olim Σύλαον vel potius Σύλαιον fuiſſe non dubito.

ΣΥΛΙΌΝΕΣ, ἔθνος Χαονίας, ὡς Ῥιανὸς ἐν τετάρτῳ Θεσσαλικῶν· Συλίονες θ' εἵποντ' ὁμοῦ] MSS. habent: Συλίονες δ' ἕποντ' ὁμοῦ.

ΣΥ'ΒΡΑ, οὐδετέρως, Φρυγίας φρούριον, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Συβρειανός] Ordo literarum poſtularet Σύμβρα. & Συμβρειανός.

ΣΥ'ΜΗ, νῆσος Καρική, ὡς Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Καὶ πόλις ὁμώνυμος. Ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Σύμης, τῆς Ἰαλυσοῦ· καὶ πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Μεταποντὶς, εἶτα Αἴγλη] Meminit *Symæ* ſimul cum Rhodo Herodotus lib. I. cap. 174. Ἡ κατὰ Σύμην τε καὶ Ῥόδον θάλασσα. *Et circa Symen & Rhodum mare.*

—— Τὸ ἐθνικὸν, Συμαῖος, ὡς Κυμαῖος, Δυμαῖος· λέγεται καὶ Συμεύς] Prius agnoſcunt nummi duo apud Goltzium in quibus: ΣΥΜΑΙΩΝ.

ΣΥ'ΝΔΙΚΟΣ, πόλις προσεχὴς τῇ Σκυθίᾳ, ἔχουσα λιμένα] Σινδικὸς λιμὴν Scylaci.

—— Ἔνιοι δὲ Γοργίππην καλοῦσι] Vide ſupra v. Γοργίππεια.

ΣΥ'ΝΝΑΔΑ, πόλις Φρυγίας] Poſterioribus recto caſu *Synnas* dicta fuit. Hinc Statius in villa Surrentina Pollii Felicis:

Synnade quod mœſta Phrygiæ fodere ſecures
Per Cybeles lugentis agros: ubi marmore picto
Candida purpureo diſtinguitur area gyro.

Martialis lib. IX. ep. 77.

Quod Phrygia Synnas, Afra quod Nomas mittit.

Prudentius lib. II. contra Symmachum, v. 247.

Quæ viridis Lacedæmon habet, maculoſaque Synnas.

Et Sidonius Carm. XXII. v. 138.

Cedat puniceo pretioſus livor in antro Synnados.

—— Καὶ Δοκίμεια, κώμη ἐπέκεινα αὐτῆς· οἱ δ' ἐπιχώριοι Δοκιμίτην καὶ Δοκιμαίαν] Verba Strabonis tam male mutilata, ut non appareat eorum ſcopus. Sic autem Strabo habet lib. XII. pag. 577. Σύνναδα δ' ἐστὶν οὐ μεγάλη πόλις· πρόκειται δ' αὐτῆς ἐλαιόφυτον πεδίον, ὅσον ἑξήκοντα σταδίων· ἐπέκεινα δ' ἐστὶ Δοκιμία κώμη, καὶ τὸ λατόμιον τοῦ Συνναδικοῦ λίθου. οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· οἱ δ' ἐπιχώριοι Δοκιμίτην καὶ Δοκιμαίαν. *Synnada urbs eſt non magna: ante eam campus jacet oleis conſitus ſtadiorum circiter ſexaginta: ab altera parte eſt Docimia pagus & lapicidinæ Synnadici lapidis, ut quidem Romani appellant: nam incolæ Docimitem & Docimæum vocant.* Sed vox ultima tam apud Strabonem quam noſtrum corrupta videtur: & Salmaſius pro ea legit Δοκιμέα. Sed ſupra v. Δοκίμειον, Δοκιμεὺς dixit ἐθνικὸν κατὰ τέχνην, Δοκιμηνὸς κατὰ συνήθειαν· cui forte Δοκιμαῖος addendum, legendumque mutata duntaxat generis terminatione Δοκιμαῖον. Daniel Heinſius V. CL. in Notis ad Heſiodum pag. 98. jam pridem advertit loci hujus mutilationem & remedium attulit.

—— Λέγουσι δὲ Ἀκάμαντα &c. συναθροίσαντα δὲ πολλοὺς οἰκήτορας τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος Μακεδόνων κατὰ τὴν Ἀσίαν] Confirmat hanc de *Acamante* hiſtoriam M. Aurelii nummus, ſupra v. Δοκίμειον, adductus, in quo circum Cybelen cum tympano leone vectam legitur: ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. & ſubtus: ΔΟΚΙΜΕΩΝ. & viciſſim ab hac hiſtoria illuſtratur.

—— Ὁ πολίτης Συνναδεύς. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγεται] In veteri nummo apud Franc. Angelonum circum noctuam urnæ inſidentem legitur: ΣΥΝΝΑΔΩΝ, in altera nummi area caput Minervæ conſpicitur. Sed in alio apud eundem circum Minervam ſignum vel infantulum ſuſtinentem cum clypeo ad pedes: ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. averſa habet caput muliebre turritum. Similiter in nummo Caracallæ apud Triſtanum Tom. II. pag. 202. ſcribitur: ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. in averſa parte: ΔΩΡΙΕΩΝ ΙΩΝΩΝ. Item apud Franc. Gotifredum extat nummus, in quo circum figuram muliebrem haſtatam ſiniſtra infantulum ſuſtinentem cum cervo ante pedes: ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. in averſa circum caput Iovis: ΠΑΝΔΗΜΟΣ ΖΕΥϹ. Et in nummo Macrini apud eundem circum duas figuras, quæ Victoriam manu ſuſtinent: ΙΩΝΩΝ ΔΩΡΙΕΩΝ ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ. Rurſus Illuſtris Daniel Heinſius nummum mihi oſtendit, in quo circum caput muliebre laureatum: ΙΕΡΑΝ ϹΥΝΚΛΗΤΟΝ ΣΥΝΝΑΔΩΝ. averſa circum figuram mulieris ſtolatæ habet: ΔΗΜΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. Gentile autem non tantum Συνναδεὺς, ſed etiam Συναδηνὸς dicebatur. Hinc in Actis Concilii CP. ſub Flaviano occurrit Marinianus Epiſcopus τῆς Συναδηνῶν πόλεως. Poſſeſſiva Συννάδιος & Συνναδικός. Inſcriptio antiqua Arundelliana Συνναδίους κίονας commemorat pag. 36. & Συνναδικοῦ λίθου meminit Strabo, loco paullo ante adducto. Vide Capacium Hiſt. Neap. pag. 26.

ΣΥΡΑΚΟΥ'ΣΑΙ, πόλις Σικελίας μεγίστη, ὡς

Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Κτίσμα Ἀρχίου Κορινθίου, ἄποικος τῆς ἐν Σικελίᾳ καὶ Νάξῳ ὁμόχρονος] Locus hic male eſt affectus, quem Scaliger putat ſanari poſſe, ſi pro, ἄποικος τῆς legatur, ἀποικίαις ταῖς. Poſſet quis putare potius ἀποικίαις ταῖς: vel ex Strabonis lib. VI. Μεγάροις τοῖς. Sed leviſſima mutatione legendum cenſeo: Κτίσμα Ἀρχίου, Κορινθίων ἄποικος, τῇ ἐν Σικελίᾳ Νάξῳ ὁμόχρονος. MSS. habent ἐποικος τῆς ἐν Σικελίᾳ.

—— φασὶ δὲ Μίσκελλον τὸν Κρότωνος οἰκιστὴν &c. καὶ Μίσκελλον μὲν ὑγιαίνειν] Scribe Μύσκελλον, per υ in prima. Ita enim Euſtathius, Suidas, Scymnus, Strabo; e cujus lib. VI. pag. 267. quæ hic dicuntur, hauſta ſunt.

—— Συρακουσίους δὲ πλουτεῖν ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ παροιμίαν ἐκπεσεῖν ἐπὶ τῶν πολυτελῶν &c.] MSS. ἐπὶ τῶν εὐτελῶν. Strabo: πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Συρακούσιος] Virgilius Ecloga VI.

Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu.

Ubi Servius: *Syracuſio Græce ait: nam Latine Syracuſanos dicimus.*

—— Καὶ λίμνη, ἥτις καλεῖται Συρακώ] Ab hac *palude* urbs denominata. Strabo lib. VIII. pag. 364. Hujus etiam meminit auctor Etymologici, ubi: Συρακοῦς. Καὶ τὰς κλεινὰς Συρακοῦς. Videtur enim lectio ibi eſſe corrupta legendumque, Καὶ τᾶς κλεινᾶς Συρακοῦς· ut ſit genitivus. Quod docti amplius expendant.

ΣΥΡΜΑ'ΤΑΙ, οἱ Σαυρομάται, ὡς Εὔδοξος πρώτῳ· Ποταμὸν δὲ Τανάϊδος Συρμάτας καλοικεῖν] Scylax: Καθήκουσι γὰρ ἐκ τῆς ἔξω θαλάσσης ὑπὲρ τῆς Ταυρικῆς εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην Συρμάται ἔθνος, καὶ ποταμὸς Τάναϊς ὁρίζει Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην. *Pertingit a mari extero ſuper Tauricum uſque Mæotim paludem gens Syrmatarum & fluvius Tanais Aſiam & Europam dividit.*

ΣΥ'ΡΝΑ, πόλις Καρίας. Ἔκλισται δὲ ἀπὸ Ποδαλείρου· ἐκπέσοντα γὰρ αὐτὸν εἰς Καρίαν, &c.] Pauſanias in fine lib. III. pag. 215. Σύρνον τῆς Καρικῆς ἠπείρου vocat, occaſione pariter *Podalirii*, quem deleto Ilio cum redirent Græci tempeſtate compulſum ibi conſediſſe ſcribit. Dioſcorides lib. I. cap. 19. Συρίαν vocat ad imitationem forte Homeri, qui de ſententia Strabonis lib. X. pag. 487. Σύρον vocavit Συρίην. vide quæ notavimus ſupra v. Ἀπαλαθίς.

—— Φασὶ δὲ οὕτως Ἀθυμοῦντος τοῦ Δαμαίθου &c.] MSS. φησί.

—— Ἐν ᾗ δύο πόλεις κτίσαντα, τὴν μὲν ἀπὸ γυναικὸς Σύρνον] Annon, Σύρναν, ut ſupra.

—— Τὴν δὲ ἑτέραν, ἀπὸ τοῦ σώσαντος νόμεως] Intelligitur Βύβασος. de qua vide ſupra h. v.

ΣΥ'ΡΟΙ, κοινὸν ὄνομα πολλῶν ἐθνῶν] *Aſſyrii* prius dicti, ut Sacræ literæ & Juſtinus. Scylax *Aſſyriam* regionem facit poſt Chalybas ad Pontum Euxinum. Herodotus *Syrorum* vocem Græcam, *Aſſyriorum* barbaram exiſtimat. Vide Prolegomena Joannis Seldeni de Diis Syris.

—— Λέγονται καὶ Λευκόσυροι] *Leucoſyri* ad *Syrorum* nomen pertinebant: non tamen συνωνύμως omnes *Syri*, *Leucoſyri*.

ΣΥ'ΡΟΣ, νῆσος Ἰωνική, ὡς Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. Τὸ υ μακρόν. Τὸ ἐθνικὸν, Σύριος. νῆσος Ἀκαρνανίας] Mirum quibus oculis Strabonem inſpexerit Stephanus, ſi vitio locus careat. Σύρος enim *Cycladum* una deſcribitur a Strabone lib. X. pag. 487. ordine cum reliquis. Ψύρος autem *Ionica* inſula prope *Chium*, quæ Ψύρα noſtro ſuo loco, Ψυρίη Homero, & τὰ Ψύρα neutro plurali Straboni lib. XIV. pag. 645. Hæ duæ manifeſte hic confunduntur. Sed Epitomatorum potius vitium cenſeo & librariorum imperitorum quam Stephani Byzantii.

ΣΥΡΕ'ΝΤΙΟΝ, πόλις Τυῤῥηνίας καὶ Συρεντόν] Puto legendum: Συῤῥεντόν. Ita enim Latinis dicitur: & in vetere Epigrammate Macedonii ἀνεκδότῳ de calicibus *Surrentinis* & *Pollentinis* atque Aſtenſibus (de quibus Plinius lib. XXXV. cap. 12.)

Συρέντου τρηχεῖα μυελόπνοε χαῖρε κονίη
Καὶ Πολλεντίνων γαῖα μελιχροτάτη.
Αἷς ταιθ' αἱ τριπόθητοι ἀφῆς βρομιώδεα πηλον,
Φύρησαν Βάκχῳ τριζυγέες Χάριτες.
Πλούτου καὶ πενίης κοινὸν κλέαρ· οἷς μὲν ἀναγκης
Σκεῦος, τοῖς δὲ τρυφῆς χρῆσι προτέρη.

Ubi in ſecundo diſticho forte legendum: Ἀσαι θ' αἱ &c.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Συρέντιος] An non Συρεντῖνος, ut alia?

ΣΥΩ'ΠΙΟΙ, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Λιβυρνοῖς, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ] Meminit iterum hujus gentis infra v. Ὑθμῖται.

ΣΦΑΚΤΗ'ΡΙΑ, οὐδετέρως, Ἔστι δὲ μεθόριον Ἠλείων, τῆς πρὸς Μεσσήνην χώρας. Κέκληται δ' οὕτως, ὥς φησιν Ἐχεφυλίδης, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ σφαγιαζομένους τοὺς Ἡρακλείδας &c.] MSS. σφαγιασμένους.

—— Ἔστι καὶ νῆσος Σφακτηρία, ἧς μνημονεύει Παυσανίας ἐν τρίτῳ περιηγήσεως Ἑλλάδος] Objacet *Sphacteria* Pyliorum portui: cujus ſitum accurate deſcribit Thucydides lib. IV. pag. 255. & egregie illuſtrat eo loco Scholiaſtes. Pauſanias autem non τρίτῳ ſed τετάρτῳ. E. pag. 286. inſulæ hujus meminit, ubi pariter objacere Pyli portui, ſimul Lacedæmonios ad hanc accepiſſe cladem commemorat. Adde his Ariſtophanis Scholiaſten ad Thetes pag. 291. & Georgium Remum ad Themiſtii Orationes Auguſtales pag. 202. Accurate

rate autem depingit inſulam hanc Belgarum Nautica Mediterranea.

—— Ἐκαλεῖτο δὲ Σφαγία, ὡς Φαβωρῖνος] Similiter Platoni dicitur in Menexeno, ubi locus male ab interprete vertitur.

ΣΦΗ´ΚΕΙΑ, πόλις Εὐβοίας. Λυκόφρων,

Οἱ πέντε τοῦ Σφήκειαν εἰς Κεραστίδα.] Apud Lycophronem vero legitur Κεραστίαν: atque ita Euſtathius citat.

—— Οὕτω δὲ καὶ ἡ Κύπρος ἐκαλεῖτο] Supra v. Κύπρος locum hunc jam excuſſimus, correximuſque Etymologici auctorem v. Σφήκεια, ubi *Stephanus* citatur pro *Philoſtephanus* partim ex Tzetze ad Lycophronem pag. 79. partim ex Conſtantino Porphyrogenneta, quibus nunc addo etiam Clementem Alexandrinum in Admonitione ad Gentes pag. 38. ubi Pygmalionem Cyprium amaviſſe turpiter ſtatuam Veneris eburneam e *Philoſtephano* refert.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Σφῆκες· Σφήκειαν δὲ Κεράστειαν τὴν Κύπρον] Repetit quaſi Lycophronis verba. Salmaſius legit: Σφήκειαν δὲ καὶ Κεράστειαν. Locus mutilus aut male compilatus: nec enim ſatis cohærent. Cur autem Κεράστια dicta fuerit pete ex Tzetze.

ΣΧΕΡΙ´Α, ἡ Φαιακία κέκληται] Conon Narrat III. apud Photium: Ἡ παρὰ τὸν Ἰόνιον πόντον Σχερία νῆσος, οὐχ ἑκὰς οὖσα τῆς ἠπείρου, καὶ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν, λέγεται. Αὕτη Φαίακας ἔσχεν οἰκήτορας, τὸ πρώτερον αὐτόχθονας, ἔθνος λαχὸν τὴν ἐπωνυμίαν ἀπό τινος τῶν ἐπιχωρείων βασιλέως· ὕστερον δ' ἐπῴκησαν αὐτὴν μοῖρα Κορινθίων καὶ τότε ὄνομα εἰς Κορκύραν μετέβαλε· καὶ τῆς περὶ ἐκεῖνα θαλάσσης ἦρξε. *Ad Ionium mare Scheria inſula non procul ab Epiro & Cerauniis montibus ſita dicitur. Hæc Phæacas incolas tenuit, qui initio quidem indigenæ fuerunt, impoſito huic nationi nomine a quodam ejus regionis rege, donec poſt Corinthiorum pars eo commigravit, nomenque exinde commutavit, ut Corcyra diceretur, quæ & maris ibidem imperium habuit. Scheriæ* meminit & Crinagoræ Epigramma nondum vulgatum de ſua in Italiam profectione ad Menippum:

Πλοῦς μοι ἐπ' Ἰταλίην ἐντύνεται, ἐς γὰρ ἑταίρους
Στέλλομαι, ὧν ἤδη δηρὸν ἄπειμι χρόνον.
Δηφέω δ' ἡγητῆρα περίπλοον, ὅς μ' ἐπὶ νήσους,
Κυκλάδας, ἀρχαίην τ' ἄξει ἐπὶ Σχερίην.
Σύντιμοι, ἀλλὰ Μένιππε λαβεῦ φίλος, ἵστορα κύκλον
Γράψας ὦ πάσης ἴδρυ γεωγραφίης.

Item Vetus inſcriptio, quam in *Corcyra* vidit & deſcripſit Cyriacus Anconitanus:

ΒΑϹΙΛΕΙΔΗϹ ΕΤΩΝ ΚΓ´.

Πυνθάνεαι τίς ἔφυν ξένε, τίς δ' ἐγγενήθην
Ἀρόδετα μάθε στὰς ὀλίγον πρὸ τάφων.
Γέννα μὲν Γλαῦκος με πατὴρ, τίκτε δέ με μήτηρ
Χρυσογόνη καὶ μεῦ δύσμορος οὐκ ὄνατο
Τηλόθι γὰρ πάτρης Βειθυνίδος ὤλεσα θυμὸν
Ναυκλίη .... νηΐτε μὴ πίσυνος.
Κεῖμαι δ' ἐν Σχερίη παρὰ θεῖν ἁλὸς ἠνεμόεσσαν
Ὕστατα λυγρὸν ἐμοὶ δερκόμενος πέλαγος.

Vide infra v. Φαίαξ. & Plinium lib. IV. cap. 12.

—— Ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, ἀπὸ τοῦ τὴν Δήμητραν φοβουμένην] Verba hæc Ariſtotelis deprompta ſunt ex libro ejus de Κερκυραίων πολιτείᾳ, unde ea adducit Apollonii Scholiaſtes. Vide etiam Scholia Græca in Antholog. lib. I. cap. 31. Epigr. I. ubi hic Stephani locus transſcribitur.

ΣΧΟΙΝΟΥ͂Σ, Ἀρκαδίας χωρίον, ἀπὸ Σχοινέως τοῦ Ἀταλάντης πατρός.

—— Καὶ Σχοινοῦς ποταμὸς, ἀπὸ Σχοινέως τοῦ Ἀθάμαντος] Hoc loco deſunt quædam de *Schœno Bœotiæ*. De illo enim ſequentia accipienda. Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 265. Σχοῖνος δὲ, ἢ ἀπό τινος ὁμωνύμου ἀνδρὸς, ἢ ἀπὸ Σχοίνων φυομένων αὐτόθι καθὰ καὶ ἐν τῇ Ἀρκαδικῇ Σχοινοῦντι διὰ τὸ ἑλῶδες τοῦ τόπου. Λέγεται δὲ ἀπὸ Σχοινέως τὴν κλῆσιν σχεῖν τοῦ πατρὸς Ἀταλάντης. Ὁ δὲ Στράβων, φησὶ Σχοῖνος χώρα Θηβαϊκὴ, ἐν ὁδῷ τῇ ἐπὶ Ἀνθηδόνα· διέχουσα Θηβῶν ὅσον πεντήκοντα στάδια. Ῥεῖ δὲ ποταμὸς δι' αὐτῆς Σχοινοῦς καλούμενος. Vide Strabonem lib. IX. pag. 408. cui pariter Σχοινοῦς hic fluvius non Σχοινοῦς. Tamen ſupra v. Ἀγάθη hanc lectionem confirmat.

—— Ὁ οὖν Φωκαεὺς, οὐ παρὰ τὸν Φωκὸν γέγονε, παρὰ μέντοι τὴν Φώκαιαν] Euſtathius ad Dionyſium pag. 63. Ἡ ἀπὸ Φώκου καλουμένη χώρα Φωκὶς, ἑλκομένη πρὸς βορρᾶν κατὰ τὸ στόμα τῶν Θερμοπυλῶν, Παρνασοῦ νιφόεντος ὑπὸ πτυχὶ, ἤγουν ὑποκειμένη τῷ Παρνασῷ. Ταύτης οἱ οἰκήτορες Φωκεῖς λέγονται δισυλλάβως. Φωκαεῖς μέντοι τρισυλλάβως, οἱ τῆς Φώκης Ἰωνικῶς πόλεως, ἥτις καὶ Φώκαια λέγεται, ὡς Νίκη Νίκαια.

ΣΩ´ΣΟΥΣΑΙ, πόλεις τρεῖς, Φοινίκης, Πισιδίας, Αἰθιοπίας] Apud Epiphanium Hæreſ. LXXIII. cap. 26. occurrit Heliodorus Epiſcopus τῆς Σωζούσης τῆς Πενταπόλεως.

ΣΩΣΑ´ΝΔΡΑ, νῆσος περὶ Κρήτην. Ἐκλήθη δὲ ἐπειδή ποτε τῶν Λυκτίων νύκτωρ ἐπελθόντων τῇ πόλει, διασῶσαι λέγεται σὺν τοῦ εἰς ἑαυτήν] MSS. εἰς ἑαυτόν.

ΣΩΦΗΝΗ`, χώρα τῶν πρὸς Ἀρμενίαν, ὡς Στράβων ἑνδεκάτῃ] Joſephus *Sophenen* in S. L. dici putat *Aram Soba*: cui contradicit Samuel

Bochartus

Bochartus lib. I. Phaleg cap. 6.

—— Παρὰ δ' Ἀρριανῷ, Σωφανίη, πετρασυλλάβως] Rectius videtur, Σωφανηνή. Ita enim bis ſcribitur apud Dionem lib. XXXVI. pag. 26.

ΣΩ'ΤΕΙΡΑ, πόλις Ἀρειανῶν, Ἀντιόχου κτίσμα τοῦ Σελεύκου. Τὸ ἐθνικὸν, διὰ τὴν χώραν, Σωτειρηνός] Supra v. Κάσπειρος in verſu e Dionyſii Baſſaricis, occurrunt Ἀρειηνοί. Aliis Ἄρειοι ſupra v. Ἄρεια. Cæterum poſt hanc vocem in MSS. legitur: Ἀρχὴ τοῦ τ βιβλίον ά.

T.

TA'BAI, πόλις Λυδίας.

—— Ὁ πολίτης, Ταβηνός] ΤΑΒΗΝΩΝ nummus extat apud . . . .

—— Ἡσίοδος,

Παρ' ἱπποδάμοισι Γερηνοῖς] Salmaſius legit: Ταβηνοῖς καὶ Γερηνοῖς. Sed fruſtra, uti apparet ſupra v. Γερηνία, ubi *Heſiodi* locus integer extat. Potius exiſtimo excidiſſe aliquid ante *Heſiodi* verba; & forte: Ὁ πολίτης, Ταβηνὸς, ὡς Γερηνός· Ἡσίοδος &c.

—— Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Καρίας Τάβαι, καὶ τρίτη τῆς Περαίας, ἣν Ἀλέξανδρος, ἐν τῷ περὶ Συρίας ἑρμηνεύει ἀγαθήν] Per tertiam τῆς Περαίας intelligo urbem *Judææ* trans Jordanem. Vide quæ notavimus ſupra v. Περαία. Niſi potius error ſubſit & pro τῆς Περαίης ſcriptum a Stephano fuerit τῆς Παραιτακηνῆς. *Paratacene* enim regio *Syriæ* Tranſtigritanæ: in hac autem *Tabæ* fuerunt, quas Τάβας τῆς Περσίδος Polybius dicit in Excerpt. lib. XXXI. pag. 145. Antiochum ibidem obiiſſe commemorans. Curtio lib. V. cap. 13. dicitur *Tabas*, ſi ſincera lectio eſt: *Tabas oppidum eſt in Paratacene ultima: ibi transfugæ nunciant præcipitem fuga Bactra petere Darium.* Vide quæ notat Henricus Valeſius ex Hieronymo ad ſuperiorem Polybii locum pag. 25. Supra v. Ἐκβάτανα, ab hac urbe gentile adducitur.

TABHNOI', ἔθνος, κατὰ τὴν ἔρημον Καρμανίας οἰκοῦντες] An non Καρμανίαν rectius?

TA'BIOI, πόλις Ἰταλίας, ἐν ᾗ οἱ περὶ Ῥέμον ἐπαιδεύθησαν] Intelliguntur ΓΑ'ΒΙΟΙ. Scilicet ſimilitudo literarum T & Γ Stephanum fefellit, ſed non ſolum. *Remum* autem & Romulum *Gabiis* literis inſtitutos teſtantur Dionyſius & Plutarchus in Romulo.

TA'BAΘPA, πόλις Λιβύης] An Τὰ Βάθρα fuit in ipſo Auctore unde hæc *Libyæ* urbs deprompta? & Victor *Graduenſis* Epiſcopus apud Optatum Milevitanum inde fuit? Similiter Matracha, oppidum circa oſtium Mæotidis, Ταμάτραχα præpoſito articulo Conſtantino Porphyrogennetæ de Adminiſtr. Imperio.

—— Πολ * δυοκαιδεκάτῳ] An Πολύβιος? ita quidem Caſaubonus, qui inter Fragmenta recenſet.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταβαδρηνὸς, διὰ τὴν χώραν] Juxta primitivi ſcripturam legendum Ταβαθρηνός.

TAI'NNOI, ἔθνος ἀπὸ τῶν Σαρακηνῶν πρὸς μεσημβρίαν, ὡς Οὐλπιανὸς ἐν Ἀραβικοῖς καὶ Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ] Ταϊνοὶ vocantur a Bandeſune Syro apud Euſebium lib. VI. Præpar. Euang. cap. 10. qui eoſdem cum Saracenis conjungit. Ex ordine literarum videtur Ταηνοὶ fuiſſe ſcriptum.

TAI'NAPOΣ, πόλις ἀπὸ Ταινάρου τοῦ Γεραίστου μὲν ἀδελφοῦ, Διὸς δὲ παιδός. Ὃς πλέων σὺν Καλάβρῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ τόπον τῆς Πελοποννήσου καταλαβών τινα Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρύσατο, ὃ καλεῖται Ταίναρον] Tzetzes ad Lycophronem pag. 20. τὸ Ταῖναρ vocat.

—— Ἔστι καὶ Ταίναρος ὁ Ἰκαρίου υἱὸς, ἀφ' οὗ καλεῖται ἡ ἄκρα καὶ ἡ πόλις καὶ ὁ λιμήν] Scholiaſtes Græcus Apollonii ad lib. I. v. 102. Φερεκύδης ἐν τῇ θ φησὶν ὅτι Ἔλατος ὁ Ἰκάρου γαμεῖ Ἐρυμήδαν τὴν Δαμασίκλου· τούτου δὲ γίνεται Ταίναρος· ἀφ' οὗ Ταίναρον καλεῖται ἡ πόλις καὶ ἡ ἄκρα καὶ ὁ λιμήν. Unde apparet hoc loco, pro Ἰκαρίου, legendum Ἰκάρου. Quamvis ille *Tænarum* Elati filium, *Icari* nepotem faciat.

—— Λέγεται δὲ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς] *Fœminine* legitur apud Pindarum Pyth. Od. IV. pag. 237: Ταίναρον εἰς ἱεράν.

TA'KOMΨOΣ, κώμη ἐν τοῖς ὁρίοις Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων, πρὸς τῇ Φιλίᾳ νήσῳ, ὡς Ἀρισταγόρας ἐν Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ] Scribe, πρὸς τῇ Φίλᾳ. uti ſcribitur infra h. v. & ſic Salmaſius notarat.

TAMA'ΣΕΟΣ, πόλις Κύπρου, διάφορον ἔχουσα χαλκὸν ἐν μεσογείᾳ] Salmaſius legit Τάμασσ. Straboni vero lib. XIV. pag. 689. Ταμασσός dicitur, & alibi Ταμασός. In Notitia Epiſc. & apud Conſtantinum de Thematibus Τάμασος. Quomodo ſcribendum eſſe analogia exemplorum poſtulare videtur. Plinio tamen, ut noſtro, *Tamaſeus* lib. V. cap. 31.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταμασίτης] Apud Goltzium duo viſuntur nummi, ΤΑΜΑΣΙΤΩΝ.

—— Ἐντεῦθέν τινες γράφουσιν,

Ἐς Ταμέσην μετὰ χαλκόν] Hemiſtichion Homericum ex Odyſſ. A. v. 184. quod Strabo lib. VI. pag. 256. pariter, ait tractum ad Italiæ *Temeſen*.

—— Ἔστι γὰρ καὶ Ταμέση πόλις Ἰταλίας καὶ ποταμός] Infra urbs *Italiæ* Τεμέση dicitur. Tzetzes ad Lycophronis v. 814.

Ταμασιον κρατῆρα τε βοάγριον
Craterem ex ære Tamaſio confectum ſcutumque bubulum.

Τάμεσα, inquit, πόλις Καλαυρὶς ἀριστόχαλκος, περὶ ἧς φησὶν Ὅμηρος,

Ἐς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Ἐς Ταμέσην μετὰ χαλκόν. ἄγω δ᾽ Αἴθωνα σίδηρον.

Ταύτην δὲ, καὶ οἱ βάρβαροι Καλαυροί τε καὶ ἕτεροι Τέμεσαν ἐπικαλοῦσιν, ὥσπερ αἰδούμενοι μεταποιῆσαι καθ᾽ ὁλοκληρίαν τὴν τοῦ Ὁμήρου φωνήν. Ὁ δὲ Λυκόφρων οὐκ αἰδεσθεὶς τὴν ποιητικὴν ἐκείνην φωνὴν, οὐδὲ τὴν περὶ τὸ ποιητὴν τῶν βαρβάρων αἰδῶ λογισάμενος, βαρβαρώτερος ἐκείνων φανεὶς, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν, κελὸς περὶ τὰ τροφεῖα διδοὺς Τάμασαν, τὴν Τέμψαν ἐκάλεσεν. Unde patet Tzetzen *Italiæ* urbi tribuere, quod Stephanus *Cypriæ*.

ΤΑ´ΜΒΡΑΞ, πόλις Παρθυαίων. Τὸ ἐθνικὸν, Ταμβράκιος, διὰ δὲ τὴν χώραν Ταμβρακηνός] Apud Pyrrhum Ligorium Septimii Severi nummus extat pulcherrimus, in quo ſupra caput Apollinis & Dianæ legitur: ΤΑΜΒΡΑΚΗΝΩΝ. quem cuſum puto, quod Severus iſthic Parthici cognomen meruit.

ΤΑΜΙΕΙ῀ΟΝ, οἶκος, ἐν ᾧ τὰ ἀναγκαῖα ἀπετίθεσαν, ὡς Ἀριστοφάνης, καὶ Ἴπνος καὶ ἄλλοι] An pro Ἴπνος ſcribendum Ἴστρος? Certe *Iſter* ſæpe noſtro adducitur; *Ipnus*, nunquam.

—— Ὁ δὲ τοῦ Ταμίου οἰκήτωρ, Ταμιεύς] Scribe, Ταμιείου.

ΤΑ´ΜΥΝΑ, πόλις Ἐρετρίας. Στράβων δεκάτῃ, Καὶ πληθυντικῶς, Ταμυνηΐς] Apud Strabonem lib. x. pag. 447. Ταμύναι nunc legitur numero plurium: Ἐν δὲ τῇ Ἐρετριακῇ πόλις ἦν Τάμυναι, ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος. *In Eretrica vero ditione urbs fuit Tamynæ, Apollini ſacra.* Sed cum poſt urbis nomen hoc loco vox ſequatur ab ι incipiens, difficulter dici poteſt quomodo Strabo ſcripſerit; aut utrum Stephanus per errorem ſic apud eum legerit, vel librarii deinceps ſcripſerint.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταμυνεὺς καὶ θηλυκῶς, Ταμυνηΐς· ἐξ αὐτοῦ λέγεται Ταμυναῖος. οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐν αὐτῇ τιμᾶται] Pyrrhus Ligorius nummum Septimii Severi producit, in quo circum caput Apollinis laureatum radiatumque legitur: ΤΑΜΥΝΑΙΩΝ.

—— Παυσανίας ἐν δεκάτῳ περιηγήσεως] MSS. ιά.

ΤΑΜΙ´ΑΘΙΣ, πόλις Αἰγύπτου] Ταμιάθη habet Notitia Provinciarum MS. nunc *Damiata*. Inepti enim qui Peluſium ita nunc vocari exiſtimant. Hinc Elpidius *Tamiatheos* Epiſcopus ſubſcripſit Synodicæ Gennadii Tom. I. Jur. Gr. Ro. pag. 190. ubi male Ταμιαθέως editur.

—— Λέγεται καὶ θηλυκῶς] Etymologicum v. Ἐπαλξίτης. Ταμίαθις, Ταμιαθίτης.

ΤΑ´ΝΑΓΡΑ, πόλις Βοιωτίας, ἣν Ὅμηρος Γραῖαν καλεῖ, διὰ τὸ πλησίον εἶναι· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ποιμανδρεία] Vide Euſtathium ad Iliad. B. pag. 266.

—— Λυκόφρων,

Ἣν ἐς βαθεῖαν λαιμίοσας Ποιμανδρείαν]

Scribe, uti editur apud Lycophronem v. 326.

Ἣν ἐς βαθεῖαν λαιμίσας Ποιμανδρείαν.

—— Ὁ πολίτης, Ταναγραῖος, καὶ Ταναγρεὺς ἀπὸ τοῦ Τάναγρα] Apud Pyrrhum Ligorium quatuor extant nummi, in quibus legitur: ΤΑΝΑΓΡΑΙΩΝ. in quorum uno gallus gallinaceus; in altero figura ſacrificantis ſub porta, quam duæ hinc inde figuræ coronant, ad pedes autem figura Tritonis; in tertio Luna invecta bigis; in quarta Sol invectus quadrigis.

—— Ἡρόδοτος, πέμπτῃ, Ταναγρικὴ μοῖρα] Herodotus lib. v. cap. 57.

ΤΑ´ΝΑΙΣ, πόλις ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ. Στράβων ἑβδόμῃ] Strabo lib. VII. pag. 310. & lib. x. pag. 493.

—— Ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ· κατὰ δὲ τὰς εἰς τὴν λίμνην τὴν Μαιῶτιν ἐκβολὰς τοῦ Τανάϊδος, πόλις Ἑλληνικὴ ἔκτισται Ταναΐς, ἥτις καὶ ἐμπόριον ὀνομάζετο] Verba ſunt *Alexandri Polyhiſtoris*, quibus probat ab eo ſimiliter atque a Strabone, cujus verba in principio adduxerat, *Tanain* urbem dici & fluvium.

—— Τινὲς δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Ἀκεσίνην εἶναι καὶ Ἰαξάρτην] Certum eſt, hic duos fluvios confundi. Nam *Iaxartes*, quem Græci *Tanain* quoque vocarunt, longe diſtat verſus ortum ab altero, qui Aſiam & Europam diſterminat. Vide de his Salmaſium ad Solinum pag. 790. Apud Suidam autem ſcribitur Ἰαζάρτης.

—— Ἑλληνίζεται δὲ τὰ πολλὰ τῶν βαρβαρικῶν ὀνομάτων, ὡς Νικάνωρ φησί] Plura vide apud Euſtathium in Dionyſium pag. 10.

ΤΑ´ΝΙΣ, πόλις μεγάλη Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Ταvίτης. Τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό] Apud Scylacem occurrit τὸ Τανικὸν στόμα· Apud Strabonem τὸ Τανιτικὸν lib. XVII. pag. 802. Εἶτα τὸ Τανιτικὸν στόμα, ὅτινες Σαϊτικὸν λέγουσι· καὶ ὁ Ταvίτης νομὸς καὶ πόλις ἐν αὐτῇ μεγάλη Τάνις. *Poſtea Taniticum oſtium, quod nonnulli Saiticum vocant, & Tanitica præfectura & Tanis maxima in eo urbs.* Apud Plutarchum lib. de Iſide & Oſiride pag. 356. διὰ τοῦ Ταναϊτικοῦ στόματος male editur pro Τανιτικοῦ. *Taneotanus* Epiſcopus Apollonius occurrit in Actis Epheſini Latrocinii Act. 1. Concil. Chalc.

ΤΑ´ΝΟΣ πόλις Κρήτης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν τετάρτῳ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, Τάνιος] Non dubito, quin ſit Ἴτανος, de qua vide ſupra h. v.

ΤΑ´ΝΤΑΛΟΣ, ὄρος Λέσβου, ἀπὸ Ταντάλου. Τὸ ἐθνικὸν, Ταντάλιος, ὡς Φαρσάλιος] *Tantalus* mons, *Tantalis* urbs alio nomine *Sipylus*. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 863.

ΤΑΞΙ´ΑΝΑ, νῆσος περὶ τὸν Πηλώδη κόλπον τῆς Σουσίας νήσου] Scribe: τῆς Σουσιανῆς. ex Ptolemæo.

ΤΑ´ΞΙΛΑ, πόλις Ἰνδική· Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ταξιλίτης τῷ τῆς χώρας τύπῳ καὶ Ταξιλεύς· τῷ δὲ παρ᾽ ἡμῖν, Ταξιλεύς]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

λοὺς] Strabo lib. xv. pag. 698. urbis hujus meminit. pag. 714. Ταξίλους gentem ipſam vocat. Dionyſius vero Τοξίλους. vide Euſtathium pag. 136.

ΤΑ'ΟΧΟΙ, ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ Πόντου] Meminit Xenophon lib. IV. de Exped. Cyri pag 333.

ΤΑΠΟ'ΣΕΙΡΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, πλησίον Ἀλεξανδρείας. Ὁ πολίτης Ταποσειρίτης] Apud Euſebium Ταπόσιρις ſcribitur: procul dubio quæ infra Ταφόσιρις.

ΤΑΠΡΟΒΑ'ΝΗ, νῆσος μεγίστη ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ· Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Λύχνος,

Νῆσος πετράπλευρος, ἁλιστέφανος Ταπροβάνη

Θηρονόμων πέπληθεν εὐρρίνων ἐλεφάντων]

Euſtathius paullo aliter ad Dionyſium pag. 84. Ἡ Ταπροβάνη, ποτὲ Σαλικὴ ὀνομασθεῖσα, νῆσός ἐστι πελαγία οὐκ ἐλάττων τῆς Βρεττανικῆς, κατὰ τὴν ἱστορίαν, πετράπλευρος θηρονόμος, πεπληθυῖα δεινῶν ἐλεφάντων, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Λύχνος ἐπιλεγόμενος.

ΤΑ'ΠΥΡ'ΡΟΙ, οὐ πόρρω Ὑρκανίας ἔθνος] Puto ſcribendum Τάπυροι. ut Dionyſio v. 733.

Ἄγχι δὲ Μάρδοι
Ὑρκάνιοι, Τάπυροί τ'· ἐπὶ δέ σφισιν ὁλκὸν ἑλίσσει
Μάρδος.

prope autem Mardi
Hyrcanii Tapyrique: poſt autem ipſos tractum ſinuat
Mardus.

Similiter Athenæus lib. x. pag. 442. Βαίτων γοῦν ὁ Ἀλεξάνδρου βηματιστὴς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας καὶ Ἀμύντας ἐν τοῖς Σταθμοῖς τὸ τῶν Ταπύρων ἔθνος φησὶν οὕτω φίλοινον εἶναι, ὡς καὶ ἀλείμματι ἄλλῳ μηδενὶ χρῆσθαι, ἢ τῷ οἴνῳ. *Bæton dimenſor itinerum Alexandri in libro, quem inſcripſit, Stationes expeditionis Alexandri & Amyntas in Stationibus adeo bibacem eſſe ſcribunt Tapyrorum nationem, ut alio nullo utantur unguento quam vino.* Idem deinde ſcribere ait Cteſiam. Similiter ſcribuntur apud Strabonem & Plinium: apud Ptolemæum lib. VI. cap. 2. Τάπουροι.

ΤΑ'ΡΑΝΔΡΟΣ, χώρα Φρυγίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ταρανδρινός] Scribe χῶρος, uti eſt in calamo exaratis, pro χώρα.

ΤΑ'ΡΑΣ, πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος παρὰ θάλασσαν] Pauſanias lib. x. cap. 628. Τάραντα δὲ τὸν ἥρω Ποσειδῶνός φασι καὶ ἐπιχωρίας Νύμφης παῖδα εἶναι· ἀπὸ δὲ τοῦ ἥρω τεθῆναι τὰ ὀνόματα τῇ πόλει τε καὶ τῷ ποταμῷ. Καλεῖται γὰρ δὴ Τάρας κατὰ τὰ αὐτὰ τῇ πόλει καὶ ὁ ποταμός. *Taranta quidem heroëm Neptuni & indigenæ Nymphæ filium fuiſſe dicunt: ab eo vero nomen impoſitum & urbi & flumini: eodem enim fluvius, quo urbs nomine vocatur, Taras.* Vide ut Euſtathium ad Dionyſium pag. 53.

—— Ἀρσενικῶς δὲ κατ' ἀναλογίαν· οὐδὲν γὰρ εἰς ρας θηλυκὸν εὑρίσκεται. Τοῦτο δὲ εὕρηται καὶ θηλυκῶς] *Fœminine* occurrit apud Dionyſium i[n] Perieg. v. 376.

Τάρας δ' ἁλὸς ἐγγύθι κεῖται
Ἥν ποτ' Ἀμυκλαίων ἐπολίσσατο κάρτερ[ος]
Ἄρης.

Taras vero prope mare jace[t]
Quam olim Amyclæorum condidit fortis Mar[s]

—— Ὁ πολίτης, Ταραντῖνος. Καὶ ἀνεχρ[...] φησιν οὕτω πολλοὶ χρηματίζοντες, μάλιστα Πυθαγόρειοι καὶ Ἀριστόξενος μουσικὸς, καὶ Ῥίνθω[ν] Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταρρυθμί[ζων] ζων ἐς τὸ γελοῖον.] Extat *Rhinthonis* Epita[-]phium in Anthologia Græc. Epigr. lib. III cap. 6. pag. 302. in quo dicitur Συρηκόσιος. Φλύακες autem vel Φλοίακες Hilarotragœd[i] dicebantur ut & Hilarotragœdiæ ipſæ, qua[e] tragica argumenta in jocos commutabant. Suidas de Sotade: Ἔγραψε Φλύακας ἤτοι Κιναίδους. Vide de hac voce Samuelem Petitum lib. VII. Miſcell. cap. 14.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταραντίνη, καὶ Ταραντῖνον οὐδετέρως· καὶ ταραντινίζειν, τὸ τὴν ἐνόπλιον, καὶ εἰς τὰς μάχας χρήσιμον, ἱππασίαν ποιεῖσθαι] Euſtathius: ἱππηλασίαν· ſed idem mox ἱππασίαν.

ΤΑΡΙΧΕ'ΑΙ, πόλεις πολλαί· αἱ μὲν Μενδησίαι, αἱ δὲ Σκηνιτικαὶ, αἱ δὲ Κανωβικαί] Salmaſius in Exercitat. ad Solinum pag. 578. docet urbes hoc nomine appellatas ἀπὸ τῆς ταριχείας, ſive a conditura piſcium vel ſalſura, ipſas tamen urbes non Ταριχείας ſed Ταριχέας dictas, diſtinctionis cauſſa. *Scenas* autem varias in Ægypto commemorat Antoninus & Notit.

—— Ἔστι καὶ Ταριχέα καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς λεγομένη, πόλις τῆς Ἰουδαίας, ὡς Ἰώσηπος] Hæc ſita fuit ad lacum *Geneſaram*, qui & ipſe Ταριχέα appellatus, teſte ibidem Salmaſio, διὰ τὸ πλείστας ταριχείας παρέχειν.

ΤΑΡΚΥΝΙ'Α, πόλις Τυρρηνίδος, ἀπὸ Τάρκωνος] Euſtathio ad Dionyſium pag. 48. ſcribitur Ταρκωνία. Cluverii autem emendatione pro Τυρρηνίδος legentis Τυρρηνὶς aut Τυρρηνίας nullo modo opus.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταρκύνιος, ἢ Ταρκυνιεὺς, ὡς Δουλιχιεὺς, καὶ Βουπρασιεύς] Scribe, Ταρκυνιεὺς, cum Salmaſio: idque ex exemplis patet tum ex Latinorum, *Tarquinienſes.*

—— Ὡς Ἱεροκλῆς ἐν τοῖς φιλίστορσι] Idem *Hieroclis* liber citatur etiam ſupra v. Βραχμᾶνες.

ΤΑ'ΡΝΗ, πόλις Ἀχαΐας. Ὁ οἰκήτωρ, Τάρνιος, καὶ Τάρνια ἔργα] Ita nonuulli pro Ἄρνη ſcribebant, teſte Euſtathio ad Homeri Iliad B. pag. 270. Alias *Tarne* proprie *Lydiæ* urbs; unde Heſychius oriundum ait Hermiam Ariſtotelis familiarem, quem Suidas Ἀταρνέα vocat.

ΤΑ'ΡΠΗ, πόλις Ἰταλίας. Καὶ Ταρπαῖον ὄρος. Καὶ ἐθνικὸν, Ταρπαῖος, ὡς Ῥωμαῖος, τρι[...] γενές]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

γῦές] In Capitolio ſive *Tarpeio* monte antiquum oppidum fuiſſe nomine *Saturniam* teſtatur Varro lib. IV. de L. L. pag. 13. Solinus cap. 2. caſtellum vocat. Id Τάρπην quoque dictum Cluverius recte exiſtimat. Putabam πόλιν hoc loco ſignificare ἀκρόπολιν, ut de arce Athenarum ipſe ſupra v. Ἀθῆναι; & de arce Thebarum v. Καδμεία. idque Meurſius docet ex aliis lib. de Cecropia cap. 3. B. Hieronymus in Iſaiam cap. XIV. v. 22. *Perdam Babylonis nomen*: *Arx*, inquit, *id eſt*, *capitolium illius urbis*, *eſt turris quæ ædificata poſt diluvium*. Eadem extant apud Bedam de Nominibus locorum in Actis Apoſt. v. *Babylon*. Ita Chalcidius in Timæum pag. 327. caput totius corporis *capitolium* vocat. Miror autem Juſtum Rycquium lib. de Capitolio cap. 3. Ταρφαῖον ex Stephano proferre, cum hic legatur Ταρπαῖον: niſi exiſtimaverit Τάρπην & Τάρφην a noſtro confundi.

ΤΑ'Ρ'Ρ'Α, πόλις Λυδίας, ἀφ' ἧς Λεύκιος ὁ γραμματικός] Non ſibi conſtat in ſequentibus auctor.

—— Λοῦκιος δ' ἦν ἀπὸ Τάῤῥης τῆς Κρητικῆς πόλεως] Scribe Λούκιλλος. Auctor Vitæ Apollonii, παραλέλειπται τὰ σχόλια ἐκ τῶν τοῦ Λουκίλλου Ταῤῥαίου εἰς Σοφοκλέους εἰς Θέωνος. Τάῤῥα δὲ πόλις Κρήτης, ὥς φησι Λογγῖνος ἐν τοῖς φιλολόγοις. & ſic vocatur apud noſtrum ſupra ſupra v. Θεσσαλονίκη· & alibi.

ΤΑΡ'Ρ'ΑΚΗΝΑ', πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος πεντεκαιδεκάτῳ Ῥωμαικῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ταῤῥακηνός] Videtur ſcribendum Ταῤῥακινὰ per ι in penultima: & gentile Ταῤῥακῖνος. *Tarracina* enim Latinis dicitur, & paullo poſt Ταῤῥαχίνη, Ταῤῥαχῖνος.

ΤΑΡ'Ρ'Α'ΚΩΝ, πόλις δυσμικωτέρα τῆς Ταῤῥηνωσίας χώρας. Ὁ πολίτης Ταῤῥακωνήσιος. Τὸ ἐθνικὸν, Ταῤῥακωνίτης] Utrumque gentile, alterum juxta regionis, alterum juxta Græcum typum, extat ſupra v. Καβελλίων.

ΤΑΡ'Ρ'ΑΧΙ'ΝΗ, πόλις Ἰταλίας. Φλέγων Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ὀγδοηκοστῇ πρώτῃ· ὅτι παιδίον ἐκ δούλης γενόμενον τῇ ἐννάτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῆς γενέσεως τὸ προσαγορεύσαντα ἀντιπροσαγορεῦσαι] Extant hæc in Collectione Olympiadum ex *Phlegonte*.

ΤΑΡΣΗ'Ι'̈ΟΝ, πόλις πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Πολύβιος τρίτῳ] Puto eandem eſſe cum Tarteſſo, quæ deinde ſequitur. Vide Polybium lib. III. pag. 179.

—— Νῦν δὲ κατὰ τὸ ἐπιχώριον, Ταρσηνοὶ λέγονται] Salmaſius legit, ταρσηΐνοί.

ΤΑΡΣΟ'Σ, ἐπισημοτάτη πόλις Κιλικίας] In nummo Caracallæ apud Franc. Gotifredum circum Lunam biga vectam: ΤΑΡΣΟΥ ΑΝΤΩΝΙΑΝΗΣ CΕΟΥΗΡΙΑΝΗΣ. ſic diſertim legitur non ΑΝΤΩΝΙΝΙΑΝΗΣ, ut apud Erizzum. Triſtanus Tom. II. pag. 215. nummum exhibet, in quo circum triremem: ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗΣ ΣΕΟΥΗΡΑΣ. Rurſus in alio Caracallæ apud Franc. Gotifredum circum leonem: ΑΝΤΩΝΙΑΝΗΣ. ΣΕΟΥ. ΑΔΡ. ΜΗΤ. ΤΑΡΣΟΥ. & intus: Κ. ΑΔΕ. Μ. Κ. In alio Antonini Pii apud Franc. Angelonum: ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΤΑΡΣΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. & in medio templum, in cujus zophoro: ΚΟΙΝΟΝ ΚΙΛΙΚΙΑΣ. In alio M. Aurelii apud Franc. Gotifredum circum duos Imperatores dextras jungentes: ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΤΑΡΣΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. & in medio: ΟΜΟΝΟΙΑ ΣΕΒΑCΤΩΝ. In alio Gordiani circum Mithram taurocidam: ΤΑΡΣΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Et ſimiliter in Herenniæ Etruſcillæ apud Franc. Gotifredum circum Bacchum cum thyrſo & tigre: ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. & in medio: Α. Μ. Κ. quod interpretor, *Prima Metropolis Ciliciæ*: vel, *Primæ Metropolis Ciliciæ*. Similem huic Clodii Pupieni nummum profert Triſtanus Tom. II. pag. 496. in quo circum Tritonem eadem legitur inſcriptio: ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α. Μ. Κ. quod ipſe interpretatur: ΑΜΑΝΟΙΔΙΚΗΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ. Sed illud *Ciliciæ* cognomentum nuſquam, quod ſciam, apud alios legi; quamvis id ab Amanoide promontorio vel Amano monte deducat, unde Amanides Portæ dicuntur. Similiter in egregio quoque Gordiani nummo apud Franc. Gotifredum circum leonem taurum diſcerpentem: ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. & ſubtus: ΑΜΚ Γ.Β. quod ego potius interpretarer: *Prima Metropolis Ciliciæ*. Apud eundem in alio magno Alexandri Severi nummo circum Apollinem dextra ramum, ſiniſtra arcum tenentem: ΑΔΡ. ΣΕΟΥΗ. ΑΛΕΞΑΝ. ΜΗΤΡ. ΤΑΡΣΟΥ. & intus ad dextrum brachium Apollinis Α. Μ. Κ. ad ſiniſtram ſub arcu: Γ. Β. In nummo egregio in Gazis Mediceis circum Hadriani Imperatoris caput: ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΔΡΙΑΝΗΣ ΤΑΡΣΟΥ. in averſa circum Jovem ſedentem, qui dextra coronam protendit: ΔΙΟC ΤΑΡΣΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Et in iiſdem Gazis in egregio Caracallæ nummo circum elephantem: ΑΝΤΩΝΕΙΝΙΑΝΗΣ ΣΕΟΥΗΡ. ΑΔΡΙΑ. & ſubtus: ΤΑΡΣΟΥ. circa coronam ſuper tergum elephantis: Μ. Α. Κ. & ſuper ejus caput: Γ. Β. In alio Caracallæ circum Herculem excetricidam: ΤΑΡΣΟΥ . . . . . ΣΕΟΥΗΡΙΑΝΗΣ. Denique in Alexandri Severi apud D. Mareſcallum circum Imperatorem Victoriolam ſuſtinentem & militem fundibularium: ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑΝΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ & intus: Α. Μ. Κ. ſubtus: Γ. Β.

—— Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ ἐν τῷ περὶ Ῥόδου, ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου πλώσεως] Dionyſius in Perieg. v. 870.

Ταρσὸν ἐϋκτιμένην, ὅθι δήποτε Πήγασος ἵππος
Ταρσὸν ἀφεὶς, χώρῳ λίπεν οὔνομα, τῆμος
ἀφ' ἵππου

Ἐς Διὸς ἱέμενος πέσεν ἥρως Βελλεροφόντης.

Tarſum bene ſtructam, ubi quondam Pegaſus equus
Ungula amiſſa loco reliquit nomen, quando ex equo
Ad Jovis proficiſcens decidit heros Bellerophontes.

Item Suidas vv. Γοργόνη & Μεδοῦσα. Sed alii a talaribus Perſei ibi delapſis denominatam volunt. Vide Henrici Valeſii notas ad Ammiani Marcellini lib. XIV. cap. 8.

—— Μέρος γάρ τι τοῦ ποδὸς ταρσὸν καλεῖσθαι, τῆς ἐκείνου χωλείας ὑπόμνημα ποιουμένων τῶν ἀρχαίων] Hanc originationem ipſi *Tarſenſes* expreſſiſſe videntur in nummo Alexandri Severi, quem Cimeliarchium ſervat Mediceum, in quo circum caligam aut crepidam legitur: ΑΔΡΙ-ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΑΙΓ. ſuper pedem, ante tibiam: ΤΑΡ
infra:
ΣΟC.

In alio egregrio Severi nummo ibidem aſſervato in corona legitur: ΣΕΟΥΗΡΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΠΙΝΕΙΚΙΑ. in margine circum: ΑΔΡ. ΣΕΥ. ΤΑΡ. ΕΝ ΚΟΑΡΕΙ. Μ.Η.Γ. ΠΑΙC. ſubtus: ΟΡΟΙC ΚΙΛΙΚΩΝ.

—— Ἐρατοσθένης δὲ Τερσὸν, διὰ τὸ πρότερον τῶν καρπῶν φθειρομένων ἐν τῷ παρακμάζειν, τούτους πρώτους συναγαγόντας τερσῆναι, καὶ εἰς τὸν χειμῶνα ἀποθέσθαι τὴν τροφήν] Ex Euſtathio ad Dionyſium pag. 115. patet locum hunc eſſe mutilum, & ſic forte reſtituendum: Ἐρατοσθένης δέ φησι τὴν κλῆσιν τῇ πόλει εἶναι ἀπὸ Διὸς Τερσίου τοῦ ἐκεῖ καλουμένου. Οἱ δέ φασι Τερσὸν, διὰ τὸ &c. MSS. nihil quidem in his mutant, ſed poſt τῶν καρπῶν addunt χλωρῶν. Unde Salmaſius legit: διὰ τὸ πρότερον τῶν καρπῶν φθειρομένων, ἐν τῷ ἀκμάζειν τοὺς αὐτοῦ πρώτους χλωρὸν συναγαγόντας τερσῆσαι. Euſtathius d. l. διὰ τὸ τοὺς αὐτοῦ ἐκεῖ πρώτους συναγαγόντας καρπὸν χλωρὸν τερσῆναι, ὅ ἐστι ξηρᾶναι, καὶ εἰς χειμῶνος ἀποθέσθαι τροφήν.

—— Ἔστι δὲ ἄποικος Ἀργείων, κτίσμα Σαρδαναπάλου] Scholiaſtes Græcus ad lib. I. Anthol. Græc. Epigr. pag. 3. ὁ δὲ Στέφανος ὑπὸ Σαρδαναπάλου ᾠκοδομηθῆναι Ταρσόν φησι. Κίλισσα δὲ εἶπεν, ὅτι ἐστὶν ἑτέρα ἐν Βιθυνίᾳ· ἢ καὶ παρά τισι Τάρσεια λέγεται. Τάχα δὲ ὁ ποιητὴς τὴν Ἀργείων ἀποικίαν αἰνίττεται. Vide ibi & Brodæum.

—— ὁ πολίτης Ταρσεὺς, ὡς Ἁλικαρνασσεύς. Ἐρατοσθένης δὲ καὶ Ταρσηνόν φησιν] Pertinent etiam huc Ταρσικοὶ ποιηταὶ, quorum mentio apud Diogenem Laërtium lib. IX. in Bionis vita: quomodo Iſaacus Caſaubonus exiſtimat dictos, qui *Tarſenſium* characterem imitabantur, ut Ἀσιανὸς, Ῥοδιακὸς, lib. I. de Satyr. Poëſi pag. 201. & ſeqq.

—— Ἔστι δὲ καὶ Ταρσὸς ἄλλη τῆς Βιθυνίας] Hujus mentio apud Nicetam, Conſtantinum Porphyrogennetam & alios. Juſtus Lipſius lib. IV. de Magnit. Rom. cap. II. putat in hac urbe natum Conſtantinum Magnum, deceptus corrupto Firmici loco, Naiſi enim natum ſupra auctor docet. Vide Valeſium ad Ammianum lib. XXI. cap 10.

ΤΑΡΤΑΡΟΣ, Κράτης τὸν ὑπὸ τοῖς πόλοις ἀέρα, &c.

—— Λέγεται δὲ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως] Euſtathius ad Homeri Iliad. Α. pag. 108. Μεταβολὴ δὲ γένους καὶ ὁ ἰσθμὸς καὶ ἡ τάρταρος παρὰ Πινδάρῳ, καὶ παρὰ Ἡσιόδῳ οὐδετέρως, Τάρταρά τε ἠερόεντα.

—— Λέγεται καὶ παρὰ τὸ ταράσσειν, ταρταρίζειν, τὸ ταράσσεσθαι] Euſtathius ad Homeri Iliad. Θ. pag. 694. ταρταρίζειν aliter explicat, videlicet τὸ σφόδρα ῥιγοῦν.

ΤΑΡΤΗΣΣΟΣ, πόλις Ἰβηρίας ἀπὸ ποταμοῦ] Pauſanias lib. VI. pag. 378. Ταρτησσὸν δὲ εἶναι ποταμὸν ἐν χώρᾳ τῇ Ἰβήρων λέγουσι, στόμασιν ἐς θάλασσαν κατερχόμενον δυσὶν καὶ ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν ἐν μέσῳ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολῶν κειμένην. *Tarteſſum autem Hiſpaniæ eſſe fluvium, oſtiis duobus in mare deſcendentem: amnique cognominem urbem inter utrumque alveum ſitam.* Vide & Tzetzem ad Lycophronem pag. 106. Orpheus vero reſtituendus eſt apud quem in Argonaut. v. 1246. pro ἀνὰ στόμα Τερνησσοῖο legendum Ταρτησσοῖο.

—— Τοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀργυροῦ ὄρους ῥέοντος] Feſtus Avienus in Ora maritima:

At mons paludem incumbit Argentarius
Sic a vetuſtis dictus a ſpecie ſui:
Stanno iſte namque latera plurimo nitet.

Inde ἀργυροπέζους πηγὰς Ταρτησσοῦ vocavit Steſichorus, quod oriretur e pede montis Ἀργυροῦ. Vide prolixe de *Tarteſſo* differentem Salmaſium in Exercit. ad Solinum pag. 285.

—— Ὅστις ποταμὸς καὶ Κασσίτηρον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει] Marcianus vel potius Scymnus in Periegeſi v. 165.

Μετ' αὐτὴν δ' ἐστὶν ἡμερῶν δυοῖν
Τελέσαντι πλοῦν, ἐμπόριον εὐτυχέστατον,
Ἡ λεγομένη Ταρτησσὸς, ἐπιφανὴς πόλις,
Ποταμόρρυτον κασσίτερον ἐκ τῆς Κελτικῆς,
Χρυσόν τε καὶ χαλκὸν φέρουσα πλείονα.

Poſt illam vero eſt dierum duorum
Abſolventi navigationem emporium opulentiſſimum,
Dicta Tarteſſus, illuſtris urbs,
Fluvio vectum plumbum ex Celtica
Aurumque & æs ferens plurimum.

Vide Euſtathium ad Dionyſium pag. 47.

ΤΑΡΦΗ, πόλις Λοκρῶν. Ὅμηρος

Τάρφην τε, Θρόνιόν τε, Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Iſaacus Caſaubonus ex hoc loco feliciter emendat Strabonem lib. IX. pag. 426. ubi male legitur Σκάφη. Verſus autem Homeri qui hic adducitur eſt ex Iliad. B. 533.

—— Λέγουσι δ' αὐτὴν ὑπὸ τῆς περὶ Φαρύγας κρήνης] Infra v. Φαρύγαι pro κρήνης legitu[r]

Τάρ

Τάρφης, male, ut puto: niſi forte utrumque nomen conjungendum.

—— Τὰ πυκνὰ γὰρ Τάρφεα Ὅμηρος λέγει, Βαθείης τάρφεσιν ὕλης] Homerus Iliad. E. v. 555.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταρφαῖος, ὡς Στύμφη Στυμφαῖος] Scribe: Τύμφη, Τυμφαῖος. atque ita pariter corrigendum apud Strabonem lib. VII. pag. 325. ubi de Arachtho fluvio: ἀρχόμενος ἐκ Στύμφης ὄρους, pro Τύμφης.

ΤΑΡΧΙΆ, πόλις Σικελική. Φίλιστος ἑβδόμῳ Σικελικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ταρχιάτης καὶ Ταρχιανὸς τῷ τύπῳ τῆς χώρας] Pro Ταρχιανὸς videtur ſcribendum Ταρχῖνος. Hic enim Siciliæ typus dicitur ſupra vv. Ἀμβρακία. Ἴνυκον. Ὀμφάκη. Et ſic formantur Ἀσωρῖνος, Ῥηγῖνος, Ταυακῖνος, Centuripinus aliaque. Niſi utroque modo legendum, ut infra v. Ταυρανία.

ΤΑΡΧΏΝΙΟΝ, πόλις Τυρρηνίας, ἀπὸ Τελέφου παιδὸς Τάρχωνος] Tranſponenda hæc: ἀπὸ Τάρχωνος παιδὸς Τελέφου. *Tarchon* enim & Tyrſenus ſecundum Lycophronem *Telephi* filii: aut interpretatione juvanda. Ταρχώνιον autem eadem, quæ ante Ταρκυνία, Romanis *Tarquinii*.

ΤΑΫ́ΓΕΤΟΝ, ὄρος τῆς Λακωνικῆς.

—— Ἀπὸ Τηϋγέτης τῆς μητρὸς Εὐρώτα] Τηλεδίκην vocat Euripidis Scholiaſtes Græcus ad Oreſtem pag. 177.

ΤΑΥΛΆΝΤΙΟΙ, Ἰλλυρικὸν ἔθνος] Thucydides lib. I. pag. 17. Ἐπίδαμνος, ἐστὶ πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον· προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. *Epidamnus eſt urbs ad dextram ſita navigantibus Ionium ſinum verſus. Huic autem finitimi ſunt Taulantii barbari, gens Illyrica.*

—— Παρὰ τούτοις ἐκ μέλιτος οἶνον γίνεσθαί φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Θαυμασίοις] Extant adhuc apud Ariſtotelem de Mirab. Auſcult. pag. 22.

ΤΑΥΡΑΝΊΑ, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ταυρανῖνος, ὡς Πλακεντῖνος, καὶ Ταυρανός] Ταυρασία Polybio, Appiano & Livio dicitur, quæ poſtea *Auguſta Taurinorum* dicta fuit. Atque ita hoc loco corrigit Philippus Cluverius lib. I. Ital. Antiq. cap. II. Quam conjecturam non improbarem niſi repugnaret gentilis formatio.

ΤΑΥΡΙΚΉ, νῆσος μεγάλη καὶ λίαν ἐπίσημος καὶ πολλὰ ἔχουσα ἔθνη, καὶ περικλείουσα τῇ θέσει τὴν Μαιῶτιν λίμνην] Apud Orpheum in Argonaut. v. 742. corruptiſſime legitur:

Ἠ̃ χίτε Μαῦροι ἔσαν Μαριανδούροισιν ὅμουροι.

ubi quondam legendum exiſtimabam,

Ἠ̃ χίτε Καυκῶνες Μαριανδύνοισιν ὅμουροι.

ex Strabone lib. XII. pag. 544. πρὸς δύσιν μὲν Βιθυνοὶ καὶ Μαριανδυνοί· τὸ γὰρ τῶν Καυκώνων γένος ἐξέφθαρται τελέως πάντοθεν· πρὸς ἄρκτον δὲ ὁ Εὔξεινός ἐστι. *Ad occaſum Bithyni & Mariandyni: (nam Cauconum genus funditus ubique periit) ad ſeptentrionem eſt mare Euxinum.* Fuit & cum Μάκρωνες legendum cenſerem pro Μαῦροι, tamquam propius ad veſtigia corruptæ lectionis accedens. Poſtea preſſius locum expendens, cum ab ora Pontica ſiniſtrorſum Argonautas curſum tenuiſſe ſcribat hypobolimæus iſte Orpheus, vidi omnino ſcribendum:

Ἠ̃ χίτε Ταῦροι ἔσαν Μαριανδύνοισιν ὅμουροι.

Taurorum enim Cherſoneſus *Mariandynis* oppoſita eſt, longa cervice a ſeptentrione in auſtrum procurrens, quod ſequenti hoc verſu indicat:

Νέρθε δέ τοι ἑλίκης δολιχὸς παρακέκλιται αὐχήν.

quem verſum nemo interpretum adſequutus eſt, qui Helicen oppidum inde nobis confingunt. Hanc autem poſtremam emendationem noſtram certiſſimam eſſe exiſtimo. Cæterum quemadmodum hic Ταυρικὴ dicitur νῆσος· ſimiliter Euſtathius ad Dionyſium pag. 44. Περὶ τούτους νῆσος ἡ Ταυρικὴ, ἡ καὶ Μαιωτικὴ, μεγάλη καὶ ἐπίσημος. Proprie tamen χερρόνησος dicenda. Sed *inſulæ* & *peninſulæ* a Ptolemæo confunduntur, & aliis ſæpe.

—— Ἧς οὐ πολὺ διεστῶσα ἡ Ἀλωπεκεία ἐστὶ μικρά] In MSS. deſideratur negativa οὐ. Supra autem apud noſtrum Ἀλωπεκία ſcribitur.

—— Διὰ οὖν τὸ ζεῦγος τοῦ ταύρου, τὸ ἔθνος κληθῆναι] Aliam hujus nominis rationem prodit Antoninus Liberalis Cap. XXVII. Ἄρτεμις δὲ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε μόσχον, αὐτὴν δὲ προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος ἀπῴκισεν εἰς τὸν Εὔξεινον λεγόμενον πόντον, παρὰ Θόαντα τὸν Βορυσθένους παῖδα· καὶ τὸ μὲν ἔθνος ἐκεῖνο, τῶν νομάδων ἐκάλεσε Ταύρους, ἐπεὶ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε ταῦρον· αὐτὴν * δοσαυροπόλου. Qui locus in fine corruptiſſimus antequam vertatur, emendandus hoc modo: αὐτὴν δὲ Ταυροπόλον. *Diana autem loco Iphigeniæ juvencum ad aram ſtatuit, ipſa longiſſime a Græcia in Euxinum translata pontum, ad Thoantem Boryſthenis filium, nomenque ei genti fecit Tauros, quia loco Iphigeniæ ad aram apparuiſſet Taurus: ipſa autem exinde Tauropolos dicta.* Ταυροπόλον autem & Ταυροπόλαν dictam Dianam vel ex Inſcriptionibus antiquis notum eſt.

—— Τινὲς Ταύναϊν] Scribe, Τάναϊν· ita enim Ptolemæus Ἀλωπεκίαν vocari auctor eſt.

ΤΑΥΡΊΣΚΟΙ, ἔθνος περὶ τὰ Ἄλπεια ὄρη· λέγονται καὶ Ταυρῖνοι, ὡς Πολύβιος τρίτῳ] Aperte confunduntur Ταυρίσκοι hic & Ταυρῖνοι.

—— Ἐρχομένης Τερίσκους αὐτοὺς φησι Διόδωρος] Num hi Τέριζοι, quos Etymologus & Suidas commemorant v. Ζάμολξις.

—— Οἱ δὲ Τρῶοι λέγονται] Salmaſius legit: οἱ

 καὶ

καὶ Ταῦροι λ. Cluverius hunc locum non tangit, ſed conjecturam Salmaſii adjuvat, quod omnes Inalpinos *Tauros* dictos probat lib. de Vindelicia cap. 2.

ΤΑΥΡΟΈΙΣ, πόλις Κελτικὴ, Μασσαλιητῶν ἀποικος· ὁ πολίτης, Ταυροέντιοι] Scymnus Chius v. 219.

Εἶτ' ἐστὶ μετὰ ταύτην Ταυρόεις, καὶ πλησίον
Πόλις Ὀλβία καὶ Ἀντίπολις αὐτῶν ἐσχάτη.
Deinde poſt illam (Maſſiliam) *Taurois & propinqua*
Urbs Olbia & Antipolis earum extrema.

Apud Pomponium Melam lib. II. cap. 5. corrupte legitur: *Tunc poſt Athenopolis & Olbia & Glanon.* ubi MS. pro *Glanon* habet *Laurion.* Sed legendum haud dubie *Taurentum*, vel potius Græca terminatione *Taurois*, vulgo *la Ciotat.*

—— Ἀπολλόδωρος ἐν πρώτῳ γεωγραφουμένων φησὶν, ὅτι ταυροφόρος ἦν ἡ ναῦς ἡ διακομίσασα τοὺς τὴν πόλιν κτίσαντας, οἱ ἀπορριφέντες ἀπὸ τοῦ στόλου τῶν Φωκαέων καὶ προσενεχθέντες, αὐτόθι, ἀπὸ τοῦ ἐπισήμου τοῦ νεὼς τὴν πόλιν ὠνόμασαν] Inſigne navis *Taurus*, unde dicta Ταυροφόρος. Vide de hujuſmodi *inſignibus* vel ἐπισήμοις Salmaſium ad Solinum pag. 571.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταυρέντιοι] Hoc falſum, & contra analogiæ rationem.

ΤΑΥΡΟΠΌΛΙΟΝ, ἐν Σάμῳ Ἀρτέμιδος ἱερόν· Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ] Oſcitanter aut obiter nimis Strabonem auctor inſpexit: non enim in *Samo* templum hoc fuiſſe ſcribit, ſed in *Icaria* inſula, *Samo* adjacente, lib. XIV. pag. 639. Παράκειται δὲ τῇ Σάμῳ νῆσος ἡ Ἰκαρία, ἀφ' ἧς τὸ Ἰκάριον πέλαγος. *Samo adjacet Icaria inſula; a qua nomen Icario mari.* paullo poſt: Τριακοσίων δ' ἐστὶ, τὴν περίμετρον σταδίων ἡ νῆσος ἅπασα καὶ ἀλίμενος, πλὴν ὑφόρμων, ὧν ὁ κάλλιστος Ἱστοὶ λέγονται· ἄκρα δ' ἐστὶν ἀνατείνουσα πρὸς ζέφυρον· ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καλούμενον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ. *Inſulæ totius ambitus eſt ſtadiorum trecentorum, portu caret, habet tamen ſtationes, quarum optima Hiſti appellantur: promontorium eſt verſus favonium porrectum: eſt etiam templum Dianæ nomine Tauropolium in hac inſula.*

ΤΑΥΡΌΠΟΛΙΣ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ταυροπολίτης] Chriſtianis ſcriptoribus Σταυρούπολις dicitur.

ΤΑΥ͂ΡΟΣ, ὄρος διὰ μέσης Ἀσίας διῆκον· διότι &c.] Similia habes apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 112. & Homeri Iliad. B. pag. 259.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταυριανὸς, πλεονασμῷ τοῦ α, ὡς Ζυγιανός] Ταυριανὸς occurrit ſupra v. Πάρος.

ΤΑΥ͂ΧΕΙΡΑ, πόλις Λιβύης, θηλυκῶς, καὶ οὐδετέρως, ὡς Τάγγειρα] Num legendum Στάγειρα. ut ſupra h. v.

—— Ἀπὸ Ταγείρας τῆς Αὐτάνδρου θυγατρός] Salmaſius legit: ἀπὸ Ταυχείρας.

—— Λέγεται δὲ νῦν Ἀρσινόη] Vide ſupra h. v.

ΤΆΦΟΣ, πόλις Κεφαλληνίας· νῦν δὲ Ταφίουσα] Strabo lib. X. pag. 456. reprehendit eos, qui *Cephalleniam* eandem exiſtimabant cum *Tapho*, cum diſtincta ſit inſula. Vocat autem noſter πόλιν Κεφαλληνίας, forte quod in ejus ditione eſſet & Veteres ſæpe inſulas πόλεις vocent, ut alibi ex Strabone & Harpocratione obſervavi. Straboni autem *Taphos* Ταφιοῦς, non ut hic Ταφίουσα, dicitur. Puto tamen hanc ſcripturam veriorem, quod exempla ad gentile allata comprobant: vel potius apud utrumque recte ſcribi, quod utroque modo dixerint, ut Κοχλιοῦς & Κοχλίουσα, ſupra h. v. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 714.

—— Ἔστι καὶ νῆσος, ἀπὸ τριάκοντα σταδίων Ταφιὰς καλουμένη] Scholiaſtes Græcus ad lib. I. Apollonii Rhodii v. 746. Ἡ Τάφος νῆσός ἐστι μία τῶν Ἐχινάδων, ἣν ᾤκησαν Τηλεβόαι, οἱ πρότεροι τὴν Ἀκαρνανίαν οἰκοῦντες, ἄνδρες λῃστρικώτατοι τὸν τρόπον. Joannes Diaconus ad Scutum Heſiodi pag. 189. Τάφιος υἱὸς Ποσειδῶνος καὶ Ἱπποθόης τῆς θυγατριδῆς Πέλοπος, κατ' ἀνάγκην τινὰ τὰς Μυκήνας λιπὼν τὴν οἰκείαν πατρίδα, τῆλε ἔβη, ἦγουν ἐν ταῖς Ἐχινάσι νήσοις καὶ ἀπὸ τοῦ οἰκείου ὀνόματος καὶ τοῦ συμβεβηκότος ἐκείνῳ τοὺς ὑπ' αὐτὸν Ταφίους καὶ Τηλεβόας ἐκάλεσεν.

—— Καὶ ἑτέρα] Τάφιοι in *Ponto* apud Strabonem lib. VII. pag. 308. niſi locus ſit corruptus.

ΤΑΦΟΣΙΡΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ἐν ᾗ λέγεται Ὄσιρις τεθάφθαι] Apud Dioſcoridem lib. III. cap. 27. ſcribitur Ταφούσιρις. Ἀψίνθιον θαλάσσιον, τινὲς δὲ καὶ Σερίφιον καλοῦσι ὅπερ πλεῖστον ἐν τῷ περὶ Καππαδοκίαν Ταύρῳ ὄρει γεννᾶται, καὶ ἐν Ταφουσίρει τῆς Αἰγύπτου. *Abſinthium marinum quidam Seriphium vocant: quod quidem copioſiſſimum in Tauro monte juxta Cappadociam gignitur & in Taphuſiri Ægypti.* Plutarchus *Oſiridis* corpus multifariam ferri ſepultum, ſed in duabus tantum urbibus Abydo & Memphi ſepulchrum ejus oſtenſum ſcribit lib. de Iſide & Oſiride pag. 359. Sed Procopius lib. VI. de Ædif. Juſt. Stephano conſentit, urbemque hanc unius diei itinere ab Alexandria diſſitam ſcribit.

ΤΆΦΡΑΙ, καὶ Τάφρη ἑνικῶς, χώρα ταφρευθεῖσα περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην, ὑπὸ δούλων ταῖς δεσποίναις συμμιγέντων μετὰ τὸν πολυχρόνιον πόλεμον τῶν Σκυθῶν, τῶν δεσποτῶν πολεμούντων τοῖς Θρᾳξὶν, ἢ τοῖς ἐντὸς Ἴστρου, ὡς Καλλίστρατος ἐν τρίτῳ] Idem quod ex *Calliſtrato* Stephanus narrat habemus apud Herodotum libri IV. principio: ubi ait foſſam hanc (ipſe Τάφρον εὐρέαν vocat) pertigiſſe a Tauricis montibus ad *Mæotim paludem.* In eo differunt, quod Herodotus non contra *Thracas* ſed contra *Medos*

dos diuturnum hoc bellum geſtum narret. Et forte *Calliſtratus* pro Μήδων legit aut intellexit Μαίδες, qui *Thraces*. Ego Herodoto magis crediderim.

—— Ταύτην τὴν χώραν κατοικῆσαι Σαλορχαῖος· οἱ οἰκοῦντες Σαλορχαῖοι] Solinus appellat *Satarchas* qui hic *Satorchæi*. Vide Salmaſium in Exercit. pag. 191.

ΤΑΧΕΜΨΩ΄, νῆσος Αἰθιοπίας πρὸς τῇ Λιβύῃ] Scribe: ΤΑΧΟΜΨΩ΄.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Ταχεμψίτης, τῷ τύπῳ τῆς χώρας] Puto: Ταχομψοίτης. ut ubique in illa terminatione. Vide infra v. Χομψώ.

ΤΕΑΝΟ΄Ν, πόλις Ἰταλίας, ὡς Ἀρτεμίδωρος τετάρτῳ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, Τεανός] Apud Polybium lib. III. pag. 242. Τεανίτης. & ſic Latinis: quibus & *Teanenſis*.

ΤΕ΄ΓΕΑ, πόλις Ἀρκαδίας.

—— Παυσανίας ἢ Μανθινεὺς ἢ Τεγεάτης ἢ Μαίναλος Τέγεαν κτίζουσι ἢ Μαντίνειαν] Corrige ex Pauſania lib. VIII. pag. 458. Τεγεάτης ἢ Μαίναλος.

—— Χρᾷ δ' αὐτοῖς ἡ Πυθία ἐπ' Ἀρκαδίᾳ, ὧδε, Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; &c.] Oraculum hoc extat apud Herodotum lib. I. cap. 66.

—— Ἤ σ' τ' ἀπο κωλύσουσιν] Scribe, ut apud Herodotum d. l. Οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν.

—— Δώσω τοι Τεγέην ποσίκροτον ὀρχήσασθαι] Hic verſus extat etiam apud Polyænum lib. I. pag. 16. ſed legitur hoc modo: Δώσω τοι Τεγέην ποσσὶ κρότον ὀρχήσασθαι.

—— Ἐχρῶντο δ' ἢ πάλιν ἢ ἀφικνεῖται αὐτοῖς τάδε·

Ἔστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ, &c.]

Et hoc oraculum apud Herodotum legitur lib. I. cap. 67.

—— Τὸν σὺ κομισσάμενος, Τεγέης ἐπιτάρροθος ἔσσῃ] MSS. Τεγέαις.

—— Ἦν δὲ μελοποιὸς Αὐγὴ Τεγεάτις] MSS. Ἀκύτη. Legendum Ἀνύτη. Fuit celebris poëtria, cujus Epigrammata aliquot exhibet Fulvius Urſinus inter Illuſtrium fœminarum Carmina. Quibus adjungo aliud hactenus non editum ex MS. Barberino, in quo patriæ ſuæ meminit *Tegeæ*. Unde perſpicitur eam perperam Epidauriam ab Urſino appellari, qui Pauſaniæ locum ſententiæ ſuæ fundum habet. Eſt autem ſequens:

Βουχάνδης ὁ λέβης, ὁ δὲ θεὶς ἐελάσπιδα υἱὸς
Κλεύβοτος· ἁ πάτρα δ' εὐρύχορος Τέγεα.
Τ' Ἀθάνᾳ δὲ τὸ δῶρον Ἀρισοτέλης δ' ἐποίησε
Κλειτόριος· γένετο τ' αὐτὸ λαχὼν ὄνομα.

—— Λέγεται ἢ Τεγεὰς, ὡς Ἰλιάς· ὀξύνεται, ὡς Σοφοκλῆς] Ut a Νεμέα eſt gentile Νέμεος & Νεμεαῖος, itaque quoque a Τέγεα Τέγεος & Τεγεαῖος. Utrumque apud Virgilium: prius lib. V. Æneid. v. 299.

Alter ab Arcadia, Tegeæ de ſanguine gentis.

poſterius lib. VIII. v. 459.

Tum lateri atque humeris Tegeæum ſubligat enſem.

ΤΕ΄ΓΕΣΤΡΑ, οὐδετέρως, πόλις Ἰλλυρίας, πρὸς τῇ Ἀκυληΐᾳ. Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα, Τέργεστρον αὐτὴν ἢ κώμην οἶδεν. Ἀπὸ Τεργέστρου κώμης, καὶ τοῦ μυχοῦ ἐπὶ τὴν Ἀδρίαν στάδιοι πεντακισχίλιοι εἰκοσιεννέα] Philippus Cluverius lib. I. Ital. Antiq. cap. 20. apertiſſimum putat eſſe mendum in hoc *Artemidori* fragmento, & pro vocibus: Ἀπὸ &c. τοῦ μυχοῦ ἐπὶ τὴν Ἀδρίαν. legendum contendit: Ἀπὸ Τεργέστρου κώμης ἢ τοῦ μυχοῦ τοῦ ἀδρίου ἐπὶ . . . . *A tergeſto & intimo ſinus Hadriæ receſſu ad* . . . . quaſi nomen alterius termini, a quo ad intimum ſinus computat *quinquies mille & viginti novem ſtadia*, interiiſſet. Verum hæc emendatio mihi haud probabilis videtur, nec videbitur cuiquam, qui fragmentum illud *Epitomæ Artemidori*, quod nobis ſupereſt, vel obiter inſpexerit. Ita enim illi moris, non ſolum ordine littoralem oram deſcribere, ſed maris quoque trajectum & locorum quamvis maxime diſſitorum diſtantiam indicare: ut exempli cauſſa, ab Heraclea Ponti ad Apolloniam Thraciæ, a Carambi ad Criumetopon. Itaque cum *Tergeſte* e diametro opponatur *Adriæ* fluvio, ad quem *Adria* oppidum eſt, & numerus intervalli ab *Artemidoro* poſitus exactiſſime quadret, nihil temere mutandum cenſeo. Nomen autem hujus urbis diverſimode ſcribitur Τέγεστρα, Τέργεστρον & Τέργετρον apud Appianum Illyr. & Τέγεστρον apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 55. Τεργέστη & Τεργέσται apud Strabonem: Latinis *Tergeſte*, *Tergeſtum* & *Tergiſtum*: hodie *Trieſte*.

ΤΕ΄ΓΥΡΑ, πόλις Βοιωτίας, ἐν ἧ Ἀπόλλωνά φασι γεννηθῆναι] Apud Lycophronem pag. 105. Τέγυρα ſcribitur. Plutarchus τὰς Τεγύρας numero plurium effert, idemque de *Apolline* refert: quem vide prolixe narrantem de hujus loci Oraculo lib. de Oracul. defectu pag. 412.

—— Σῆμος δ' ὁ Δήλιος· τὴν Ἀπόλλωνος γένεσιν &c.] Nomen hujus *Semi Delii* corrupte ſcribitur ſupra v. Βιελίνη, uti ibi monuimus. Ex Suida autem conſtat eum ſcripſiſſe Δηλιακά· ſed perperam ibi ſcribitur Ἠλεῖος pro Δήλιος.

—— Τὸ κτητικὸν, Τεγυρεὺς, ἢ Τεγύρειος ἢ Ἰωνικῶς, Τεγυρήϊος] Salmaſius pro Τεγύριος legebat, Τεγυρεῖος.

ΤΕΙ΄ΧΟΣ, φρούριον Ἀχαΐας] Meminit Polybius lib. IV. pag. 345. ejuſque ſitum deſcribit.

ΤΕ΄ΑΜΕΡΑ, πόλις Καρίας· Τὸ ἐθνικὸν, Τελμερεύς. Τερμίλην δ' ἑξῆς παραθήσομαι ἑτέραν ἔχουσαν γραφήν, τὴν αὐτὴν οὖσαν, ὡς οἶμαι] Puto auctorem ſcripſiſſe Τερμέραν δ' ἑξῆς &c. vide infra h. v.

ΤΕΛΜΙΣΣΟ΄Σ, πόλις Καρίας] Supra v. Γαλεῶτῃ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

λεῶται ſcribitur urbis hujus nomen ut hic, item apud Euſtathium ad Dionyſium pag. 144. ſed vv. Ἀγάθη, & Ἀγόρηστος, item apud Suidam v. Τελμιστεῖς, ex Dionyſio ἐν Κτίσεσι, per σ ſimplex. Rurſus per η etiam ſcriptum videri poteſt, Τελμηστός. ex Σινδηστὸς ſupra; tum Cicerone lib. I. de Divinat. cap. 40. *Telmeſſus in Caria eſt, qua in urbe excellit haruſpicum diſciplina.*

—— Ὡς ἡ Φίλων καὶ Στράβων, Λυκίας· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρων ὅρον μετὰ Δαίδαλα] Sic & Arrianus lib. I. de Exped. Alex. pag. 27. ubi & ſitum ejus deſcribit.

—— Ὁ πολίτης, Τελμισσεύς· καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνους, Τελμισσεῖς] *Telmiſſenſes* divinationibus celebres fuiſſe præter Ciceronem, cujus locum paullo ante adduximus, teſtatur Arrianus lib. II. de Exped. Alex. pag. 30. Εἶναι γὰρ τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν. *Eſſe enim Telmiſſenſes peritiſſimos prodigiorum interpretes & vaticinandi ſcientiam ipſis pariter atque uxoribus & liberis ab ortu inſitam eſſe.* Hinc Crœſus apud Herodotum lib. I. cap. 78. miſit, ἐς τοὺς ἐξηγητὰς Τελμισσέων. *ad conjectores Telmiſſenſium.* ad portentum explicandum. Et Clemens Alexandrinus lib. I. Strom. pag. 334. Τελμησσὸν ἐν Καρίᾳ inter celebriores recenſet vates. Nec prætereundus hoc loco videtur Ἀρίστανδρος ὁ Τελμισσεύς, de quo Ælianus lib. XII. cap. 64. & Arrianus lib. I. de Exped. Alexandri pag. 11.

—— Τὸ θηλυκὸν, Τελμισσίς] Legitur hoc fœmininum apud Strabonem lib. XIV. pag. 665. Τελμισσὶς ἄκρα.

ΤΕΛΦΟΥΣΣΑ, πόλις Ἀρκαδίας. Vide Pauſaniam lib. VIII pag. 494. ubi Θέλπουσα ſcribitur. Sed apud Polybium ut hic.

—— Ἔστι καὶ Βοιωτίας Τελφούσιον. Στράβων ἐννάτῃ] Apud Strabonem lib. XI. pag. 410. ſcribitur Τιλφούσιον, & mox Τιλφώσιον & Τιλφώσιον ὄρος, in quo Τίλφωσσα fons.

ΤΕΛΧΙΣ, πόλις Αἰθιοπίας πρὸς τῇ Λιβύῃ.

—— Ἐπειδὴ καὶ ἡ Κρήτη, Τελχινία ἐλέγετο, καὶ οἱ Κρῆτες, Τελχῖνες] Videndus Suidas h. v. & Nicolaus Damaſcenus apud Stobæum Serm. XXXVIII. pag. 225.

—— Τελχινία γὰρ καὶ ἡ Σικυὼν ἐκαλεῖτο] Vide ſupra h. v. & Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 291.

ΤΕΜΒΡΙΟΝ, πόλις Φρυγίας] Fuit haud dubie ad *Tembrium* fluvium, qui in Sangarin influit.

ΤΕΜΒΡΟΣ, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τετίμηται Ἡλάτης Ἀπόλλων] Scribe: Ὑλάτης Ἀπόλλων.

ΤΕΜΕΣΗ, πόλις Ἰταλίας. Ὅμηρος,

Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκὸν, ἄγω δ' αἴθωνα σίδηρον]

Vide Suidam v. Εὔθυμος. & quæ notata ſupra v. Ταμάσεος. quibus adjice alium Tzetzis locum ad Lycophronem pag. 165. ubi Τέμεσσαν vocat: item antiqua Scholia in Homeri Odyſſ. A. v. 184. qui is eſt, qui hic adducitur: Τεμέση πόλις Κύπρου, κατὰ δέ τινας Ἰταλίας, ἣν νῦν Βρεντήσιον καλοῦσι.

ΤΕΜΜΙΞ, ἔθνος πρῶτον οἰκῆσαν ἐν Βοιωτίᾳ. Λυκόφρων,

Ἄρνης παλαιᾶς γέννα Τεμμίκων πρόμοι]

Supra v. Ἀρκὰς etiam legitur Τέμμιξ, Τέμμικος, Τεμμικία. Apud Strabonem vero lib. VII. pag. 321. ſcribitur, Τέμβικες. Sed apud Lycophronem ut hic pag. 105. & iterum pag. 124.

—— Τὸ θηλυκὸν, Τεμικία] Scribe, Τεμμικία.

—— Οὐ Βομβυλεία κλιτὺς ἡ Τεμμικία] Apud Lycophronem d. l. ſcribitur Βομβυλία. Verum Tzetzes in Scholiis hanc quoque lectionem agnoſcit.

ΤΕΝΕΑ, κώμη Κορίνθου, ἀπὸ Τέννου τοῦ Κύκνου· κεῖται μεταξὺ Κορίνθου καὶ Μυκήνης. Τὸ ἐθνικὸν, Τενεάτης] Τέναια & Τεναιάτης legitur apud Suidam v. Εὐδαίμων Κόρινθος. Eadem quæ ſupra Γενέα dicitur, vide ſupra h. v. ita Γάβιοι, Τάβιοι. Vide Euſtathium ad Homeri Iliad. B. pag. 301.

ΤΕΝΕΔΟΣ, νῆσος τῶν Σποράδων, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Ἑλλησπόντῳ] Vide Euſtathium ad Homeri Iliad. A. pag. 33. & ad Dionyſium pag. 78.

—— Ἀπὸ Τέννου, καὶ Ἀμφιθέας, ἢ Ἡμιθέας, τῶν Κύκνου παίδων, οἱονεὶ Τεννούεδος· ἐκαλεῖτο γὰρ Λευκόφρυς] Videndus Conon apud Photium Narrat. XXVIII. ubi totam hunc fabulam commemorat: & Pauſanias lib. X. pag. 634. utrique autem Τέννης ſcribitur ejus nomen, a quo inſula denominata eſt. Verum Euſtathio dd. ll. Τένης dicitur: item Tzetzi ad Lycophronem pag. 47. & Ciceroni lib. I. in Verr. cap. 19. quod forte rectius; cum ipſa inſula per ν ſimplex ſcribitur. Ita, ἀπὸ Τένου, & mox, Τενούεδος, ſcribendum.

—— Ὁ πολίτης, Τενέδιος, ὡς Ἀρκάδιος] Scribe, ὡς Ἀράδιος. Alterum enim ineptum eſt.

—— Ἔστι καὶ πόλις Τένεδος πρὸς τῇ Λυκίᾳ] *Tenedum* τῆς Λιβύης commemorat Scholiaſtes Pindari in argum. Od. XI. Nem. Pindari pag. 428.

—— Καὶ παροιμία, Τενέδιος αὐλητής, ἐπὶ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων] Vide Heraclidis Pontici Excerpta Politiarum, ubi utrumque proverbium, Τενέδιος αὐλητής, & Τενέδιος πέλεκυς, explicatur.

—— Τὸν γὰρ αὐλητὴν, ἡ Φιλονόμη πρὸς Κύκνον ἤγαγε, μαρτυροῦντα, ὅτι Τέννης αὐτὴν ἤθελε βιάσασθαι] Apud Euſtathium & Tzetzem ad Lycophronem pag. 47. Φυλονόμη ſcribitur, ſed eidem mox Φιλονόμη. atque ita pariter Euſtathio ad Iliad. A. pag. 33. Apud Athenagoram in princ. Apologiæ Φυλονόη ſcribitur.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα παροιμία, Τενέδιος πέλεκυς, ἐπὶ τῶν ἤτοι πικρῶς, ἢ καὶ μᾶλλον συντόμως ἀποκοπτόντων τὰ ζητήματα καὶ τὰ ἄλλα πράγματα] Apud Cononem d. l. Τένου πέλεκυς, qui cauſſam narrat unde hic locus explicandus. Item Suidas: Τενέδιος ἄνθρωπος· ἐπὶ τῶν φοβερὰς ὄψεις ἐχόντων. Ὁ γὰρ Τένης ἐνομοθέτησεν ἐν Τενέδῳ, ἄνθρωπον πέλεκυν ἔχοντα ἱστάναι κατὰ νῶτον τοῦ κριτοῦ, καὶ τὸν μάτην λέγοντα ἁλισκόμενον πλήττειν. *Tenedius homo. In eos, qui terribilem habent aſpectum. Tenes enim in Tenedo legem tulit, ut homo ſecurim tenens a tergo judicis ſtaret & illum, qui mendacii prolati convinceretur, feriret.* Quemadmodum autem apud hunc pariter Τένης ſcribitur, ſic etiam apud Plutarchum Quæſt. Græc. pag. 297.

— Καί φησιν Ἀριστείδης, καὶ ἄλλοι τὸν ἐν Τενέδῳ, Ἀπόλλωνα πέλεκυν κρατεῖν διὰ τὰ συμβάντα τοῖς περὶ Τέννην] Salmaſius legit: τὸν ἐν Τενέδῳ Ἀπόλλωνα &c. recte.

— Διὰ τοῦτό φησι καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος τῶν Τενεδίων κεχαράχθαι ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει πέλεκυν] Plutarchus lib. Cur oracula verſu non reſpondeant pag. 399. in fine: & Suidas v. Τενέδιος ξυνήγορος, ajunt *Tenedios* cancros inter anathemata ſacra poſuiſſe, quod apud illos ad Ἀστέριον, vel ut Suidas ad Ἀστερίναν, locum ſic dictum, cancri naſcerentur, quorum chelæ *ſecuris* formam referant.

— Ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου δύο κεφαλὰς, εἰς ὑπόμνησιν τοῦ περὶ τὴν παῖδα παθήματος] Hujuſmodi nummus apud Goltzium viſitur.

— Ἔστι καὶ ἄλλη παροιμία Τενέδιος ξυνήγορος, ὁ ἀπότομος, καὶ σκληρός] Suidas: Τενέδιος ξυνήγορος. ἀντὶ τοῦ ἀπότομος. δύο γὰρ πελέκεις ἐν ἀναθήμασι τιμῶσιν οἱ Τενέδιοι, &c. *Tenedius advocatus pro durus & aſper. Duas enim ſecures dedicatas Tenedii colunt.* Vide reliqua.

— Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν νεῶν καταλόγῳ φησὶν, ὅτι εἰσὶ μὲν τῆς Παμφυλίας Τενεδεῖς, τοὺς δὲ τῆς νήσου, Τενεδίους] Supra v. Ἄβυδοι· Τένεδος, Τενέδιος καὶ Τενεδεύς.

ΤΕΝΤΥΡΙ'Σ, πόλις Αἰγύπτου, καθαρτικὴ τῶν κροκοδείλων] Puto ſcribendum, καθαιρετικὴ τῶν κροκοδείλων.

— Λέγεται καὶ Τέντυρα ἡ πόλις, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Αἰγυπτιακῶν] Similiter vocatur Straboni lib. XVI. pag. 814. ubi multa de *Tentyritarum* erga *crocodilos* odio narrat.

ΤΕ'ΡΓΙΣ, πόλις ἐν Λιβύῃ πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τεργίτης, ὡς τοῦ Λέπτης, Λεπτίτης] Scribe: τοῦ Λέπτις Λ. vel, τοῦ Λέπτεως. Vide infra v. Ψέντρις. Poſt Λεπτίτης autem MSS. addunt: Καὶ ὁ φιλόσοφος Κορνοῦτος ἐχρημάτιζε Λεπτίτης.

ΤΕΡΗΔΩ'Ν, πόλις ἐπὶ τῇ Ἐρυθραίᾳ] Vide locum Abydeni de hujus urbis origine apud Euſebium lib. IX. de Præparat. Euang. cap. 41. Ælianus mures apud hanc urbem ferrum ſcribit exedere, lib. V. de Animal. cap. 14. Ἀμύντας δὲ καὶ τοὺς ἐν Τερηδόνι, γῆ δέ ἐστιν αὕτη τῆς Βαβυλωνίας τὴν αὐτὴν τροφὴν προσφέρεσθαι λέγει. Ubi ſcribe, γῆς δέ ἐστιν &c. ut alibi apud Ælianum: id eſt, *Amyntas apud Teredonem, quæ in regione Babylonia eſt, mures eodem cibo uti ait.*

ΤΕ'ΡΙΝΑ, πόλις Ἰταλίας καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος, κτίσμα Κροτωνιατῶν, ὡς Φλέγων] *Terina* fluvius Ὠκίναρος dicitur Lycophroni in Caſſandra v. 729. & v. 1009. Certe Tzetzes ad priorem locum: Ὠκιναρὸς ποταμὸς παρὰ Τέρειναν. Ita enim ſcribit, non Τέριναν, mendoſam ſequutus Lycophronis ſcripturam,

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ μεγάλη Ἑλλὰς, ὡς Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν] Male uni oppido tribuit, quod toti regioni tribuendum erat.

— Τινὲς δὲ νῆσον αὐτὴν, εἰς ἣν ἐξεβράσθη Λίγεια ἡ Σειρὴν· ὡς Λυκόφρων,

Λίγεια δ' εἰς Τέριναν ἐκναυσθλώσεται]

Lycophronis auctoritatem fruſtra prætendit Stephanus, ut ex oppido inſulam nobis effingat: neque enim Lycophron inſulam eſſe affirmat, ſed locum maritimum fuiſſe indicat, quam infra non obſcure urbem fuiſſe ſignificat.

ΤΕ'ΡΜΕΡΑ, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Τερμέρου. Ὁ πολίτης, Τερμερεύς] Suidas v. Τερμέρεια κακά. Περὶ Καρίαν χωρίον Τερμέριον καλεῖται, ᾧ ἐχρῶντο οἱ τύραννοι δεσμωτηρίῳ. Τὸ δὲ χωρίον ἐρυμνὸν τυγχάνον κεῖται μεταξὺ Μήλου καὶ Ἁλικαρνασσοῦ. *In Caria caſtellum Termerium vocatur, quo utebantur tyranni pro carcere. Caſtellum autem hoc, quod eſt munitum, ſitum eſt inter Melum & Halicarnaſſum.* Quem locum ideo adſcripſi, ut medicinam acciperet. Cum enim Μῆλος circa *Halicarnaſſum* nulla ſit, pro Μήλου legendum exiſtimo Μύνδου. Strabo lib. XIV. pag. 657. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ἄκρα Τερμέριον Μυνδίων. *Deinceps eſt Termerium Myndiorum promontorium.* & pag. ſeq. Εἶτ' εὐθὺς ἡ Μύνδος, λιμένα ἔχουσα. *Dehinc ipſa Myndus cum portu.*

— Ἡρόδοτος δὲ Τερμίλας αὐτοὺς καλεῖ, ἐν τῷ πρώτῳ] Herodotus lib. I. cap. 173. Τὴν γὰρ νῦν Λύκιοι νέμονται, αὕτη τὸ παλαιὸν ἦν Μιλυάς. Οἱ δὲ Μιλύαι τότε Σόλυμοι ἐκαλέοντο. Τέως μὲν δὴ αὐτέων Σαρπηδὼν ἦρχε. Οἱ δὲ ἐκαλέοντο τόπερ τε ἠνείκαντο οὔνομα, καὶ νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων οἱ Λύκιοι, Τερμίλαι. *Quam enim nunc Lycii incolunt, olim erat Milyas: & Milyæ tunc appellabantur Solymi. Dum igitur ipſis imperitaret Sarpedon, eo quod attulerant nomine vocabantur & nunc adhuc vocantur a vicinis Termilæ.* Et lib. VII. cap. 92. Λύκιοι δὲ Τερμίλαι ἐκαλέοντο ἐκ Κρήτης γεγονότες· ἀπὸ δὲ Λύκου τοῦ Πανδίονος, ἀνδρὸς Ἀθηναίου, ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. *Hi e Creta oriundi*

oriundi, quondam Termilæ nominati, ſed a Lyco viro Athenienſi, Pandionis filio, Lycii fuerunt cognominati. Euſtathius Τερμίλλας vocat ex Strabone ad Iliad B. pag. 369. Creticam pariter gentem affirmans, quam Sarpedon in *Lyciam* deduxerit. Verum apud Strabonem lib. XII. pag. 573. & lib. XIV. pag. 667. ſcribitur, ut hic, Τερμίλας. Strabo autem ſua hauſit ex Herodoto, quem priore loco etiam nominat. Vide & Euſtathium ad Dionyſium pag. 113.

—— Ὁ δὲ χρησμὸς περὶ αὐτῶν, Τερμελέας αὐτοὺς φησι] An Τελμερέας α. φ. Certe ſupra Τέλμερα eadem dicitur, quæ infra Τερμίλη, vel potius Τερμέρα.

ΤΕΡΜΙΣΣΟ'Σ, πόλις Πισιδίας] Etſi urbis hujus nomen ita quoque ſcribatur apud alios, videtur tamen verior ſcriptura Τερμησσὸς per η, quomodo ſcribitur apud Strabonem lib. XIII. pag. 631. quoniam hanc nummi præferunt antiqui, ut in ſequentibus aperiam.

—— Ἔστι καὶ ἄλλη ταύτης ἄποικος καὶ αὐτὴ Πισιδίας λεγομένη μικρὰ, ὡς ἡ πρότερα μείζων] Euſtathius ad Dionyſium pag. 114. Φέρεται γὰρ ἐν τοῖς ἐθνικοῖς, τὴν μὲν διὰ τοῦ λ Τελμισσὸν, πόλιν εἶναι τῆς Καρίας, ἢ Λυκίας· τὴν δὲ Τερμισσὸν, τῆς Πισιδίας. Λέγει δὲ καὶ ὁ γεωγράφος, Τελμισσὸς, πολίχνη Λυκίων· καὶ Τελμισσὸς ἄκρα. εἶτα ὁ Ἀντίκραγος. Αὕτη δὲ ἡ Τερμισσὸς ἡ μείζων λέγεται, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἑτέρας ἀποίκου αὐτῆς καλουμένης μικρᾶς Τερμισσοῦ.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Τερμισσεύς] In veteri tabula ænea, in qua antiquiſſimum extat plebiſcitum, quo *Termeſes* in *Piſidia* cognomento *Majores* liberi pronuntiati ſunt, quam publicavit nobis Aldus Manutius in Orthograph. pag. 401. & Carolus Sigonius lib. I. de Antiquo Jure Provinc. cap. 10. legitur: THERMESES MAIORES PEISIDAE. & ſæpius: THERMENSES. & aliquoties: TERMENSES. unde apparet, ΤΕΡΜΗϹϹΟϹ, potius ſcribendum. THERMESES autem videtur formatum ex Græco ΤΕΡΜΗϹϹΕΙϹ. Certe apud P. Ligorium extat nummus, in cujus uno latere caput Herculis cum hac epigraphe: ΗΡΑΚΛ. ΣΩ. in altero caput Apollinis cum lyra, additum: ΤΕΡΜΗΣΣΕΩΝ. Item alius, in cujus una area circum Jovis caput: ΤΕΡΜ. in averſa juvenis ſellæ inſidens ſiniſtra vaginam cum gladio, dextra victoriolam tenens cum inſcriptione: ΣΟΛΥΜΟϹ. Item tertius, in cujus uno latere pariter circum Jovis caput: ΤΕΡΜ. in altero figura militaris ſedens cum haſta & his literis: ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ. Secundus nummus, qui ipſe extat in Gazophylacio Mediceo, egregie Strabonis locum illuſtrat lib. XIII. pag. 630. de *Solymo Termeſſenſium* heroë. Σολύμους δ' εἶναι φασὶ τοὺς Καβαλλεῖς τοῦ γοῦν Τερμησσέως ἄκρας ὁ ὑπερκείμενος λόφος καλεῖται Σόλυμος· καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Τερμησσεῖς Σόλυμοι καλοῦνται. *Solymos eſſe dicunt Caballenſes, & ſane tumulus, qui ſupra Termeſſium jacet promontorium, Solymus appellatur: ipſique Termeſſii, vocantur Solymi.* His addo Epigramma incerti ἀνέκδοτον, quo *Termeſſenſium* reſpublica ob juſtitiam laudatur:

Δῶρον Τερμησσοῖο δικαιοπολίης χάριν ἁγνῆς
Εὐσέβιος θεράπων θῆκε θεῷ τὸ γέρας.

ΤΕΤΡΑ'ΠΟΛΙΣ, τῆς Ἀττικῆς ἔχουσα δήμους καὶ πόλεις τέτταρας, Οἰνόην, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα] Conon apud Photium Narrat. XXVII. *Tetrapolin* ait conditam ab Hellenis filio natu minimo, qui duxerit Creuſam, Erechthei regis Athenienſium filiam: in hac habitaſſe Heraclidas, ab Euryſtheo expulſos, inter alios refert Antoninus Liberalis cap. XXXIII. Noſter ſua hauſit ex Strabone lib. VIII. pag. 383. Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας, ᾤκισε τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον καὶ Τρικόρυθον. *Xuthus ducta uxore Erechthei filia condidit Tetrapolin Atticæ: Oenoam, Marathonem, Probalinthum & Tricorythum.* Attius, vetus Comicus, *Tetrapolin* vertit *Quadrurbem* Feſto teſte, qui tamen hoc infeliciter Athenis applicat: *Quadrurbem Athenas Attius appellavit, quod ſcilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleuſine, Piraeo, Sunio.* Errorem hunc Feſti jam caſtigavit Meurſius cap. III. de Fort. Athen.

ΤΕΥΘΙ'Σ, πόλις Ἀρκαδίας] Meminit Pauſanias lib. VIII. pag. 502. An a piſce *ſepia* nomen huic urbi inditum? Vide Suidam v. Τευθίδες.

ΤΕΥΘΡΑΝΙ'Α, Μυσίας πόλις, ἀπὸ Τεύθραντος. Ὁ Τεύθρας δὲ τὴν Αὔγην ἔγημε καὶ τὸν Τήλεφον ἐπαιδοποιήσατο] Strabo lib. XIII. pag. 615. Μεταξὺ δὲ Ἐλαίας τε καὶ Πιτάνης, καὶ Ἀταρνέως δὲ καὶ Περγάμου, Τευθρανία ἐστὶ, διέχουσα μιᾶς ἑκάστης αὐτῶν ὑπὲρ ἑβδομήκοντα σταδίους ἐντὸς τοῦ Καΐκου· καὶ ὁ Τεύθρας Κιλίκων καὶ ἱστορεῖται βασιλεὺς &c. *Inter Elæam & Pitanen Atarneumque & Pergamum intra Caicum Teuthrania eſt, diſtans ab unaquaque dictarum ſtadia amplius ſeptuaginta. Hiſtoriæ ferunt Teuthrantem Cilicum fuiſſe & Myſorum regem.* In ſequentibus addit *Augæ* & *Telephi* hiſtoriam. Meminit *Teuthraniæ* & *Telephi* etiam Suidas v. Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Τευθράνιος, ὡς Παράσιος] Lege: ὡς τῆς Παῤῥασίας, Παῤῥάσιος. Vide ſupra h. v.

—— Εὐελπίδης Λυκυμνίᾳ] Lege, Λυκυμνίῳ. Vide Joannem Meurſium de Fabulis Euripidis: & ſic legit Salmaſius.

—— Τευθράντιον δὲ σχῆμα Μυσίας χθονός] Pindarus Olymp. Od. IX. pag. 90. Τεύθραντος πεδίον vocat *Myſiam.* Apud Ovidium lib. II. Metamorph. v. 243. legitur *Teuthranteuſque*

teuſque Caïcus. unde Τευθεάντειος etiam apud Græcos in uſu fuiſſe videtur.

ΤΕΥΜΗΣΣΟ'Σ, ὄρος Βοιωτίας. Ὅμηρος ἐν τῷ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνῳ. Ἄστυ, ὡς Δημοσθένης ἐν τρίτῳ Βιθυνιακῶν,

Ἐς Μυκάλησσον ἰὼν, καὶ Τευμησσὸν λεχεποίην] Verſus eſt Homeri ex Hymno in Apollinem 224. loco ſuo nonnihil hic motus.

—— Ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὡς Ἀντίμαχος πρώτῳ Θηβαΐδος,

Οὕνεκά οἱ Κρονίδης, ὡς μέγα πάντων ἀνάσσει] MSS. pro ὡς habent ὅς. Unde legendum videtur: ὃς καὶ μέγα πᾶσιν ἀνάσσει. vel ut Salmaſius: ὃς καὶ πάντεσσιν ἀνάσσει.

—— Ὅς ῥα μή τις] Salmaſius legit: Ὅς ῥα δὲ μή τις.

—— Οἱ κατοικοῦντες, Τευμήσιοι καὶ Τευμησία ἡ ἀλώπηξ, ἀπὸ τοῦ ὄρους] Apud Suidam corrupte contra literarum ordinem legitur, Τελμίσια & Τελμισσὸς pro Τευμησία & Τευμησσός: quo loco tota hiſtoria ex Ariſtodemo refertur. Quæ inſuper extat apud Tzetzem Chiliad. I. Hiſt. 20. ex Apollodoro. & Antoninum Liberalem cap. XLI. Metamorph.

ΤΕ'ΩΣ, πόλις Ἰωνίας. Ἔστι δὲ μέση Ἰωνίας, ὡς Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ. ἣν πρώτην ἔκτισεν Ἀθάμας. ὅθεν Ἀθαμαντίδα καλεῖ αὐτὴν Ἀνακρέων] Strabo lib. XIV. pag. 633. unde hæc tranſcripta ſunt: Τέω δὲ Ἀθάμας μὲν πρότερον, διὸ Ἀθαμαντίδα καλεῖ αὐτὴν Ἀνακρέων. *Teum Athamas ante, unde Athamantidem eam Anacreon vocat, condidit.* Unde pro πρώτην hic pariter legendum πρότερον.

—— Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῆς Ἀθάμαντος θυγατρὸς Ἀρεῶς. σκοπουμένους γὰρ τοῦ Ἀθάμαντος ἔνθα ἱδρύσαι τὸν ναὸν, Ἀθύρουσα, οἷα δὴ παῖς ἐκ λίθων οἰκίαν δειμαμένη ἔλεγεν, ἕως σὺ χῶρον ἐσκόπεις, τέως ἐγὼ πόλιν σοι ἐδείμαμην] MSS. pro ναὸν habent λαόν. Deinde ſcribendum ἀθύρουσα litera minuſcula: eſt enim participium, non nomen proprium.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Τήϊος. Ἔστι γὰρ πρῶτον Τέϊος, καὶ Τέος, Ἰωνικῶς, Τήϊος] Occurrit hoc gentile in veteri nummo apud Franc. Angelonum in corona quernea: ΤΗΙΩΝ. Item apud Goltzium, & in duobus aliis apud Franc. Gotifredum, altero Decii, in quo circum Mænadem cum thyrſo & tigri vinum fundentem: CT. ΑΥΡ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΤΗΙΩΝ. altero M. Antonini, in quo circum Jovem ſedentem cum haſta & aquila: ΤΗΙΩΝ Β. ΝΕΟΚ. Æliano lib. II. de Animal. cap. 6. hinc formantur Τήϊοι.

—— Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις ἐν Διρβαίοις τῆς Σκυθίας, ἐν ᾗ λέγουσι λίμνην ἰχθύων ἔχουσαν πλῆθος] Puto legendum: ἐν Δυρβαίοις. ut ſupra h. v. ex Cteſia. Idem & Salmaſio viſum.

—— Ἀφ' ὧν εὐδίας γινομένης, ἔλαιον ἐπιπολάζει πολὺ τὸν, ὅσον ἀρύεσθαι αὐτὸ τῇ χερσὶν εἰς σκάφος καὶ χρῆσθαι αὐτῷ] In Excerptis Cteſiæ apud Photium pag. 148. Ὅτι λίμνη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, σταδίων ὀκτακοσίων ἡ περίμετρος, ἐν ᾗ, ἀνέμου μὴ πνέοντος, ἐπάνω τῆς λίμνης, ἔλαιον ἐφίσταται. καὶ πλοιαρίοις πλέοντες δι' αὐτῆς, ἐκ μέσης αὐτῆς σκαφίοις τοῦ ἐλαίου ἀπαρύονται καὶ χρῶνται. Χρῶνται δὲ καὶ σησάμῳ. Ἔχει δὲ ἡ λίμνη καὶ ἰχθύας. Καὶ τῷ καρυίνῳ δὲ χρῶνται. κρεῖσσον δὲ τὸ λιμναῖον. *Lacum apud eos eſſe octingentorum ſtadiorum ambitu, cui oleum ſupernatet, quoties nullus adſpirat ventus. Per hunc ergo locum parvulis navigiis vectos, ex ejus meditullio ſcaphiis oleum ad uſum haurire. Uti quidem & ex ſeſamo expreſſo oleo, ut & e nucibus: præſtantius tamen eſſe illud e lacu hauſtum.* In quo loco ἀνέμου μὴ πνέοντος, hic redditur, εὐδίας γινομένης. Unde patet Antigonum Caryſtium emendandum Hiſt. Mirab. cap. CLXV. ubi hanc hiſtoriam tangit, & pro, κατὰ τὰς ἰδιαζούσας ἡμέρας, legendum: κ. τ. εὐδιαζούσας η. In eodem etiam capite paullo ante negativæ omiſſio turbat ſenſum, ſcribendumque, uti monuit jam Andreas Schottus: Περὶ δὲ λιμνῶν Κτησίαν μὲν ἱστορεῖν λέγεται, τῶν ἐν Ἰνδοῖς λιμνῶν, τὴν μὲν, τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα μὴ καταδέχεσθαι. *De paludibus Cteſiam narrare, paludum in India unam injecta ejaculari.* vulgo editum, ἀφιέμενα καταδέχεσθαι. Emendationis hujus veritas ex iiſdem Cteſiæ Excerptis apud Photium pag. 156. manifeſta eſt.

ΤΗΛΕΒΟΪΣ, μοῖρα τῆς Ἀκαρνανίας, ἀπὸ Τηλεβόου, ἡ πρότερον Ταφίων ἐκαλεῖτο. Οἱ οἰκήτορες, Τηλεβόα] Scribe: Οἱ οἰκήτορες Τηλεβόαι. *Teleboarum* meminit ſæpius Plautus in Amphitr. item Apollonius Rhodius lib. I. v. 748. & ibi Scholiaſtes Græcus: meminit & Heſiodus in Herculis Scuto,

Ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων.

Virorum heroum Taphiorum atque Teleboarum.

ubi videndus Joannes Diaconus, cujus verba adduximus ſupra v. Τάφος.

—— Ἔστι καὶ Τηλεβόας ποταμὸς, πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Τίγρητος] Corrige igitur Suidam, apud quem: Τηλεβίας, ἐθνικόν. καὶ ὄνομα ποταμοῦ. pro Τηλεβόας.

ΤΗΛΕ'ΦΙΟΣ, δῆμος. καὶ Τελέφου κρήνη, Λυκίας. Μενέμαιχμος γάρ φησιν, ὅτι ἀπὸ ἑπτὰ σταδίων Πατάρων, Τελέφου κρήνη δείκνυται, διὰ τὸ Τήλεφον ἀπονίψασθαι ἐκεῖ τὸ τραῦμα] Videtur legendum Μέναιχμος pro Μενέμαιχμος. Hujus enim Πυθικὸν citatur a Pindari Scholiaſte ad Pyth. Od. IV. e quo *Menæchmi* opere hæc quoque hauſta videri poſſunt: *Patara* enim Apollini quoque ſacra. Citatur hic *Menæchmus* ab eodem Scholiaſte etiam ad Nem. Od. II. Niſi forte quis malit legere, Μενέμαχος, cujus mentio in Homeri & Heſiodi Certamine.

ΤΗΜΕ'ΝΙΟΝ, χωρίον Μεσσήνης, ἐν ᾧ τέθαπται

Τήμενος] Manifeſtus error: Argivorum enim fuiſſe exſerte Strabo tradit lib. VIII. pag. 368. Τῶν δ' Ἀργείων αἵτε Πρασιαὶ, καὶ τὸ Τημένιον, ἐν ᾧ τέθαπται Τήμενος· καὶ ἔτι πρότερον τὸ χωρίον, δι' οὗ ῥεῖ ποταμὸς ἡ Λέρνη καλουμένη, ὁμώνυμος τῇ λίμνῃ, ἐν ᾗ μεμύθευται τὰ περὶ τὴν Ὕδραν. Τὸ δὲ Τημένιον ἀπέχει τοῦ Ἄργους ἓξ καὶ εἴκοσι σταδίους ὑπὲρ τῆς θαλάσσης. *Argivorum ſunt Praſiæ & Temenium, ubi ſepultus eſt Temenus: & prior eo locus per quem fluit Lerna fluvius paludi cognominis, Hydræ fabula celebri. A Temenio Argos uſque ſupra mare ſunt ſtadia ſex & viginti.* Præterea *Temeno* Argos obtigit, Creſphronti *Meſſenia.*

ΤΗ͂ΜΝΟΣ, πόλις τῆς Αἰολίδος] Apud Herodotum lib. I. cap. 149. ubi *Æolicæ* civitates recenſentur, male editur Τῆνος pro Τῆμνος. Prope *Temnum* fuit Κιλλαίου Ἀπόλλωνος fanum, quod ſpoliatum incendiſſe Pruſiam auctor eſt Polybius in Excerptis lib. XXXI. pag. 170. Perperam autem ibi Τεμνὸς ſcribitur pro Τῆμνος, quemadmodum obſervavit Henricus Valeſius ad eum locum. Apud Hieroclem quoque perperam Τέμνος legitur. Sed pejus in Concil. Chalced. Act. VI. Euſtathius Τεμένου Epiſcopus dicitur, pro Τήμνου.

— Ὁ πολίτης, Τημνίτης] Apud Triſtanum Tom. II. pag. 137. in nummo Juliæ Domnæ circum Herculem ἀναπαυόμενον: ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. & pag. 400. in nummo Alexandri Severi circum Minervam ſuſtinentem Victoriolam, eodem modo. & pag. 522. in nummo Gordiani circum duas figuras muliebres ſtolatas: ΕΠ. CΤ. ΑΥ. CΤΡΑΤΟΝΙΚΙΑΝΟΥ ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ.

ΤΗ͂ΝΟΣ, νῆσος Κυκλὰς ἀπὸ οἰκιστοῦ Τήνου· ἐκλήθη δὲ Ὑδροῦσσα διὰ τὸ κατάρρυτον εἶναι] Euſtathius ad Dionyſium pag. 76. legit Ὑδροῦσα. Sed Heraclides in Excerpt. Polit. *Ceon* appellatam ait Ὑδροῦσσαν: perperam enim ibi Κώων νῆσος legitur pro Κείων, ut jam alibi monuimus. Vide Scholiaſten Græcum ad lib. I. Græc. Epigramm. pag. 118.

— Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Θαυμασίων ἀκουσμάτων φησὶν, ὅτι ἐν τῇ νήσῳ φασὶ φιάλων σύγκραμα εἶναι, ἐξ οὗ πῦρ ἀνάπτουσι πάνυ ῥαδίως] MSS. ὅτι ἐν τῇ Τήνῳ. Locus hic legitur in Codd. Ariſtotelis, quibus Henr. Stephanus uſus eſt hoc modo: Ἐν Τήνῳ τῇ νήσῳ φασὶν εἶναι φιάλιον σύγκραμα ἔχον, ἐξ οὗ πῦρ ἀνάπτουσι πάνυ ῥαδίως. Unde patet apud noſtrum pariter corrigendum φιάλιον σύγκραμα. Immo unus MSS. noſtri Stephani etiam φιάλιον agnoſcit. Denique ex hoc loco patet fragmentum hoc revera Ariſtotelis eſſe, nec errare libros ſcriptos, in quibus illud Philoſopho tribuitur.

— Ὁ πολίτης Τήνιος] In veteri Alexandri Severi nummo circum tridentem Neptuni ſerpente obvolutum legitur: ΤΗΝΙΩΝ. Quod ad ſerpentum multitudinem in hac inſula haud dubie pertinet, quam a Neptuno ſublatam Heſychius Mileſius in Originibus Byzantinis ſcribit. Hinc Clemens Alexandrinus Admon. ad Gentes pag. 18. Φιλόχορος δὲ ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνά φησι τιμᾶσθαι ἰατρόν. *Philochorus autem dicit Medicum in Teno coli Neptunum.* Τηνιακὸς poſſeſſivum hinc quoque formatur. In quo corrigendus Apollonii Scholiaſtes ad lib. I. v. 1300. ubi adducitur Æneſidamus ἐν Ταινιακοῖς, pro Τηνιακοῖς. Nam in *Teno* Hercules Boreades ſuſtulit, ibique eorum ſepulchrum & columnæ viſebantur, ut canit paullo poſt Apollonius & ejus Scholiaſtes explicat, uti & alius ad Epigramm. Græca d. l.

— Λέγεται καὶ Τηνὼ[ς]] Poſt hæc verba legitur in MSS.

Ἀρχὴ, βιβλίου ϛ'.

ΤΙΒΑΡΗΝΙ'Α, χώρα πρὸς τῷ Πόντῳ, προσοικος Χάλυψι καὶ Μοσσυνοίκοις] Diverſa omnino regio eſt Τιβηρίνη in *Cappadocia*, in qua Nazianzus S. Gregorii Nazianzeni patria poſſeſſio fuit. Ejus mentio extat apud Baſilium Magnum in Epiſtola, quæ inter Gregorii Nazianzeni habetur pag. 835. cui Gregorius Nazianzenus reſpondet Epiſtola VI. pag. 770. Nam Ortelius *Tibareniam & Tiberinen* confundere videtur.

— Τὸ ἐθνικὸν, Τιβαρήνιοι καὶ Τιβαρανοί] Supra v. Βόσπορος, Τιβαρανὸς καὶ Τιβαρηνός.

— Ἔφορος ἐν πέμπτῳ φησὶν, ὅτι Τιβαρηνοὶ καὶ τὸ παίζειν καὶ τὸ γελᾶν εἰσιν ἐζηλωκότες καὶ μεγίστην εὐδαιμονίαν τοῦτο νομίζουσιν] Pomponius Mela lib. I. cap. 19. *Tibareni Chalybas attingunt, quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt.* Xenophon lib. V. de Exped. Cyri, pag. 354. ſimile quid Moſynœcis tribuit, de *Tibarenis* nihil tale commemorat.

ΤΙ'ΒΕΙΟΝ, ὄρος Φρυγίας, ἀπὸ Τιβείου τινός· ἐκ τούτου καὶ Τιβείους τοὺς δούλους καλοῦσι] Occurrit nomen hoc ſervile apud Lucianum in Timone: Ἀντὶ τοῦ πρότερον Πυῤῥίου, ἢ Δρόμωνος, ἢ Τιβίου, Μεγακλῆς, Μεγάβυζος, ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς. *Ut qui modo Pyrrhias vel Dromo, vel Tibius, jam Megacles aut Megabyzus aut Protarchus appelletur.* Item apud Ariſtophanis Scholiaſten in Acharn. pag. 384. Strabo lib. VII. pag. 304. nomen ait fuiſſe apud *Paphlagones* uſitatiſſimum. Meminit & Galenus lib. I. de Methodo Medendi, princ. Οὐκ ἄρχεσθαι καὶ δεσπόζεσθαι καθάπερ Γέται, καὶ Τίβιοι, καὶ Φρύγες, καὶ Θρᾷκες ἀργυρώνητοι.

ΤΙΒΕΡΙΑ'Σ, πόλις τῆς Ἰουδαίας, πρὸς τῇ Γεννησαρίτιδι λίμνῃ] Juxta Strabonem & Euangelia ſcribendum, Γεννησαρίτιδι. Erroris enim in hac voce commiſſi ſuſpicionem præbet Iuntarum Editio, in qua adhuc vitioſius legitur, Κεννεσαρίτιδι. Duo autem ad hunc lacum fuere oppida ſimilis ferme nominis.

— Ἐκ ταύτης ἦν Ἰοῦστος, ὁ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον τὸν κατὰ Οὐεσπασιανοῦ ἱστορήσας] De hoc

Juſto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Juſto Tiberienſi ejuſque hiſtoria vide Photium P. CP. Cod. XXXIII.

ΤΙΒΥΡΙΣ, πόλις Ἰταλίας

—— Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Τιβυρῖνος, ὃ καὶ ἀναλογώτερον] Sed contra uſum.

ΤΙΓΓΙΣ, πόλις Μαυρουσίας] Ad hanc urbem pertinet nummus antiquus apud Franc. Gotifredum, in quo circum duos cupreſſos: TING. MIOR. SIMI. AT. II. VIR. in altera parte caput Herculis expreſſum eſt, ſubtus: AED. & literis Punicis . . . . Poſtea *Julia Traducta* appellata eſt: Plinius lib. V. cap. I. *Tingi, quondam ab Antæo conditum, poſtea a Claudio Cæſare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia.* idque pariter nummus probat vetus apud eundem, in cujus una area circum caput humanum: C. CAESAR. in altera circum racemum uvæ: IVL. TRA. Uva alludit ad Ampeluſium promontorium proximum.

—— Μαρκιανὸς δὲ Μαυρεταννίαν αὐτὴν λέγει] Ex procemio lib. II. Peripl. Marciani Heracleotæ patet hic addendum, Τιγγιτανήν, poſt Μαυρεταννίαν. item ſupra v. Μαυρεταννία. idque ſequentia manifeſte flagitant.

—— Τιγγιτανὸς οὖν τὸ ἐθνικὸν καὶ θηλυκὸν, Τιγγιτανή. Εἰσὶ δὲ ἀπὸ Τίγγεως στάδια ὀγδοήκοντα *] In MSS. nihil amplius extat nec lacunæ ſuſpicio eſt.

ΤΙΘΟΡΑΙΑ, πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ νύμφης Τιθοραίας, ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ] Apud Pauſaniam ter quaterque ſcribitur Τιθορέα, lib. X. pag. 672. unde & pro ἐννάτῳ reſcribendum δεκάτῳ. Sed oſcitantia hic nimia fuit: nam non Βοιωτίας ſed Φωκίδος *Tithoream* Pauſanias dicit dicto loco. Item apud Herodotum, & ἐθνικὸν, Τιθορεύς. Plutarcho vero Τιθόρα dicitur in Erotic. pag. 749. Σώκλαρον ἐκ Τιθόρας ἥκοντα. & Sulla pag. 461.

—— Ἔστι δ᾽ ἐν τῇ ἄκρᾳ Παρνασσοῦ] Hauſta hæc ex Herodoto lib. VIII. cap. 32. Ἔστι δὲ καὶ ἐπιτηδέη δέξασθαι ὅμιλον τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ κατὰ Νέωνα πόλιν, κειμένη ἐπ᾽ ἑωυτῆς. Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ. Quod Sylburgius vertit: *Eſt autem multitudinis etiam capax vertex Parnaſſi, qua ad urbem Neonem vergit, ſeorſum ſitam: vocaturque ille vertex Tithorea.* legit autem: κειμένην ἐπ᾽ ἑωυτῆς. pro κειμένη ἐπ᾽ ἑωυτῆς. ſed nec illius lectionis ſenſum ſatisfacere fatetur. Ego legendum exiſtimo: κειμένη ὑπὲρ ἑωυτῆς, ut ad κορυφὴν referatur. Sed Pauſanias aliter Herodoti locum intellexiſſe videtur lib. X. pag. 672. Ἡρόδοτος δὲ ὁ ἐς αὐτοὺς λόγος ἐπιόντος φησὶ τοῦ βαρβάρου τοὺς ἐνταῦθα οἰκοῦντας ἀναφυγεῖν ἐς τὴν κορυφήν· ὄνομα δὲ Νεῶνα μὲν τῇ πόλει, Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασσοῦ τὴν ἄκραν. *Herodotus vero invadente barbaro milite, horum locorum incolas in montis verticem effugiſſe dicit: urbemque Neonem, at Parnaſſi jugum Tithoream nominat.*

ΤΙΘΡΩΝΙΟΝ, Φωκικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Τιθρωνεύς] Herodoto lib. VIII. cap. 33. Τεθρώνιον dicitur.

ΤΙΚΙΝΟΣ, πόλις Ἰταλίας περὶ Ῥάβενναν· καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος. Τὸ ἐθνικὸν, Τικινός] Scribe: Τὸ ἐθνικὸν, Τικίνιος.

ΤΙΛΦΩΣΣΑΙΟΝ, χωρίον Θετταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τιλφωσσαῖος ὁμοίως] Apud Plutarchum in Sulla pag. 465. ſcribitur Τιλφώσσιον. Apud Harpocrationem: Τιλφωσσαῖον, ὄρος ἐστὶ μικρὸν ἀπέχον τῆς Λίμνης τῆς Κωπαΐδος.

ΤΙΜΥΡΑ, πόλις περὶ Ἰσαυρίαν καὶ ποταμὸς Ἰνδός] An, ποταμὸς Σιδῶνος? qui Straboni lib. XIII. pag. 756. Ταμύρας.

ΤΙΝΔΙΟΝ, πόλις Λιβύης] Oppidi hujus meminit Hellanicus apud Athenæum lib. XV. pag. 679.

—— Ἔστι καὶ Τίνδη Θρᾴκης Χαλκιδικὴ πόλις] Vide de hac urbe Salmaſium in Exercit. Plinian. pag. 160.

ΤΙΟΣ, πόλις Παφλαγονίας καὶ Πόντου, ἀπὸ Τίου ἱερέως, τὸ γένος Μιλησίου] Scribe, Μιλησίου. Mela lib. I. cap. 19. *Tios oppidum, Mileſiorum quidem colonia, ſed jam ſoli gentiſque Paphlagonum.*

—— Οἱ πάντες ἀπὸ Τίου εἰς Ἄμαστριν στάδιοι εἴκοσι] Marcianus Heracleota in Periplo pag. 104. unde hæc videntur deprompta: οἱ πάντες ἀπὸ Τίου εἰς Ἄμαστριν στάδια σκ´.

—— Καὶ τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς Τίου, Τιανός] Apud Phlegontem de Longæv. cap. I. ſub finem: Ἱέρων Ἱέρωνος, Τιανός. Apud Pyrrhum Ligorium expreſſus eſt nummus, qui in Mediceis Theſauris extat, in cujus una area circum Antinoi effigiem: ΑΝΤΙΝΟΩΙ ΗΡΩΙ. in adverſa Bacchus, ſive idem ſit Antinous, ſedens cum thyrſo vel racemo, circum: ΤΙΑΝΟΙ. Item in alio apud eundem Ligorium circum Antinoi effigiem: ΟΣΤΙΛΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ ΙΕΡΕΥΣ ΑΝΤΙΝΟΟΥ. in latere altero Mercurius Pegaſum manu ducens viſitur cum hac inſcriptione: ΤΟΙC ΑΧΑΙΟΙC ΑΝΕΘΗΚΕ. Apud Franc. Gotifredum in M. Aurelii nummo circum figuram muliebrem geſtantem thyrſum cum ſiſtro: ΤΙΑΝΩΝ. Et in alio L. Veri Bacchus tigridi inſidens cum epigraphe eadem: ΤΙΑΝΩΝ. Item in alio circum Neptunum Τροπαιοφόρον, in cujus altera parte circum caput herois cujuſdam: ΤΕΙΟC. Item in Gordiani circum Plutonem ſedentem cum Cerbero. Emendandus autem in hoc gentili Apollonii Scholiaſtes ad lib. II. v. 791. ubi Billæus fluvius in Pontum exire dicitur παρ᾽ αὐτὴν τὴν Τιτάνων πόλιν. pro Τιανῶν.

ΤΙΠΑΝΙΣΣΑΙ, ἔθνος παρὰ τὸν Καύκασον. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ] Auctor Etymolog. v. Ἄγχι. Τιπενίσης, ἐθνικόν.

ΤΙΡΙΖΑ, πόλις Παφλαγονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τιριζοι. Κτησίας, Τιριζιφάνους αὐτοὺς φησιν ἐν τῷ δευτέρῳ. Ἐκ δὲ τῶν Ὀδρυσσῶν εἰς Τιριζίβανοὺς οἰκοῦντας ἐν Πα *] Puto utroque loco ſcribendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

dum Τιμζιφάνους. in fine vero explendam lacunam hoc modo: ἐν Παφλαγονίᾳ. quomodo & Salmaſius putavit.

ΤΙ'ΡΥΝΣ, πόλις τῆς Πελοποννήσου.

Οἵ δ' Ἄργος τ' εἶχον, Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν] Verſus eſt Homeri ex Iliad. B. 559.

—— Ἀπὸ Τίρυνθος τῆς Ἄλω θυγατρὸς, ἥτις Ἀμφιτρύωνος ἦν ἀδελφή] Euſtathius ad dictum Homeri verſum pag. 286. Ἀπὸ Τίρυνθος ἀδελφοῦ Ἀμφιτρύωνος.

—— Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἁλιεῖς διὰ τὸ πολλοὺς Ἑρμιονέας ἁλιευομένους οἰκεῖν αὐτοῦ] Vide ſupra h. v. Apud Euſtathium ſcribitur Ἁλιῖς minus recte.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Τιρύνθιος] Apud Pyrrhum Ligorium duo extant nummi cum hac epigraphe: ΤΙΡΥΝΘΙΩΝ. alter caput Herculis, alter Junonis præfert.

—— Εἰς τόπον, Τιρυνθόνδε· ὤφελε δὲ Τιρυνθάδε, ὡς πρὸς αἰτιατικήν] Obſervatio hæc auctoris abeſſe poterat: nam & Τίρυνθος recto caſu appellata eſt urbs Heſiodo in Herculis Scuto:

Λιπὼν Τίρυνθον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.

Relicta Tirynthο, urbe bene fundata.

Cæterum nomen hoc Ariſtoteli reſtituendum in Mirandis, ubi Ἰσρούνη legitur pro Τιρύνθι, ex Plinio lib. VIII. cap. 59. *Jam quædam animalia indigenis innoxia advenas interimunt, ſicut ſerpentes parvæ in Tirynthο, quas terra naſci proditur.* Vide Salmaſium ad Solinum pag. 457.

ΤΙ'ΤΑΝΑ, χωρίον τῆς Σικυωνίας] Quoniam Homeri locum reſpexit auctor, ut ex ſequentibus patet, dicere debuiſſet, *Theſſaliæ*. Hunc Stephani ſive Epitomatoris errorem notavit jam olim Euſtathius ad Iliad. B. pag. 332. Τῷ δὲ γράψαντι τὴν τῶν ἐθνικῶν ἐπιτομὴν, δυσχερὲς προσέχειν, εἰπόντι χωρίον Σικυωνίας τὸ Τίτανον. Οὐ γὰρ περὶ Σικυωνίας ἐνταῦθα τῷ ποιητῇ ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ Θετταλίας. εἰ μὴ ἄρα ἐρεῖ τις· ὅτι καὶ ἐν Σικυῶνι χωρίον ἦν ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ. Eſt tamen & Τιτάνη locus non multum a *Sicyone* diſtans teſte Pauſania lib. II. pag. 106. Ἡ δὲ Φλιασία, τῆς Σικυωνίων ἐστὶν ὅμορος. καὶ Τιτάνης μὲν τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχει μάλιστα ἡ πόλις, ἐκ Σικυῶνος δὲ ἐς αὐτὴν ὁδός ἐστιν εὐθεῖα. *Phliaſius ager Sicyoniis finitimus. Urbs ipſa* XL *potiſſimum ſtadia diſtat a Titane: a Sicyone Phliuntem recta via ducit.*

—— Λέγεται καὶ ἑνικῶς,

—— —— Τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα] Hemiſtichium Homeri ex Iliad. B. v. 736.

—— Νῦν δὲ Τευτάνιον καλεῖται] De *Teutanibus*, qui Piſas in Italia tenuerint ante adventum Etruſcorum, Græce loquentibus fragmentum extat Catonis apud Servium ad Virgilii lib. x. Æneid. v. 179. de quo videndus Salmaſius ad Solinum pag. 60.

ΤΙΤΑΡΩ'Ν, πόλις Θετταλίας, ἣν Τίταρον Λυκόφρων φησί] *Lycophron* pag. 145.

—— Ἔστι καὶ Τιταρήσιος ποταμὸς Θετταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοφώνως, Τιταρήσιος] Τιταρήσιος appellatur unus e Lapithis apud Heſiodum in Scuto pag. 202. Euſtathius ad Homeri Iliad. B. pag. 336. Ὁ δὲ γεωγράφος Εὐρώταν οἶδε καλεῖσθαι τὸν Τιταρήσιον, δηλονότι μεθ' Ὅμηρον. ἐμφαίνων καὶ ὅτι ἐκ τόπου παρωνόμασται. λέγει γὰρ ὡς ἐξ ὄρους ῥεῖ Τιτάρου συμφυοῦς τῷ Ὀλύμπῳ. Reſpicit Strabonis locum, qui in Epitome lib. VII. pag. 329. mendoſe hodie ſcribitur: Ὅτι ὁ Πηνειὸς ποταμὸς ῥέων διὰ τῶν Τεμπῶν καὶ ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους, καὶ διὰ μέσης Θεσσαλίας καὶ τῶν Λαπιθῶν καὶ Περαιβῶν, δεχόμενός τε τὸν Εὔρωπον ποταμὸν, ὃν ὁ Ὅμηρος μὲν Τιταρήσιον ὠνόμασεν, διορίζει Μακεδονίαν μὲν πρὸς βορρᾶν, Θεσσαλίαν δὲ πρὸς νότον. αἱ δὲ τοῦ Εὐρώπου ποταμοῦ πηγαὶ ἐκ τοῦ Κιταρίου ὄρους ἄρχονται, ὅ ἐστιν συνεχὲς τῷ Ὀλύμπῳ. In quo loco corrige pro Εὔρωπον, Εὐρώταν. pro Εὐρώπου, Εὐρώτου. pro Κιταρίου, Τιταρίου vel Τιτάρου. Nam lib. IX. pag. 440. ipſe Strabo: Ἄμφω δ' ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ κεῖνται, οὐ πολὺ ἄποθεν τοῦ Εὐρώτα ποταμοῦ, ὃν ὁ ποιητὴς Τιταρήσιον καλεῖ. *Ambæ jacent ſub Olympo non procul ab Eurota fluvio, quem Homerus Titareſium vocat.* Pro gentili autem occurrit Τιταρήσιος apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 65.

Ἤλυθε δ' αὖ Μόψος Τιταρήσιος,

Venit præterea Mopſus Titareſius.

qui apud Scholiaſten dicitur: Ἀμπύκου υἱὸς ὁ Μόψος τοῦ Τιτάρωνος, μητρὸς δὲ Χλωρίδος. Nam Orpheus Argonaut. v. 126. vocat

Καὶ Μόψον Τιταρῆθεν, ὃν Ἄμπυκι νυμφευθεῖσα.

ΤΙΤΩΝΕΥ'Σ, ὄρος. Διονύσιος Γιγαντιάδος πρώτῳ. ὁ οἰκήτωρ Τιτωνεύς.] Poſt hæc verba in MSS. ſequitur: Ἀρχὴ βιβλίου β'.

ΤΛΩ͂Σ, πόλις Λυκίας. ἀπὸ Τλῶ τοῦ Τρεμύλου καὶ Πραξιδίκης νύμφης] MSS. pro Τρεμύλου habent Μήλητος. Hinc Salmaſius faciebat: Τρεμίλητος.

—— Τὸ ἐθνικὸν, διχῶς, καὶ Τλωεὺς, καὶ Τλωίτης] In Subſcript. Concil. Chalced. pag, 50. legitur Ἀνδρέας Τλωαίων. ubi ſcribendum: Τλωέων.

ΤΟΛΙΣΤΟ'ΒΙΟΙ, ἔθνος Γαλατῶν Ἑσπερίων, μετοικησάντων ἐκ τῆς Κελτογαλατίας ἐς Βιθυνίαν. Ἐρατοσθένης δ' ἐν πρώτῳ Γαλατικῶν Τολιστοβωγίους αὐτοὺς φησι] Apud Memnonem in Excerptis cap. 20. vocantur Τολοστοβόγιοι.

ΤΟΛΟΦΩ'Ν, πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Τολοφώνιος. Θουκυδίδης τρίτῃ] Apud Dicæarchum corrupte ſcribitur Κολοφών. & infra v. Χάλαιον ſimili errore, Κολοφωνίους.

ΤΟ'ΜΑΡΟΣ, ὄρος Δωδώνης, ὅ τινες Τόμουρον· καὶ τοὺς κατοικοῦντας, Τομούρους. Οἱ δὲ Τμάρας] Scribe: Οἱ δὲ Τμάρος.

—— Οὗ τὸ ἐθνικὸν, Τμάριος] Hinc apud Calli-

Callimachum, οὔρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ἀποβλέπτου ἄνδρα. Hinc Τομαριὰς φηγὸς apud Orpheum Argonaut. v. 264. & 1160. e qua carina navis Argus. & Heſychius: Τμάριος Ζεὺς ἐν Δωδώνῃ.

ΤΟΜΕΥ͂Σ, πόλις πρὸς τῇ Ὀδησσῷ. Στράβων ἑβδόμῃ] Apud Suidam v. Σκύθαι legitur Τόμη. ſed forte ſcribendum Τόμοι. Apud Pyrrhum Ligorium in Gordiani nummo circum figuram ſtolatam capite turrito ſiniſtra haſtam, dextra cornu Copiæ ferentem legitur: ΤΟΜΕΩΣ ΜΗΤΡΟ. ΠΟΝΤΟΥ. Eadem inſcriptio occurrit quoque in Antonini Pii nummo circum gryphen, item in M. Aurelii. Similiter in Ælii Pertinacis apud Franc. Gotifredum circum Caſtorem & Pollucem accumbentes: ΤΟΜΕΩΣ ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. Item in alio Gordiani apud eundem circum Victoriam ſedentem. Item in Commodi apud Franc. Angelonum circum Æſculapium, & in alio Commodi apud Franc. Gotifredum circum Victoriam gradientem. Item in Septimii Getæ circum Martis templum. Latinis *Tomi* & Ovidio etiam *Tomus*. ut lib. IV. de Ponto Eleg. 14. *Jam mihi cara Tomus*. Apud Strabonem tamen lib. VII. pag. 319. in hodiernis exemplaribus legitur Τόμις.

—— Ὠνομάσθη δὲ οὕτω, διὰ τὸ Ἄψυρτον τὸν Αἰήτου υἱὸν ὑπὸ Μηδείας καὶ Ἰάσονος ἐν τῇ φυγῇ ἐκεῖ κατατμηθῆναι] Ovidius lib. III. Triſtium Eleg. 9. poſtquam hiſtoriam hanc ceciniſſet, ſubjicit:

> *Inde Tomus dictus locus hic; quia fertur in illo*
> *Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.*

—— Ἔστι καὶ Τομαῖον ὄρος παρὰ τὸ Κορυφάσιον τῆς Πύλου, ἐοικὸς σμίλῃ] Hic quoque mons Τομεὺς Thucydidi dicitur lib. IV. pag. 330. ubi Spartanis *Coryphaſium* retinere conceditur ἐντὸς τοῦ Βουφράδος καὶ τοῦ Τομέως. *inter Buphradem & Tomeum.*

—— Ὁ πολίτης, Τομίτης] David Hoeſchelius in Notis ad Photii Biblioth. pag. 962. exhibet nummum, in cujus una parte: ΤΟΜΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. in altera Herculis effigies cum inſcriptione: ΤΟΜΕΙΤΩΝ. Apud Goltzium vero nummus habet: ΤΟΜΙΤΩΝ. Ovidio *Tomitani* & *Tomitæ* dicuntur.

ΤΟ΄ΜΙΣΣΑ, χωρίον διορίζον Καππαδοκίαν ἀπὸ Ταύρου. Τὸ ἐθνικὸν Τομισσηνὸς, τῷ τύπῳ τῆς χώρας, καὶ Τομισσεύς] Scribe, Τόμισα per σ ſimplex, uti apud Strabonem lib. XII. princ. ubi φρούριον non χωρίον vocat, & quidem in ulteriore Euphratis ripa. Patet emendationis hujus veritas etiam in gentilibus.

ΤΟΠΑ΄ΖΙΟΣ, νῆσος Ἰνδική. Τὸ ἐθνικὸν, Τοπάζιος. Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ φησὶν, ὡς εὑρίσκεσθαι καὶ ἐν τῇ τῶν Τοπαζίων νήσῳ λίθον ὁμώνυμον τῇ νήσῳ, ὅμοιον τῇ χροιᾷ τῇ τοῦ νέου ἐλαίου] Iſidorus lib. XVI. Orig. cap. 7. *Topazion ex virenti genere eſt omnique colore reſplendens: inventa primum in Arabiæ inſula, in qua Troglodytæ prædones fame & tempeſtate feſſi cum herbarum radices effoderent, eruerunt. Quæ inſula poſtea quæſita, nebulis cooperta, tandem a navigantibus inventa eſt. Sed ob hoc locus & gemma nomen ex cauſa accepit. Nam* τοπάζειν *Troglodytarum lingua ſignificationem habet quærendi.* Poſt hanc vocem locum ſibi vindicat Τόπειρος *Thraciæ* urbs, cujus meminit Getæ nummus Bibliothecæ Barberinæ, in quo circum duas figuras alteram ſtantem, alteram monti inſidentem ſcribitur: ΟΥΛΠΙΑΣ ΤΟΠΙΡΟΥ. & alius ejuſdem Getæ apud Illuſtr. Equitem de Puteo, in quo circum Herculem ſedentem cum clava ſimiliter. Item Caracallæ apud Franc. Gotifredum, in quo circum templum cum duabus ſtatuis equeſtribus pariter: ΟΥΛΠΙΑΣ ΤΟΠΙΡΟΥ. Sed in alio Getæ, in Theſauris Mediceis, circum Imperatorem hoſtem captivum ſiniſtro pede calcantem diſertis literis: ΟΥΛΠΙΑΣ ΤΟΠΕΙΡΟΥ. A Ptolemæo Τοπειρὸς dicitur, ab Antonino *Topirium*; ita enim corrigendum pro *Topinium*. Hinc Act. I. Conc. Epheſ. Lucianus Τοπείρου Θρᾴκης.

ΤΟΡΕ΄ΤΑΙ, ἔθνος Ποντικόν. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περιηγήσεως] MSS. περὶ γῆς. Videntur autem hi *Toretæ* vicini fuiſſe Cercetis. Scylax pag. 137. Μετὰ δὲ Σινδικὸν λιμένα Κερκέται ἔθνος καὶ πόλις Ἑλληνὶς Τορικὸς καὶ λιμήν. *Poſt Sindicum portum Cercetæ ſequuntur & urbs Græca Toricus cum portu.*

ΤΟ΄ῬῬΗΒΟΣ, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Τορρήβου τοῦ Ἄτυος.

—— Καὶ αὐτοὺς Λυδοὺς ἐδίδαξε τὰ μέλη] MSS. Καὶ αὐτὸς Λ. ε. καὶ τὰ μέλη.

ΤΟΡΩ΄ΝΗ, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Τορώνης τῆς Πρωτέως] Τορώνην τὴν Χαλκιδικὴν vocat Thucydides lib. IV. pag. 376. ubi ſitum ejus egregie deſcribit. A portu hujus urbis proverbium tractum eſt, κωφότερος τοῦ Τορωναίου λιμένος, quod legitur apud Suidam. Portus enim prope hanc civitatem κωφὸς λιμὴν dicebatur, utpote remotus a maris ſtrepitu. Extat & aliud de hac urbe proverbium apud Apoſtolium Cent. XIX. Prov. 41. Τορώνη. Δίδυμός φησιν, ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁρμοζομένων καὶ σεμνοποιούντων ἑαυτοὺς πρὸς τὰ ἐναντία· Ἰσοκράτης δέ φησιν, πόλιν εἶναι ἐν Θρᾴκῃ. *Torone. Didymus ait parœmiam dici, de iis, qui ſe ipſos componunt & pulchre comparant contra adverſa. Iſocrates autem urbem in Thracia eſſe ait.* Sed Thomas Reineſius lib. I. Var. Lect. cap. 24. recte vidit vocem ſolitariam, Τορώνη, non explere ſententiam proverbialem, eoque mutilum hic eſſe Apoſtolium, explendumque ex Ariſtotelis lib. V. Hiſt. animal. cap. 15. Τορωναῖοι vel Τορώνης σπόγγοι, vel ὥσπερ σπόγγοι οἱ ἐν Τορώνῃ ſubintellecto verbo ποιεῖν vel ſimili, *velut ſpongiæ ad Toronam.* Portus *Toronæi* meminit Epigramma Phædimi ἀνέκδοτον,

εἰς ναυαγὸν Ἀρισταγόραν περὶ Σκίαθον κινδυνεύσαντα.

Αἰάζω πολύανθον ὃν εὐνέτις, ᾧ παραμείβων
Νυμφίον ἐν τύμβῳ θῆκεν Ἀρισταγόρην,
Δεξαμένου ἀποδιλώπτε καὶ ὀστέα· τὸν δὲ δυσαὲς,
Ὤλεσεν Αἰγαίου κῦμα περὶ Σκίαθον.
Δύσμορον ὀρθρινοὶ μὲν ἐπεὶ νέκυν ἰχθυβολῆες,
Ξεῖνε Τορωναίων εἵλκυσαν εἰς λιμένα.

—— Τῆς Πρώτεως, ἡ Ποσειδῶνος ἢ Φοινίκης] Scribe: Τῆς Πρότεως ἢ τοῦ Ποσειδῶνος. Sic & Tzetzes ad Lycophronem pag. 26. *Proteus enim Neptuni filius.*

—— Ἔστι καὶ ἄλλη Τορώνη μετὰ Τροίαν κτισθεῖσα. Ὁ πολίτης Τορρωναῖος] Scholiaſtes Græcus Epigramm. lib. III. pag. 361. ubi locum hunc tranſcripſit, legit: μετὰ Τροίαν κτισθεῖσαν· ἧς ὁ πολίτης Τορωναῖος. & Τορωναῖος ſcribitur etiam paullo poſt, item ſupra vv. Ἄμπελος & Ἰστώνη. quæ ſcriptura confirmatur etiam a Scymno in Periegeſi v. 644.

Εἶτ' ἐστὶ κόλπος λεγόμενος Τορωνικὸς,
Οὗ πρότερον ἦν τις Μηκύβερνα κειμένη,
Ἑξῆς Τορώνη τοῖς τόποις ὁμώνυμος.
Deinde eſt ſinus dictus Toronicus,
Ubi olim erat quædam Mecyberna ſita,
Deinde Torone locus cognominis.

—— Ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Σικελίας Τόρρονα διὰ δύο ν, καὶ τὰ δύο ο μικρά] Scribe Τορόννη, uti habet Scholiaſtes paullo ante citatus d. l. & ipſe innuit.

—— Λέγεται καὶ Τορωναῖος κόλπος] MSS Τορωναϊκὸς κ. Scymno Τορωνικός. Apud Goltzium nummi habent: ΤΟΡΩΝΑΙΩΝ.

—— Οὕτω δὲ καλεῖται ἀπὸ τοῦ Κανασραίου, ἕως τῆς Δέρρεως] MSS. οὕτος.

ΤΟΥΡΔΙΤΑΝΙ'Α, χώρα τῆς Ἰβηρίας, ἡ καὶ Βαιτικὴ καλεῖται περὶ τὸν Βαίτιν ποταμόν] Scribe: περὶ τὸν Βαῖτιν π.

—— Οἱ οἰκοῦντες, Τουρδιτανοὶ καὶ Τουρδοῦλοι] Strabo lib. III. pag. 139. Καλοῦσι δ' ἀπὸ μὲν τοῦ ποταμοῦ Βαιτικὴν· ἀπὸ δὲ τῶν ἐνοικούντων, Τουρδετανίαν· τοὺς δὲ ἐνοικοῦντας Τουρδετανούς τε καὶ Τουρδούλους. *Regionem a fluvio Bæticam nominant, ab incolis Turdetaniam, incolas Turdetanos & Turdulos.*

—— Ἀρτεμίδωρος δὲ Τουρτυτανίαν αὐτὴν καλεῖ καὶ Τούρτους τοὺς οἰκήτορας, καὶ Τουρτουτανούς] MSS. Τυρτυτάνους.

ΤΡΑ'ΓΑΣΑΙ, χώρα ἐν Ἠπείρῳ, ἀπὸ Τραγάσου, οὗ εἰς χάριν ὁ Ποσειδῶν ἁλῶν πῆξιν ἐποίησεν] Strabo lib. XIII. pag. 605. Χωρὶς δὲ καὶ τὸ Ἀλήσιον πεδίον οὐ μέγα ἐν τοῖς τοῦ Λεκτοῦ, καὶ τὸ Τραγασαῖον ἁλοπήγιον αὐτόματον τοῖς ἐτησίαις πηγνύμενον πρὸς Ἀμαξιτῷ. *Seorſum eſt campus, Haleſium, non magnus circa Lectum, & ſalinæ Trageſææ apud Hamaxitum, ubi ſal ſponte ſua cogitur ſpirantibus Eteſiis.* Tragaſi meminit Tzetzes ad Lycophronem pag. 47. MSS. autem pro ἁλῶν habent ἅλες.

—— Ὅθεν Τραγασοὶ οἱ ἅλες· ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Λεσβιακῶν] Scribe, Τραγασαῖοι ἅλες: ut apud Julium Pollucem lib. VI. cap. 10. qui ſic habet: Ἅλες Τραγασαῖοι· λίμνη δὲ αἱ Τραγάσαι Τρωϊκὴ, ἢ πεδίον Ἠπειρωτικὸν, ἀπὸ Τραγασοῦ, ᾧ χαριζόμενος ὁ Ποσειδῶν, τοὺς ἅλας ἔπηξε. ubi viciſſim corrige ex Stephano ἀπὸ Τραγάσου. *Sales Tragaſæi: Tragaſæ autem palus eſt Troadis aut campus in Epiro a Tragaſo ſic appellatus, in cujus gratiam Neptunus ſales coagulavit.* Pari modo apud Heſychium peccatum eſt: Τραγάσαι οἱ ἅλες, οἱ ἀπὸ Λέσβου. Scribe: Τραγασαῖοι ἅλες &c. Athenæus lib. III. pag. 73. Καὶ ἐν Τρωάδι δὲ ἐξουσίαν εἶχον οἱ βουλόμενοι τὸν πρὸ τοῦ χρόνου τὸν Τραγασαῖον ἅλα λαμβάνειν· Λυσιμάχου δὲ τέλος ἐπιβαλόντος, ἠφανίσθη. Θαυμάσαντος δὲ καὶ ἀφέντος τὸν πόρον ἀτελῆ, πάλιν ηὐξήθη. *In Troade cum antea cuivis permitteretur ſalem Tragaſæum auferre gratis, ſalarium tributum ut Lyſimachus exigi mandavit, illic poſtea nihil ſalis viſum eſt. Admiratus id Lyſimachus tributum remiſit, continuoque ſal rurſus extitit.*

ΤΡΑΓΑΙ'Α, νῆσος πρὸς ταῖς Κυκλάσιν.

—— Ἔστι καὶ πόλις ἐν Νάξῳ ἐν ᾗ Τράγιος Ἀπόλλων τιμᾶται. Εὔπολις διὰ τοῦ ε γράφει, καὶ πληθυντικῶς, Τραγεταί] MSS. Εὔπολις καὶ διὰ τοῦ ε γράφει, καὶ πληθυντικῶς, Τραγέαι. quomodo ſcribendum. Τραγέα enim & Τραγέαι, ut Platæa & Platææ, aliaque.

ΤΡΑ'ΓΙΛΟΣ, πόλις μία τῶν ἐπὶ Θράκης πρὸς τῇ Χερρονήσῳ ἢ Μακεδονίᾳ] Eadem haud dubie quæ infra Τρώγιλος.

ΤΡΑΛΛΙ'Α, μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας] Supra: Βῆγις, πόλις Τραλλέων. Οὗτοι καὶ τῶν Ἰλλυριῶν μοῖρα.

—— Λέγονται καὶ Τράλλοι καὶ Τράλλες, παρὰ Θεοπόμπῳ] Heſychius: Τράλλεις, οὕτως ἐκαλοῦντο μισθοφόροι Θρᾶκες τοῖς βασιλεῦσιν, οἱ τὰς φονικὰς χρείας πληροῦντες. De his *Trallibus* vide quæ notavit Henricus Valeſius ad Dionem in Excerptis Conſtantini Porphyrogennetæ pag. 90.

—— Λέγεται δὲ Τρωαλικίδα καὶ Τράλλα] Scribe: Τραλλικὴ δὲ κ. τ.

ΤΡΑ'ΛΛΙΣ, πόλις Λυδίας πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ.

—— Ἐκαλεῖτο δὲ Εὐρυμνά] Ἐρύμνην dictam fuiſſe teſtatur Etymologus: Εὔδωνος, ποταμὸς τῆς ποτὲ μὲν Διάς τε καὶ Ἐρύμνης καὶ Λαρίσης, νῦν δὲ Τράλλεων καλουμένης τῆς Ἀσίας. Et Strabo idem ſubindicat, quando ait lib. XIV. pag. 648. Ἵδρυται δ' ἡ μὲν τῶν Τραλλιανῶν πόλις ἐπὶ τραπεζίου τινὸς ἄκραν ἔχοντος ἐρυμνήν· καὶ τὰ κύκλῳ δ' ἱκανῶς εὐερκῆ. *Trallianorum urbs poſita eſt in trapezio quodam, quod verticem habet natura munitum, ſicut & circum loca ſunt ſatis probe munita.* Unde & ſic ſcribendum videtur hoc loco.

—— Τὸ ἐθνικὸν, Τραλλιανός] Sic in plurimis extat nummis. in M. Aurelii circum Dianam Ephe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Epheſiam & Jovem ſedentem cum Victoriola: ΕΦΕΣΙΩΝ Β. ΝΕΟΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ. in Antonini Pii circum Plutonem ſedentem cum haſta & Cerbero: ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΝ. & in alio Aurelii circum Herculem ſedentem: ΕΠΙ. ΓΡΑΜ. ΕΥΑΡΕΣΤΟΥ. ſubtus: ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ.

ΤΡΑ'ΜΠΥΑ, πόλις τῆς Ἠπείρου, πλησίον Βουνίμων] *Trampyæ* meminit Lycophron in Caſſandra pag. 126. & noſter ſupra v. Βούνιμα. pro Βουνίμων Salmaſius legebat Βουλίμων. Sed ſupra: Βούνιμα πόλις Ἠπείρου, οὐδετέρως.

ΤΡΑ'ΠΕΖΑ, πόλις Ἀρκαδίας, ἐγγὺς Τρικολώνου] Scribe, Τρικολώνων. ut infra h. v.

ΤΡΑΠΕΖΟΥ͂Σ, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. Ἐν ταύτῃ μέλι ἀπὸ τῆς πύξου φησὶν, Ἀριστοτέλης γίνεσθαι ἐν τῷ περὶ Θαυμασίων ἀκουσμάτων, βαρύοσμον &c.] Extant hæc adhuc apud Ariſtotelem lib. de Mirab. Auſcult. Procopius princ. lib. III. Gothic. tradit *mel* in tota hac regione amarum eſſe. Dioſcorides in Alexipharm. pag. 402. inter venena refert, μέλι, τὸ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ γινώμενον. *mel Heracleæ in Ponto genitum.* De *mellis Pontici*, quod circa *Trapezuntem* naſcebatur, effectis notabilem hiſtoriam adfert Xenophon lib. IV. de Exped. Cyri pag. 342.

— Ἀφ' οὗ τοῦ φαγόντας, ὑγιαίνοντας μὲν ἐξίστασθαι τοὺς δ' ἐπιλήπτους, εὐθέως ἀπαλλάττεσθαι] Idem refert Ælianus lib. v. Hiſt. Anim. cap. 42. Ἐν Τραπεζοῦντι δὲ τῇ Ποντικῇ ἐκ τῆς πύξου γίνεσθαι μέλι πέπυσμαι· βαρὺ δὲ τὴν ὀσμὴν τοῦτο εἶναι· καὶ ποιεῖν μὲν τοὺς ὑγιαίνοντας, ἔκφρονας. τοὺς δὲ ἐπιλήπτους, εἰς ὑγείαν ἐπανάγειν αὖθις. *In Trapezunte Pontica ex buxo mel fieri accepi: hocque eſſe odoratu grave, quod eos, qui comitiali morbo correpti, ſanet, ſanos vero dementet.*

— Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις Τραπεζοῦς ἀπὸ Τραπεζοῦντος παιδὸς Λυκάονος, ὡς Παυσανίας ὀγδόῳ] Aliter Hyginus Fab. 176. *Eo loco Arcas oppidum communivit, quod Trapezos appellatur.* & Fab. 275. *Arcas Jovis filius in Arcadia Trapezunta.* Tzetzes ad Lycophronem v. 481. Ὁ Ζεὺς ἐπιξενωθεὶς τῷ Λυκάονι, ἑστιᾶτο. Οἱ δὲ τούτου υἱοὶ ἀπόπειραν ποιούμενοι εἰ Θεός ἐστιν κρεανομήσαντες Νύκτιμον, καὶ τὰ τούτου κρέατα συμμίξαντες τοῖς ἄλλοις κρέασι, παρέθησαν τῷ Διΐ. Ὁ δὲ ὀργισθεὶς ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν, ὅθεν καὶ Τραπεζοῦσα πόλις ἐστὶν ἐν Ἀρκαδίᾳ. Scholiaſtes Germanici ad Bootem: *Hunc dicunt Arcadem Jovis filium eſſe, de cujus poſt nomine Arcadia dicta eſt: quem Lycaon Pelaſgi filius, cum Jovem hoſpitio recepiſſet, infantem membratim laceravit & Iovi in epulis appoſuit, tentans Iovem utrum Deus eſſet. Iovis autem dicitur domum Lycaonis fulmine incendiſſe eoque loco civitatem conſtructam quæ Trapezos appellata eſt: Lycaonem vero convertiſſe in lupum. Arcadem autem compactis membris ad vitam reduxiſſe & cuidam caprario dediſſe nutriendum.*

— Ὁ πολίτης Τραπεζούντιος, ὡς Σελινούντιος] In duobus nummis apud Goltzium legitur: ΤΡΑΠΕΖΩΝΤΙΩΝ. ut apud Parutam: ΣΕΛΙΝΩΝΤΙΩΝ. de quo ſupra ſuo loco.

ΤΡΑ'ΒΑΛΑ, πόλις Λυκίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τραβαλεύς] Videtur Τράγαλα, vel potius, Τρεύαλα, ſcribendum ob literarum ordinem.

ΤΡΑΥΣΟΙ', πόλις Κελτῶν. Ἔθνος, οὓς οἱ Ἕλληνες, Ἀγαθύρσους ὀνομάζουσι] Scribendum videtur: πόλις Γετῶν ἔθνους, uti apparet ex Herodoto lib. v. cap. 4. ubi inter Getas & Thraces eos commemorat: Οὐνόματα δὲ πολλὰ ἔχουσι κατὰ χώρας ἕκαστοι· νόμοισι δὲ οὗτοι παραπλησίοισι πάντες χρέωνται κατὰ πάντα, πλὴν Γετέων καὶ Τραυσῶν, καὶ τῶν κατύπερθε Κρηστωναίων οἰκεόντων. *Habent autem multa nomina ſingularum regionum ſinguli.* (Thraces.) *Moribus tamen & opinionibus conſimilibus imbuti ſunt, præter Getas & Trauſos & Creſtonæos, qui ſuperiorem regionem incolunt.* Niſi quis putet potius legendum: πόλις Κελτῶν, καὶ ἔθνος. ut duo diverſa intelligantur: atque ita de *Celtica* illa *urbe* amplius inquirendum. Sed priorem conjecturam veriorem exiſtimo. Heſychius *Scythas* facit: Τραῦσοι (ſic enim ſcribo pro Τραῦσος) ἔθνος Σκυθικὸν, οἱ τοὺς μὲν γινομένους ἀτιμάζουσι, τοὺς δὲ τελευτῶντας κατευφημίζουσιν. ex Herodoto.

ΤΡΑΦΗ, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τραφαῖος] Videtur eſſe eadem, quæ ſupra Τάφραι καὶ Τάφρη. ubi vide.

ΤΡΑ'ΦΕΙΑ, πόλις Βοιωτίας, πολλὰ θρέμματα ἔχουσα. Τὸ ἐθνικὸν, Τράφιος, ἢ Τραφιεύς] Salmaſius: Τράφιος ἢ Τραφιεύς.

ΤΡΑΧΙ'Σ, πόλις Θεσσαλίας, ὑπὸ τὴν Οἴτην] Straboni lib. IX. pag. 423. ſcribitur Τραχὶν, ubi *Phocidi* tribuitur, item Tzetzi ad Lycophronem pag. 147. Euſtathio ad Homeri Iliad. B. pag. 320. Τρηχὶν, ἤτοι Τραχὶν, ex hoc loco, ut videtur. Herodotus lib. VIII. cap. 31. Τρηχινίην vocat regionem ſive agrum vicinum. De hujus oppidi origine Athenæus ex Scythino Teio lib. XI. pag. 461. hæc adfert: Ἡρακλῆς λαβὼν Εὔρυτον καὶ τὸν υἱὸν ἔκτεινε φόρους πρήσσοντας· παρ' Εὐβοέων· Κυλικρήνας ἐξεπόρθησε ληϊζομένους· καὶ αὐτόθι πόλιν ἐδείματο Ἡράκλειαν τὴν Τραχινίαν καλεομένην. *Hercules captos Eurytum Eurytique filium ideo necavit, quod tributa exigerent ab Eubœenſibus: Cylicranas vaſtavit, quod prædas egiſſent: urbem condidit Heracleam, quam Trachiniam cognominarunt.* Extat Epigramma nondum, quod ſciam, vulgatum, in Bibliotheca Barberina, Διονυσίου ἐπὶ ῥοπάλῳ ἀνατιθέντι Ἡρακλεῖ, huc pariter pertinens:

Ἡρακλέες Τρηχῖνα πολύλλιθον, ὅς τε καὶ Οἴτην
Καὶ βαθὺν ἀδένδρου πρῶνα πατεῖ Φολόης.

Τοῦτό τοι ἀγροτέρης Διονύσιος αὐτὸς ἐλαίης
Χλωρὸν ἀπὸ δρεπάνῳ θῆκε ταμὼν ῥόπαλον.

—— Ὑπὸ Ἡρακλέους κλιθεῖσα, καὶ ὀνομαθεῖσα διὰ τὴν τραχύτητα] Extat Oraculum apud Euſebium lib. VI. de Præp. Euang. cap. 7. Locro datum, in quo *Herculea* dicitur *Trachin*:

Τρηχῖν' ἐξεῖλες πόλιν Ἡρακλῆος θείου,
Ὦ Λοκρέ. σοὶ δὲ Ζεὺς ἄλλας δώσει, ἤδη ἔπι δώσει.

O Locre Herculeam ferro Trechina ruiſti:
Juppiter ipſe graves ultra pro crimine pœnas
Exiget.

ubi vulgo malo editur Τειχῖν'. Huc quoque alludit alterum Oenomao datum apud eundem lib. v. cap. 22 ubi tranſpoſitione vocalium ſimiliter peccatum. Hinc etiam Ἡρακλεῶται Τραχίνιοι, uti in Goltzii nummo. Habitavit ibidem Hercules exulans ob Iphiti cædem. Scholiaſtes Græcus ad Sophoclis Trachin. pag. 332. Πόλις Θετταλίας ἡ Τραχὶν, ἐν ᾗ Ἡρακλῆς κατῴκησε διὰ τὸν τοῦ Ἰφίτου φόνον κατὰ τὸν νόμον. Vide Apollodorum Biblioth. lib. II.

—— Ὁ πολίτης, Τραχίνιος καὶ Τρηχίνιος, καὶ Τραχιναῖος] Iſaacus Caſaubonus ultimum gentile Τραχιναῖος pertinere exiſtimat ad *Trachinem*, Phocidis oppidum prope Lebadiam, de quo Strabo lib. IX. pag. 423. ex veſtigiis lectionis Aldini Codicis, in Notis ad eum locum.

ΤΡΕΜΙΘΟΥ̃Σ, κώμη Κύπρου. Καλοῦνται Τρεμιθούσιοι] S. Spiridion Τρεμιθούντων Epiſcopus vocatur apud Metaphraſten.

Καίπερ ἀπεχούσης ἀπὸ τῆς ἠπείρου στάδια
Τετρακόσι', ὡς δὴ συγγράφει Δημήτριος.

Οὗτοι δὲ Θρᾷκες Βαστάρναι τ' ἐπήλυδες.

——— ——— ὁ Τύρας ποταμὸς
Βαθύς τε ὢν εὔβοτος ἐστὶ τοῖς νομαῖς
Τῶν ἰχθύων διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων,
Ταῖς ὁλκάσι τε ναυσὶν ἀνάπλουν ἀσφαλῆ.
Ὁμώνυμος δὲ τῷ ποταμῷ κεῖται πόλις
Τύρας, ἄποικος γενομένη Μιλησίων.

Ἐπὶ δὲ τὴν καθ' Ὕπανιν καὶ Βορυσθένην
Τῶν δύσι ποταμῶν συμβολαῖς ἐστὶ πόλις
Κτισθεῖσα, πρότερον Ὀλβία καλουμένη,
Μετὰ ταῦθ' ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης
Κληθεῖσα. ταύτην τὴν πόλιν Μιλήσιοι
Κτίζουσι κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν
Διακοσίων δὲ καὶ τεσσαράκοντα σταδίων
Τὸν ἀνάπλουν ἀπὸ θαλάττης τῷ Βορυσθένει
Ποταμῷ ἔχει ——— ——— ———
Οὗτος δὲ πάντων ἐστὶ χρειωδέστατος,
Κήτη μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ καρποὺς φέρων
Τοὺς φυομένους νομάς τε τοῖς βοσκήμασι.
Ῥεῖν δ' αὐτὸν ἐπὶ μὲν ἡμερῶν λέγουσι πλοῦν
Ὡς τεσσαράκοντα πλωτόν· εἰς δὲ τοὺς ἄνω
Τόπους ἄπλωτός ἐστι, καὶ οὐ περάσιμος.
Ὑπὸ χιόνος γὰρ καὶ πάγων ἐξείργεται.

Ἡ Ταυρικὴ δὲ Χερρόνησος λεγομένη
Τούτοις συνάπτει, πόλιν ἔχουσ' Ἑλληνίδα,
Ἣν Ἡρακλεῶται Δήλιοί τ' ἀπῴκισαν.
Τοῖς Ἡρακλεώταις γενομένου χρησμοῦ τινος
Τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσιν ἐντὸς Κυανέων,
Ἅμα Δηλίοις Χερόνησον οἰκῆσαι.

——— ——— ἀπὸ δὲ Λαμπάδων
Εἰς τὸ Κριοῦ μέτωπον ἀκροτήριον
Τῆς Ταυρικῆς ὑψηλὸν [ὄρος] ἐστὶ στάδια
Εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ἐν ταύτῃ τῆς Ταυρικῆς
Χώρᾳ τινὲς λέγουσιν ἀφικέσθαι ποτὲ
Κλαπεῖσαν Ἰφιγένειαν ἐκ τῆς Αὐλίδος.
Εἰσὶ δὲ τοῖς ὄχλοις μὲν οἱ Ταῦροι συχνοί.
Βίον δ' ἐνόρειον νομάδα τ' ἐζηλωκότες,
Τὴν δ' ὠμότητα βάρβαροί τε καὶ φονεῖς,
Ἱλασκόμενοι τὰ θεῖα τοῖς ἀσεβήμασιν.

Ἀπὸ οὖν Ἀθηναίωνος ἄχρι τῶν Κυτῶν
Σκύθαι κατοικοῦσι· μετὰ ταῦτα Βόσπορος
Ὁ Κιμμέριος ἐστὶ, καὶ Κιμμερικὸν πόλις.

Ἐνταῦθα

Peuce vocatur. hinc aperto in æquore
Achillis inſula eſt ——— ———
Habetque manſuetas aves quamplurimas,
Et advenis ſpectaculum præbet ſacrum.
Nam terra nuſquam exinde proſpici poteſt,
Quam ſtadia quadringenta tantum dividunt
A continente, ut auctor eſt Demetrius.

Sed Thraces hi ſunt atque Baſtarnæ advenæ.

——— ——— amnis Tyras
Profundus herbiduſque alendis piſcibus,
Situque mercatoribus percommodo,
Tutuſque onuſtis ſubvehendis navibus.
Hic civitas amni jacet cognominis
Tyras, trahens originem à Mileſiis.
Ubi oſtiis junctis in unum confluunt
Hypanis Boryſtheneſque ſtructa eſt civitas
Quæ nomen antea obtinebat Olbiæ:
Deinde Græcis dicta denuo fuit
Boryſthenes. Mileſii quoque ſtruxerant
Hoc oppidum florenti regno Medico:
Ad quod ducentis ſtadiis aſcenditur
Quaterque denis ex mari Boryſthenem
Per flumen ——— ———
Hic amnis unus omnium utiliſſimus,
Vaſtis abundans plurimiſque piſcibus,
Frugumque copia atque lætis paſcuis.
Quem bis vicenum navigabilem ferunt
Curſu dierum: quicquid ultra extenditur
Jam navibus vadoue tranſiri nequit:
Glaciale namque frigus & nix impedit.

His Cherſoneſus jungitur, quam Tauricam
Vocamus, oppidumque Græcum, conditum
Heracleotis Deliiſque auctoribus.
Heracleotis quippe præcepit Deus
Intra Cyaneas incolentibus Aſiam,
Ut Cherſoneſum conderent cum Deliis.

——— ——— à Lampadum oppido
Ad Tauricæ ſublime promontorium
Quod Arietis frontem vocant, ſunt ſtadia
Centum & viginti ad hæcce Tauricæ loca
Veniſſe dicunt Iphigeneiam plurimi,
Surrepta cum fuiſſet olim ex Aulide.
Turbis abundant maxime frequentibus
Tauri, vagamque in montibus vitam trahunt.
Crudelitate cædibuſque barbari,
Ipſum ſceleribus impiis numen colunt.

Quicquid ab Athenæone poſtea ad Cytas
Procurrit, id Scythæ tenent. hinc Boſporus
Cimmerius oppidumque Cimmericum jacet

Ἐνταῦθα ναυσὶν ὅρμος τοῖς ἀφ' ἑσπέρας
Ἐστὶν ἀνέμοις· ἐν τῇ θαλάττῃ δ' ἄντικρυς
Νῆσοι πετρώδεις οὐ πάνυ μεγάλαι δύο
Ἀπέχουσαι ὀλίγον τῆς ἠπείρου ——

Ἔπειτ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος
Λίμνης τὸ Παντικάπαιόν ἐστιν ἔσχατον
Τοῖς Βοσπόρου βασίλειον ἐπωναμασμένον.
Ἄνωθεν δὲ τούτων ἡ Σκυθικὴ βάρβαρος
Πρὸς τῶν ἀσίκηλον συνορίζουσ' ἐστὶ γῆν·
Καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένην·
Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας
Εἴρηκεν Ἔφορος, εἶτ' Ἀρωτῆρας, πρόσω
Νευροῦτας ἄχρι γῆς ἐρήμου διὰ πάγων.
Πρὸς ἀνατολὰς δ' ἐκβάντι τὸν Βορυσθένην
Τοὺς τὴν λεγομένην Ὕβλαν οἰκοῦντας Σκύθας.
Εἶναι δὲ Γεωργοὺς ἐχομένους τούτων ἄνω.
Ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον,
Ὑπὲρ δὲ ταύτην ἔθνος ἀνδροφάγων Σκυθῶν.
Ἐπέκεινα πάλιν ἔρημον εἶναι ἐχομένην.
Τὸν Παντικάπην διαβάντι λιμναίων ἔθνος,
Ἕτερά τε πλείονα οὐ διωνομασμένα,
Νομαδικὰ δὲ ἐπικαλούμενα, εὐσεβῆ πάνυ
Ὧς οὐδὲν ἐμψύχων ἀδικῆσαι ποτ' ἂν
Οἰκοφόρα δ' ὡς εἴρηκε καὶ σιτούμενα
Γάλακτι τῶν Σκυθικαῖς τε ἱππομολγίαις
Ζῶσι δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδεδειχότες
Κοινὴν ἁπάντων τήν τε ὅλην οὐσίαν.
Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
Φησὶ γενέσθαι τῶν σφόδρ' εὐσεβεστάτων.
—— —— καὶ κατοικῆσαι τινὰς
Εἰς Ἀσίαν ἐλθόντας, οὓς δὴ καὶ Σάκας
Καλοῦσιν. εὐσημότατον δ' εἶναι φησὶ τὸ
Τῶν Σαυρομάτων καὶ Γελώνων καὶ τρίτον
Τὸ τῶν Ἀγαθύρσων, ἐπικαλούμενον γένος.
Ἀπὸ τῶν δὲ Μαιωτῶν λαβοῦσα τοὔνομα
Μαιῶτις ἑξῆς ἐστι λίμνη κειμένη.
Εἰς ἣν ὁ Τάναϊς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν
Τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως ἐπιμίσγεται **
Ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινὸς
Ἧς τὸ πέρας ἐστὶν ἄφραστον· ἔξεισι δὲ
Δίστομον ἔχον τὸ ῥεῖθρον εἰς τὴν λεγομένην
Μαιῶτιν, εἰς τὸν Κιμμερικόν τε Βόσπορον.
Τὸ δὲ στόμιον τῆς λίμνης λέγεται Βόσπορος.
Τὸν δὲ Τάναϊν, ὅς ἐστιν τῆς Ἀσίας ὅρος
Τέμνων τε τὴν ἤπειρον ἑκατέραν δίχα,
Πρῶτοι νέμονται Σαρμάται δισχίλια
Σταδί' ἐπέχοντα —— —— ——
Εἶτα μετὰ Σαρμάτας τὸ Μαιωτῶν γένος
Ἰαζαμάτων λεγόμενον, ὡς Δημήτριος
Εἴρηκεν ἐφ' οἷς καὶ ἡ Μαιῶτις λέγεται.
Ὡς δὲ Ἔφορος λέγει, Σαυροματῶν ἔθνος.
Τούτοις δὲ ἐπιμεμίχθαι, τὰς Ἀμαζόνας

Ubi navibus portus patet, ruentibus
Ventis ab occidente: contra prominent
Duæ inſulæ ſaxoſæ at exiguæ, parum
A continente diſſitæ ——— ———

Ipſum paludis ad oſtium Mæotidis
Extrema Panticapæa civitas jacet,
Quæ Boſpori cognominatur regia
Ultra Scytharum regio vaſta, & barbara
Procurrit ad terram incolarum neſciam.
Cunctiſque Græciæ incolis incognitam.
Sed Ephorus Iſtrum Carpidas primos refert
Accolere; proximos Aratores ſequi;
Neurutas hinc ad frigidam terræ plagam.
Si verſus ortum quis Boryſthene exeat,
Illum Scythas offendere Hyblam qui colunt:
Quos gens Georgorum deinceps excipit.
Rurſumque vaſtas ſolitudines ſequi,
Scythaſque, qui veſcuntur hominum carnibus:
Hinc rurſus alias eſſe ſolitudines.
Ultraque Panticapen paludis accolas,
Alioſque plures nomine haud notos ſuo,
Vulgus Nomadicos dicit, uſque adeo admodum pios
Ut nec animantibus afferant injuriam:
Plauſtriſque, ut aſſerit, vagas trahunt domos,
Et more Scythico lacte equarum victitant.
Et de bonis vitam communibus agitant, *Aguntque vitam de communibus bonis.*
Opes cunctas publicas cunctis habent.
Ex his Nomadicis, gente quam piiſſima,
Anacharſis ortus dicitur, ſapiens homo.
——— ——— horumque nonnullos ferunt
Fixiſſe ſedes in Aſia, quos & Sacas
Vocant. ſed omnium quidem clariſſimi
Sauromatæ habentur, ac Geloni, & tertium
Genus, Agathyrſi, qui vocantur proprie.
Mæotis autem poſtea palus jacet
Mæotica de gente nomen obtinens.
Miſcetur illi Tanaïs amnis, qui capit
Originem ſuam ex Araxe flumine:
Vel ut Ephorus ait, ex palude quapiam,
Cujus nequit quiſquam explicare terminum.
Sed oſtio dictam paludem duplici
Mæotin intrat Cimmericumque Boſporum.
Nam Boſporum paludis oſtium vocant.
Sed Tanaïn, Aſiam terminus qui ſeparat
Hinc inde utramque continentem dividens,
Primi quidem ad bis mille ſtadia Sarmatæ
Juxta accolunt ——— ——— ———
Poſt Sarmatas deinde gens Mæotica
Jazamatæ ſequuntur, ut Demetrius
Refert, ab hiſce dicta Mæotis fuit:
Vel Sauromatarum gens, ut Ephorus auctor eſt.
Olimque commixtas Amazonas ferunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ΚΑΙ ΤΑΔΕ ΣΚΥΜΝΟΥ ΤΟΥ ΧΙΟΥ.

Τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ
Ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμοδόντα γινομένης
Μάχης· ἐφ' οἷς ἐπεκλήθησαν οἱ Σαυρομάται
Γυναικοκρατούμενοι ——— ———

ΑΣΙΑ.

Τὸ δὲ στόμ' ἐκπλέοντι Κιμμερὶς πόλις,
Ἀπὸ Κιμμερίων μὲν βαρβάρων κεκλημένη,
Κτίσις δὲ τυράννων οὖσα τῶν ἐν Βοσπόρῳ·
Κῆπός τ' ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων.

Ἔστ' ἐστὶν Ἑρμώνασσα, Φαναγόρειά τε,
Ἣν Τηΐους λέγουσιν οἰκῆσαι ποτὲ
Καὶ Σινδικὸς λιμήν, ἔχων οἰκήτορας
Ἕλληνας, ἀπὸ τῶν ἐγγὺς, ἥκοντας τόπων.
Ταύτας περιέχει τὰς πόλεις διακειμένας
Ἡ νῆσος κατὰ Μαιῶτιν ἄχρι Βοσπόρου
Χώραν ἀπολαμβάνουσα πολλὴν πεδιάδα.
Ἥτις τὰ μὲν τοῖς ἕλεσι τοῖς τε ποταμοῖς
Ἀδιάβατος τενάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ πέραν,
Ἃ δὲ τῇ θαλάσσῃ τῇ τε λίμνῃ γίνεται.

——— ——— οἱ λεγόμενοι Μοσσυνοικοὶ
Τοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις καὶ ἔργοις βαρβαρικοῖς.
Φασὶ γὰρ ἐν ξυλίνοισιν ὑψηλοῖς τ' ἄγαν
Πύργοις ἐνοικεῖν πάντας, ἐν φανερῷ δ' ἀεὶ
Ἕκαστα πράττειν· τὸν δ' αὐτῶν βασιλέα
Δεδεμένον ἐν πύργῳ τε συγκεκλεισμένον
Τηρεῖν, ἐπιμελῶς τοῦ ἀνωτάτω στέγην
Ἔχοντα· τοῖς φρουροῦσι δ' αὐτὸν ἐπιμελὲς
Εἶναι νομίμως ἵνα πάντα προστάττει ποιεῖν.
Ἂν δὲ παραβαίνῃ κόλασιν αὐτοῦ λαμβάνειν
Φασὶ μεγίστην, μὴ διδόντας τὴν τροφήν.

——— ——— Κερασοῦς
Κτισθεῖσ' ὑπ' αὐτό, καθ' ἃς ἔρημος κειμένη
Ἧς ἄντικρυς παρήκει νῆσος Ἄρεως
Λεγομένη. ——— ———

Ἀπὸ Κολυώρου ἕως τοῦ πλησίον Πολεμονίου
Πρώτην Τιβαρηνοὶ ᾤκουν ἔθνος ὁμόχωροι,
Πάνυ γελᾶν σπεύδοντες ἐκ παντὸς τρόπου,
Εὐδαιμονίαν εἶναι ταύτην κεκρικότες.

——— ——— Ἀμισὸς ἐν τῇ Λευκοσύρων
Γῇ κειμένη, τῶν Φωκαέων ἀποικία,
Τέσσαρσι πρότερον ἔτεσιν οἰκισθεῖσα τῆς
Ἡρακλείας ἔλαβεν Ἰωνικὴν κτίσιν.
Κατὰ δὲ πόλιν ταύτην τῆς Ἀσίας σχεδὸν
Στενότατος αὐχὴν ἐστὶν εἰς τὸν Ἰσσικὸν
Κόλπον διήκων τόν τ' Ἀλεξανδρούπολιν,
Τῷ Μακεδόνι κτισθεῖσαν· ἡμερῶν δ' ὁδὸν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

His Sauromatis fuiſſe: quæ devenerant
Huc poſt peracta ad Thermodontem prælia.
Cognominatos unde Sauromatas volunt
Gynæcocratumenos ——— ———

ASIA.

Ad oris exitum ſita eſt urbe Cimmeris,
A Cimmeriis quidem vocata barbaris,
Sed à tyrannis Boſporanis condita:
Mileſiorum Cepus hic colonia eſt.

Hinc ſequitur Hermonaſſa, Phanagoreaque,
Quam condidiſſe Teios quondam ferunt:
Portuſque Sindicus colonos obtinens
Græcos, propinquis confluentes ex locis.
Has civitates comprehendit inſula
Mæotin adjacens ad uſque Boſporum,
Patentium complexa camporum æquora:
Paludibus partimque fluviis invia,
Tenacibuſque littore adverſo vadis:
Quæ Pontus hinc, & iſthinc efficit Palus.

——— ——— moribus Moſſynoeci
Et legibus factiſque plane barbari:
Nam ligneas feruntur editiſſimas
Habitare turres, inque luce publica
Res quaslibet peragere: tum regem ſuum
Vinclis ligatum, & turre clauſum ſedulo
Servare, qui tabulas ſupremas occupat:
Cuſtodibus vero laboris id dari,
Quæcumque recte juſſerit facto exſequi: *Ut exſequantur cuncta quæ recte jubet:*
At ſi qua peccet pœna fertur maxima
Hæc ſumi ab illo, quod cibus ſubducitur. *Hæc irrogari, quod cibum non præbeant.*

——— ——— Ceraſus civitas
Exſtructa ab ipſis cum jaceret diruta
Cui Martis inſula, ut vocant obtenditur.

Ab oppido Cotyoro ad uſque Polemonium
Junctis agris coluere Tibareni prius,
Qui riſui modis ſtudebant omnibus,
Felicitatem eam putantes maximam.

——— ——— In Leucoſyrorum Amiſus jacens
Regione, Phocæenſium colonia,
Exſtructa quadriennio ante Heracliam
Ionica de gente traxit originem.
Quo ferme ab oppido Aſia conſtringitur
Arctiſſima cervice ad Iſſicum ſinum
Urbemque, quæ nomen tulit Alexandriæ
A conditore Macedone: hinc in Ciliciam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Εἰς τὴν Κιλικίαν ἑπτὰ τῶν πασῶν ἔχει.
Τὸ τῆς Ἀσίας γὰρ λέγεται ἰσθμωδέστατον
Εἰς τὴν περὶ αὐτὸν ὄντα συνάγεσθαι μυχόν.
Ὁ δ' Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν λέγων
Ἐκ τῆς Κιλικίας [πέντε ἡμερῶν ὁδὸν
Εἰς πόντον.] ἔθνη δ' εἶχε πεντεκαίδεκα,
Ἡ χερρόνησος· ὧν τρία μὲν Ἑλληνικά,
Αἰολικόν, εἶτ' Ἰωνικόν, καὶ Δωρικόν·
Τὰ λοιπὰ δὲ τῶν μιγάδων χωρία βάρβαρα.
Κίλικες μὲν οὖν, Λυκιοί τε πρὸς τούτοις δὲ καὶ
Μάκαρες, Μαριανδυνοί τε παραθαλάσσιοι
Οἰκοῦσι, Παφλαγόνες τε καὶ Παμφύλιοι·
Χαλύβες δὲ τὴν μεσόγειον οἵ τε πλησίον
Καππάδοκες, οἵ τε νεμόμενοι τὴν Πισιδικὴν
Λύδοι τε, καὶ πρὸς τοῖς δὲ Μύσοι καὶ Φρύγες.

Ἀλλ' ἡ Σινώπη ἐστ' ἐπώνυμος μιᾶς
Τῶν Ἀμαζόνων, ὧν πλησίον χώρ' ἦν ποτέ.
Ἣν τὸ πρὶν ᾤκουν εὐγενεῖς ὄντες Σύροι.
Μετὰ ταῦτα δ' ὡς λέγουσιν, Ἑλλήνων ὅσοι
Ἐπ' Ἀμαζόνων διέβησαν, Αὐτόλυκός τε καὶ
Σὺν Δηλέωντι Φλόγεως ὄντες Θέτταλοι.
Ἔπειτα δὲ Ἄμβρων τῷ γένει Μιλήσιος.
Ὑπὸ Κιμμερίων οὗτος ἀναιρεῖσθαι δοκεῖ.
Μετὰ Κιμμερίους Κῶος, πάλιν δὲ Κρητίνης,
Οἱ γενόμενοι, φυγάδες τῶν Μιλησίων.
Οὗτοι συνοικίζουσιν αὐτὴν ἡνίκα
Ὁ Κιμμερίων στρατὸς κατέδραμε τὴν Ἀσίαν.
——— ——— ὧν δὴ τόπων
Ἄρξαι Φινέα τοῦ Τυρίου Φοίνικος ὑστέροις
Χρόνοις, κατελθεῖν ἐξ Ἰωνίας στόλον.
Μιλησίων, καὶ κτίσαι ταύτας τὰς πόλεις.
Ἃς εἰς Ἄμαστριν ὕστερον συνήγαγεν
Ἐπὶ τὸν τόπον κτίσασ' ὁμώνυμον πόλιν
Ἄμαστρις· Ὀξάθρα μὲν ἱστορουμένη
Θυγάτηρ ὑπάρχουσ' ὡς λόγος τοῦ Περσικοῦ.
Τοῦ δ' Ἡρακλείας Διονυσίου γενομένη
Γυνὴ τυράννου ——— ———

——— ——— ὁ Παρθένιος
Πλωτὸς καταφέρων, ῥεῖθρον ἡσυχώτατον.
——— ——— ἐν αὐτῷ δὴ λόγος
Ἀρτέμιδος εἶναι λουτρὸν ἐπιφανέστατον.

——— —— Ἡράκλεια Βοιωτῶν κτίσις
Καὶ Μεγαρέων· ἐντὸς δὲ ταύτην Κυανέων
Κτίζουσιν ὁρμηθέντες ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος,
Καθ' οὓς χρόνους ἐκράτησε Κῦρος Μηδίας.

——— ——— ὁ Σαγγάριος
Ἐκ τῆς ὑπὲρ Θυνῶν τε καὶ τῆς Φρυγίας
Φερόμενος ἔξεισι διὰ τῆς Θυνίας.

Septem dierum fert iter, non amplius.
Nam fertur Aſia anguſtiis arctiſſimis
Ad Iſſici ſinus receſſum comprimi.
Herodotus autem, dum dierum quinque ait
Ex Cilicia ad Pontum viam perducere,
Falli videtur. Quindecim hanc peninſulam
Gentes colunt: in hiſce tres Græcanicæ;
Æolica, deinde Ionica atque Dorica.
At cæteræ provinciæ ſunt barbaræ
Promiſcuæ & Cilices quidem, cumque Lyciis
Macares Mariandenique poſſident loca
Maritima, Paphlagoneſque cum Pamphyliis:
Interna Chalybes, proximuſque Cappadox,
Et Piſidicæ regionis incolæ tenent,
Lydique tum Myſi deinceps & Phryges.

Verum Sinope nomen ex Amazonum
Una trahit; fuitque regio proxima.
Quam poſſidebant nobiles quondam Syri;
Deinde Græci, quotquot huc Amazonas
Bello petentes venerant: Autolycus &
Cum Deleonte Phlogius, ortu Theſſali.
Excepit hos Ambron genere Mileſius:
A Cimmeriis ſublatus iſte creditur.
Poſt Cimerios Cous, deinde & Critines,
Quos exſulatum miſerant Mileſii.
Hi condiderunt civitatem maxima
Cum Cimeriorum turba vaſtaret Aſiam.
——— His locis Phineus Tyrio ſatus
Phœnice fertur imperaſſe: poſtea
Mileſiorum claſſis ex Ionia
Huc appuliſſe, & condidiſſe hæc oppida:
Conjuncta quæ deinde Amaſtrin tranſtulit
Cognominem ſibi hoc loco urbem conſtruens
Amaſtris: Oxathræ quidem quam Perſici
Gnatam fuiſſe fama conſtans prodidit;
Dionyſi vero exſtiſſe coniugem
Heracleæ tyranni ——— ———

——— ——— Parthenius amnis navium
Capax fluento labitur placidiſſimo.
——— ——— Dianæ prædicat
In hoc lavacrum fama limpidiſſimum.

——— ——— Heracleam
Bœota gens ſimulque Megarenſes ſtruunt
Intra Cyaneas; huc profecti ex Græcia,
Cum ſceptra Cyrus obtinebat Mediæ.

——— ——— Sangarius amnis ex locis
Sitis ſuper Thynos Phrygaſque labitur,
Et tranſiens per Thyniam ſubit mare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

LUCÆ HOLSTENII COMMENTARIOLUS

In Veterem Picturam Nymphæum referentem.

VETEREM Picturam, & deſignationis, & colorum udo tectorio inductorum artificio viſendam, exhibemus. Ea in hortis BARBERINIS, cum terra circa novas ædes altius egereretur, in antiquæ ſepultæque cellulæ pariete ſe aperuit. Subſtructionum, in quibus delituit, moles, ac dignitas florentis imperii ætatem indicabant, & melioris ævi genium ipſa pictura primo inſpectu oculis eruditis ingerit. Philoſtratum ἕλη, ſive paludes ſuas amœniſſimis eloquentiæ coloribus depingentem non aliud exemplar ſpectaſſe diceres, niſi anates, anſereſque natantes, & vecti frænatis cygnis Cupidines hic abeſſent. Cætera omnia conveniunt. Solum irriguum aquis, & amicæ locis paluſtribus herbæ, arundo, juncus, myrica; mons de proximo imminens, & in eo variæ pro diverſo ſoli ingenio arbores: tum uberes ex eo delabentes fontium ſcaturigines, quorum confluge campus in paludem ſtagnat, nec ſpatio enormem, nec limo turbidam, ſed rivo limpidiſſimo profluentem. Capræ etiam ſubſultantes, & petulcæ, oveſque tardigradæ roſcidum circa ſolum paſcunt: ut una fidelia utramque tabulam pictam exiſtimes. Sed noſtra hæc, ſimulatque in lucem protracta, & publice propoſita fuit, mirifice exercuit curioſitatem eorum, qui veteribus hujuſmodi monumentis perveſtigandis explicandiſque incumbunt. In his familiam tunc ducebat Alexander Donatus, qui poſt plurimos ejuſdem generis, & argumenti Scriptores, veterem recentemque Romam commentario perquam erudito illuſtravit. Hic perſuaſiſſimum ſibi habebat, eo loci, ubi ædes BARBERINÆ non ita pridem ſurrexerunt, Capitolium vetus à Numa rege olim conditum fuiſſe, ſive ædem Jovi, Minervæ, Junoni, & propè additam eis Regis domum, cujus locus adhuc Plutarchi tempore oſtendebatur. His cum alia ſuffragari, tum aliquid argumenti capi putabat ab effoſſa picturâ. Nam Jupiter, inquit, αἰγίοχος, ſi Poëtæ audiuntur, id eſt, à capra nutritus, ſuam illam Amalthæam unice dilexit, cœloque donatam ortu occaſuque imbribus fluentem fecit. Hæc vero pictæ ad Jovis ædem paſcentes otianteſque, vel ad aquationem deſcendentes capræ, labentibus circum, & ſtagnantibus aquis, ſignificare poterunt. Numa autem nonne delectatus Aventino fonte, multa ferebatur ibi ab Egeria didiciſſe? Hæc vir doctus ad picturæ hujus explicationem tunc adferebat, quæ altius repetita, & arceſſita longius videntur. Quis enim urbis, facie toties mutata, caſca iſta monumenta, aut verius ænigmata, uſque ad excidium ejus perduraſſe credat? Sed nobis quoque quamvis Telmeſſenſes non ſumus, poſt Ariſtandrum divinare liceat: quandoquidem ut vetus Græciæ verbum habet, qui vera conjicit ille vates optimus. Etenim niſi me animus oculique egregie fallunt, Nymphæum, ſive ſacrum aquarum fontiumque locum in hac tabula mihi perſpicere videor. Omnia enim Nymphis conveniunt: antrum nativis tophis lapidibuſque lacunatum, & arcuata in cameræ formam rupes; tum ſcaturientes paſſim uberrimis fontibus, & exceptæ diffuſæque caſtellis aquæ, adhæc ædicula oſtio antri appoſita, & emimentes in ejus faſtigio crateres, paſcentes quoque circa eandem capellæ. Accedunt, & varia ἐνοδίων, ſive Compitalium Deorum ſimulacra, quæ loci religionem confirmant. Ad ſingula eorum, quæ dixi, ſtabilienda, argumenta veterumque teſtimonia conquiri neceſſum non eſt. Quis enim vel leviter Poëtarum ſacris initiatus antra Nymphis dedicata dubitet? præſertim qui Porphyrii Philoſophi luculentam Diſſertationem legerit, qua Homericum illud Nympharum antrum, obſcuræ, & reconditiſſimæ ſapientiæ plenum, illuſtravit. Unde ab Orpheo inter alia Nymphæ ἀντροχαρεῖς πήλυγξι κεχαρμέναι, hoc eſt, *antricolæ & ſpecuum cives* indigitantur. Nec temere quævis antra colunt, ſed fontium, & aquarum ſcatebris irrigua: hinc idem Orpheus: ὑγροπόροις γαίης ὑπὸ κεύθεσιν οἰκί᾽ ἔχουσαι. *Quæ liquidas habitant ſub terræ anfractibus ædes.* & Virgilius, Lybicum illud *ſcopulis pendentibus antrum*, quod intus aquæ dulces ſcaturirent, *Nympharum domum* appellat: eam enim ob cauſam Hydriades, & Ephydriades vocatæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

catæ. Pegæas quoque, & Naiadas à ſcaturiginibus fontibuſque, quibus præſunt, nomen adeptas teſtatur Porphyrius, neque aliunde Crenææ appellatæ; ſed nec Oreadas, & Napæas hoc loco excluſerim: αἵτε ϗ αἰγίλιπος πέτρης στείβουσι κάρηνα. *Quæ petræ per celſa abruptaque teſqua vagantur.* ut Homerus hymno in Panem cecinit. Montium enim prærupta, & cavernoſa, quæ Græcis ſunt νάπαι, Oreſtiades, & Napææ frequentare credebantur. Ædiculas autem Nymphis ad aquarum capita fonteſque poſitas, vel unum hoc nos docet Epigramma Uticenſe apud Gruterum XCIII. 9.

Sextus Pompejus Primus cognomine Pardus,
Quojus & hoc abavis contigit eſſe ſolum;
Ædiculam hanc Nymphis poſuit: quia ſæpius uſus
Hoc ſum fonte ſenex tam bene, quam juvenis.

Talem hic expreſſam quis non videt? Nam tholus in pyramidem acuminatus, ſummoque faſtigio in florem ſeſe aperiens, ſacellum hoc, ſive Deorum ædem eſſe, ex Vitruvii doctrina lib. IV. cap 7. ſatis ſuperque oſtendit. Crateres autem zophori angularibus acroteriis impoſiti Nymphis eam indubitate vindicant. Symbola enim Nympharum Hydriadum eſſe crateres lapideos Porphyrius diſerte affirmat: quibus, & Poëtarum princeps Ithacenſe antrum adornavit. Arcanos autem veteris theologiæ ſenſus, fontium, & craterum ſymbolis involutos, ſi quis altius rimari velit, præter Porphyrium, Procli theologiam Platonicam conſulat, lib. V. cap. 31. & ſeq. & Scholia in Cratylum cap. CXLII & CXLIII. quæ in BARBERINA Bibliotheca typis nondum vulgata ſervantur. Cæterum nec apes a Nympharum æde arcendas Pictor eruditus cenſuit, Homerum hac quoque parte religioſe ſecutus. Cum enim Nympharum ſacra non aliter conſtare ſciret, ædis veſtibulo Apiculam appinxit, velut Nympharum Flaminicam, ſive æedituam, ad templi fores obſervantem. Quomodo enim Nymphæ apiculas averſentur, quarum nomen ultro ambiunt; eoque, ſi Porphyrio credimus, peculiariter appellari gaudent? idque vel puritatis cauſſa, vel ob communem utriſque dulcedinem. Seu verius, Mnaſeæ Patarenſis ſententia, ut apud Pindari Scholiaſten legimus, Meliſſa Nympha repertum abs ſe mellis uſum tradiderit mortalibns, eoque à cultu victuque inhumano ad humanitatem eoſdem traduxerit. Sane apum, qua puritatem, qua induſtriam ita Deorum Sacris convenire exiſtimavit Antiquitas, ut non unam duntaxat Flaminicam Cereris, ſed & alias quorumcumque Deorum Dearumque Sacerdotes Meliſſas appellarit; quod poſt Porphyrium, & Pindari Scholiaſten veterum teſtimoniis comprobare ſuperfluum eſſet.

Idem nec a noſtræ religionis ſenſu cultuque abhorrere cenſuit quiſquis ille veterum B. Cæciliæ ſollicitum pietatis ſtudium, & ingenioſam induſtriam ſignificaturus, eam *quaſi apem argumentoſam*, Deo deſervire dixit. Sed hæc nihil ad Bacchum, neque ad Nymphas. Vereor enim nequis mihi illud Martialis occinat: *Jam dic Poſthume de tribus capellis.* Quid illa ad Nymphæum pertineant, *hoc Judex ſibi poſtulat probari.* Ego vero eodem jure, quo apes, ad Nympharum adyta eas admitttendas cenſeo. Nam Meliſſam & Amaltheam ſorores germanas fuiſſe Lactantius ex Didymo Pindari Commentatore prodidit, *quæ Jovem puerum caprino lacte ac melle nutriverunt.* Orpheo quoque Nymphæ αἰπολικαὶ, & νόμιαι, ſive *caprotinæ* dicuntur, quia paſtoribus & capellis gaudent. Unde & Homerus Fauno capripedi Nymphas comites dedit, eo quem ſupra laudavi hymno: nec aliam ob cauſam capras, hædoſque Nymphis, & fontibus veteres immolabant. Adhæc ſi teſqua aſpera, & ſaxa confragoſa ſpectes, quid aptius Pictor illis appingere potuit, quam capras, ὀρεσκῴους, ὀρεονόμους, & ὀρεάδας Homero aliiſque propterea dictas, quia arduas præcipiteſque rupes pendulo veſtigio perreptare amant. Cætera ornamenta ædiculæ, ſive anathemata, haud facile, quis diſpexerit, ita evanidi fugienteſque colores viſum eludunt, paſtoralia tamen, aut piſcatoria fuiſſe arma, indicant retia, & alia ejus generis, ut videtur, qualium dedicationes in Græcorum Epigrammatum collectione leguntur. Numquid vero, & hic ſub filis reticulatim implexis, pepliſque juxta ædiculam ſuſpenſis, Nympharum ſtamina, ac telæ, & tota illa myſtica Dearum ἱστουργία, ſive textura, latet; quam Ithacæ in antro deſcribit Homerus; & Porphyrius in ejuſdem declaratione luculenter explicat? Sane quam frugi, & pudicæ matrisfamilias laudem præcipuam duxerunt Romani, ut optima eſſet lanifica, & colum fuſumque amaret, eam in ſuis Deabus vetuſtiſſima Græcorum theologia agnovit. Unde non ſolum Nymphæ Ithacenſes in ſtaminibus telas purpureas detexunt, ſed ipſam quoque Minervam, ἀθανάτων προφερεστάτην ἁπασέων texentem induxit Orpheus, cujus hac de re verſus nobis ſervavit, & egregia interpretatione illuſtravit Proclus cap. 52. in Cratylum. Sed quid clarius, quid illuſtrius inſtituto cum Arachne texendi certamine, *Quam ſibi lanificæ non cedere laudibus artis Audierat Pallas*, ut eſt apud Naſonem Transfigur. lib VI. Ejuſmodi vero ædiculas incuſtoditas olim ipſa loci religio tutas præſtabat, ut oſtendit l. 6. D. ad leg. Jul. pecul. quæ depeculantibus pœnam ſtatuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Hactenus Nympharum ſacra irriguo ſub antro perluſtravimus. Si collem antro imminentem ſpectemus, & adjacentem colli planitiem, hic quoque omnia tam præſentibus plena ſunt numinibus, ut facilius poſſis Deum, quam hominem invenire. Alia enim parte Hermas, ſive Faunos videre eſt ithyphallos; nam teſte Herodoto etiam Mercurii ſtatuas cum rigido & porrecto veretro fingebant veteres, eundemque in biviis & compitis ponebant, quod viis præeſſe crederetur, unde Enodios, ſive viarius, vulgo dictus. Quin etiam ante ædes ad januam, & portarum cardines colebatur, ut furtorum artifex fures ab ædibus arceret; indeque Strophæum dixere; cujus numen idem creditum cum Apolline Agyeo, & Thyræo a vicis portiſque ſic dicto, perinde ut Romani ſuos illos oſtiorum Deos, Forculum a foribus, & Limentinum a limine, & ipſum Janum a janua vocaverunt, teſte Tertulliano. Verum enimvero Hermæ iſti viarii ſaxo, aut ſtipite quadrato ſine Brachiis, manibuſque, ut plurimum fingebantur: hoc autem quod in rupis ſupercilio ſtat ſignum, non brachiis tantum, ſed cornibus quoque inſtructum videtur, & cauda; niſi ea potius incurva falx, qua Silvanum, Priapum, & reliquum hoc numinum genus armabat antiquitas. Parte alia ad montis crepidinem Dearum triga uno ſacello dedicata apparet: hanc triformem illam tergeminamque Hecaten, *tria virginis ora Dianæ*; affirmare haud dubitaverim. Diana enim, ut ait Varro, ab eo dicta eſt Trivia, quod in trivio ponitur, unde & τριόδων ἐπόπτης, hoc eſt, triviorum præſes dicitur Phurnuto: triformis autem, teſte Servio, quia trium poteſtatum numen eſt, ipſa enim eſt Luna, Diana, Proſerpina. Sed nos interim Lucinam, & Proſerpinam, alteram Cœlo, alteram Erebo potentem, mittamus, aut quicunque alii Dii Deæve Synthroni, vel Synnai, hoc loco intelligendi; ſane Diana, ut auctor eſt Feſtus, viarum putabatur Dea, & quod ad earundem divortia itidem, ac Mercurius, poneretur, ipſa quoque Enodiæ cognomen habuit. Cæterum hæc de vicinis Deorum ſignis, & ſacellis ad Nymphæi religionem confirmandam attuli: quod veteres ea plerumque conjunxiſſe, vel uno Strabonis teſtimonio compertum habeam. Ille enim lib. VIII. Alphei fluminis quaſi in Arethuſæ amplexum properantis, oſtia, & imminentem e proximo Dianæ Alpheroniæ lucum commemorans, totum iſtud ſolum, propter aquarum copiam, Dianæ, Veneris, & Nympharum lucis, donariiſque refertum ſcribit; iiſque crebras Mercurii in viis ſtatuas, & Neptuni in littore ædiculas adjungit.

Atque hæc noſtra eſt de Veteri Pictura, quæ BARBERINIS ædibus non parum ornamenti adfert, ſententia; ubi ut ipſi ab aliorum opinione diſcedimus, ita quominus alii a noſtra abeant, non impedimus. Per nos cuique in re obſcura ingenii experiundi, & ſententiæ ferendæ jus poteſtaſque eſto. Neque enim tantum noſtræ tribuimus, quantum ſuæ olim Comicorum arbiter Volcatius; ut *contra ſi quis ſentiat, nihil ſentiat.*

EJUSDEM
DISSERTATIO
DE PILA STAFFILARI.

Quæſtio eſt de propria ſignificatione vocis Latino-barbaræ *Pilæ Staffilaris*, quæ in veteri inſtrumento Baſilicæ Vaticanæ legitur: cujus vigore Capitulum ejusdem Baſilicæ jam olim Canonem annuum percepit, eumque aliquamdiu intermiſſum, atque interverſum nunc recuperare contendit, ex directo dominio ſoli cujusdam ad ripam ulteriorem Tiberis, ſive in regione Tranſtiberina, cui inædificata fuit maſſa quædam, ſive moles ſtructilis ex cæmentis, & lapidibus, forma quadrata, ſolidi firmique operis, ita ſupra ripæ ſuperioris crepidinem edita, ut ex ea catenæ ferreæ, atque rudentes, molæ ſubjecto in amne fluitantis retinacula, religari poſſint; ne illa undarum impetu abripiatur.

Sed quia moles illa ſive maſſa *Turretti* nomen, ob quadratam, & editiorem formam pridem obtinuit, atque nunc etiam vulgo retinet, dubitatur utrum huic *Turretto* nomen illud antiquum *Pilæ Staffilaris* ita conveniat, ut de utriuſque identitate liquido pronunciari poſſit.

Reſpondetur, in re perſpicua nullum eſſe dubitandi locum, quandoquidem maſſa illa ſtructilis ad molendini retinaculum exædificata, nullo magis proprio vocabulo, quam *pilæ* nomine appellari poſſit.

Pro-

Probatur hoc omnium veterum, & recentium linguæ Latinæ ſcriptorum uſu, & auctoritate: quorum loca nonnulla ſubjungimus.

Et quia vocabulum hoc proprie architectonicum eſt, primus nobis teſtis erit Vitruvius, omnium architectorum princeps, & magiſter, qui ea voce utitur lib. v. cap. 1. ubi de Baſilicarum ſtructura agit, & lib. eodem cap. 12. ubi de portubus exſtruendis loquitur. *Pilas* Philander in notis ad lib. III. cap. 3 *Pilaſtros* explicat. Et ſic Bernardinus Baldus in eruditiſſimo libro de verborum Vitruvianorum ſignificatione v. *Pila.* ex Varrone, Feſto, & Plinio. Tum præcipue ex illo Virgilii loco Æneid. IX.

Qualis in Euboico Bajarum littore quondam
Saxea Pila cadit.

De hiſce *pilis* in portu Puteolano exſtructis, quarum nonnullæ etiam nunc exſtant, agit I. Cæſar Capaccius Neapolitanæ Hiſtoriæ lib. II. cap. 24. pag. 719. & Petrus Bertius libro de aggeribus, & pontibus ad mare exſtructis, cap. 10. quo loco etiam docet ex Senecæ epiſt. 77. *pilis* illis molem ſuperinſtructam fuiſſe, & porticum deambulatoriam, quales etiam nunc in Centumcellenſi & Neapolitano portu, atque alibi exſtant. Uterque etiam veterem inſcriptionem affert Trajani Imperatoris, qui opus *Pilarum* vi maris conlapſum reſtituerat. Matthias Martinius in Lexico etymologico: *Pila eſt ſtructura erecta ad aliquid firmandum, ſive ſuperpoſita ſuſtineat, ſive oppoſita contineat, ne loco cedant.* addit deinde: *Itali ea nuncupant Pilos, & Pilaſtros; maximos autem Pilones, ut ſunt illa quibus maritimæ moles, & pontium fornices ſuſtinentur.*

Quod de pontium *Pilis* ſcribit Martinius, confirmatur verbis Livii lib. XXXIX. *M Fulvius locavit porticum, & pilas pontis in Tiberi. quibus pilis fornices poſt aliquot annos P. Scipio Africanus, & L Mummius Cenſores locaverunt imponendos.* Tum etiam loco Q Curtii lib. V. de Hortis penſilibus Babylonicis, qui inter ſeptem orbis miracula numerabantur: *Saxo pilæ, quæ totum opus ſuſtinent, inſtructæ ſunt: ſuper pilas lapide quadrato ſolum ſtratum eſt.*

Unde apparet non ſolum in portubus maris, & fluminum pontibus *pilas* exſtructas fuiſſe, ſed etiam in quovis alio ſolo. Nam & porticus, quæ Forum Romanum circumquaque cingebant, *pilis* ſtructilibus ſuffulciebantur: ad quas variæ erant inſtitorum, & cauponum tabernæ, præſertim librariorum: quarum non ſemel meminerunt poëtæ; ut Catull. epigr. 38.

Salax taberna, voſque contubernales,
A pileatis nona fratribus pila.

Ad quem locum Antonius Parthenius ita notat: *Pila officina ad pilam nonam ſtructa. Nam pilæ in Romano foro erant quædam tanquam columnæ, ad quas rerum venalium tabernæ habebantur: ad has pilas in apertiſſimo ſitas ambitioſi poëtæ carmina ſua, ut vulgo legerentur, apponere ſolebant.* Lambinus ſimilia notat ad illud Horatii lib. I. Sat. 4

Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos

Ad columnas, inquit, *ſeu pilas proſtabant libri, ut in epiſtola de arte poëtica.*

Mediocribus eſſe poëtis
Non Dii, non homines, non conceſſere columnæ.

Nam poëtæ ſua ſcripta, quæ edere & divulgare volebant, Bibliopolis, & Librariis, quorum tabernæ, & officinæ erant ad columnas, dabant; a quibus emebat deinde vulgus.

De cauponis, & popinis ad eaſdem *pilas* intelligendus Martialis lib. VII. epigr.

Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis.

Sed etiam in corpore Juris Civilis *pilarum* iſtarum mentio fit: ut l. 39. §. ult. D. de acquirendo rerum dominio: *Si pilas in mare jactaverim, & ſuper eas inædificaverim.* Item l. 3. D. ne quid in loco publico, &c. *Jactas in mare pilas ejus eſſe, qui jecerit.* Ad hæc loca Briſſonius: *Pilæ lapideæ dicuntur, quæ onus aliquod ſuſtinent.* Eædem alio loco columnæ ſtructiles vocantur, ut l. 8. §. 1. D. ſi ſervitus vindicetur: ad quæ verba Ulpiani Budæus erudite notat: *Columnæ ſtructiles ſunt, quæ aut lapide quadrato, aut laterculis exſtructæ ſunt, quæ pilæ etiam dicuntur. Eſt autem ea differentia inter columnas & pilas, quod columnæ uno ſcapho conſtant, id eſt, lapide oblongo perpetuo: pilæ ſtructura conſtant, aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Noſtrates pilaria vocant.* hæc Budæus.

Cum ergo manifeſtiſſimum ſit fabricam illam ſive maſſam *Turretti*, propriiſſimo nomine *Pilam* nuncupari, reſtat videndum, cur illa *Pila Staffilaris* appelletur, & qualis ea vox ſit, & quid proprie ſignificet, cum hoc tempore Romæ in uſu eſſe deſierit.

Dico ergo vocem illam mere Germanicam eſſe, & ſuperioribus ſæculis a piſtoribus Germanis introductam, cum penes eam nationem fere ſolam omne panis conficiendi artificium eſſet: quod ita clarum eſt, ut probatione non egeat. Piſtoribus autem præcipuum, & continuum negotium eſt cum molitoribus, quorum opera in farina conficienda quotidie utuntur: itaque mirandum non eſt eandem vocem, & piſtoribus & molitoribus fuiſſe communem. Illud autem ad majorem perſpi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

cuitatem, & faciliorem intelligentiam præmittendum; Linguæ Germanicæ duas eſſe dialectos, aliam ſcilicet inferioris, aliam ſuperioris Germaniæ: quarum differentia in eo præcipuè conſiſtit, quod inferiores Germani vocalibus & conſonantibus litteris ſimplicibus, & lenioribus utuntur; ſuperiores autem diphthongis, & conſonantibus aſperioribus, iiſque geminatis. Unde cum inferiores dicunt ſimiam *ape*, Sacerdotem *pape*, arma *wapen*, ſperare *hopen*; ſuperiores eaſdem voces durius ita proferunt, *affe*, *pfapfe* aut *pfaffe*, *waffen*, *hoffen*. His ita præſuppoſitis, dico, quod inferioribus Germanis *ſtappe*, & *ſtapel*, vel *ſtappel* dicitur pro gradu, & ſcala, hoc ſuperioribus eſſe *ſtaffe*, & *ſtaffel*: unde a Germanis una cum re ipſa etiam *ſtaffæ* nomen Itali, Galli & Hiſpani acceperunt; quam Latinos poſteriores proprio nomine ſcalam appellaſſe erudite oſtendit Gerardus Voſſius libro de Vitiis Sermonis, pag. 33. Pari etiam modo jus exonerandarum mercium in quibusdam civitatibus, aut emporiis ad mare, aut flumina navigabilia poſitis, Itali Scalam mercimoniorum vocant, quod Germanis inferioribus *Stapel*, & ſuperioribus *Staffel* dicitur, & inter Regalia habetur: de quo jure aut privilegio ante paucos hoſce annos ſcripſere duo inſignes Juris conſulti, ex inferiori Germania Joannes Loccenius lib. I. de jure Maritimo cap. 4. & Franciſcus Stypmannus, itidem libro de Jure Maritimo & Nautico, partis v. cap. 2. & in Germania ſuperiori ante annos complures Paulus Matthias Wehnerus libro Obſervationum Selectarum juris, ad vocem *Staffel*, &c. pag. 610. edit. Francofurtenſis: quibus in locis non ſolum de ipſo jure *Stapulæ*, ſeu *Staffilæ* accurate. & ſolide diſputant; ſed multa etiam præclara, & vulgo non ſatis cognita de vocis origine, ſignificatione, & uſu apud Septentrionales obſervant, præſertim Loccenius. Illud certum eſt vocem illam ſcalam, gradus, & exſcendendi locum ſignificare. Cum ergo *pilis* illis molas fluviales retinentibus ubique de proximo adjungi ſoleant ſcalæ ſtructiles cœmentitii, aut lateritii operis, per quas hominibus pariter, & jumentis deſcenſus ad molam præbetur, certum eſt, & indubitatum, *Pilam* illam propterea *Staffilarem* cognominatam, quod *ſtaffilam* ſive ſcalam ejuſmodi haberet conjunctam. Atque hoc adeo ab hodierno *Turretti* nomine non abhorret, ut Loccenius obſervet etiam nunc in Suecia *Turrem Campanariam*, vulgo *Clockſtapel*, hoc eſt *Staffilam Campanariam* appellari. Suecorum enim linguam ex Saxonica magnam partem, derivatam eſſe conſtat. Quibus adjungo ex eodem Loccenio, in legibus antiquis Ripuariis Regis tribunal *Staplum* Regis appellatum, a Germanico *ſtap*, vel *ſtaffel*, hoc eſt, gradu; quod ad illud Tribunal, ſuggeſtu quodam erectum, gradibus adſcenderetur. Quæ obſervatio veriſſima. Hæc de *Pila Staffilari* ad veritatis dilucidationem, & pro Baſilicæ noſtræ jure conſervando ſcripſit L. H. Canonicus.

DE MILLIARIO AUREO

Error popularis, quem omnes fere Antiquarii errant, ab *Eodem* exploſus.

Quia Plinius aliique veteres ſcribunt, a *Milliario aureo*, quod olim Auguſtus in capite fori Romani ſub æde Saturni poſuerat, omnes Italiæ vias publicas principium duxiſſe, & itinerum intervalla uniuscujuſque viæ eidem inſcripta fuiſſe, hinc Antiquarii affirmare non dubitant, lapides ſive milliaria uniuſcujuſque viæ ab eadem Columna in foro poſita, non a porta Urbis olim numerata fuiſſe. Huic abſurdo errori ipſe loquendi modus refragatur, qui milliariorum, ſive lapidum diſtantiam non a meditullio fori, ſed ab Urbe, hoc eſt a portis, aut mæniis, quibus Urbs terminatur, olim numeratos fuiſſe atque etiam nunc numerandos indicat. Hoc verum eſſe cum plurimis documentis confirmari poſſit, unum tamen maxime perſpicuum, & irrefragabile planiſſime evincit. Lapis primus ab Urbe in via Appia ante complures annos extra Urbem inter Antiquitatum ruinas detectus, à Senatu Populoque Romano ad Urbis ornamentum in Capitolium tranſlatus fuit, ubi ad gradus laterales cum publico teſtimonio erectus viſitur. Dico igitur ſi milliarium lapidumque milliariorum principium, & diſtantiarum intervallum cœpiſſet a *Milliario aureo*, hoc eſt, ab Eccleſia S. Adriani ad arcum Septimii Severi, ſequeretur omnino lapidem illum non extra Urbem, & portam S Sebaſtiani olim poſitum fuiſſe; ſed intra Urbem, & quidem citra Eccleſiam SS. Nerei & Achillei. Diſtat enim hæc Eccleſia a dicto arcu Septimii amplius integro veteri milliario

Romano

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Romano, qualibus lapides milliarii viæ Appiæ etiam hodie plurimis in locis diſtincti conſpiciuntur, hoc eſt, ſexcentis ſexaginta ſeptem paullo minus cannis. A dicta autem Eccleſia ad portam S. Sebaſtiani porro quingenti ſunt, & amplius paſſus Romani veteres, quorum mille conſtituebant milliarum Romanum. Cum ergo indubitatum ſit, portam S. Sebaſtiani, a dicto *Milliario aureo* diſtare, ut minimum integro milliario & dimidio: dicta autem Columna primi lapidis longius extra Urbem ad viam Appiam reperta, & inde in Capitolium translata fuerit, prout inſcriptio Senatus populique Romani eidem inciſa teſtatur, ſequitur menſuras, & intervalla milliariorum non a Foro Romano, ſed a portis Urbis olim numerari cœpiſſe, quidquid Antiquarii in contrarium temere affirment.

EJUSDEM

LAUS BOREÆ

Dicta in Ædibus Quirinalibus Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Præfecti Urbi coram aliquot Ementiſſimis Cardinalibus, & frequentiſſimo nobiliſſimoque litteratorum auditorio.

Vetus hoc Pythagoræ dogma in Platonis Academiam migravit: animas adhuc corporis exſortes, divinæ mentis aſſeclas, concentu muſico ſuaviſſimo impleri, quem cœleſtium orbium circuitus, eorumque moderatrices Muſæ modulatione varia, rata tamen ſonorum proportione edunt. Inde ſuperiorum oblitis, & ad terram, ac mortale corpus vergentibus, conſternationem primum vehementem, mox multiplices offundi perturbationes, quæ omnem deinde vitam in terris exagitent, vexentque; donec prioris conditionis recordatione & muſicæ illius cœleſtis beneficio, ad ſupernam originem, priſtinamque felicitatem revertantur. Idem vobis, EE. DD. nunc evenire puto; quorum animus atque aures ſuaviſſimo acroamate, velut Sirenum cantu delibutæ, ad proletariam diſſertationem avocantur. Me autem Marſyæ exemplum terret, qui tibias a Minerva projectas attrectare, atque inflare auſus, temeritatem iſtam impune non tulit: præſertim cum inſtitutæ orationis argumentum a muſicorum modulis non dis dia paſon, ut ipſi loquuntur, ſed toto cœlo diſcrepet. Rem ſine proloquii ambagibus dicam. *Boream*, ſive Aquilonem, ventum ſtridore juxta, & frigore importunum, æſtivi caloris levamen, patrii cœli, & Septentrionis noſtri munus ad vos affero: non qualis arctoo ſub axe ſuo in regno laxis habenis debacchatur; ſed Mercurii virga, hoc eſt, brevi orationis ambitu circumſcriptum, & velut Ulyſſis utre, aut Lapponicæ ſagæ ſtrophiolo concluſum. Diſſolvam nodos, totumque ſine tempeſtatis, & naufragii periculo emittam: vos fugacem auribus attentis excipite: mihique laudes, & commoda ejus explicanti faventes adeſte. Vetuſtas, quæ ab origine propius remota Platoni fide dignior videtur, ventis omnibus divinum quid ineſſe exiſtimans, cultu, & religioſa veneratione eos proſecuta fuit, ſive ortus motuſque juxta in obſcuro deliteſcens, abjecta perveſtigandi ſpe, iſtam opinionem concitarit: ſeu virium, & celeritatis admiratio, maximorumque beneficiorum fructus religionem ex gratitudine pepererit. Sane Poëtarum antiquiſſimus Homerus Iridem ventis ſupplicantem finxit, & Heſiodus Deorum catalogo ventos etiam complexus eſt, Orpheus quoque, ut cæteris Numinibus, ſic ventis hymnum, & ſuffimentum decernit, certa religioſi cultus argumenta. Ad hæc Perſæ, Phœnices, Græci, ipſi etiam Romani, ut ſapientia, ſic religione ad ſuperſtitionem uſque elati, templis ariſque eos conſecrarunt. Sed penes *Boream* cum aëris principatu, venerationis quoque prærogativa ſtetit. Nam & Græcos Perſico bello ſupplicationem illi decernere, & auxilium adverſus Barbaros ab eo poſcere ipſe Pythius Apollo juſſit. Nec Delphis tantum atque Athenis, ſed apud Arcades quoque, & Thurios templa araſque habuit: quin etiam ut ſingularis *Boreæ* in homines affectus teſtatior eſſet, Athenienſes illum ſibi generum, Thurii civem legerunt. Nos quoque humano more patriam ipſius, & genus perveſtigabimus. Homeri natales obſcuros nulla res æque, ac nobile tot urbium certamen illuſtravit: at *Boreæ* ortum illuſtrem profecto, & conſpicuum obſcuravit multiplex Poëtarum, Hiſtoricorum, & Philoſophorum concertatio. Illi Homerum principem ſecuti, cum nefas putarent ventum maſculum, & bellicoſum extra Martis regnum naſci, ab Æmo, & Iſmaro Thraciæ montibus, quæ & Martis ſpeculæ ſunt, eum deduxerunt: ut Callimachus Martis equos ad *Boreæ* antrum in Æmo ſtabulari ſcripſerit. Virgilius Thracia, Geticiſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

cisque antris valere juſſis, propius ab Alpibus arceſſit Alpinum *Boream*, & Italiæ ſuæ vindicat. Herodotus Hyperboreos, & Arimaſpos, Scythicarum gentium extimos, naſcentis *Boreæ* conſcios credidit. Cleanthes editiſſimum Aſiæ montem Caucaſum, cum Niphates antea vocaretur, *Boreæ* thorum appellatum ſcripſit, poſtquam *Boreas* Chlorin Arcturi filiam eo adſportaſſet. Hæc Hiſtorici cum jurati verum promittant, non minus fabuloſa quam Poëtæ tradiderunt. Philoſophi, quibus conſentire piaculum eſt, hic quoque non minus quam vulgo horologia, diſcrepant. Plato in Phædro Orithyiæ raptum commemorans tritam Poëtis ſemitam ſequitur: qui Erechthei filiam ad Sarpedoniam rupem Thraciæ devectam, *Boreæ* pro uxore fuiſſe, liberosque procreaſſe fabulantur. Ariſtoteles, Philoſophiæ oraculum, Aparctiam (ita Græci ventum a Septentrione ſpirantem vocant) ut nomen, ſic originem ab Arctico polo ducere cenſuit: inde cæteras terrarum oras præpeti volatu pervadere. De genere ac parentibus certior res eſt. Eos tamen minus accurate prodidit Homerus, cui *Boreas* αἰθρηγενὴς, ſeu Æthræ filius. Sed Heſiodus eo libro, quem dixi, patrem Aſtræum commemorat, matrem Auroram, Hyperionis filiam, Solis ac Lunæ ſororem germanam. Excelſum profecto, & illuſtre genus, Perſarum regibus immani olim mendacio affectatum. Sed *Boream* Phœbi ex ſorore nepotem quis dubitet? quem noctu ferme interquieſcentem, mane cum Aurora, & Sole vehementiorem ſurgere, & interdiu acrius ſpirare Phyſici obſervarunt; adeo ut ſi noctu quandoque per errorem ſurgat, intra triduum exſpiret. Adde quod tam officioſus in avunculum, ut anteambulonem, vel atrienſem agat: nebulas enim nubesque cœlum aranearum ritu ſubtexentes, tam expedito miniſterio diſpellit, ut vitales radii, & lucida diei tela ſine obſtaculo ad nos pertingant, & cœlo ſudo, ac ſereno fruamur. Id vero quam magni, & ſingularis beneficii loco habendum ſit, ignorare non poteſt, quisquis erectam corporis ſui formam conſiderans, nos cœlo contemplando natos cogitat. Atqui iſta cœli contemplatio niſi purgato, ac defæcato aëre, ex Pythagoreorum præcepto haudquaquam proveniet: qui Marco Aurelio, ſapientiſſimo Imperatore & Philoſopho teſte, non ſolum conſtantem & perpetuum ordinem, ſed limpidiſſimam quoque puritatem corporum cœleſtium quotidie nos inſpicere, & conſiderare jubebant: quam nihil iſtic fictum, nihil reductum; ſed cuncta candida, & aperta ſine ſipario mortalium oculis patent. At nemo facilius hoc ſublime candens deterſerit, quam nubifuga, & ſudificus *Boreas*, nemo celerius: quem ut Sanctus Hieronymus viarum, ſic ego cœli ſcoparium dixerim. Cui Aquilonis nomen rapidiſſimus volatus dedit, quo præpetem aquilam non modo æquat, ſed immenſa celeritate prævertit. Nec ſolum alatum, ſed anguipedem quoque antiquitas finxit, aliorum Titanum inſtar, *quorum ima per orbes Squammeus intortos ſinuat veſtigia ſerpens.* Sed quid aquilas, aut angues commemoro? teſtudines tardigradæ ſunt formicino gradu reptantes, ſi cum *Boreæ* volatu comparentur: quem nongenta paſſuum millia ſingulis horis emetiri Ariſtotelis auctoritate evinco. Quærit Philoſophorum magiſter, cur Eteſiæ, qui æſtivi aquilones ſunt, non ante tertiam diei horam ſurgant: cauſſamque affert; quod cum Sol ſuo exortu glaciem nivesque ſub polo liquare incipiat, exhalationes iſtæ in ventum denſatæ tardius inde ad nos perveniant. Vos itineris rationes, ſi placet, ita mecum ſubducite. Athenæ, ubi Ariſtoteles peripatum habebat, abſunt ab arctico-polo gradibus quinquaginta duobus: de quibus, ne moroſi, & illiberales videamur, duodecim extremæ frigoris zonæ largimur. Reliqui nobi ſunt quadraginta; quorum triens tredecim paulo amplius graduum, nongenta, ut dixi, paſſuum millia, quod horarium Boreæ iter eſt, complectitur. Atque hoc quidem cum ſomniculoſus atque ignaviſſimus ſpirat. Sed jam dudum vos exſpectare video, quid rapidiſſimo iſto, & præpete volatu nobis arctoo ab orbe *Boreas* vehat. Si Poëtas audimus; *Sævitiam & vires, iramque animoſque minaces*: hoc eſt, frigora, glaciem, nives, cæteraqne omnia quibus pugnantem *Boream*, & natura, & Poëtarum officina armavit. Si medicorum vulgus interroges: pectoris laterumque dolores ajunt, & malorum omnium compendium, melancholiam. At ſi ipſam rerum naturam, inſigne veritatis oraculum, ſciſcitemur, ea clara nobis certaque voce reſpondet: *Boreæ* munus eſſe vitam, qua fruimur, auram quam ducimus; & quo maxime pollemus corporis animique vigorem: hoc eſt, illam Dearum omnium pulcherrimam & mortalibus exoptatiſſimam Sanitatem. Et quis bonorum largitorem neget; cujus munere mortalium ſapientiſſimi non ſine vitæ diſcrimine ſe carere cenſent: cujus vitali afflatu frui exoptant: quem omni arte ad ſe derivant; adventanti fores aditusque patefaciunt. Cujus poſſeſſionem omni ſtudio ſibi vindicant, & adeptam retinere contendunt; adeo etiam ut intercluſum, aut negatum ex jure manu conſertum repetant. Non eſt quod annalium monumenta excutiamus: noſtra ætate factum eſt, cum *Boreas* ſuo frigore fora, tribunalia, & venerabile Urbis Areopagum calfecit: nec ſolum cauſſarum patronos, & judices, ſed architectos, philoſophos, medicosque omnes ad ſudorem usque ipſo quinquennio exercuit. Neque vero de aſini umbra, aut de lana caprina certatum fuiſſe dixerit, qui *Boreæ* beneficia æqua lance expendat. Duo ſunt vitæ noſtræ adminicula: aër, quo fruimur; cibus quo veſcimur. Aëris munere, quoties ſpiritum ducimus; cibo, ex intervallo reficimur. Illo enim ut vitæ vehiculo ſingulis egemus mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

momentis, nec prius aërem ſpirare, quam vivere deſinimus. In utroque plurimum poteſt *Boreas:* nam aërem nobis, nos cibo parat. Et quidem in purgando temperandoque aëre clara ejus, & notiſſima eſt virtus. Nam quæcumque malæ peſtes auſtrum cæteroſque ejus oræ ventos comitantur, lethum, luesque, mors, labor, tabes, dolor, *Boreæ* exortum fugiunt, malumque pedem referunt, unde extulerant. Nec aliud Poëtas intellexiſſe puto, cum Harpyas Neptuni terræque filias, Phinei dapes fætore contaminantes a *Boreæ* filiis pulſas dicunt. Unde & civitates ædesque & eas ædium partes ſaluberrimas eſſe conſtat, quæ *Borea* perflantur. Fames vero, quæ cibi appetentia eſt, & præcipuum rectæ ſanitatis indicium, adeo *Boreæ* debetur, ut qui primi apud Græcos nomina rebus impoſuere, *Boream* a vorando dixerint. Sed hæc facile quidem concedent, quibus non plane hebent præcordia: animum vero ipſum, & ingenii acumen proſpero *Boreæ* flatu juvari neſcio an tam facile largituri ſint illi, qui cis Alpes tantum homines, ultra fungos naſci putant: idque unius *Boreæ* culpa, quem torpido frigore mentis aciem præſtinguere, hominesque ſtupidos, & obtuſos reddere ajunt. Errant profecto, qui Alpes aut Æmum, ut provincias, ita ingenia disterminare exiſtimant. Par ubique natura eſt; educatione differimus. Non minus in extremo Ponto naſcuntur Diogenes, in Thracia Democriti, & Protagoræ, in Galliis Favorini, apud ultimos Scythas Anacharſes; quam Socrates, & Platones Athenis. Quæ noxio hypocauſtorum calore, aliisque intempeſtivis fomentis ipſi in nos peccamus, cœlo frigido *Boreæ*que imputamus. Athenienſes ingenii acumine maxime perſpicaces *Boream*, ut dixi, propitii Numinis loco olim habuere; eique ad Iliſſum, ſacrum Muſarum amnem, aram poſuere: non quod Barbarorum claſſem ſcopulis impegerat; ſed quod Orithyiæ fatidicæ puellæ exemplo, ut Olympiodorus, Phædri Platonici interpres docet, perſpexerant, *Boream* ſudum ſiccumque, & rerum divinarum capacem animum præſtare. Atticis Athenis Hetruſcas addo, florem atque ocellum Italicarum urbium Florentiam; quæ & ſalubritatem cœli, & ingeniorum ſublimium felicitatem Fæſulano *Boreæ* ſe debere fatetur.

Cæterum ne hibernus *Boreas* orationem longius abripiat, vela contraham, atque ea duntaxat commemorabo commoda, quibus æſtatem diffindit, & Sirii calores mitigat. Hic vero imprimis ejus commendanda eſt humanitas, quod anni temporibus ut foro, aut ſcenæ ſerviat, & depoſita rigidi Aquilonis perſona, velut hiemis mormolyceo, placidiſſimos leniſſimosque prodromos, & Eteſias agat. Itaque & hoc *Boreæ* beneficium eſt, quod inter ardores caniculæ, & morboſos auſtri languores ſpiritum ſubinde frigidiuſculum ducimus: quod diurni calores noctis refrigeratione in vitalem auram reparantur: quod lenior orientis, cadentisque Phœbi temperies meridianum æſtum arctiori utrimque collimitio compeſcat. *Boreæ* refrigerium eſt, quod anhelo ore trahimus; quod flabellis veſtibusque ventilandis captamus; quod conniventibus januis, & limis feneſtris colligimus; quod occulto ſpiraculorum meatu adducimus; quod rorulenta lympharum aſpergine vaporamus. Sed quibus ego verbis, qua oratione nivis æſtivæ ſolamen, præcipuum *Boreæ* munus, explicem? gaudet æſtas repoſito hiemis theſauro, & ſepulta nix menſas peregrinis deliciis rediviva ditat. Cedimus antiquitati ingenio, cedimus doctrina; ſed erudito luxu vincimus. Norat illa cola vinaria, & nivem glaciemque poculis admiſcebat. Sed quota hæc noſtrarum deliciarum pars? mera rudimenta dixeris, ſi nivoſa noſtræ ætatis miracula, velut monſtra ex ſalis nivisque connubio nata, ſpectes. De oculorum manuumque fide dubitamus, cum adulta æſtate aquæ recenti glacie in ſcyphos, pocula, & paropſidas, ac cætera menſæ voluptatisque inſtrumenta gelatæ inferuntur. Uberem hæc fingendi materiem fabularum auctoribus præbuiſſent. Non Heben illi, ſed Chionen *Boreæ* filiam, Nympharum candidiſſimam, Jovis præfeciſſent poculis: Chionen Bacchi amores, Pomonæ delitium, corculumque finxiſſent. Nam ipſum illud flavum Deorum nectar, ſine nivis amento, quis non poſcam aut vappam dixerit? Ipſe lætitiæ dator Bacchus, quam illætabilis atque inſipidus languet, niſi frigidam ſuffundat Chione; & animo ſpirituque defectum frigoris ſui vitali afflatu refocillet? Sed pedem refero; nam vinum, ut video, & æſtiva glacies in lubricum me deduxerunt locum; ubi vix ſine periculo veſtigium fixerim, & me ventum reti diutius venari obortus calor, & modeſtiæ lex vetat.

AD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

AD BOREAM.

Sirius ardenti dum torret ſidere terras,
Viſceraque & fauces urit anhela ſitis,
Surge Aquilo, atque æſtus, ſed miti flamine, pelle,
Quæque gelare queant pocula, ſparge nives.
Caucaſus iratum Boream *experiatur, & Æmus;*
Ocia nunc placido murmure noſtra fove.

FRIGORIS ET CALORIS TEMPERAMENTUM.

Arctous Boreas *ſtridentibus horridus alis,*
Dum ruit, & cœlo bella ſonora movet;
Et rapidos amnes glacie conſtringit inerti,
Et ſpargit canas per juga celſa nives;
Tunc tepidus Titan, alienis menſibus æſtas
Quæritur, & largo lucidus igne focus.
Contra cum terras ardenti Sirius æſtu
Torret, & affligit corpora feſſa calor,
Viſcera cum languent, fauces ſitis urit, & ægre
Vitales auras pectora anhela trahunt;
Frigida tunc captantur Eteſia flabra Aquilonum,
Duratque in glaciem nix rediviva merum.
Sic animum ſapiens fortunæ attemperat omni,
Et regit arbitrio tempus utrumque ſuo.

THEODORI RYCKII

DISSERTATIO

DE

PRIMIS ITALIÆ COLONIS

ET

ÆNEÆ ADVENTU.

Accedit

EJUSDEM

Oratio De Gigantibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Nobiliſſimo & Ampliſſimo Viro

JOANNI GOESIO AB ABSMADA

Lugdunenſis Civitatis Conſuli

THEODORUS RYCKIUS

S. P. D.

Diſſertationem quam tibi offero, Vir Ampliſſime, expreſſit mihi nuper avunculi tui amicitia. Cum enim is Virgilio edendo illuſtrandoque incumberet, cujus primarium argumentum *Æneæ adventus*, accidit, ut anno illo notabili, quo Hannibal ad portas commorari videbatur, cum ſæpe una eſſemus, ad manus noſtras deferretur *Samuelis Bocharti de Quæſtione num Æneas unquam fuerit in Italia Diſſertatio ex Gallico in ſermonem Latinum verſa a Joanne Sceffero*, Hamburgi typis deſcripta. Itaque avidis oculis cum hactenus Gallicam non vidiſſemus, hanc Latina veſte indutam epiſtolam perluſtravimus, reperimuſque ſummum virum pro fabula non modo habere, quidquid de *Æneæ* & *Trojanorum* in Italiam *adventu* a Romanis unquam eſt ſcriptum, quod ante eum etiam Philippus Cluverius fecerat, ſed novis aliquot argumentis paradoxon hoc adſtruere conatum. A quibus tamen ita parum is motus eſt, ut pro ſublimato judicio & eruditione acri, quibus inſtructus erat, jam tum affirmaret tanti momenti nova hæc argumenta ſibi non videri, ut propterea communem ſententiam relinqueret. Ceterum editam hanc *Diſſertationem* continuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

mirari homines atque diripere cœperunt. Sic ut novennio poſt cum in Germania immortale hujus viri opus, quod *Phaleg* inſcribitur, iterum typis deſcripſiſſent, adjicere non dubitaverint: & aliquis non exigui in his literis nominis per epiſtolam a me conſultus quid de *Æneæ adventu* ſentiret, mirari hoc a me quæri reſponderit, niſi forte *Bocharti* librum non vidiſſem, qui talibus argumentis ſuo judicio fabuloſum eſſe hunc eviciſſet, ut qui Virgilio hic & Romanis quam *Bocharto* credere mallet, neminem poſthac inter doctos repertum iri crederet. Excuſſi igitur tali occaſione ζήτησιν nobiliſſimam, reperique magnum virum, avunculum tuum, NICOLAUM HEINSIUM veræ ſententiæ conſtantem fuiſſe propugnatorem. Idque ipſi haud invito, *dum fata Deuſque ſinebant*, non ſemel probavi: & nunc ſcriptura comprehenſum ad eum mittere deſtinaveram. Verum cum is nuper acerba morte mihi ereptus fuerit, cui meliore jure quod ipſi debitum & deſtinatum erat, dedicarem, quam tibi filiorum unicæ ſororis ejus vetuſtiſſimo, habui neminem. Tantis enim beneficiis ab hoc viro per plures annos adfectus ſum, ut ſi diutius vixiſſet, nunquam dignas ſatis ei agere aut referre grates valuiſſem, & cum mortuus ſit, id ipſum apud omnes inprimis conſanguineos ejus & amicos profiteri nunquam ſatis poſſim. Certe præter alios noviſſimos ejus ſermones, qui penitus animo meo fixi ſunt, nunquam excidet iſtius diei mœſtiſſima facies, quo poſtquam decretoria hora in parentis tui ædibus Hagæ decumbenti appropinquare viſa eſt mentis & linguæ optime adhuc compoti grates egi poſtremas, ſimulque rogavi numquid vellet: ille contra magna modeſtia nihil me debere reſpondit, ultroque egit gratias pro tot annorum intemerata amicitia ſuique memoriam moribundo ore commendavit. Multum tunc lacrymarum fuſum, repetiti aliquoties complexus & non niſi ægre divulſi ſumus. Secutus tandem vitæ finis vobis luctuoſus, mihi triſtis, reipublicæ literariæ acerbus. Etſi enim primum & ſexageſimum annum expleverit & hæc ætas pro corpuſculi tenuitate, quod plurimis & longinquis peregrinationibus partim pro Regina CHRISTINA, partim pro hac ipſa Republica obitis non leviter attritum erat, quodammodo longæva poſſit videri, tamen ſi reſpicias ad hæc tempora, quibus

bus omnis fere priſca eruditio miſere jacet & contemnitur, mors ejus tamquam plane immatura & veræ eruditioni exitialis cenſenda atque æternum omnibus, qui ſeculi inficetias vident, deploranda eſt. Ipſe enim non modo inſigni prudentia, eruditione & ſuada inſtructus erat, ſed cum multum in aulis verſatus eſſet, auctoritate apud Principes & magnates non mediocriter pollebat. A quibus niſi in hoc genere propediem adſpiretur, aut ego vehementer fallor, aut brevi nullæ amplius literæ nominabuntur. Quid enim aliud exſpectandum poſtquam in pleriſque locis hæ jam exſtinctæ ſint, quam ut in reliquis paucis, ubi adhuc retinentur, eamdem ſubeant ſortem: & præclarus iſte impetus, per cujus cauſſam receſſio primum facta eſt, poſt labefactata omnium fere diſciplinarum principia, reflectatur ſuccedentium infantia tandemque in ſuperioribus ſeculis comparandam deſinat barbariem. Nec per alios tantum imminens hoc malum quantum in ſe fuit ſtitit, ſed ſuo exemplo & propriis curis non paucos excitavit qui adverſus ſeculi labem rectos tenerent oculos & vera ſtudia appeterent. Vera ſtudia appello, quibus non modo artium diſciplinarumque συστήματα addiſcuntur, ſed ipſi etiam unde hæc hauſta congeſtaque ſunt fontes perluſtrantur, ut quos gradus proceſſuſque a principio in nos veritatis ſtudium habuerit cognoſcatur: quibus literæ humaniores adſint comites perpetuæ, jucundæ pariter & auxiliatrices. Quod genus ſtudiorum cum in veterum potiſſimum lectione poſitum ſit, quis adeo iniquus rerum æſtimator, ut iis, qui horum libros partim temporis injuria vitiatos partim vetuſtate veluti præcluſos repurgant iterum & curis ſuis ſic patefaciunt, ut a nobis hodie eadem qua olim ab iis quos inter ſcripti ſunt facilitate adiri poſſint, non plurimum tribuendum eſſe exiſtimet. Præcipue ſi labor iſte in tales impendatur, qui utilia prorſus & profutura ſeculis reliquerunt. Qui enim tales ſcriptores ſinceros nobis & apertos præſtant iis agricolis ſimiles ſunt, qui pinguem agrum per longum tempus derelictum ſentibuſque & dumetis obſitum expurgant, humaniſque uſibus denuo inſervire cogunt. Quanti autem negotii res ſit veterum libros corruptos emendare, obſcuros illuſtrare niſi qui ipſe poſſit efficere nemo intelligit. In hoc autem genere ita re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

gnavit avunculus tuus, ut qui majore judicio, moderatione atque doctrina idem præſtiterit neminem reperias. Cum ipſe interea præditus eſſet divina quadam tam ſoluta quam ligata oratione ex ſe componendi facultate. Verum ille *placida compoſtus pace quieſcit*, nobis æternus dolor relictus eſt. Nec hæc tantum, quam dixi, Vir Ampliſſime, cauſſa impulit me ut literarium hoc munuſculum ad te dirigerem, ſed plures aliæ, quas enumerare omnes ea qua par eſt latitudine nec rubor ſinit tuus, nec mos meus poteſt. Sufficiat dixiſſe eruditionem, quæ quodammodo tibi domeſtica eſt ac velut hereditaria tam a patre quam ab avo relicta, locum quem in Republica tenes, denique amicitiam qua me dignaris hoc flagitaſſe: ne de legato nunc dicam, quod ab avunculo tuo plane inopinanti relictum, a te proprio & coheredum nomine mihi præſtitum eſt. Requirebat autem admonitionem hanc cauſſa, præcipue hoc tempore quo res valde antiquas pro fabuloſis habere ſeculum vocatur, ἀπιστία pro virtute habetur, nec deſint qui non minus in hiſtoria quam aliis artibus cuncta hactenus indubitata faciant dubia, præcipue paullo antiquiora aut a quotidiano rerum curſu remotiora. Adjunxi autem quædam cauſſam hanc contingentia: de *primis Italiæ colonis*, quo ejus ſtatus, qui ſub *Trojanorum adventum* fuit, magis eluceſceret: de *regno Albano*, quoniam hoc a *Trojanis* conditum: & ex ejus ruinis Romanum Imperium primo compoſitum eſt. Accipe igitur, Vir Nobiliſſime, hunc qualemcumque ingenioli noſtri fœtum nomini tuo conſecratum in perpetui cultus mei erga avunculi tui memoriam documentum ſimul & grati erga te animi teſtimonium. Vale plurimum, Lugduni ad Rhenum, pridie Idus Februarias, A. C. CIƆ IƆ C LXXXIV.

THEO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

THEODORI RYCKII

DISSERTATIO

DE

PRIMIS ITALIÆ COLONIS

ET

ÆNEÆ ADVENTU.

CAPUT PRIMUM

DE ABORIGINUM, SICULORUM, UMBRORUM & LIGURUM immigrationibus, quarum tempus certo definiri nequit.

1. Latini *in S. L.* Cithim, *Javanis poſteri*, 2. *venerunt in Italiam non multis ſeculis poſt diſperſionem gentium in Babel*, 3. *e Græcia*: 4. *appellati* Aborigines. 5. *quos Dionyſius perperam facit* Oenotros, 6. *quoniam ſic non primi Italiæ coloni*, 7. *tum quia* Aborigines *&* Oenotri *gentes diſtinctæ*. 8. *Refutantur rationes, quæ Dionyſium moverunt, ut ſic ſentiret*. 9. *Quæ vocis notatio*. 10. *quando dici cœpti* Latini. 11. *ubi habitaverunt*. 12. *quas urbes condiderunt vel poſſederunt*. 13. *Poſt hos advenerunt* Siculi, Umbri, Ligures, *quando incertum*. 14 *Cluverii error de indigenis notatus*. 15. Siculi Aboriginibus *non antiquiores, etſi Romam ante hos tenuerint*. 16. *Unde venerunt*. 17. *lingua uſi Opica*. 18. *ex hac de priore patria conjectura*. 19, *cur Thucydides eos ſuo tempore in Italia adhuc duraſſe putaverit*. 20. *Servii & Solini error in confundendis* Sicanis *&* Siculis *notatus*. 21 Sicani *Hiſpani*. 22. *etſi negent recentiorum nonnulli*. 23. Siculorum *in Latio ſedes*. 24. *devicti ab* Aboriginibus *&* Pelaſgis *in ultimum Italiæ fugiunt angulum*. 25. *Inde ab* Oenotris *pulſi in Siciliam trajiciunt*, 26. *quando*. 27. *Thucydidis in tempore pugna*, 28. *a Dionyſio notata*. 29. Umbri Gallorum *coloni*. 30. *adventus tempus incertum*. 31. *ubi habitaverunt*. 32. Ligurum *ſedes*. 33. *adventus tempus incertum*. 34. *origo* Celtica.

1 Cum *Latini* in Sacris Literis a [a] Moſe, qui omnium quorum ſcripta ad nos pervenerunt antiquiſſimus eſt, & reliquis fere omnibus tam ſcriptoribus quam interpretibus ſacris vetuſtis appellentur [b] *Cithim*, primos Italiæ colonos ad Javanis, qui unus e ſeptem Japheti filiis, domum pertinuiſſe dubitare non licet. Javani enim a [c] Moſe tribuuntur filii *Eliſa*, *Tharſis*, *Cithim & Rhodanim*. quod Septuaginta reddunt: Ἐλισὰ ϗ Θαρσεῖς, Κήτιοι, Ῥόδιοι. vel prout [d] alibi: Ἐλισὰ ϗ Θαρσίς, Κίτιοι, Ῥόδιοι. E numero autem plurium, duorum ſaltem poſteriorum apparet nomina hæc non tam filiorum Javanis eſſe, quam populorum a filiis ejus deſcendentium. Unde addit Moſes ab his diviſas inſulas gentium in uniuſcujuſque regionibus ſecundum linguam in unicujuſque familia & gente.

a Num. 24, 24.
b ut probat Samuel Bochartus l. 3. c. 5 p. pr. Phaleg
c Gen. 10, 4.
d 1. Paral. 1. 7.

2 Quando autem hæc prima colonia in *Latium* venerit ſicuti exacte affirmari non poteſt, ita non multis poſt gentium in ædificatione turris Babel diſperſionem ſeculis contigiſſe ſatis evidens eſt. Meminit enim hujus inter illas migrationes Auctor Sacer, quæ Iſraëlitarum in Ægyptum tranſitum anticiparunt. Et tamen proximas veteribus ſedibus terras identidem prius occupatas, & per conſequens Græciam ante Italiam incolas ex Aſia accepiſſe ipſa ratio dictat.

3 Veniſſe autem hos primos colonos e Græcia inde apparet, quod Javani ſive ejus ſtirpi Græcia obvenerit: unde Alexander a [e] Daniele *rex Javan* dicitur.

e 8, 21.

4 Nec dubito quin hi primi *Latii* coloni illi ſint, qui aliis ſubinde accedentibus *Aborigines* ſunt appellati. Certe Cato Cenſorius & Aſellio Sempronius, teſte [f] Dionyſio Halicarnaſſenſi, *Aborigines* genus Græcos fuiſſe multiſque ante bellum Trojanum ætatibus ex Achaia in Italiam migraſſe tradidere. Quod tantos viros haud temere affirmaſſe ſed ex antiquioribus deprompſiſſe monumentis certo certius eſt.

f l. 1. p. 10.

5 Unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

[5] Unde infeliciter, meo judicio, Dionyſius relicta eorum ſententia *Aborigines* ſuſpicatur fuiſſe Arcades, qui duce Oenotro, Lycaonis filio, ſeptendecim ætatibus prius quam ad Trojam bellatum eſt in Italiam transjecerint: quoniam ſcilicet neque urbis unde, neque temporis quando, iſti ex Achaia in Italiam migraverint, neque ducis eorum Cato aut Sempronius meminerint. Nam ſi *Aborigines* primi Italiæ incolæ fuerint, quæ ſententia fuit [a] Catonis, Sempronii, Trogi Pompeji & aliorum; quodque ipſa vocis etymologia clamat (licet eam non ſequatur Dionyſius, quippe hypotheſi ejus adverſam) fieri non poteſt, ut Arcades ſub Oenotro *Aborigines* fuerint, [6] quoniam ante Oenotri tempora Italiam incolas habuiſſe ex Hiſtoria Sacra evincitur. Lycaon enim Oenotri pater Cecropis fuit æqualis, a quo uſque ad Trojæ excidium Euſebius annos numerat trecentos ſeptuaginta quinque. Vel admiſſis ſeptendecim generationibus, quas Dionyſius ab Oenotro ad bellum Trojanum numerat, anni deprehenduntur quadringenti quinque & nonaginta, uti infra oſtendemus. Jacobi vero tranſitus in Ægyptum quingentis quadraginta tribus annis apud eumdem epocham hanc antevertit. Juxta Africanum vero multo pluribus. Nam intervallum ab Exodo uſque ad Templi exordium nimium ab Euſebio coarctatum norunt Chronologiæ Sacræ periti.

a apud Servium ad I. Æn. v. 10.

[7] Ut taceam *Aborigines* & Oenotros diſtinctas gentes fuiſſe & in diverſis locis habitaſſe: nec Janum, ceteroſque, quorum celebratur memoria, Oenotrorum reges fuiſſe ſed *Aboriginum*.

[8] Nec refert quod Cato & Sempronius neque urbem neque tempus neque ducem hujus primæ coloniæ nominaverint: talium enim rerum memoria apud deſtitutos adhuc literarum auxilio *Aborigines* per plura ſecula conſervari non potuit. Idque egregie apparet in antiquiſſimo nummo æneo ab Jano *Aboriginum* rege percuſſo, in cujus uno latere navis, in altero caput biceps ſignatum erat: quem in memoriam ſuſcepti a Jano Saturni, qui nave adveniſſe credebatur, cuſum plerique olim putavere. In quo quam falſi fuerint jam [b] alii docuerunt & res ipſa dictitat: nihil enim Saturno peculiare per inſigne navis tribui videtur quod communis ei cum ipſo Jano, cum Euandro, cum Ænea multiſque aliis in Italiam navigatio fuerit.

b Plutarchus Q R. p.274.

[9] Fuerunt igitur Græci genus primi *Latii* coloni, qui mox aliis atque aliis populis in Italiam immigrantibus *Aborigines* appellati, quaſi ἀπὸ ἀρχαιογονίας, vel *ab origine*: quales Græcis αὐτόχθονες appellari ſolebant. [10] *Latini* demum appellari cœpti Æneæ & Trojanorum temporibus.

[11] Habitaverunt autem [c] illum Italiæ tractum, qui inter Tiberim & Lirim extenditur, ab antiquiſſimis temporibus *Latium* dictum. [12] Urbes antiquitus ab his conditæ vel poſſeſſæ, auctore Dionyſio, *Palatium*, *Tribola*, *Vesbola*, *Suna*, *Meſula*, *Orvinium*, *Curſula*, *Iſſa inſula*, *Maruvium*, *Vatia*, *Tiora Matiena*, *Liſta*, *Cutilia*, *Antemne*, *Tellene*, *Ficana*, *Tibur*, *Agylla*, *Piſa*, *Saturnia*, *Alſium*, *Laurentum*.

c Dionyſ. l. I. p. 8.

[13] Poſt *Aborigines* diverſis temporibus in Italiam venerunt *Siculi*, *Umbri* & *Ligures*. Hi ſinguli diverſas Italiæ partes occupaverunt, *Siculis* exceptis, qui in *Aboriginum* terras incubuerunt: unde hi cum illis bellum duxerunt aſſiduum. [14] Philippus Cluverius *Siculos*, *Umbros*, & Auſones [d] exiſtimat tantum Italiæ indigenas, reliquos populos aut ab his tribus proſeminatos aut exterarum terrarum colonos. In quo Gentilium more loquitur, homines multifariam fungorum inſtar e terra quondam natos exiſtimantium. Nam ſi ex uno ſemine editi ſumus, nempe ex Adamo & Eva in creatione, & poſt diluvium ex Noacho & tribus ejus filiis, efficitur cunctas orbis partes Noachidarum coloniis frequentatas, nec ullos uſquam fuiſſe αὐτόχθονας præter duos primos totius humani generis parentes. Hinc pariter eoſdem facit *Aboriginibus* antiquiores, ſecutus videlicet Dionyſii ſententiam ante a nobis improbatam. Si enim *Aborigines* primi fuerint, qui Italiam frequentaverint, ut jam ante oſtendimus, conſequens *Siculos*, *Umbros*, *Ligures* licet immigrationis eorum tempora ignoremus, poſt adveniſſe. [15] Nec refert quod *Siculi* ante *Aborigines* Romam tenuiſſe videantur. Appulſi enim mari maritima loca occuparunt, ſubvectique modicum Tiberim colles iſtos in quibus poſtea Roma condita inſederunt, *Aboriginibus* interim in mediterranea refugientibus.

d It. Ant. l. I. p. 41.

[16] Unde autem *Siculi* venerint & quæ illis patria prior difficile dictu eſt in tanto veterum ſilentio. Ex lingua tamen quam tranſlati, ut mox dicemus, in Siciliam retinuerunt, diverſa & a Græca & a Phœnicia aliquid forte ſuſpicari poſſumus. Qualis autem hæc fuit? [17] Opicorum, teſte Platone in Epiſtola VIII. quæ ſcri-

pta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

pta ad Dionis propinquos: Ἥξει δ᾽ ἐάνπερ τῶν εἰκότων γίγνεταί τι καὶ ἀπευκτῶν, σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα Φοινικῶν ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἴς τινα δυναστείαν καὶ κράτος. *Quantum ex infelicibus præſagiis licet conjicere, univerſa Sicilia in Græcæ linguæ oblivionem propediem lapſura eſt, ad Phœnicum vel Opicorum poteſtatem dominationemque tranſlata.* Manſiſſe has tres linguas, per plura ſecula in uſu apud *Siculos* colligi ex Apulejo poteſt, *trilingues* eos [a] alicubi appellante. Per *Opicos* autem apud Platonem non videntur alii poſſe intelligi, quam veteres iſti *Siculi*, qui ex Italia in hanc inſulam quondam trajecerant. Certe Stephanus dubitare vix patitur, quando de *Opicorum Siculorumque* lingua tamquam una eademque loquitur v. Γέλα his verbis: Καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα· ὁ δὲ ποταμὸς, ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ· ταύτην γὰρ τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν γέλαν λέγεσθαι. *Gela, appellatur a fluvio Gela. Fluvius vero ab eo quod multam pruinam gignit: quæ Opicorum & Siculorum lingua Gela dicitur.* [18] Unde porro non male colligi poſſe videtur duos hoſce populos *Siculos* & *Opicos* ex iisdem locis, quamquam diverſis temporibus, profectos. [19] Ab hac item linguæ ſimilitudine petenda ratio videtur, a [b] Cluverio fruſtra quæſita, cur [c] Thucydides adhuc ſuo tempore *Siculos* putaverit in Italia reliquos. Quænam autem fuerit *Opicorum* prima patria, mox, cum de Auſonibus dicemus, inquiſituri ſumus. [20] Ceterum nullo modo tolerari poteſt, quod apud Servium [d] legitur, Sicanos fuiſſe qui duce Siculo ab Hiſpaniæ fluvio Sicori in Italiam venerint, excluſis inde Aboriginibus, mox ipſi pulſi ab iis, quos ante pepulerant, inſulam Italiæ vicinam occupaverint. Hic enim, ut Virgilii licentiam excuſaret, Sicanos pro *Siculis* uſurpantis, quæ tamen etiam [e] Solino fraudi fuit, contra omnium veterum auctoritatem duos diverſos populos in unum conflavit. [21] Sicanos enim antiquiſſimum Siciliæ populum Thucydides, Dionyſius, [f] Philiſtus aliique ex Hiſpania in Siciliam veniſſe; poſtea *Siculos* ex Italia pulſos hos ſibi ſubjeciſſe inſulamque ex nomine ſuo, cum ante Sicania nominaretur, *Siciliam* appellaſſe prodiderunt. [g] Dionyſius Sicanos paullo ante *Siculos* in Siciliam appuliſſe ſcribit: a quo plane abit [h] Diodorus multis ætatibus poſt poſſeſſam a Sicanis inſulam *Siculos* adventaſſe contendens, Timæum, qui Sicanos αὐτόχθονας dixerat, ſecutus.

a l. 11 Met. p. 259 Elem. ed.
b l. 3. It. Ant. p. 790.
c pr. l. 6.
d ad l 8. Æn. v. 328.
e c. 2 & Salmaſio in Exercit. p 61.
f apud Diod. l. 5. p. 201.
g. l. 1. p. 17.
h d. l.

[22] Scio [i] nonnullos ex recentioribus Thucydidi & Philiſto Sicanos ex Hiſpania deducentibus noluiſſe credere: ſed mihi eorum argumenta tanti non videntur, ut propterea cum Timæo αὐτόχθονας eos facere, vel potius ad ignorantiæ aſylum confugere malim quam graviſſimis hiſtoricis abrogare fidem.

i Cluver. l. 1. Sic. Ant. p. 27. Bochart. Phal. p. 621.

[23] Tenuerunt autem hi *Siculi* partem aliquam Latii, poſſederuntque vel condiderunt *Tibur*, cujus pars quædam adhuc [k] Dionyſii temporibus ab iis ſervavit nomen, [l] *Agyllam*, *Piſam*, *Saturniam*, *Alſium*, *Falerium*, *Feſcennium*, [m] *Gabios*, *Anconam*, aliaſque. [24] Donec poſt diuturnum tandem bellum Aborigines a Pelaſgis, qui poſtea advenerunt, aliiſque ſociis adjuti, *Siculos* [n] ſedibus iſtis exturbatos primo in extremum Italiæ angulum fugere, inde in Siciliam transfretare coëgerint. Certe [o] Strabo ex eodem Antiocho docet regionem circa Rhegium priſcis temporibus a *Siculis* & Morgetibus habitatam: [25] hos vero deinceps ab Oenotris pulſos in *Siciliam* trajeciſſe. Unde Μόργης, ὁ Σικελίας βασιλεύς apud [p] Etymologum dicitur.

k l. 1. p. 14
l l. 1. p. 16.
m Solin. c. 2.
n Feſt. v. *Sacrani.*
o l. 6. p. 257.
p v. Σίκες.

[26] [q] Dionyſius ex Hellanico tertia ante bellum Trojanum ætate hoc contigiſſe notat, ex Philiſto ſignatius annis octoginta. [27] [r] Thucydides tranſitum hunc factum ait annis ferme trecentis ante Græcorum in Siciliam adventum. Venit autem horum primus Thucles cum Chalcidenſibus ſuis in hanc inſulam, eodem teſte, anno tantum uno ante Archiam, qui Syracuſas condere cœpit anno nonæ Olympiadis quarto juxta Pontaci Euſebium, vel undecimæ juxta Scaligeri. Troja autem capta juxta Eratoſthenem annis ante primam Olympiadem ſeptem & quadringentis: conſequens igitur *Siculorum* in *Siciliam* tranſitum juxta Thucydidem annis centum quadraginta duobus, vel centum quinquaginta, pro diverſa Euſebii Editione, excidio Trojæ recentiorem. [28] Idque non effugit [ſ] Dionyſii diligentiam, multis annis poſt res Iliacas migrationem hanc a Thucydide poni factam affirmantis.

q l. 1. p. 18.
r l. 6. p. 412.
Ibid.

Sequuntur *Umbri.* [29] Hos Gallorum veterum propaginem eſſe [t] M. Antonius & Bochus, Mauritaniæ rex, aliique veteres memoriæ prodiderunt. A quibus diſcedere propter nullas aut admodum leves cauſſas non modo non melioribus allatis, ſed multo etiam pejoribus, contradicendi libido videtur.

t Solin. c. 2 Servius ad 12. Æn. v. 753.

[30] Quando autem huc migraverint, nuſquam, quod ſciam, traditur. Eſſe au-

a Plin. l. 3. c. 5. tem antiquiſſimos ex eo patet quod [a] ante Pelaſgos & Tyrrhenos in Italia fuerint. [31] Habitaverunt autem inter Padum & Æſim fluvios ultra tum in Etruriæ parte citra Apenninum, inter Tiberim & Narem.

Tribus ſuperioribus populis addendi *Ligures* videntur, [32] qui vaſtiſſimum terrarum ſpatium tam in Gallia quam in Italia inſederunt, a Rhodano ſcilicet ad Arnum uſque fluvium. [33] Pro antiquiſſimis enim pariter habiti ſunt, licet adventus illorum tempus ignoretur. Nam Philiſtus apud [b] Dionyſium Siculos, qui ab Aboriginibus eorumque ſociis Italia pulſi ſunt, *Ligures* facit. Quæ ſententia, licet adverſetur plurium teſtimoniis, gentis tamen antiquitatem prodit. Uti & illud, quod a non nullis traditum idem Dionyſius notat, *Ligurum* colonos Aborigines fuiſſe. Etſi vero hic neget certi aliquid de horum origine hactenus proditum, tamen [34] *Celtas* fuiſſe multis indiciis conſtat, diligenter a Cluverio collectis.

b l. 1. p. 18.

Antequam vero ad illos colonos pergam, quorum adventus tempus clare notatum eſt, aut veriſimili conjectura poteſt erui, dicendorum velut imaginem in brevi, quæ ſubjungitur, tabella ob oculos pono.

CANON

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

CANON CHRONICVS
LATINUS ET GRÆCUS
Continens annos DCCCC ante primam Olympiadem.

Sec.	Per. Jul.	LATINA.	*Ante Olymp.*	GRÆCA.	
IX.	3038		900		
	3072		866	*Criaſus Argis ab Inacho* V.	54
				I. Pelaſgus *in Arcadia.*	
	3126		812	*Phorbas* VI.	35.
	3127		811	*Atlas Promethei frater.*	
VIII.	3138		800		
	3146	Auſones veniunt in Italiam.	792		
				II. Lycaon.	
	3156		782	I. CECROPS *Athenis*	50.
	3161		777	*Triopas* VII.	46.
	3176		762	*Deucalion regnat in Lycoria.*	
				III. Nyctimus.	
	3186	Pelaſgi tranſeunt in Italiam.	752	*Diluvium Deucalionis.*	
	3206				
	3207		732	II. CRANAVS	9.
	3208	Arcades ſub Oenotro veniunt in Italiam.	731	*Crotopus* VIII.	21.
	3209		730		
			729	*Saturnus in Creta.*	
	3215		723	III. AMPHICTYON	10.
	3218		720	*Cadmea a Cadmo condita.*	
	3225		713	IV. ERICHTONIVS	50.
	3228		710	*Sthenelus* IX.	11.
	3231		707	IV. Arcas.	
	3235		703	I. *Dardanus apud Dardaniam*	62.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Sec.	Per. Jul.	LATINA.		Ante Olymp.	GRÆCA.	
VII.	3238			700		
	3239			699	*Danaus* X.	50.
	3241			697	*Triptolemus Eleuſine.*	
					V. Azan.	
	3275			663	V. PANDION	40.
	3289			649	*Lynceus Ægypti F.* XI.	41.
	3297			641	II. *Erichthonius Dardani F.*	46.
	3305			633	*Minos Europæ F. in Creta.*	
	3315			623	VI. ERECHTHEVS	50.
				608	*Abas* XII.	25.
	3330				VI. Clitor.	
VI.	3338			600		
	3343			595	III. *Tros*	61.
	3353			585	*Prœtus* XIII.	17.
		Sterces apud Aborigines.				
	3365	Janus venit in Italiam in Perrhæbia.		573	VII. CECROPS II.	40.
					VII. Æpitus.	
	3370			568	*Acriſius* XIV.	31.
	3384	Janus ſuccedit Sterci.	33.	554		
					VIII. *Aleus.*	34.
				534	IV. *Ilus.*	25.
	3404					
	3405			533	VIII. PANDION II.	
	3417	Picus Stercis F.	37.	521		
	3430			508	IX. ÆGEVS	48.

Sec.	Per. Jul.	LATINA.		Ante Olymp.	GRÆCA.	
v.	3438			500	v. *Laomedon*	35.
					ix. Lycurgus.	
	3450	Siculi transfretant in Siciliam. Tyrrheni veniunt in Italiam.		488		
	3454	Faunus Pici F.	44.	484		
	3461			477	*Hercules Ilium vaſtat.*	
	3470	Euander venit in Italiam. Pelaſgi deficere incipiunt.		468		
	3473			465	vi. *Priamus*	57.
	3477	Hercules per Italiam tranſit.		461		
	3478			460	x. Theseus x. Echemus.	30.
	3498	Latinus Fauni F.	36.	440		
	3506			432	*Hercules Olympia inſtituit.*	
	3508			430	xi. Menestheus	23.
	3510			328	*Echemus interficit Hyllum.*	
	3512				xi. Agapenor.	
				426	*Minos ii. in Sicilia perit.*	
	3518	Meſſapii conditi.		420		
	3530			408	TROJA CAPTA.	
	3551			407	xii. Demophoon.	33.
	3532	Æneas venit in Italiam.		506		
	3534	Æneas ſuccedit Latino.	3.	404		
	3537	ii. Aſcanius	37.	401		
iv.	3538			400		
	3562	Alba Longa condita.		376		
	3564			374	xiii. Oxyntes	12.
	3574	iii. Silvius	29.	364		
	3576			362	xiv. Aphidas	1.
	3577			361	xv. Thymoetes	8
	3585			353	xvi. Melanthus	37.
	3590			348	*Æolica migratio.*	
	3603			335		
	3610	iv. Æneas S.	31.	328	*Heraclidæ in Peloponneſum revertuntur.*	
	3613			325	*EURYSTHENES Ariſtodemi F. i. Spartæ*	42.
	3622			316	xvii. Codrus	21.
	3634	v. Latinus S. Coloniæ priſcæ Latinæ plures deductæ.	51.	304		

Sec.	Per. Jul.	LATINA.		Ante Olymp.	GRÆCA.	
III.	3638			300		
	3643			295	MEDON, Ἄρχων διὰ βίȣ I.	20.
	3655			283	*AGIS* II.	1.
	3656			282	*ECHESTRATVS* III.	35.
	3663			275	ACASTVS II.	36.
	3671			268	*Ionica migratio.*	
	3685	VI. Albas S.	39.	253		
	3691			247	*LABOTES* IV.	37
	3699			239	ARCHIPPVS III.	19
	3718			220	THERSIPPVS IV.	41.
	3724	VII. Capetus S.	26.	214		
	3728			210	*DORYSSVS* V.	29.
II.	3738			200		
	3750	VIII. Capys S.	28.	188		
	3757			181	*AGESILAVS* VI.	44.
	3659			179	PHORBAS V.	41.
	3778	IX. Calpetus S.	13.	160		
	3790			148	MEGACLES VI.	30.
	3791	X. Tiberinus S.	8.	147	*Heſiodus.*	
	3798	Tiberinus in Albula ſubmerſus.		140		
	3799	XI. Agrippa S.	41.	139		
	3801			137	*ARCHELAVS* VII.	60.
	3820			118	DIOGNETVS VII.	28.
					Homerus.	
	3830			108	OLYMPIA *ab Iphito, Lycurgo, Cleoſthene.*	
		Spartanorum coloni ad Pometinos agros veniunt.				

Sec.	Per. Jul.	LATINA.		*Ante Olymp.*	GRÆCA.	
I.	3838			100		
	3840	XII. Allades S.	19.	98		
	3848			90	PHERICLES VIII.	19.
	3858	Allades in lacu Albano ſubmerſus.		80		
	3859	XIII. Alventinus S.	37.	79		
	3861			77	*TELECLUS* VIII.	47.
	3867			71	ARIPHRON IX.	20.
	3887			51	THESPIEVS X.	27.
	3896	XIV. Procas S.	23.	42		
	3901			37	*ALCAMENES* IX.	37.
	3914			24	AGAMESTOR XI.	20.
	3919	XV. Amulius S.	42.	19		
	3934			4	ÆSCHYLVS XII.	23.
	3938			I.	OLYMPIAS PRIMA.	
	3942			II.		
	3943	Romulus & Remus naſcuntur.		2		
	3946			III.		
	3950			IV.		
	3954			V.		
	3957			4	ALCMÆON XIII.	(5.)
	3958			VI.		
	3960	ROMA CONDITA juxtá Varronem.		3		
	3961	XVI. Numitor S.	2.	4		
	3962	ROMVLVS 37. Roma condita juxta Dionyſium.		VII.	CHAROPS *Archon decennal.* I.	
	3965	Sabinæ raptæ.		4		
	3966	T. Tatii cum Romulo bellum.		VIII.		
	3967			2	NABONASSARVS *Babylone.*	
	3969	T. Tatius Romæ regnat	5.	4.		
	3970					
	3971			IX.	*Bellum Meſſeniac.* I. *Arctinus.*	
	3992			2	*Amphia capta*	
	3973			3	ÆSIMEDES *A. d.* II. *Thucles in Sicilia.*	
				4	*Syracuſæ conditæ.*	

Per. Jul.	LATINA.		Olymp.	GRÆCA.
3974	T. Tatius Lavinii interficitur.		X.	
3978			XI.	
3982			XII.	CLIDICVS *A.d.* III.
3986			XIII.	
3990			XIV.	*Ithome excisa.*
3992			3	HIPPOMENES *A.d.* IV.
3994			XV.	
3998	Romulus moritur.		XVI.	
3999	Interregnum per annum totum.		2	
4000	NVMA POMPILIVS	34.	3	
4002			XVII.	LEOCRATES *A.d.* V.
4004	Croton in Bruttiis condita.		3	
4006			XVIII.	
4010			XIX.	
4012			3	APSANDER *A.d.* VI.
4014			XX.	
4018	Tarentum a Partheniis conditum.		XXI.	
4022			XXII.	ERYXIAS *A. d.* VII.
4026			XXIII.	
4029			4	*Bellum Meſſeniacum* II.
4030			XXIV.	
4032			3	*Archontes annui facti.*
4033			4	*Chalcedon a Megarenſibus condita.*
4034			XXV.	
4038			XXVI.	
4042			XXVII.	
4043	TVLLVS HOSTILIVS	32.	2	
4046			XXVIII.	*Ira capta.*
4049	Alba Longa diruta cum ſtetiſſet annos 487.		4	

CAPUT SECUNDUM.

De AUSONIBUS, quando & unde venerint, Auruncis, Opicis, Oſcis, Læſtrigonibus, Cyclopibus.

1. Auſonum *conditor* Auſon. 2. *qui* Atlantis *&* *Calypſus filius.* 3. Atlantis *ætas*, 4. *e qua colligitur tempus adventus* Auſonum, 5. *e* Scythia, *quod probatur ex moribus*, *ſtatura*, *lingua*, *ducis patria.* 6. Auſonum *ſedes: iidem qui* Aurunci. 8. Auruncæ *conditor* Auſon, *auctore Feſto*, 9. *quem Cluverius temere taxat.* 10. Auſon *variante dialecto* Auron. 11. *iidem qui* Opici. 12. *Polybius cum Antiocho & Ariſtotele ſuper hoc conciliatus.* 12. Opici *iidem qui* Oſci 13. *qui populi ab iis proſeminati.* 14. Aurunci *feri, alta ſtatura, truci adſpectu.* 15. *Homeri* Læſtrigones. 16. *de quibus qualia de* Scythis. 17. *Proceritas occaſio hyperbolæ Homericæ, qua fecit gigantes*, 18. *impoſuit Fazello, Cluverio, multis.* 19. *Lingua* Opica *vel* Oſca *diverſa a Græca & Phœnicia.* 20. *in uſu apud* Siculos *antiquos unde & hi* Scythicæ *videntur originis.* 21. *Solvitur objectio de* Atlantis *patria.* 22. Atlas Auſonis *pater* Scytha. 23. *Fabula de vinculis* Promethei *explicatur.* 24. *contra Samuelem Bochartum.*

[1] Auſones conditos ab *Auſone* ferunt, quem plurimi Ulyſſis & Calypſus, nonnulli Ulyſſis & Circes faciunt filium. Verum ſic *Auſones* ante Trojanum bellum in Italiam non veniſſent, quod hiſtoriæ repugnat. Certe [a] Dionyſius ante Oenotros in Italia fuiſſe non obſcure prodit, quando ſinum, qui occidentale Italiæ latus alluit, quique poſt a Tyrrhenis mare obtinentibus Tyrrhenus eſt appellatus, cum Oenotri appellerent, ex accolentium vocabulo *Auſonium* ſcribit dictum. Et [b] Nicander *Auſonas* ab Iapygis, Daunii & Peucetii, qui tres Lycaonis filii fuere, Oenotri fratres, exercitu pulſos tradit. Unde apparet *Auſonem* illum aut non fuiſſe Ulyſſis filium, aut pro *Auſonum* duce non habendum.

a l. 1. p. 9.
b apud Antonin. Liber. c. 30.

[2] Et ut prius potius credam, Stephani [c] facit auctoritas, *Auſonem* a quo Siculum mare *Auſonium* appellatum ex Atlante & Calypſo natum affirmantis. Quod cum melius gentis hujus antiquitati conveniat & ex antiquioribus procul dubio petitum ſit, haud temere rejiciendum eſt. [3] Sed de Atlantis ætate non una fuit ſententia, uti vel Euſebii Chronicon docere poteſt: in quo ad CCCCXXXI Abrahami annum, qui nonus & viceſimus ante Cecropem, legitur: *Quidam ſcribunt Prometheum & Epimetheum & Atlantem fratrem Promethei & Argum cuncta cernentem & Io filiam Promethei his fuiſſe temporibus, alii vero ætate Cecropis: nonnulli vero ante Cecropem annis ſexaginta ſive nonaginta.* [4] Quod ſi demus viginti annis poſt hoc tempus *Auſonem*, Atlantis filium, expeditionem in Italiam ſuſcepiſſe, colonia hæc annis quatuor & octaginta ſuper trecentos Trojæ excidium juxta Euſebium antevertiſſe deprehenditur; quo tempore nulla adhuc in Italia Pelaſgorum, nulla Oenotrorum arma crepuerant.

c apud Euſtath. ad Dionyſ. v. 78.

[5] Unde autem hi coloni profecti ſint & quæ prior illis patria fuerit difficile dictu eſt, cum veteres hic altiſſime ſileant, [d] Ælianus αὐτόχθονας pronuntiet. Quod ſi conjecturis hic indulgere licet, *Scythicæ* originis ſuſpicor, præcipue ex moribus & corporis proceritate, quibus hic populus inſignis fuit, lingua etiam diverſa a Græca & Phœnicia, denique ipſius *Auſonis* patria. Quod ut ordine oſtendatur, primum in loca, in quibus *Auſones* habitaverint, inquirendum, deinde in gentes, quæ ab his ortæ circa eadem loca incoluerint aliud nomen uſurpantes, auctorum natura linguaque retentis.

d l. 9. V. H. c. 16.

[6] Et primo quidem apud veteres ſcriptores, *Auſones* in regionibus dextram ſiniſtramque Liris ripam contingentibus late habitaſſe in confeſſo eſt. [7] Nec dubitatur, quin iidem vel eorum aliqui jam a principio *Aurunci* fuerint dicti. Unde tantam tribuit hiſce antiquitatem Favorinus apud [e] Gellium, ut inter primos Italiæ incolas nominet: & [f] Feſtus *Auruncam* ab *Auſone* prodit conditam. [9] Quem eo nomine ut fabuloſum a Cluverio taxatum nollem: ſcilicet, quoniam *Sueſſa Aurunca* demum a. 417 juxta Livium ædificata, atque ita multis poſt *Auſonem* ſeculis. De hac enim Feſtus haudquaquam intelligendus eſt; verum de *Aurunca* vetere, quam Sidicinos, poſtquam ab *Auruncis* relicta eſſet, deleviſſe idem Livius [g] alibi ſcribit. [10] Immo *Aurunca* ab *Aurone* procul dubio dicta: quomodo variante dialecto *Auſon* appellatus eſt. *Arboſem* enim, auctore Fecto, *pro arbore antiqui dicebant, & roboſem pro robore. Majoſibus, melioſibus, laſibus, feſiis; pro majoribus, melioribus, laribus, feriis.* Quibus addi ex [h] Quintiliano poſſunt *Valeſii, Fuſii, labos, vapos, clamos, paſſes.*

e l. 1. c. 10.
f v. Auſonia.
g l. 8. c. 15.
h l. 1. Inſt. c. 15.

[11] Vocati præterea *Opici* a Græcis præcipue & a Romanis *Oſci*. Dubitare vetat
a l. 5. p. 242. Antiochus, antiquiſſimus auctor, apud [a] Strabonem Campaniam antiquitus ab *Opicis*
b l. 7. Polit. c. 10. habitatam, qui iidem etiam *Auſones* appellentur, referens. Item [b] Ariſtoteles, mare Tyrrhenum ut antiquioribus ſic etiamnum ſuis temporibus accoluiſſe *Opicos* cognomi-
c d. l. natos *Auſones* teſtans. [12] Nec cum his Polybius pugnat apud [c] Strabonem *Opicos & Auſones*, tamquam diverſas gentes, terras, quæ Veſuvio circumjacent incoluiſſe commemorans: quoniam huic de ſerioribus temporibus ſermo, quibus vetus *Auſonum* gens ſub ſingularibus nominibus veniebat primitivumque generis nomen parti duntaxat adhærebat. [12] Nec *Oſcos* Romanorum ab *Opicis* Græcorum diverſos fuiſſe facile adnimadvertet, qui eoſdem mores utriſque adſignari, eadem loca utroſque incoluiſſe obſervaverit. Nec dubium quin *Oſci* ex *Opici* fuerint facti, idque clare nos Verrius docet
d v. Oſcum. apud [d] Feſtum: *Oſcos, quos dicimus, ait Verrius, Opſcos antea dictos, teſte Ennio, cum dicat: De muris res gerit Opſcus. Adjicit etiam, quod ſtupra inconceſſæ libidinis obſcena dicantur, ab ejus gentis conſuetudine inducta.*

[13] Ab his porro propagati *Sidicini*, *Sabini*, *Samnites*. A Samnitibus *Lucani*, *Hirpini*, *Campani* & *Frentani*. A Lucanis *Bruttii*. A Campanis *Mamertini*. Sabini, qui tamen ab aliis Umbrorum, ab aliis Laconum propago dicuntur, ſciſſi in *Picentes*, *Veſtinos*, *Marrucinos*, *Pelignos*, *Marſos*, *Æquos*, *Hernicos*. Quæ omnia ut latius probem, ad ſcopum noſtrum haud pertinet, & ab aliis factum eſt.

[19] Jam videndum an aliquid ſingulare notatum de his gentibus earumve ſaltem antiquioribus apud hiſtoricos exſtet, unde conjectura de *Scythica* origine, quam ante propoſuimus, fieri poſſit. Tale autem quid de *Auruncis* invenio apud Dionyſium
e l. 6. p. 36. [e] in deſcriptione belli, quod Romani contra hos geſſere a. 259. juxta Varronem: cujus hæc ſunt verba: Φιλοπόλεμον γὰρ δὴ τὸ τῶν Ἀρούγκων ἔθνος ἦν, καὶ τῷ μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ καὶ ὄψεως δεινότητι, πολὺ θηριῶδες ἐχούσῃ φοβερώτατον. *Gens enim Auruncorum bellicoſa erat & corporis magnitudine & robore & truci oris adſpectu feritatem maxime formidabilem præ ſe ferebat.* [15] Sic ut non videatur dubitandum,
f Plin. l. 3. c. 5. cum *Læſtrigones* in iiſdem locis habitaſſe certum ſit, circa [f] Formiam ſcilicet ad dextrum Liris latus, quos Homerus facit gigantes, quin *Aurunci* Homeri *Læſtrigones* fuerint. [16] Hiſce autem Plinius *Scythicam* originem videtur tribuere lib. VII. cap. 2. *Eſſe Scytharum genera & quidem plura, quæ corporibus humanis veſcerentur, indicavimus. Id ipſum incredibile fortaſſe, ni cogitemus in medio orbe terrarum ac Sicilia & Italia*
g Odyſſ. K. v. 98. *fuiſſe gentes hujus monſtri, Cyclopas & Læſtrigonas* Certe Ulyſſes apud [g] Homerum *Læſtrigonas* non modo anthropophagos facit & maxime inhoſpitales, ſed paſtores etiam & agriculturæ ignaros, quando dicit:

Ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα.

quæ de *Scythis* veteres teſtantur. [17] Staturæ autem altitudo, qua præditos fuiſſe populos hoſce adhuc diu poſt Homeri tempora jam ante ex Dionyſio oſtendimus, occaſionem procul dubio Homero præbuit hyperbolæ, qua eos fecit *gigantes*. [18] Hoc autem Poëticum commentum ſicuti olim a multis pro veritate acceptum eſt, ita ſuperiori ſeculo propugnatorem nactum eſt ſtrenuum, Thomam Fazellum: qui Siciliam antiquitus a *gigantibus* habitatam exiſtimat, non quales nunc ſubinde & alicubi adhuc quotidie proveniant; ſed quales nuſquam amplius dentur, aut ex quo Homerus vivere deſiit, dati fuerint. Et licet hæc ſententia tam ſit abſurda ut tota propemodum natura ei reclamet, tamen inſignes aliquot viri, Fazelli auctoritate inducti, quos inter etiam Philippus Cluverius, eam ſequuti ſunt. Verum cum de hac quæſtione
h Orat. de Gigantibus. [h] ſingulatim a me actum eſt, de ea hic nihil amplius addo.

[19] Lingua porro *Opica* vel *Oſca* quam fuerit diverſa & a Græca & a Phœnicia vel Hebræa oſtendunt vocabula, quæ ex ea nobis conſervavit Grammaticorum diligentia. *Caſcus*, vetus. *Caſnar*, ſenex. *Dalivus*, inſanus. *Famel*, ſervus. *Gela*, pruina. *Mæſius*, Majus. *Mamers*, Mars. *Medix*, magiſtratus. *Medix tuticus*, ſummus magiſtratus. *Multa*, pœna pecuniaria. *Petora*, quatuor. *Pipatio*, clamor plorantis. *Pitpit*, quidquid. *Sollo*, totus. *Veja*, plauſtrum. *Ungulus*, annulus. [20] Quoniam autem *Opica* lingua etiam in uſu fuit apud antiquos Siculos, uti ante ex Platone & Stephano oſtenſum, hinc efficitur Siculos aut *Opicæ* eſſe originis, aut ex eadem gente, e qua *Opici* ortum duxere, proſeminatos. Et quoniam prius hiſtoriæ veritati reſponſat, licet Hellanicus Lesbius, ſed auctor parum ſincerus, contra omnes alios
i l. 1. p. 18. ſcriptores, Dionyſio [i] teſte, hoc affirmaverit, poſterius veritati convenire videtur. Atque ita ſatisfecimus quæſtioni ſupra in hunc locum rejectæ.

[21] Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

[21] Sed quomodo, regeret aliquis, *Auſones* cum ductore ſuo *Auſone* Atlantis filio e Scythia deduci poſſunt, cum Atlas non adſcribatur Scythis ſed Afris. Reſpondeo, ut plures Joves, Mercurii, Hercules, ſic plures etiam fuere Atlantes. [a] Servius tres (a ad l. 8. Æn. v. 134.) enumerat, unum Maurum, qui maximus; alterum Italum Electræ patrem, unde natus eſt Dardanus; tertium Arcadicum, patrem Majæ. Sed cum Græci & Varro, eodem [b] teſte, Dardanum non ex Italia ſed de Arcadiæ urbe Pheneo oriundum dixe- (b ad l. 3. Æn. v. 167.) rint, Italum hunc Atlantem agnoviſſe non videntur. [22] Et cum Prometheus Atlantis frater & Promethei filius Deucalion Scythæ fuerint, efficitur Atlantem Atlantiſque filium Auſonem pariter Scythas fuiſſe. [23] Certe Herodorus [c] in libro, quem (c Apud Apollonii Schol. l. 2. v. 121.) de Vinculis Promethei ſcripſit, Promethum refert Scytharum regem fuiſſe, qui cum ſubjectis res ad victum neceſſarias propter continuas Aquilæ fluminis inundationes præbere non poſſet ab illis vinctus ſit: hunc autem fluvium ab Hercule deinceps in mare de- (d Ibid.) rivatum. Et ſimiliter [d] Agrœtas lib. XIII. Scythicorum, Aquilam dicit fluvium, Hepar præcipuam Promethei regionem Aquilæ inundationibus deſolatam. Et procul dubio ab hac aut ſimili cauſſa, iſta poëtarum fabula de Prometho ad Caucaſum alligato, aquila jecur ejus depaſcente & Hercule aquilam interficiente nata eſt. [24] Certe multo veriſimiliora hæc videntur [e] Samuelis Bocharti conjectura, qua eam refert ad ſignificationem voca- (e l. 1. Phaleg. c. 2. p. 13.) buli *Magog*, quod deducit a verbo Hebræo, quod de anima & corde uſurpatum diſſolvi & contabeſcere ſignificat. Præterquam enim quod hæc longius petita ſint, falſæ etiam hypotheſi innituntur, tamquam *Prometheus* [f] Ἰαπετιονίδης, eſſet *Magog* Iapheti filius. (f Apollon. Rhod. l. 3. v. 1085.) Tota enim Chronologia ſententiæ huic adverſatur. Qua invita propter hanc aut illam ſimilitudinem homines diverſis nominibus præditos temere nimis & incogitanter confundi hodie videas. Teneamus igitur tamquam veriſimile *Auſones* Scythicæ originis eſſe.

CAPUT TERTIUM.

De PELASGORUM temporibus & rebus.

1. Pelaſgos *ante* Oenotros *in Italiam veniſſe communis olim ſententia*, 2. *quam deſeruit Dionyſius* 3. *invita temporis ratione*: 4. *quoniam ex ſeptemdecim generationibus quas numerat ab* Oenotro *ad Trojæ expugnationem novem priores ſingulæ annos continent ſeptemdecim, quod toties repetitum contra naturam; poſteriores ſingulæ quadraginta: tum quod datis annis* 495, *quot minimum ex hypotheſi ejus de* Pelaſgi *ætate ſurgunt*, Oenotri *ante* Auſonas *adveniſſent, quod ipſe alibi negat*. 5. *objectio contra hæc, ſolvitur*. 6. *Advenerunt autem ex* Theſſalia. 7. *Cluverius negat perperam adventus hujus tempus adnotatum*, 8. *cum Dionyſius temporibus* Deucalionis *adſcribat*, 9. *Diodorus in ipſum* Deucalioneum *diluvium conjiciat*. 10. *ipſe* Deucalionis *tempora non ignoraverit*. 11. *Cluverio impoſuit verſio Dionyſii male fida*, 12. *quæ corrigitur*. 13. *Quæ poſt adventum* Pelaſgis *accidere*. 14. *Oraculum iis datum*, 15. *Pro* L. Mamius *apud Dionyſium legendum* L. Mamilius. 16. *quis?* 17. *non* T. Manilius. 18. *quando* Pelaſgi *Apenninos tranſierint, incertum*. 19. *altera ante Trojanum bellum ætate defecere*. 20. *parte eorum utcumque ſe tuente*. 21. *cui tandem nihil præter* Crotonam *in* Etruria *reliqui*. 22. *cujus meminit Herodotus*. 23. *Hæc Umbrorum prius, a* Pelaſgis *denominata ex* Gyrtone Theſſaliæ. 24. *Theopompus vocat* Gortynæam. 25. Pelaſgi *quomodo defecerint*. 26. *dicti* Pelargi. 27. Pelaſgi *quare pro ruſticis*.

1 P*elaſgos* Oenotris præponimus contra Dionyſii ordinem. Hic enim diligentiſſimus licet & perſpicaciſſimus alias, humanitus aliquid nobis paſſus videtur, primum in eo, quod Aborigines putaverit eſſe Oenotros, deinde, ut vara vibiam ſequitur, quod Oenotros contra communem ſententiam ante *Pelaſgos* adventaſſe crediderit. Prius ſequenti, poſterius hoc capite oſtendere conabimur. Romani itaque *Pelaſgos* primos fuiſſe, qui poſt Aborigines e Græcia in Italiam venerint, firmiter crediderunt. Unde Plinius conſtanter Oenotris præponit lib. III. cap. 5. *Latium antiquum a Tiberi Circejos ſervatum eſt mille paſſuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis ſæpe mutatis tenuere alii aliis temporibus. Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli.* & paullo poſt: *A Silaro regio tertia & ager Lucanus Brutiuſque incipit: nec ibi rara incolarum mutatione. Tenuerunt eam Pelaſgi, Oenotri, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ maxime populi, noviſſime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio.* Cui Concinit Scymnus Chius in Periegeſi: [g] (g v. 221.)

Μετὰ τὴν Λιγυστικὴν Πελασγοί δ᾽ εἰσὶν, οἱ
Πρότερον κατοικίσαντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος.

Poſt Liguſticam Pelaſgi ſunt, qui
Primi coloni e Græcia profecti.

² Nihilominus Dionyſius, ut commento ſuo de Oenotris Aboriginibus velificaretur *Pelaſgos* diu poſt Oenotros adventaſſe contendit. ³ Videndum itaque an temporis ratio admittere hanc ſententiam poſſit. Affirmat Dionyſius Oenotrum ſeptemdecim ætatibus ſive generationibus Trojæ excidio fuiſſe ſuperiorem, quinque Phoroneo inferiorem: ſic ut Phoroneus, ſecundus Argivorum rex, Inachi filius, una & viginti generationibus eumdem caſum antecesſerit. A Phoroneo ſecundam generationem fuiſſe Nioben, tertiam Pelaſgum, quartam Lycaonem, quintam Oenotrum, Arcadum
[a l. 1. p. 9.] in Italiam deductorem. Hæc [a] ubi Oenotrorum evolvit antiquitates: quæ ne quis putet infideliter excerpta, en ipſius verba: Εἰ δ' ἐστὶν ὁ τούτων λόγος ὑγιής, οὐκ ἂν ἑτέρου τινὸς εἴησαν ἄποικοι γένους, ἢ τοῦ καλουμένου νῦν Ἀρκαδικοῦ. Πρῶτοι γὰρ Ἑλλήνων οὗτοι περαιωθέντες τὸν Ἰόνιον κόλπον, ᾤκησαν Ἰταλίαν, ἄγοντος αὐτοὺς Οἰνώτρου τοῦ Λυκάονος. ἦν δὲ πέμπτος ἀπό τε Αἰζέου (Αἰζίου MS. hic & paullo post) καὶ Φορωνέως, τῶν πρώτων ἐν Πελοποννήσῳ δυναστευσάντων. Φορωνέως μὲν γὰρ Νιόβη γίνεται. ταύτης δὲ υἱὸς καὶ Διός, ὡς λέγεται, Πελασγός. Αἰζέου δὲ υἱὸς Λυκάων· τούτου δὲ Δηϊάνειρα θυγάτηρ· ἐκ δὲ Δηϊανείρας καὶ Πελασγοῦ Λυκάων ἕτερος. τούτου δὲ Οἴνωτρος, ἑπτακαίδεκα γενεαῖς πρότερον τῶν ἐπὶ Τροίαν στρατευσάντων. Ὁ μὲν δὴ χρόνος ἐν ᾧ τὴν ἀποικίαν ἔστειλαν Ἕλληνες εἰς Ἰταλίαν, οὗτος ἦν. *Quod ſi iſtorum* (Catonis & Sempronii, Aborigines genus Græcos dicentium) *ſermo eſt ſanus, non poſſunt coloni eſſe ullius alterius generis quam Arcadici. Nam hi primi Græcorum duce Oenotro Lycaonis filio, Ionico ſinu trajecto, Italiam habitarunt. Hic autem quintus erat ab Æzio & Phoroneo, qui primi in Peloponneſo regnarunt. Ex Phoroneo enim Niobe, ex hac & Jove, ut fertur, Pelaſgus natus. Æzii vero filius Lycaon: hujus filia Deianira: ex Deianira & Pelaſgo Lycaon alter genitus: ex hoc Oenotrus, ſeptemdecim generationibus* (ita hic vertendam vocem γενεαῖς capite ſequenti docebimus) *ante Trojanam expeditionem. Hoc igi-*
[b l. 1. p. 14.] *tur eſt tempus, quo colonia a Græcis in Italiam miſſa fuit.* [b] Poſtea ait *Pelaſgos*, a rege *Pelaſgo*, Jovis & Niobes, Phoroneo natæ, filio nomen ſortitos, ἕκτῃ δὲ ὕστερον γενεᾷ, *ſexta generatione poſt Pelaſgum* (ergo tertia poſt Oenotrum) relicta Peloponneſo petiiſſe Theſſaliam, Hæmoniam tunc appellatam: coloniæ duces fuiſſe Achæum, Phthium & Pelaſgum: πέντε δὲ μείναντες αὐτόθι γενεάς, *illic habitantes per quinque generationes* (quare ad octavam uſque poſt Oenotrum) ſummopere floruiſſe: tandem περὶ τὴν ἕκτην γενεάν, *circa ſextam generationem* (nonam poſt Oenotrum) a Curetibus Lelegibusque, qui Ætoli poſtea & Locri ſint appellati, ductu auſpiciisque Deucalionis τοῦ Προμηθέως inde expulſos. Quæ ſatis conveniunt cum Pelaſgorum regum ſerie,
[c l. 1. p. 22.] quam [c] idem ex Hellanico adducit, in qua a *Pelaſgo* uſque ad *Nanam*, qui a Græcis pulſus eſt, numerantur generationes quinque: *Pelaſgus*, *Phraſtor*, *Amyntor*, *Teutamides*, *Nanas*. Contigit igitur expulſio hæc nona generatione poſt Oenotrum, quæ eadem octava eſt ante Trojæ haloſin retro numeratione facta. Ab Oenotro enim ad Trojam captam, vel Trojanam, ut loquitur, expeditionem, juxta Dionyſium generationes fuere ſeptemdecim, ſic ut Oenotrus unam ipſe ex illis conſtituerit.

Jam dividamus hoc intervallum ſeptemdecim generationum in duas partes, quarum prior ab Oenotro uſque ad ejectos e Theſſalia Pelaſgos per Deucalionem, vel ad Deucalioneum diluvium, novem generationes capiat, poſterior ab hoc termino ad Trojæ expugnationem generationes octo. Hactenus nihil in Dionyſii calculis erratum videtur, ſcilicet quoniam error ſub involucris generationum tegitur. ⁴ Detrahamus igitur hanc veſtem & vice generationum ſubjiciamus annos e Chronologia iſtorum temporum petitos, ut ἀνισορησία appareat. In poſteriore parte, in qua diximus octo eſſe generationes, a diluvio Deucalioneo uſque ad Trojæ excidium anni ſunt juxta Euſebium trecenti quatuor & quadraginta: in priore, in qua novem poſuimus, ab Oenotro uſque ad dictum diluvium tantum deprehenduntur circiter anni centum unus & quinquaginta. Sic ut in poſteriore γενεὰ contineat annos quadraginta reſiduis adhuc quatuor & viginti: in priore tantum ſeptemdecim. Sed unde collegiſti, interrumpet quis, centum iſtos cum uno & quinquaginta annos prioris intercapedinis? Ex Euſebio pariter: additis ſcilicet ad novem γενεάς, quibus illa definitur, tribus aliis, ut ſic Niobes tempora attingerem, cujus frater Apis apud Argivos ducentis undecim annis ante Deucalionis diluvium regnare exorſus eſt. In ducentis enim & undecim duode-

cies

cies reperiuntur ſeptemdecim cum reſiduis ſeptem: novies ſeptemdecim reddunt unum quinquaginta ſuper centum. Ex hac ſumma annorum γενεᾶς in utraque hujus intervalli parte conſtituentium diverſitate, inprimis vero brevitate γενεῶν primæ intercapedinis, ſeptemdecim videlicet annorum, quæ novies repetita contra naturam videtur: tum etiam conſummatione annorum, utriuſque intercapedinis quadringentorum ſcilicet quinque & nonaginta, (unde ſequeretur, ut ſequente capite adſtruemus, Oenotrum diu ante Auſonas, quod ipſe Dionyſius negat, in Italiam veniſſe) patet Dionyſium, ut Oenotros faceret Aborigines, Pelaſgum Lycaonis patrem, Oenotri avum, confudiſſe perperam cum Pelaſgo Niobes filio, & ſic feciſſe antiquiorem, quam temporis ratio patitur: quod erat demonſtrandum.

[5] Nec eſt quod aliquis contra hæc pro Dionyſio adducat Euſebium regni Argivorum exordium feciſſe recentius quam oportuit, aut ab iis Chronologis factum, quos Dionyſius ſequutus eſt, & propterea minus recte ad Euſebii Canones Dionyſii ſeptemdecim generationes exigi: quoniam vel hoc dato remanet non modo difficultas de Auſonibus ante mota, verum & augetur. Sed minime hoc dari poteſt. Euſebius enim initium Inachi ad annum poſuit ante primam Olympiadem 1079. qui Periodi Julianæ 2857. ex Caſtoris Rhodii, nobilis Chronographi & Dionyſii æqualis ſententia: hanc vero fuiſſe communem ex Varronis verbis apud Gellium lib. 1. cap. 16. colligere licet: *Ad Romuli initium plus mille & centum annorum eſt*, temporis ſcilicet cogniti. Ab Inachi enim exordio uſque ad Palilia Varroniana, juxta Caſtorem, anni ſunt 1102.

[6] Sed alterum quod idem Dionyſius affirmat *Pelaſgos* Theſſalia a Deucalione pulſos pro certo tenendum eſt. Ex his autem alios [a] ait occupaſſe Cretam, alios Cycladum inſulas petiiſſe, alios Heſtiotidem, Olympo & Oſſæ ſubjectam regionem, alios Bœotiam, alios Phocidem & Eubœam, alios Aſiam & maritima circa Helleſpontum loca, præcipue Lesbon: longe vero maximam partem ad Dodonæos conſanguineos commigraſſe. Hos vero cum aliquantiſper apud illos eſſent commorati & viderent præ multitudine ſe ibi amplius ali non poſſe adhibito Oraculo reſponſum tuliſſe, ut Italiam peterent. Sic conſcenſis navibus mare Hadriaticum transgreſſos, ad Spinetium, unum e Padi oſtiis, appuliſſe, ibique Spinam oppidum condidiſſe. Poſtea ſuperatis Apenninis Umbrorum terris incubuiſſe & cum ab his ſummoverentur, contuliſſe ſe in Aboriginum regionem, atque apud Cutiliam caſtra poſuiſſe. Ibi repente ex hoſtibus Aboriginum ſocios factos propter duas cauſſas, quas paullo poſt referemus. De tempore enim prius anquirendum eſt. a l. 1. p. 14.

[7] Turbat autem hic aliquid Cluverius, dum expreſſe [b] negat tempus, quo *Pelaſgi* primum in Italiam advenerint, aut a Dionyſio aut a quoquam alio ſcriptore notatum. b l. 4. It. Ant. p. 1330.
[8] Fateor annum adventus *Pelaſgorum* non adnotaſſe Dionyſium, ſed utique tempus notavit, quando ait eum contigiſſe Deucalionis temporibus, quæ nulli non dicta fuere, propter famigeratiſſimum illud diluvium, quod ab eo habet nomen, & decem annis contigit ſerius, quam regnare in Lycoria exorſus, juxta Pontacenam Euſebii editionem, vel quatuordecim, ſecundum Scaligerianam; ſcilicet triceſimo primo Cecropis; & per conſequens trecenteſimo, quarto & quadrageſimo, juxta eumdem, ante Trojæ captæ Epocham.

[9] Immo Diodorus Pelaſgorum tranſitum in ipſum Deucalionei diluvii tempus [c] perſpicue conjicit lib. XIV his verbis: Καθ' ὃν δὲ καιρὸν μάλιστα Ῥήγιον ἐπολιόρκει Διονύσιος, οἱ κατοικοῦντες τὰ πέραν τῶν Ἄλπεων Κελτοὶ, τὰ στενὰ διελθόντες μεγάλαις δυνάμεσι κατελάβοντο τὴν μεταξὺ χώραν τοῦ τε Ἀπεννίνου καὶ τῶν Ἄλπεων ὀρῶν, ἐκβάλλοντες τοὺς κατοικοῦντας Τυρρηνούς. Τούτους δ' ἔνιοί φασιν ἀπὸ τῶν ἐν Τυρρηνίᾳ δώδεκα πόλεων ἀποικισθῆναι. Τινὲς δέ φασι Πελασγοὺς, πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἐκ Θετταλίας φυγόντας τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος γινόμενον κατακλυσμὸν, ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ κατοικῆσαι. *Quo tempore vero Dionyſius Rhegium arctiſſima obſidione premebat, Galli, qui tranſalpinas regiones inhabitabant, validis clauſtra illa copiis tranſgreſſi, terras inter Apennini & Alpium juga occupant, Tyrrhenis, qui illic habitabant, ejectis. Hos nonnulli e duodecim Tyrrheniæ oppidis eo deductas tradunt. Alii Pelaſgos eos faciunt, qui ante belli Trojani tempora Deucalionis e Theſſalia diluvium fugientes ibi locorum conſederint.* Si enim fugerunt hoc diluvium, ergo fuga hæc illius tempore facta eſt. Unde c p. 453.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

patet *Pelaſgos* revera ante Oenetros, qui demum poſt illud profecti ſunt, ut deinceps oſtendemus, in Italiam veniſſe.

Nec ex Euſebio tantum conſtat de Deucalionis tempore, ſed ex Marmore item Pario, in Britannia primum publicato, cum hac tantum exigua differentia, quod Marmor Deucalionis regni exordium anno tribuit Cecropis nono, Euſebius (Scaligeri) ſexto decimo. [10] Nec ignota fuere ipſi Cluverio Deucalionis tempora, cum [a] alibi ex veteris cujuſdam auctoris Chronographio, in quo aliquot temporum intervalla a Deucalionis diluvio ad Olympiadum initium apud Clementem notata ſunt, colligat diluvium hoc annis trecentis viginti Trojæ expugnatione eſſe anterius.

a l.3. It. Ant. p. 815.

[11] Scilicet Cluverium in falſam hanc ſententiam Sigiſmundi Gelenii verſio traxit, in qua verba, quibus moram, quam apud Dodonæos traxere *Pelaſgi*, deſcribit, [b] χρόνον μέν τινα σύμμετρον αὐτόθι διέτριψαν. redduntur: *ibique manſerunt ſat longo tempore.* Inde enim credidit tempus profectionis *Pelaſgorum* ex Epiro a Dionyſio non ſignatum. [12] Sed vertere debuit Interpres: *ibique manſerunt tempus modicum.* Nam ut taceam verba Græca alium ſenſum non pati, cuivis judicatu facile eſt Deucalionis rationes haud tuliſſe, ut diu in tam propinquo iſti, quos patria multaverat, commorarentur: ſcilicet ne revertendi animum acciperent.

b l. 1. p. 15.

[13] Adſerto ſic adventus tempore addamus reliquam hiſtoriam. Poſtquam igitur anno 752 ante primam Olympiadem, qui Periodi Julianæ 3186, quo diluvium Deucalionis contigit, juxta Euſebii calculum, ſed in Trojæ Epocha ad Eratoſthenis Canones correctum, in Italiam appulſi eſſent primo ad Spinetium; refert Dionyſius inde ſuperatis Apenninis primum infeſtaſſe Umbros, ab his rejectos Aboriginum terras invaſiſſe, & repente apud Cutiliam ex hoſtibus eorum amicos factos, propter duas fere cauſſas: primo, quod in lacu, urbi huic adjacente, viderent inſulam natantem, cum ab Oraculo Dodonæo moniti eſſent ibi ſedes ponere, ubi inſulam natantem vidiſſent apud urbem Cotylen: deinde quod ipſi Aborigines, diuturno contra Siculos bello feſſi, novos hoſtes rebus ſuis haudquaquam conducere putarent. Ita receptos ab Aboriginibus in agri partem ea conditione, ut bellantibus contra Siculos adjutorium facerent, effeciſſe tandem, ut Siculi ſedibus ſuis exturbati Italiam relinquere coacti fuerint.

[14] Allegat Dionyſius ad comprobandam Oraculi, paullo ante memorati, fidem, quod *Lucius Mamius* auctor non obſcurus, in templo Jovis ſacro tripodi verſus hos antiquis literis inſcriptos ſe vidiſſe teſtatus ſit:

Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατορνίαν αἶαν
Ἠδ᾽ Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται·
Οἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ,
Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Ite quærentes Siculorum Saturniam terram
Atque Aboriginum Cotylen, ubi inſula natat:
Quibus permiſti decimas mittite Phœbo
Et capita Diti & patri mittite lumina.

c l. 1. Sat. c. 7.
d v. Ἀβοριγῖνες.

[c] Macrobius e Varrone hujus & coloniæ & Oraculi meminit: ſed in ultimo verſu pro Κρονίδῃ ibi legitur Ἅδῃ. Apud [d] Stephanum nulla ſcripturæ mutatio conſpicitur. Quis autem iſte Λεύκιος Μάμιος, ἀνὴρ οὐκ ἄσημος, cujus auctoritate Dionyſius Oraculum hoc profert? Apud Romanos, quantum obſervavi, nulla gens ſenatoria hoc nomine fuit. Unde jam dudum viris doctis pro corrupto locus iſte haberi cœpit. [15] Suſpicor a Dionyſio ſcriptum Λεύκιος Μαμίλιος, [16] ut intelligatur is, qui Plinio *diligentiſſimus togatorum, Senator maximis nobilis doctrinis, doctore nullo.* Etſi enim hic in vulgatis [e] Plinii codicibus *Manilius* audit, in ſcriptis, [f] Salmaſio teſte, *Mamilius* vocatur. Quo in loco etiam de ætate ejus patet e Conſulibus, quibus ſcripſiſſe eum dicit *P. Licinio, Cn. Cornelio*; qui Conſulatum geſſere a. 657. In *Mamilia* autem gente quæ Romæ valde antiqua, quippe originem ſuam a *Mamilia* Telegoni filia arceſſens, *Lucii* prænomen haud inſolens fuit. [17] Certe T. *Manilium*, cujus teſtimonio Cicero utitur in oratione pro Q. [g] Roſcio, etſi pro docto hoc Senatore, cujus Plinius meminit, habeatur a viro [h] docto, ab eo eſſe diverſum vel inde patet, quod licet a Cicerone laudetur, ab eruditione tamen non commendetur: hic enim locus, quoties ſuppetit, a Cicerone relinqui non ſolet.

e l. 10. c. 2.
f Plin. Exerc. p. 549.
g c. 14.
h Ger. Voſſio de H. L.

[18] Quando autem *Pelaſgi* primum Apenninos tranſierint atque in agri partem ab Aborigini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ginibus recepti ſint non tradit Dionyſius: nec mirum, cum exacta temporis memoria apud ἀναλφαβήτους conſervari non potuerit. Veriſimile tamen fœdus iſtud cum Aboriginibus aliquot annis adventu illorum eſſe poſterius, uti ex bello, quod inter Aborigines & Siculos geſtum, colligere eſt. Nam cum Aborigines diu illud ſuſtinuiſſent propriis viribus, tandem acceſſione *Pelaſgorum* haud difficulter profligavere. Sic ut tandem Siculi anno octogeſimo ante Trojæ expugnationem, uti ante oſtenſum, Italiam relinquere coacti fuerint. [19] Poſt hanc Siculorum fugam non admodum longo tempore, δευτέρα ſcilicet γενεᾷ πρὸ τῶν Τρωικῶν, *altera ante Trojanum bellum ætate*, [a] Dionyſio teſte, res Pelaſgorum deficere cœperunt, [20] ſic ut nihilominus pars quædam nomen *Pelaſgicum* utcumque adhuc tueretur, cui tandem nihil præter *Crotonam*, oppidum Etruriæ vetuſtiſſimum, reliqui manſit.

a l. 1. p. 20.

[21] Herodotus [b] in hac urbe, quam Κρηστῶνα vocat ὑπὲρ Τυρσηνῶν, adhuc ſuo tempore veterum *Pelaſgorum* linguam obtinuiſſe auctor eſt, convenientem cum Placianorum ſermone, *Pelaſgici* pariter generis in Helleſponto habitantium, a vicinorum vero Tyrrhenorum idiomate plane diverſam. [22] Etſi autem hæc urbs ante *Pelaſgorum* in Italiam adventum jam exſtiterit, ereptam enim Umbris per *Pelaſgos* prodit Dionyſius [c], nomen tamen *Crotonæ* a *Pelaſgis* tuliſſe videtur. Nam in Theſſalia, unde illi a Deucalione pulſi erant, antiquiſſima fuit urbs, nomine Γύρτων vel Γυρτώνη, in cujus memoriam patriæ urbis appellationem repetiiſſe videntur. Γ enim & Κ frequenter permutantur, uti etiam Υ & Ο; & caninæ tranſpoſitio omnibus ferme linguis familiaris eſt. [23] Theopompus urbem hanc Γορτυναίαν dixit auctore [d] Tzetze: Θεόπομπός φησιν, ὅτι παραγενόμενος ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ τὰ περὶ τὴν Πηνελόπην ἐγνωκὼς ἀπῆρεν εἰς Τυρσηνίαν καὶ ᾤκισεν εἰς Γορτυναίαν, ἔνθε καὶ τελευτᾷ. *Theopompus auctor eſt Ulyſſem, poſtquam reverſus eſſet & Penelopes vitam cognoviſſet, profectum fuiſſe in Tyrrheniam & habitaſſe Gortynææ ibique defunctum.*

b l. 1. c. 57. Dionyſ. l. 1. p. 23.

c l. 1. p. 18.

d in Lycophr. v. 806.

[24] Dicuntur autem *Pelaſgi* partim mortalitate exſtincti partim Oraculo compulſi Italiam rurſus relinquere. [25] Fuerunt autem plus quam ullæ aliæ gentes ad migrationes præcipites, unde Strabo [e] ab Atticis πελαργοὺς ait appellatos, quod *ciconiarum* more hinc inde vagarentur. Terræ autem eorum in Italia a vicinis Tyrrhenis occupatæ ſunt. Qui vero remanſerunt, ſerviles operas in colendo agro aliis præſtitiſſe Stephanus docet v. Χίος. Οὗτοι δὲ πρῶτοι ἐχρήσαντο θεράπουσιν, ὡς Λακεδαιμόνιοι τοῖς Εἵλωσι, καὶ Ἀργεῖοι τοῖς Γυμνησίοις, καὶ Σικυώνιοι τοῖς Κορυνηφόροις, καὶ Ἰταλιῶται τοῖς Πελασγοῖς, καὶ Κρῆτες Δμωΐταις. *Hi vero primi uſi ſunt famulis, ut Lacedæmonii Helotis & Argivi Gymneſiis & Sicyonii Corynephoris & Italiotæ Pelaſgis & Cretes Dmoïtis* Hinc Cicero [f] alibi *Pelaſgos* pro ruſticis ponit, & Apollonio [g] Πελασγὶς ἀκθίνη dicitur.

e l. 5. p. 221.

f l. 2. de Fin. c. 4.

g l. 3. v. 1322.

CAPUT QUARTUM.

De OENOTRORUM temporibus & rebus, Peucetiis, Chonibus.

1. Oenotros *Dionyſius perperam facit* Aborigines. 2. *quare* 3. *a quibus deducti*, 4. *& quando. Cluverii error in definienda* γενεᾷ *apud Dionyſium annis xxvij notatus.* 5. Pelaſgi *duo: alter Niobes filius, Phoronei nepos; alter Arcas indigena, pater* Lycaonis, *qui Cecropis, avus* Nyctimi, *qui Deucalionis æquales.* 6. Γενεὰ *Dionyſio dupliciter ſumitur aut pro circuitu annorum xxx.* 7. *(apud alios auctores aliter, apud neminem pro xxvij)* 8. *aut pro generatione vel ſucceſſione per generationem* 9. *Poſteriore modo xvij* γενεαὶ *ab* Oenotro *ad bellum Trojanum apud hunc intelligendæ.* 10. *ut patet ex Alcmena, quæ ſexta decima a Niobe.* 11. *Sed Pauſanias* Pelaſgum Lycaonis *patrem* Oenotri *avum juxta antiquiſſimos auctores multo facit juniorem, a* Nyctimo Lycaonis *filio*, Oenotri *fratre ad* Agapenorem, *ſub quo Troja capta, numerans generationes veras ſeptem, ſucceſſiones novem.* 12. *cujus ſententia vera, non Dionyſii.* 13. *quoniam juxta Dionyſianam* Auſones *non adveniſſent ante* Oenotros, *ut ipſe alibi ponit*, 14. *tum quia tempora* Lycaonis, Nyctimi, Arcadis *reclamant antiquitati* Pelaſgo *a Dionyſio tributæ* 15. *denique quoniam Dionyſiana ſententia gravi laborat* ἀνιστορησίᾳ. 16. *Verum tempus adventus* Oenotrorum *oſtenditur.* 17. *Occuparunt regionem inter* Lametinum *&* Scyletinum *ſinus, quæ* Oenotria, *mox extenſis* Tarentum *&* Pæſtum *uſque terminis ab* Italo *rege* Italia. 18. *Sub* Morgete *diviſi in* Siculos, Morgetes, Italos. 19. *ex Antiocho probatur non eſſe* Aborigines 20. *termini* 21. *non ſemper ſtati.* 22. Murgantia *in Samnio &* Morgantium *in Sicilia a* Morgetibus *conditum.* 23. Peucetius *conditor* Peucetiorum. 24. *de* Daunio *&* Iapyge *memoria incerta.* 25. Chones *vel* Chaones Oenotrorum *coloni.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

[1] Sequuntur *Oenotri*, ſive Arcades, qui ſub *Oenotri*, *Iapygis*, *Daunii* & *Peucetii*, Lycaonis filiorum, ductu ultimum Italiæ angulum occuparunt, ſeptemdecim ætatibus prius quam ad Trojam bellatum eſt, juxta Dionyſium, [a] qui Aborigines horum ſubolem credidit, uti jam ante diximus: primo quoniam juxta Catonem atque Sempronium hæc gens Græcanica fuerit; Oenotri autem primi e Græcis, ut putavit perperam, qui Italiam colonia frequentaverint: tum quod Aborigines nomen traxiſſe videantur a montibus, in quibus principio habitaverint. [2] Sed jam oſtendimus ante *Oenotri* tempora Italiam Græcos colonos habuiſſe ex Hiſtoria Sacra, & argumentum ab etymologia minus vera petitum procedere non poteſt.

a l. 1. p. 9.

[3] Adducit autem [b] Dionyſius pro deductoribus hujus coloniæ duos fratres *Oenotrum* & *Peucetium*, Lycaonis filios. [c] Nicander *Oenotrum* tacens Auſonas ſcribit ab *Iapygis*, *Daunii* & *Peucetii*, Lycaonis filiorum, exercitu pulſos. Pauſanias [d] tantum deductionis *Oenotri* meminit. Apollodorus Lycaonem ex variis matrimoniis ſuſcepiſſe quinquaginta filios prodit, eoſque omnes annumerat: ſed in tanto populo e paullo ante nominatis ſolus exſtat *Peucetius*. [e] Tzetzes ex quinquaginta, quos largitur, duodecim tantum exprimit, qui reperiuntur apud Apollodorum. Dionyſius Lycaoni tribuit filios duos & viginti & ex his tantum nominat *Oenotrum* atque *Peucetium*.

b l. 1. p. 9. & 11.
c apud Anton. Lib. c. 31.
d l. 8. p. 458.
e ad Lycophr. v 481.

[4] Quando autem nobiliſſima hæc colonia deducta eſt? ἑπτακαίδεκα, inquit [f] Dionyſius, γενεαῖς πρότερον τῶν ἐπὶ Τροίαν στρατευσάντων. Hanc temporis intercapedinem [g] Philippus Cluverius CCCCLIX annis circumſcribit: quoniam Dionyſium ſingulis γενεαῖς tribuere ſeptem & viginti annos exiſtimat; ex eo, quod Romam γενεᾷ ſextadecima poſt Ilium captum tradat conditam [h] duobus locis, idemque [i] bis pariter Epocham hanc CCCCXXXII poſt Trojæ haloſin adſcribat. Sed non eſt ita. [5] Primo, quoniam intervallum ab *Oenotro* uſque ad Trojam captam plures annos continet, quam CCCCLIX, ſi Pelaſgus, uti Dionyſius ſentit, Niobes filius, Phoronei nepos fuerit: pauciores, ſi Pelaſgi filius Lycaon Cecropis, Lycaonis Nyctimus Deucalionis æquales fuerint, uti ab aliis proditur. Secundo, quoniam γενεὰ apud Dionyſium, quoties pro certo annorum circuitu ponitur triginta annos capit, non ſeptem & viginti. Utrumque porro videndum eſt. Ab *Oenotro* ad Trojam captam effluxiſſe plures quam CCCCLIX annos, ſi Pelaſgus pro Niobes filio, Phoronei, ſecundi regis Argivorum nepote habendus ſit, patet ex annis regum Argivorum & Micenarum apud Euſebium, qui ab Apis, qui Niobes frater, exordio ad Agamemnonis quintum decimum annum, quo Troja expugnata eſt, numerat annos DLXV. Pauciores vero annos complectitur idem hoc intervallum, ſi Pelaſgum Lycaonis patrem non ex Niobe Phoronei genitum cum Heſiodo [k], Pherecyde & Acuſilao, quos Dionyſius ſecutus eſt, ſtatuamus; ſed cum Aſio [l], Æſchylo [m] faciamus indigenam diu poſt Niobes tempora natum, cujus filius Lycaon Cecropis, nepos Nyctimus Deucalionis σύγχρονοι fuerint. A Cecrope enim uſque ad Trojæ excidium Euſebius numerat annos duntaxat CCCLXXVI. Ex quibus perſpicitur Cluverii collectioni de annis CCCCLIX Chronologiæ rationes penitus adverſari.

f l. 1. p. 9.
g l. 4. It. Ant. c. 16. p. 1325.
h l. 1. p. 36. l. 2. p. 77.
i l. 1. p. 57. l. 2. p. 78.
k apud Apollod. l. 3. Bibl. p. 201.
l apud Pauſan. l. 8. p. 456.
m Suppl. v. 258.

[6] Sed regerit Cluverius, nihilominus Dionyſium pro unaquaque γενεᾷ computare annos ſeptem & viginti in duobus locis. De hoc igitur porro videndum. Et primo quidem largior in annis CCCCXXXII ſexies decies contineri ſeptem & viginti, ſed inde ſequi γενεὰν apud Dionyſium annis ſeptem & viginti definiri pernego. Si enim hoc inde ſequeretur, Dionyſius ſibi ipſe contradiceret triginta annorum circuitu *ætatem* alibi circumſcribenti. Ut [n] quando Pythagoram τέσσαρσι γενεαῖς ὅλαις Numa poſteriorem docet, ſubjungendo mox, Numam regnum apud Romanos auſpicatum ἐπὶ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος μεσούσης, Pythagoram in Italia docere cœpiſſe μετὰ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *A tertio* enim *anno incipiente Olympiadis ſextæ decimæ* ad *quartum quinquageſimæ* completum anni deprehendentur CXXXVIII, qui diviſi per triginta dant *ætates* quatuor, triginta annorum ſingulas, ſuperfluis annis octodecim. Quod ſi Dionyſius ſeptem & viginti annis ætatem definiviſſet, utique non τέσσαρσι γενεαῖς ὅλαις ſed πέντε dixiſſet: cum in CXXXVIII quinquies reperiantur ſeptem & viginti, reſiduis adhuc tribus. Similiter agens de dynaſtia Aboriginum, δευτέρᾳ δ' ὕστερον, [o] inquit, γενεᾷ μετὰ τὴν Ἡρακλέους ἄπαρσιν, ἔτει δὲ πέμπτῳ καὶ πεντηκοστῷ, μάλιστα

n l. 2. p. 120.
o l. 1. p. 35.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

λιστα, ὡς αὐτοὶ Ῥωμαῖοι λέγουσι βασιλεὺς μὲν Ἀβοριγίνων ἦν Λατῖνος ὁ Φαύνου, γόνος δὲ Ἡρακλέους, πέμπτον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἔχων τὴν ἀρχήν. *Sed poſt Herculis diſceſſum ætate ſecunda, circiter quinquageſimum & quintum annum, ut ipſi Romani tradunt, rex Aboriginum erat Latinus Fauni filius ac Herculis ſemen, qui regnum jam quintum & triceſimum annum obtinebat.* Si enim γενεὰ apud Dionyſium ſeptem & viginti annos complectitur, quæ ſententia fuit Cluverii, labente anno quinto & quinquageſimo non δευτέρα γενεᾷ dicere debuit, ſed τρίτῃ.

7 Deinde multum dubito an ab ullo Græcorum vox γενεὰ pro intervallo ſeptem & viginti annorum unquam accepta fuerit. Apud [a] Heſychium: Τὴν δὲ γενεὰν ὑφίστανται ἐτῶν οἱ μὲν, κ΄. οἱ δὲ, κε΄. οἱ δὲ λ΄. *Γενεὰν alii ſupponunt viginti, alii viginti quinque, alii triginta annorum.* Suidas medicos ait γενεὰν terminare annis *ſeptem*, alios *triginta*. Similiter [b] Cenſorinus: *γενεᾶς tempus alii aliter definierunt: Heraclitus annos quinque & viginti ſcribit dici γενεάν· Zenon triginta.* Septem & viginti qui definiat fruſtra quæras.

[a] v. Γενεά.
[b] de D. N. c. 17.

8 Ex quibus omnibus abunde conſtare reor Dionyſium, quoties hac voce pro certo annorum circuitu utitur, pro triginta annis ponere. Verum non ſemper hoc facit, ſed aliquando etiam pro generatione vel ſucceſſione per generationem adhibet. Et quin ita uſurpet, quando Romam conditam ait, γενεαῖς ἑκκαίδεκα μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν. &, γενεᾷ ἑκκαιδεκάτῃ μετὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, nullum dubium exiſtimo. Numitor enim Silvius ſextus decimus numeratur ab Ænea in Latinorum dynaſtia, cujus temporibus Roma juxta Romanos a Romulo, qui ſeptimus decimus ab Ænea, ἕβδομος καὶ δέκατος ἀπ' Αἰνείου γεγονὼς juxta ipſum [c] Dionyſium, condita eſt. Similiter in libri [d] primi procœmio ait Medorum imperium haud diu ſtetiſſe, ſed ἐπὶ τετάρτης γενεᾶς diſſolutum, Herodotum ſequutus, centum quinquaginta annis Medorum imperium circumſcribentem, & reges duntaxat quatuor in eo commemorantem.

[c] l. 1. p. 36.
[d] p. 2.

9 Denique ex his effici penitus exiſtimo Dionyſium per ſeptemdecim γενεάς, quas ab *Oenotri* in Italiam tranſitu ad Trojæ numerat expugnationem, non CCCCIIX annos, ut Cluverius putavit, immo ne quingentos quidem decem, ut putare debuit, ſed totidem generationes intellexiſſe. Si ſupereſſet Antiochus Syracuſanus, qui de forma reipublicæ & *Oenotrorum* regibus, [e] Dionyſio teſte, commentatus eſt, demonſtratu forte facilior eſſet hæc propoſitio. 10 Confirmari tamen inde exiſtimo, quod Alcmene Herculis mater ſextadecima dicitur a Niobe Phoronei apud Diodorum lib. IV. [f] his verbis: Ζεὺς γὰρ πρώτῃ μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῇ Φορονέως, ἐσχάτῃ δὲ Ἀλκμήνῃ. Ταύτην δὲ ἀπὸ Νιόβης ἑκκαιδεκάτην οἱ μυθογράφοι γενεαλογοῦσιν. *Nam prima fæminarum in terra, quas Jupiter compreßit, Niobe fuit, Phoronei filia. Poſtrema vero Alcmena: quam decimam ſextam a Niobe ſubolem fabularum ſcriptores faciunt.* Idque verum eſſe ſtemma Inachidarum a mythographis hactenus conſervatum palam facit. Fuit ergo Hercules Alcmenæ filius a Niobe ſeptimus decimus, Tlepolemus Herculis octavus decimus, vel ſi Nioben pariter putemus, nonus decimus Patet igitur hac ratione quomodo Troja, juxta Dionyſium, ſeptima decima generatione poſt *Oenotrum* capi potuerit.

[e] l. 1. p. 10.
[f] p. 155.

11 Sed [g] Pauſanias, cui *Pelaſgus*, uti diximus, multo junior eſt, a Nyctimo *Oenotri* fratre, Arcadum rege, ad Agapenorem, ſub quo Arcades ad Trojam profecti ſunt, numerat tantum generationes veras ſeptem, ſucceſſiones novem. *Nyctimo* enim ſucceſſit ſororis Calliſtonis filius *Arcas*; Arcadi filius *Azan*; Azani filius *Clitor*; huic patruelis *Æpytus* filius Elati, qui Azanis frater; Æpyto alius patruelis *Aleus*, Apidantis filius; Aleo filius *Lycurgus*; Lycurgo Aëropi filius, Cephei, qui Lycurgi frater, nepos *Echemus*; Echemo Ancæi filius, Lycurgi nepos *Agapenor*. 12 Et hanc ſicut antiquiſſimam ita & veriſſimam ſuper Pelaſgi ætate eſſe ſententiam, licet Dionyſius propter rationes ante allatas eam ſequutus non fuerit, vel ex ipſo Dionyſio patet. 13 Si enim *Pelaſgus*, Lycaonis pater, Niobes filius fuit, ut ille voluit, ſequeretur *Oenotros* ante Auſonas in Italiam veniſſe; quod plane vel ſecundum ipſum ἀνιστόρητον eſt. Quippe qui ex eo quod tempore adventus *Oenotrorum* ſinus, qui occidentale Italiæ alluit latus, Auſonius fuerit dictus [h] colligit Auſonas jam ante eumdem ſinum accoluiſſe. Hoc autem ex illa a Dionyſio poſita Pelaſgi antiquitate ſequi ex eo patet, quod Atlantem, quem patrem Auſonis ante oſtendimus, nemo veterum amplius quam nonaginta

[g] l. 8. p. 458. & ſeq.
[h] l. 1. p. 9.

annis Cecrope fecerit antiquiorem. Cum enim Cecrops Trojæ caſum annis CCCLXXIV juxta Euſebium præceſſerit, Atlas Cecropem XC, Atlantem eumdem caſum annis CCCCLXIV anteiiſſe conſequitur. Cum vero a Niobe, quæ pro Pelaſgi matre a Dionyſio ponitur, vel, quod tantumdem eſt, Niobes fratre Api ad eumdem terminum effluxerint anni DLXV, ut jam diximus, efficeretur *Oenotrum* Lycaonis filium, Pelaſgi nepotem, Niobes pronepotem ante Auſonem Atlantis filium in Italiam profectum.

[14] Sed & ipſa ſeries regum Arcadiæ, quæ apud Pauſaniam exſtat, in qua Pelaſgus pri-
a l.8. p.456. mus, hanc antiquitatem plane reſpuit: & [a] Pauſanias eadem ætate Cecropem Athenis &
b l.3. p.203. Lycaonem *Pelaſgi* filium in Arcadia regnaſſe exiſtimat: Apollodorus [b] ſub Nyctimo, qui Lycaonis filius, Deucalionis diluvium contigiſſe adſeverat. Euſebius Arcadis initium qui a *Pelaſgo* quartus, natus e Calliſtone Nyctimi ſorore, quinto & quadrageſimo poſt Deucalionis diluvium anno adſignat in Pontaci Editione. Quæ omnia pulcherrime veram *Pelaſgi* ætatem ab Heſiodo, Aſio, Æſchylo antiquiſſimis auctoribus traditam confirmant.

[15] Denique luce meridiana clarius patet *Pelaſgum*, Lycaonis patrem, *Oenotri* avum non fuiſſe Niobes filium ex ἀνιστορησίᾳ manifeſtiſſima, quam occaſione imaginariæ hujus antiquitatis in Pelaſgorum temporibus per incogitantiam ipſe commiſit Dionyſius, uti ſupra oſtendimus.

[16] Profecti ergo in Italiam *Arcades* ſub *Oenotro*, temporibus Nyctimi Arcadiæ regis, intervallo, quod a diluvio Deucalionis uſque ad ultimum Nyctimi annum elapſum eſt, quodque quinque & quadraginta continere annos ex Euſebio diximus. Nyctimi
c l.3. p.202. enim exordio diluvium Deucalionis plane conjungit Apollodorus [c] his verbis: Νυκτίμου δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐγένετο. *Nyctimus ut regnum adeptus eſt Deucalionis diluvium contigit.* Nyctimi frater
d l.8. p.158. *Oenotrus*, juxta Pauſaniam natu minimus; cujus de hac expeditione hæc ſunt [d] verba: Οἴνωτρος δὲ ὁ τῶν παίδων νεώτατος Λυκάονι τῶν ἀρσένων, Νύκτιμον τὸν ἀδελφὸν χρήματα καὶ ἄνδρας αἰτήσας, ἐπεραιώθη ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν, καὶ ἡ Οἰνωτρία χώρα τὸ ὄνομα ἔσχεν ἀπὸ Οἰνώτρου βασιλεύοντος. *At natu minimus filiorum Lycaonis Oenotrus pecunia & viris a fratre Nyctimo acceptis, claſſe in Italiam transmiſit: a quo fuit ea, in qua conſedit, terra de regis nomine Oenotria vocitata.* Ad ſequentia Pauſaniæ verba: Οὗτος ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐς ἀποικίαν στόλος πρῶτος ἐστάλη· ἀναριθμουμένῳ δὲ ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐδὲ ἐκ τῶν βαρβάρων οὐδένες πρότερον ἢ Οἴνωτρος ἀφίκοντο ἐς τὴν ἀλλοδαπήν. *Atque hæc prima a Græcis colonia deducta. Sed neque barbaræ gentes ante Oenotrum (ut acuratiſſime* omnis antiquitatis memoria *revolvatur) ad externas gentes commigraſſe reperiuntur.* ad hæc, inquam, verba omnino reſpondeo, quod Ægyptius ſacer-
e apud Platon. in Timæo p. 22. dos quondam [e] Soloni, *Græci ſemper pueri ſunt, ſenex Græcorum nullus*; ubi ſcilicet de rebus valde antiquis quæſtio eſt. Nullum enim dubium, quin Italia ante *Oenotrum* & e Græcia, & aliunde colonos acceperit, uti jam ante oſtendimus.

Teneamus igitur iſto, quod dixi, intervallo, medio forte principatus Nyctimi tempore trecentis viginti duobus circiter annis ante Trojam expugnatam *Arcades* ſub *Oenotro* adventaſſe.

[17] Occupaverunt autem eum Magnæ Græciæ tractum, qui inter Lametinum & Scyletinum ſinus extenditur, *Oenotriæ* primum, mox extenſis ſub Italo rege Tarentum & Poſidoniam ſive Pæſtum uſque terminis, *Italiæ* nomine indigitatum. Antiochus Syracuſanus, quem circa 350 v. c. annum floruiſſe Gerardus Voſſius docet, in libro de an-
f l.1. p.10. tiquis Italiæ colonis, [f] Dionyſio teſte, ſcripſit: Τὴν γῆν ταύτην, ἥτις νῦν Ἰταλία καλεῖται, τὸ παλαιὸν εἶχον Οἴνωτροι. *Hanc regionem, quæ nunc Italia vocatur, olim tenue-*
g v. Βρέττος. *runt Oenotri.* Poſtea *Bruttium* regio hæc appellata, [g] Stephanus: Ἀντίοχος τὴν Ἰταλίαν φησὶ κληθῆναι Βρεττίαν, εἶτα Οἰνωτρίαν. *Antiochus Bruttium Italiam ait appellatum, deinde Oenotriam.* Dicere debuit *Oenotriam* deinde *Italiam*. *Bruttii* enim nomen vel Βρεττίας temporibus Antiochi nondum obtinebat, quippe introductum de-
h l.6. p.255. mum bello, quod a Dione contra Dionyſium geſtum eſt, [h] Strabone & [i] Diodoro te-
i l.16. p.518. ſtibus. In quo miror impegiſſe [k] Cluverium, cum idem [l] alibi Antiochum ducentis
k l.4. It. Ant. c. 15. p. 1282. prope annis Ariſtotele dicat ſuperiorem. Idem Antiochus [18] poſtquam de forma regiminis apud hos uſitato regnumque ad Italum tandem perveniſſe, poſt hunc ad Mor-
l l.1. It. Ant. c. 1. p. 10. getem, a quo Siculus quidam hoſpitio ſuſceptus, commemoraſſet, adjecit eodem teſte: οὕτω δὲ Σικελοὶ καὶ Μόργητες ἐγένοντο καὶ Ἰταλιῆτες, ἐόντες Οἴνωτροι.
m l.1. p.59. *Ita igitur Siculi & Morgetes & Itali fuerunt, qui erant Oenotri.* [19] & [m] paullo inferius de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

de Siculo: ἐπεὶ δὲ Ἰταλὸς κατεγήρα Μόργης ἐβασίλευσεν. ἐπὶ τούτου δὲ ἀνὴρ ἀφίκετο ἐκ Ῥώμης φυγάς, Σικελὸς ὄνομα αὐτῷ. *Poſtquam Italus conſenuit, Morges regnavit. Hoc autem regnante, vir quidam nomine Siculus, Roma profugus, ad eum venit.* Ex quibus antiquiſſimi hiſtorici verbis apparet *Oenotrorum* imperium haudquaquam Aboriginum regionem complexum: alioquin enim Siculus iſte Roma, ſive urbe, quæ poſtea ſic appellata, ad Morgetem non profugiſſet. [20] Immo ipſe Dionyſius *Italiæ* nomine Morgetis temporibus veniſſe tantum oram, quæ a Tarento Pæſtum uſque extenditur, ſcribit [a]: ἦν δὲ τότε Ἰταλία ἡ ἀπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας παράλιος. a Ibid.
Tunc autem Italia dicebatur tota illa ora maritima quæ a Tarento Poſidoniam uſque protenditur. Cum adhuc anguſtior fuiſſet ſub Italo [b]: ἐντὸς τῶν κόλπων τοῦ τε Λαμητίνου καὶ τοῦ Σκυλητίνου. *Inter ſinus Lametinum & Scyletinum.* ut idem ex eodem Antiocho allegat, & [c] Ariſtoteles, tacito licet ejus nomine, teſtis eſt. [21] Etſi hos terminos non ſemper ſtatos fuiſſe colligere poſſumus cum ex ipſa imperiorum natura [22] tum Murgantiæ, quam in Samnio [d] Livius ponit, ſitu. Hanc enim non minus quam Morgantium Siculum a Morgetibus conditum veriſimile eſt: immo non defuerunt, [e] Strabone teſte, antiquitus, qui hoc dixerint. *Peucetius* autem *Oenotri* frater cum parte colonorum ſuper Iapygium promontorium, [f] Dionyſio teſte, hæſit, iiſque ad fratris exemplum nomen a ſe indidit: *Peucetii* enim deinceps appellati. [24] De *Daunio* quoniam plerique tacent, non eſt quod addamus amplius ſupra dictis. *Iapygem* alii faciunt Dædali ex Cretica muliere filium eumque paullo poſt Minois necem cum Cretenſibus in Italiam veniſſe volunt: uti infra ſuo loco memorabimus.

b l. 1. p. 27.
c l. 7. Polit. c. 10.
d l. 10. c. 17.
e l. 7. p. 257.
f l. 1. p. 9.

[25] *Chones* ſive *Chaones* qui Metapontinum & Siriten agros incoluerunt *Oenotrorum* colonos fuiſſe [g] Antiochus & [h] Ariſtoteles teſtes ſunt.

g apud Strab. l. 6. p. 255.
h l. 7. Polit. c. 10.

CAPUT QUINTUM.

De JANO quando & unde advenerit, Sterce, Saturno.

1. *Poſt* Pelaſgos *&* Oenotros *advenit* Janus, 2. *qui perperam confunditur a nonnullis cum multo antiquioribus & recentioribus*: 3. *regnare in Italia cœpit* 150 *annis ante Æneam.* 4. Pici, Fauni, Latini, 5. Jani *anni.* 6. *Dionyſio in* Latini *annis cum Syncello convenit.* 7. Janus *filius* Creuſæ, *nepos* Erechtei, 8. *qui regnare cœpit anno* 215, *mortuus* 164 *ante Trojam captam.* 9. *Juxta Græcos* Creuſæ *filius* Ion, *quæ* Xutho *poſtea nupſit.* 10. Ion *non alius quam* Janus: *quoniam claſſe advenit,* 11. *ex* Perrhæbia, *quæ* Xuthi *patria.* 12. *tempora conveniunt*; 13. Ionis *hiſtoria incerta præbet ſuſpicionem.* 14. *quomodo tempora conveniunt.* 15. *inprimis adventus ex* Perrhæbia, 16. *& nomen* Ionis *vel* Iaonis *ſuadent.* 17. *Cum hac* Jani *ætate pugnare videtur* Saturni *convictus*, 18. *qui* Jano *ſesquiſeculo ſuperior.* 19. *Cum vero in* Saturni *& trium liberorum fabula lateat* Noachus *cum tribus filiis*, 20. *qui ſub Ili nomine a Phœnicibus cultus*, 21. *& Europæi Aſiaticorum deorum cultum ſub domeſticis vocabulis receperint*, 22. *non dubitandum, quin* Sterces *ſub* Saturni *nomine a* Jano *in divos relatus*, 23. *ut D. Auguſtinus docet*, 24. *produxerit opinionem de* Jani *&* Saturni *convictu.* 25. *In* Jani *nummo ratis cataclyſmum, effigies bifrons Noachum notat*, 26. *quare.* 27. *aureum Saturni ſeculum in Italia fabuloſum.* 28. Janum *male ad allegoriam refert Arnobius*, *quare.*

[1] Poſt Pelaſgos & Oenotros temporis ratio poſtulare videtur, ut *Jani* in Italiam adventus commemoretur. [2] Nunquam enim probare potui illorum rationes, qui inſuper habita omni temporis doctrina homines multis ſeculis diſtantes propter hanc aut illam ſimilitudinem in unum conflant atque ita in confuſionis atque incerti barathrum primas populorum antiquitates mittunt. Quid enim aliud faciunt, qui Noachum, Ogygem, Deucalionem, Oenotrum, *Janum*; qui *Janum*, Saturnum, Euandrum, Æneam, Romulum unum hominem faciunt? Deſtruunt potius quam probant tali auxilio, quæ adſtruenda ſuſcipiunt. [3] *Janus* enim in Italia regnare exorſus eſt annis circiter centum & quinquaginta ante Æneam, juxta Euſebium: cujus in [i] Pontaci editione hæc verba ſunt: *Ante Æneam Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in Italia regnaverunt circiter annis centum quinquaginta.* Æneas autem anno quarto ab excidio Trojæ regnare cœpit juxta [k] Dionyſium, ergo *Jani* exordium in annum incidit ſextum ferme & quadrageſimum ſuper centeſimum ante Ilii expugnationem juxta Euſebium. [4] [l] Syncellus Pico, Saturni filio, tribuit annos triginta ſeptem, Fauno Pici quatuor & quadraginta, Latino ſex & triginta. Qui collecti annos dant centum ſe-

i p. 69.
k l. 1. p. 51.
l p. 171. ed. reg.

ptemdecim. [5] Relinquuntur ergo *Jano* & Saturno anni tres & triginta ad explendos centum quinquaginta ab Euſebio memoratos. [6] In Latini ætate Dionyſio cum Syncello convenit: cum enim adventus Æneæ tempore [a] dicat fluxiſſe annum regni ejus quintum & triceſimum, Æneam vero ipſi ſucceſſiſſe anno poſt diſceſſum e Troja quarto, Latinum ſex & tringinta annos expleviſſe clare indicat. Unde nullum poteſt eſſe dubium, quin reliquorum anni apud Syncellum genuini ſint atque ex antiquioribus deprompti. [7] Certe *Jani* ætas ſic ſatis adſtruitur ab Auctore Originis Gentis Romanæ, quando, neſcio quos auctores ſequutus, Creuſæ eum filium, Erechtei Athenarum regis nepotem pronuntiat. [8] Erechteus enim ad regnum venit anno ducenteſimo quinto decimo ante Trojæ excidium, regnavit annos quinquaginta: mortuus ergo anno centeſimo quarto & ſexageſimo ante dictum terminum. Unde ad *Jani* initium, utcumque ab Euſebio ſignatum, tantum ſunt anni novemdecim. Verba Anonymi hujus adſcribo: *Ferunt Creuſam Erechtei regis Athenienſium filiam ſpecioſiſſimam, ſtupratam ab Apolline, enixam puerum, eumque Delphos olim educandum eſſe miſſum, ipſam vero a patre iſtarum rerum neſcio Xutho cuidam comiti collocatam. Ex qua cum ille pater non poſſet exſiſtere, Delphos eum petiiſſe ad conſulendum Oraculum, quomodo pater fieri poſſet. Tum illi Deum reſpondiſſe, ut quem poſtero die obvium habuiſſet, eum ſibi adoptaret: itaque ſupra dictum puerum, qui ex Apolline genitus erat obviam illi fuiſſe, eumque adoptatum. Cum adoleviſſet, non contentum patrio regno cum magna claſſe in Italiam deveniſſe, occupatoque monte urbem ibi condidiſſe eumque ſuo nomine Janiculum cognominaſſe.* [9] Erechteo fuiſſe filiam nomine Creuſam, quæ a mœcho anonymo, qui Apollo poſtea dictus, compreſſa *Ionem* peperit, poſtea Xutho, Hellenis filio, Deucalionis nepoti, vivente adhuc patre, nupſerit apud [b] Græcos ſcriptores dubium non habetur, & hæc hiſtoria Euripideæ fabulæ *Ioni* præbuit argumentum. Sed horum, quantum memini, nemo quod paullo ante ex Anonymo attulimus, prodit. [10] Nihilominus cum [c] Draco Corcyræus *Janum* claſſe in Italiam appuliſſe ſcribat; [11] [d] Plutarchus etiam ex Perrhæbia addat; hæc vero Xuthi patria fuerit: [12] & Euſebius regni ejus in Italia exordium præter propter centum quinquaginta annis Æneæ ſucceſſione faciat anterius: [13] contra *Ionis* hiſtoria apud Græcos valde ſit incerta, hæc qualiſcumque Anonymi relatio temere rejicienda non videtur. [14] Si enim *Janum* demus novemdecim duntaxat annis adveniſſe antequam Sterci, Pici patri, ſucceſſit, quod tempus incidit in primum annum Cecropis ſecundi, *Ionis* avunculi, quo Xuthus propter inimicitias occaſione controverſiarum, in quibus arbiter electus fuerat, ſuper ſucceſſione paullo ante motarum conflatas ſolum vertere, [e] Pauſania teſte, coactus eſt, patet quomodo temporis ratio non adverſetur huic ſententiæ. Præterea Xuthi ætas poſtulat, ut adventus *Jani* in Italiam ſtatuatur aliquot annis ante regni ejus apud Aborigines exordium. [15] Quod autem Plutarchus e Perrhæbia *Janum* adveniſſe ſcribit, mirifice *Ioni* convenit. Præterquam enim quod hæc Xuthi patria, ſcribit Pauſanias Xutho apud Ægialenſes in exſilio mortuo filium ejus Achæum adſumptis ex Ægialo & Athenis auxiliis in Theſſaliam profectum paternum recuperaſſe imperium. [16] Nomen etiam *Ionis* vel *Iaonis* (Ἰάονες enim [f] Homero, qui Ἴωνες aliis) ab *Jani* diverſum non videtur. Veriſimile igitur *Ionem* hunc, eo, quod dixi, tempore ex Theſſalia adduxiſſe novam in Latium coloniam, cum ibi regnaret Sterces, Pici pater, & ab hoc *Ionem* in partem agri acceptum, dein mortuo huic, cum forte Picus ejus filius adhuc immaturæ ætatis eſſet, ſucceſſiſſe, atque *Janum* in Italia appellatum.

[17] Sed cum hac *Jani* ætate non mediocriter pugnat, quod Saturnus ab eo ſuſceptus eſſe dicitur: tempora enim utriuſque non patiuntur hoc conſortium. [18] [g] Theophilus enim Belum & Cronum, quem Latini Saturnum vocant, ex Thallo docet annis trecentis uno & viginti Trojano bello ſuperiores: unde patet Cronum ſive Saturnum minimum ſeſquiſeculo *Jano* fuiſſe ſuperiorem. Idque poſtulant Minois primi tempora, ante quem Jupiter & ante hunc Saturnus in Creta regnaſſe creduntur. Minos enim juxta Euſebium regnare cœpit anno Pandionis triceſimo, qui eſt ante Trojæ captæ Epocham ducentiſimus quintus & viceſimus. Ex quibus neceſſario ſequitur aut Saturnum nunquam fuiſſe in Italia, aut ſi fuit diu ante *Janum* fuiſſe. Sed cum utrumque repugnet conſtantiſſimis apud veteres Romanos de horum convictu traditionibus, videndum quomodo alterum ſine Chronologicæ doctrinæ offendiculo recipi poſſit.

19 Diu

[a] l. 1. p. 35.

[b] Apollod. l. 1. p. 27. Strab. l. 8. p. 383. Conon. apud Phot. p. 437.

[c] apud Athen. l. 15. p. 697. & Euſtath. Odyſſ. E. p. 1533.

[d] Q. R. p. 269.

[e] l. 7. p. 391.

[f] Iliad. N. v. 685.

[g] l. 3. ad Aut. p. 139.

[19] Diu a viris doctis obſervatum in Saturni & trium liberorum ejus orbis imperium inter ſe partientium fabula latere Noachum & tres ejus filios, a quibus terra poſt aquarum eluviem diviſa ſit: [20] Cultus autem Saturnus ſive Κρόνος ſub Ili nomine a Phœnicibus, teſte apud [a] Euſebium Sanchuniathone, diu ante quam Cretenſis iſte divinis honoribus affectus eſt. [21] Græci vero & Europæi Aſiaticorum deos ſub domeſticis nominibus colere ſoliti ſunt. [22] Procul dubio igitur *Janus* cum a Sterce, Pici patre, in partem agri fuiſſet receptus, & tandem mortuo in regnum ſucceſſiſſet, huic ſub nomine Saturni divinos honores conſtituit, quemadmodum Athenis hos paullo ante [b] Erechteo avo decretos noverat. [23] Docere nos hoc D. Auguſtinus poteſt, cujus temporibus antiquiſſimi Romanorum hiſtorici adhuc erant ſuperſtites, lib. XVIII. Civit. Dei cap. 15. *De Pici patre Saturno viderint, quid ſentiant, talium deorum cultores, qui eum negant hominem fuiſſe: de quo alii ſcripſerunt, quod ante Picum filium ſuum in Italia regnaverit & Virgilius notioribus litteris dedit: Is genus indocile* &c. dein paullo poſt: *Sed hæc poëtica opinentur eſſe figmenta & Pici patrem Stercen potius fuiſſe aſſeverent, a quo peritiſſimo agricola inventum ferunt, ut fimo animalium agri fœcundarentur, quod ab ejus nomine ſtercus dictum eſt: unde & hunc quidam Stercutium vocatum ferunt. Qualibet autem ex cauſſa eum Saturnum appellare voluerint, certum eſt tamen, hunc fuiſſe Stercen ſive Stercutium, quem merito agriculturæ ferunt deum.* [24] Cum vero multa loca a nomine hujus novi Dei appellaret, effigiem ipſius nummis imprimeret, creditum a poſteris literarum adjutorio uſque ad Euandrum deſtitutis Saturnum a *Jano* non modo hoſpitio exceptum, ſed conſortem etiam regni factum.

a l. 1. P. E. c. 10. & l. 4. c. 10.

b Cicero l. 3. de N. D. c. 19.

Quod de locis adfirmari fidem facit [c] Varro l. IV. de L L. *Tarpejum montem, Saturnium appellatum prodiderunt, & ab eo late Saturniam terram ut etiam Ennius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuiſſe Saturniam ſcribitur. Ejus veſtigia etiam nunc manent tria: quod Saturni fanum in faucibus: quod Saturnia porta, quam Junius ſcribit quam nunc vocant Padanam: quod poſt ædem Saturni, in ædificiorum legibus parietes poſtici muri ſunt ſcripti.* [25] Effigies autem illa bifrons, quæ in antiquiſſimo Romanæ urbis nummo æneo viſitur, quam credidere Romani a *Jano* uſque ad ſe tranſmiſſum, & teſtatur Draco Corcyræus, non *Janum* ut illi putabant ſed Saturnum repræſentaſſe veriſimile eſt: primo quoniam in averſi nummi area ratis expreſſa cernitur, quæ cataclyſmum ſignare videtur: tum quoniam Saturnus etiam a Phœnicibus ſub hoc forma cultus dicitur a Sanchuniathone apud [d] Euſebium: Τάαυτος ἐπενόησε δὲ καὶ τῷ Κρόνῳ παράσημα βασιλείας, ὄμματα τέσσαρα ἐκ τῶν ἐμπροσθίων καὶ τῶν ὀπισθίων μερῶν. *Taautus excogitavit Saturno ejuſmodi inſigne regni, oculos quaternos, binos in vultu, ac totidem in occipite.* [26] Quod ſi in ſymboli hujus inquiramus cauſſam valde credibile, ideo bifrontem a poſteris ſuis repræſentatum Noachum, quoniam utrumque Orbem viderat, & qui aquarum inundatione fuerat deletus, & qui poſt hunc ipſius filiorumque ejus ſatu ſuccreverat. Hoc autem a Phœnicibus tranſiit ad Græcos, apud quos Cecrops διφυής, [e] *geminus*, [f] *bifrons*, a Græcis ad Aborigines eorum colonos, ab his ad plures in Italia & Sicilia civitates.

c p. 13. Macrob. 1. S. c. 7.

d l. 1. P. E. c. 10. p. 59.

e Ovidio 2. Met. 560.

f Juſtino l. 2. c. 6.

[27] Certe aureum illud Saturni ſeculum nullo modo *Jani* temporibus convenire poteſt exercitis tum quantum maxime Aboriginibus bellando cum Siculis, uti ante oſtendimus.

[28] *Janum* autem revera in Italia fuiſſe, nec ad allegoriam referendum cum [g] Arnobio totam hujus hiſtoriam etiam inde effici poſſe exiſtimo, quod ſic non habituri ſimus amplius auctorem, non modo qui Saturni in Italiam cultum intuelerit, ſed qui ſui etiam colendi occaſionem Latinis præbuerit. Ut taceam tot vocabula in Lingua Latina ab *Jano* originem ducentia.

g l. 3. p. 116.

CAPUT SEXTUM.

De TYRRHENIS, unde & quando advenerint.

1. Tyrrhenorum *ſive* Etruſcorum *ſedes*, 2. Lydi *genus, juxta omnes fere veteres.* 3. *quod probat* Tyrrheni *ducis nomen a* Tyrrha Lydiæ *urbe impoſitum.* 4. *Dionyſius tamen negat facitque indigenas.* 5. *Cluverius perperam facit Pelaſgos.* 6. *cujus rationes refutantur* 7. Pelaſgi Tyrrheni *&* Tyrrheni Pelaſgi *a veteribus quibuſdam* 8. *cur appellati.* 9. *Dionyſii ſententia examinatur taxaturque.* 10. *uti & Fulleri obiter, Tyrios facientis.* 11. *reſpondetur ad primam Dionyſii argumentum de Xanthi ſilentio* 12. *ad ſecundum de diverſitate morum, legum, religionis, linguæ.* 13. *Similitudo inter* Tyrrhenos *&* Lydos *oſtenditur.* 14. *quando advenerunt.* 15. Tyrrhenus *Herculis filius aut nepos non fuit.* 16. *Terminos non ſemper ſtatos habuiſſe* 17. *oſtenditur.*

1 T*yrrheni* a Græcis, *Etruſci* & *Tuſci* a Romanis, *Rhaſenæ* inter ſe, Dio-
a l. 1. p. 24. nyſio [a] teſte, appellati, ſunt iſti advenæ, qui inſedere Italiæ latitudinem
ab utraque parte Apennini inter Ligures & dextram Tiberis ripam ab
Umbris prius atque Pelaſgis poſſeſſam. 2 De horum vero origine & ad-
b l. 1. c. 94. ventus tempore valde variant ſcriptores. Herodotus [b] *Lydos* genus prodit
fame patria excedere coactos & duce *Tyrrheno* Atyos filio in Italiam deductos. Herodoti
c apud Tertull. de Spect. c. 5. auctoritatem ſequuti ſunt [c] Timæus Siculus, [d] Scymnus Chius, [e] Strabo, [f] Plutarchus,
[g] Appianus, [h] Virgilius, [i] Vellejus, [k] Plinius, Feſtus, Servius: & in hac ſententia fue-
d v. 224. runt ipſi *Tuſci* & *Lydi*, teſte Tacito in [l] quarto Annali: *Sardiani decretum Etruriæ*
e l. 5. p. 219. *recitavere, ut conſanguinei. Nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos ob multitudinem*
f Q. R. p. 277. g Pun. p. 35. *diviſiſſe gentem, Lydumque patriis in terris reſediſſe: : Tyrrheno datum novas ut conderet ſe-*
h l. 2. Æn. 781. 8. 478. *des & ducum a nominibus indita vocabula, illis per Aſiam, his in Italia.* 3 Et videtur
i l. 1. c. 3. *Tyrrhenus* nomen ſortitus ab antiquiſſima Lydiæ urbe *Tyrrha*, in qua Gigem regnaſſe
k l. 3. c. 5. Etymologus [m] ſcribit. Nihilominus Dionyſius [n] hanc *Tyrrhenorum* originem in du-
l c. 65. bium vocat duobus præcipue argumentis: primo quoniam lingua a Lydis diverſa ſint
m v. Τύῤῥηνος. uſi; tum quod religio, ſive deorum cultus, leges etiam & mores longe apud Lydos
n l. 1. p. 23. alii quam *Tyrrhenos* fuerint. Ideoque [o] concludit veritati magis convenientia ſibi
o l. 1. p. 24. videri dicere, μηδαμόθεν ἀφιγμένον, ἀλλ' ἐπιχώριον τὸ ἔθνος ἀποφαίνοντας, δεί-
ἐπειδὴ ἀρχαῖόν τε πάνυ, καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ γένει οὔτε ὁμόγλωσσον, οὔτε ὁμοδίαιτον ὂν
σκει). *qui gentem iſtam non advenam ſed indigenam fuiſſe dicunt; quandoquidem eam*
pervetuſtam eſſe & cum nulla alia gente aut linguam aut mores communes habere conſtat.
Verum hæc ſententia, cum ſecum trahat ἀδύνατον manifeſtum, omnes enim αὐ-
τόχθονας præter duos primos homines jam ante fabuloſos diximus, infinitis
partibus illa altera, quæ ſi non vera, minimum poſſibilis eſt, inferior deprehendi-
tur.

p l. 2. It. 5 [p] Cluverius ſe diligentiæ Dionyſii *Tyrrhenos* Lydos negantis ſuccurrere hac inſuper
Ant. c. 1. p. 429. conjectura putat, quod videantur Pelaſgi. Hos enim poſtquam a Curetibus Lelegibuſ-
que Theſſalia pulſi ſunt, novo ſibi indito vocabulo vel adſumpto cognomine *Turſenorum*
& variante dialecto, *Tyrrhenorum*, in varias Europæ ſimul Aſiæque partes adjacenteſque
inſulas fuiſſe diſperſos: omnes hos aut plurimam horum partem e *Lydia* in Italiam pro-
fectos ejectis ibi e parte agrorum, quæ eſt inter Apenninum & mare inferum dextram-
que Tiberis ripam, Umbris regionem hanc de ſuo nomine *Tyrſeniam* & *Tyrrheniam*
appellaſſe: id diſerte teſtari Dionyſium, Hellanicum & alios in Plutarchi Romulo
ſcriptores.

6 Verum hæc conjectura ſi una manu juvat, altera plane Dionyſio adverſatur. Hic
q l. 1. p. 23. enim diſtincte [q] negat *Tyrrhenos* Pelaſgicum genus eſſe propter ſummam linguæ di-
verſitatem, jam olim inter Crotoniatas, Pelaſgorum in *Etruria* reliquias, & *Tyrrhenos* ab
Herodoto animadverſam. Deinde ipſa hæc conjectura ſufficiente veterum ſcriptorum
r l. 1. p. 22. auctoritate deſtituitur. Hellanicus apud [r] Dionyſium ait quidem *Tyrrhenos* antequam in
Italiam venerint Pelaſgos, poſtquam in illa ſedes fixerint *Tyrrhenos* appellatos: ſed hic
Tyrrhenos non pro aliis quam Pelaſgis habet, nec ex *Lydia* veniſſe ſed a Græcis pulſos
s p. 18. & per conſequens ex Theſſalia adventaſſe prodit. Apud Plutarchum [s] autem in Ro-
muli vita legitur quoſdam tradere: Ῥῶμον, Λατίνων τύραννον ἐκβαλόντα Τυῤῥηνοὺς,
τοὺς εἰς Λυδίαν μὲν ἐκ Θετταλίας, ἐκ δὲ Λυδίας εἰς Ἰταλίαν παραγενομένους.
Romum Latinorum regem urbi nomen dediſſe quum ejeciſſet Tyrrhenos, qui in Lydiam ex Theſſalia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Theſſalia , ex Lydia in Italiam commigraverant. Verum ſic opinantes erroris convincit illa jam ante memorata linguæ diverſitas a Dionyſio ex Herodoto allegata. 7 Quid igitur faciemus tot veterum locis, quibus Pelaſgi *Tyrrheni* & vice verſa *Tyrrheni* appellentur Pelaſgi, diligenter a Dionyſio collectis? Ex quibus tantum Thucydidis verba ſubjicio, quibus deſcribit regionem Athoni vicinam [a] lib. IV. Καί τι καὶ Χαλκιδικὸν ἔνι βραχὺ, τὸ δὲ πλεῖστον, Πελασγικὸν, τῶν καὶ Λῆμνόν ποτε καὶ Ἀθήνας Τυρσηνῶν οἰκησάντων, καὶ Βισαλτικὸν καὶ Κρηστωνικὸν, καὶ Ἤδωνες. *Quin etiam exigua quædam gentis Chalcidicæ pars ibi eſt: ſed maxima pars eſt Pelaſgica, ex illis Tyrſenis, qui Lemnum & Athenas quondam incoluerunt, & Biſaltica & Creſtonica & Edonica.* De Lemno confirmat [b] Apollonius l. IV.

Οἱ πρὶν μέν ποτε δὴ Σιντιάδα Λῆμνον ἔναιον
Λήμνου τ' ἐξελαθέντας, ὑπ' ἀνδράσι Τυρσηνοῖσι
Σπάρτην εἰσαφίκανον ἐφέστιοι.
Hi aliquanto quidem prius Sintiadem Lemnon incoluerunt,
Lemnoque exturbati a viris Tyrſenis
Lacedæmona profecti ſunt inquilini.

De Athenis Heſychius: Πελαργικὸν, τειχίον, οὕτω ἐν Ἀθήναις καλούμενον, Τυῤῥηνῶν κτισάντων. *Pelaſgicus murus, ſic Athenis appellatus, cum Tyrrheni exſtruxiſſent.* Loquitur de muro, quo a Pelaſgis cincta olim arx Athenarum, aut arcis pars, quæ adhuc hodie durat & nomen ſervat vetus, ſi Itinerariis habenda fides. Plura qui deſideret, ipſum Dionyſium adeat. Num igitur cum Cluverio *Tyrrhenos* & Pelaſgos unum eumdemque populum fuiſſe ſtatuendum? an potius cum Bocharto *Tyrrheni* Pelaſgici generis dicendi? an [c] Dionyſii ſequendum judicium, errare omnes pronuntiantis, qui unam eamdemque gentem exiſtiment?

a p. 325.
b v. 1759.
c l. 1. p. 22.

Et mihi quidem Dionyſii ſententia verior ſemper viſa eſt propter illam, quam diximus, linguæ diverſitatem. Etſi enim linguas ſeculorum decurſu plane mutari & penitus tandem interire certum ſit, tamen ratio nulla excogitari poteſt cur lingua Pelaſgica, ſi eadem plane in principio, quæ *Tyrrhenica*, in iiſdem locis iiſdemque temporibus ita mutari potuerit, ut nullum amplius ſimilitudinis cum *Tyrrhenica* veſtigium poſt ſeptum aut octo ſecula retinuerit.

8 Quod vero confundantur hi populi ab auctoribus minime novum eſt: ſolet enim hoc evenire populis vicinis, & adhuc magis permiſtis; ut ab exteris alter pro altero nominetur. Atque ita nodum hunc ſolvit [d] Dionyſius. Ergo cum Pelaſgi poſt *Tyrrhenorum* in Italiam adventum, ſeu dominatorem populum non ferentes ſeu factionibus compulſi, quibus forte & *Tyrrhenorum* haud pauci permiſti fuere, Italiam relinquere cogerentur, Græci, qui accuratius loquuti ſunt, hos novos colonos modo *Tyrrhenos Pelaſgici generis*, modo *Pelaſgos Tyrrhenos* nominaverunt: ſcilicet ut ſic a *Tyrrhenis*, qui *Lydi* erant, & Pelaſgis, qui in Italia nunquam fuerant, diſtinguerent: alii contra ex promiſcua habitatione utroſque confuderunt. Sic Perſæ appellantur Medi, Parthi Perſæ, Franci Galli, Angli Britanni, & vice verſa.

d Ibid.

9 Sed alteram Dionyſii ſententiam, *Tyrrhenos* Italiæ indigenas fuiſſe, quoniam falſæ, ut dixi, hypotheſi innititur, ſequi nullo modo poſſum. Totus enim Orbis ſolis Noachidarum coloniis frequentatus eſt, omneſque αὐτόχθονες, ubivis reperiantur, chimæræ ſunt ſimiles. Quales autem *Tyrrheni* fuerint, ſi Herodoto & tot veteribus, *Lydos* eos facientibus fides abroganda ſit (nam ſuppoſitios Viterbenſis Annii ſcriptores aut Inghiramii Proſperum, a ſimili ingenio profectum, non moramur) fateor libens me ignorare. 10 Nam qui Tyrios fecere, ut [e] Nicolaus Fullerus eumque ſecuti alii, validis argumentis a [f] Bocharto erroris convicti ſunt. 11 Sed quid quæſo obſtat, quominus pro *Lydis* habendi ſint? Diverſitas, inquiunt, in lingua, religione & legibus & moribus juxta Dionyſium. Tum quod Xanthus Lydius antiquitatis patriæ peritiſſimus in libris ſuis nuſquam aut *Tyrrhenum Lydiæ* principem vocat, aut deductæ a *Lydis* in Italiam coloniæ meminit. Sed non difficulter ad hæc reſponderi poteſt, Xanthi ſilentium, quod a ſingulari aliqua cauſſa potuit eſſe profectum, haudquaquam valere contra manifeſtum Herodoti teſtimonium poſſe, Xantho non modo inferioris, ſed qui Xanthum etiam teſte [g] Athenæo legerit. Hic enim ex propria *Lydorum* confeſſione coloniæ hujus deductionem commemorat, quod præcipue de *Lydorum* hiſtoricis intelligendum eſt; [h] ait enim: Φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν σφίσι τε

e l. 1. Miſcell. c. 11.
f Phal. p. 2. l. 1. c. 33.
g l. 12. p. 515.
h l. 1. c. 94.

καὶ

καὶ Ἕλλησι κατεστώσας, ἑωϋτῶν ἐξεύρημα γενέσθαι. Ἅμα δὲ ταύτας τε ἐξευρεθῆναι παρὰ σφίσι λέγουσι καὶ Τυρσηνίην ἀποικῆσαι. *Ajunt & ipſi Lydi ſe ludos inveniſſe, qui etiamnum apud Græcos cum illis communes ſunt: ſimul autem hæc inveniſſe & in Tyrſeniam colonos deduxiſſe.* Deinde coloniæ hujus deductionem ex *Lydorum* relatione deſcribit. [12] Tum quod in moribus dicit, legibus, religione & lingua diverſitatem fuiſſe, ſuo ſcilicet tempore, haudquaquam mirandum eſt, cum ſata etiam cœlo terraque mutentur & primitivam naturam temporis tractu ſic invertant, ut pro aliis accipiantur. Præterea ipſi *Lydi* varias imperiorum mutationes, quæ mores, leges, religionem & linguam ſemper mutant, poſt *Tyrrhenorum* deductionem ſubire coacti ſunt ſub Heraclidis, Mermnadis, Perſis, Macedonibus, Romanis. [13] Nihilominus

a Livius l. 7. c. 2. vel ſic multa ſimilitudinis manſere veſtigia. Ut, quod [a] *ludi* ſcenici a *Lydis* inventi & appellati quemadmodum Græci a *Lydis* ſic Romani ab *Etruſcis* vel *Tyrrhenis* acceperint. Quod *Lydi* ſervi appellati in comœdia vetere. Quod *Lydius* & *Tyrrhenus* modi in canticis comœdiarum apud Græcos & Romanos veteres celebres. Quod *Lydiæ* & *Tyrrhenæ* tibiæ. Quod uterque nauticus populus & θαλασσοκράτορες fuerint. Hinc Euſebius ad annum poſt Trojæ expugnationem quintum vel ſeptimum pro diverſa Editione notat:

b p. 172. *Lydi mare obtinuerunt.* & [b] Syncellus Trojæ haloſi ſtatim ſubjicit: Λυδοὶ, οἱ καὶ Μαίονες, ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη ϟβʹ. *Ludi, qui & Mæones, mare obtinuerunt annos nonaginta duos.* Et circa idem tempus *Tyrrhenos* maris pariter potentes fuiſſe ex hiſtoria Ulyſſis & Scyllæ apud Palæphatum patet, quam ille non monſtrum ſed *Tyrrhenorum* triremem fuiſſe docet mercatoriis navigiis inſidiari ſolitam, quam Ulyſſes vento ſecundo uſus & copioſo feliciter evaſit. Unde Euſebius ex Palæphato ad annum poſt

c l. 5. p. 219. Trojæ caſum ſextum vel decimum hanc hiſtoriam refert. Præterea [c] Diodoro *Tyrrheni* dicuntur, καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσιν ἰσχύσαντες καὶ πολλοὺς χρόνους θαλαττοκρατήσαντες. *navalibus viribus pollentes & diu maris imperio potiti.* Extiſpicinam præterea vel haruſpicinam, quæ in Italia non alios auctores quam *Etruſcos* habet, antiquiſſimis tem-

d Ezechiel 20, 26. poribus in Aſia obtinuiſſe Sacri [d] Scriptores teſtantur. Jam ſtudia utrique populo paria virtutum & vitiorum paſſim apud ſcriptores occurrentia, quid aliud clamant, quam Herodotum & tot alios teſtes de *Tyrrhenorum* origine vera prodidiſſe?

[14] Sed aqua præcipue hæret in tempore, quo *Lydi* a *Tyrrheno* in Italiam deducti, inveſtigando: idque proficiſcitur ex eo quod Herodotus neque numerum annorum, quibus Manis domus rerum potita eſt, exprimit, neque generationes poſt *Lydum*, qui

e l. 1. p. 21. a Mane tertius juxta Herodotum, quartus juxta alios apud [e] Dionyſium, uſque ad Iordanem amplius numerat. Veriſimile tamen adveniſſe eo circiter tempore, quo Siculi ex Italia ab Aboriginibus & Pelaſgis fugere compulſi ſunt, tertia, ut diximus, ante Trojæ expugnationem ætate. Non multo prius, quoniam altum *Tyrrhenorum* uſque ad illud tempus in Italiæ rebus ſilentium: nec multo poſt, quoniam Pelaſgi ſecunda ante dictum terminum ætate cœperunt deficere, eorumque terræ a *Tyrrhenis* occupatæ

f l. 5. p. 219. fuerunt. [15] Nec ignoro Strabonem [f] Atyn *Tyrrheni* patrem facere Herculis ex Om-

g apud Dionyſ. l. 1. p. 22. phale filium: alios [g] nepotem ex filio ejus Telepho: nonnullos [h] ipſum *Tyrrhenum*

h apud eumdem ibid. ſtatuere Herculis ex Omphale filium: Lycophronem *Tyrrhenum* & Tarchontem dicere τῶν Ἡρακλείων ἐκγεγαῶτας αἱμάτων: ſed temporis ratio apud attendentes facile refellit hujuſmodi originem. *Tyrrhenos* enim ante Trojæ caſum in Italia fuiſſe in confeſſo eſt.

[16] Terræ in quibus potens hic populus quondam habitaverit, ut nec dynaſtiæ & reipublicæ forma deſcribi amplius accurate poſſunt.

Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas.

Si Ariſtotelis liber de *Tyrrhenorum* politia & Claudii Cæſaris ſupereſſent *Tyrrhenica*, plura ſciremus. Illud conſtat, non ſemper eos Apennino, infero mari & dextra Tiberis

i l. 2. p. 105. ripa fuiſſe incluſos. [17] Nam Polybius [i] campos circa Nolam & Capuam, Phlegræos

k l. 4. & 8. dictos, ab his quondam poſſeſſos auctor eſt. Unde Puteolos [k] *Tyrrhenorum* civitatem

l l. 5. c. 54. Pauſanias vocat: & [l] Livius *inter duo maria latitudinem Italiæ obtinuiſſe* teſtis eſt.

CAPUT

CAPUT SEPTIMUM.

De EUANDRI temporibus, literis Pelaſgicis, oppidis Palatio & Pallantio.

1. Euander LX *annis ante Trojæ caſum in Latium venit* Pallantio 2. *natus matre Themide ſeu Carmenta, patre incerto,* 3. *quem Servius facit Echemum.* 4. *invita temporis ratione.* 5. *Herodotus obiter correctus.* 6. *alius Servii error notatus.* 7. *occaſio deducendæ coloniæ.* 8. *Suſceptus a Fauno tumulum ad Tiberim inhabitandum accepit, qui* Palantium *poſt* Palatium *&* Palatinus, *ab hujus patria dictus.* 9. *Cluverii error ſuper* Euandri *ætate* 10. *quem duobus argumentis tuetur* 11. *reſpondetur ad primum.* 12. *literæ Phœniciæ quomodo factæ Ionicæ,* 13. *quæ ab Atticis non diverſæ,* 14. *nec a Pelaſgicis:* 15. *quibus Linus inter primos uſus.* 16. *ſuper hoc Pauſaniæ lapſus.* 17. *Lini & Cadmi æmulatio.* 18. *ἀνιςοgηςία primi argumenti Cluveriani.* 19. *reſpondetur ad ſecundum:* 20. *ἀνιςοgηςία ejuſdem.* 21. Palatium *in Sabinis unde dictum.* 22. *camporum* Roſeæ *fertilitas.* 23. *Servius contra Cluverium defenſus.* 24 *Indicia adventus* Euandri *plura* 25. *præcipuum literæ ab eo adductæ.* 26. *Hinc, quod ſuperiora tempora in tenebris,* 27. *& Alphabetum Latinum deſtituatur literis a Palamede & Simonide, Græco additis.*

1 Poſt Tyrrhenos, ut videtur, proxime, annis ſcilicet ſexaginta ante Trojæ caſum cum parva *Arcadum* manu, quippe duabus navibus vecta, ab urbe *Pallantio Euander,* [a] Dionyſio teſte, in Italiam venit. Quibus autem parentibus hic natus fuerit non ſatis jam olim conſtitit. Dionyſius enim Mercurii & Nymphæ cujuſdam Arcadicæ, quam Græci *Themin* Romani *Carmentam* dixerint, filium facit. [b] Pauſanias nympham hanc Ladonis vocat filiam. [3] Servius patrem *Euandri* vocat *Cohemum* in Danielis Editione, in Fabricii *Echinum*, in illa, quæ ad Salmaſianum exemplar dolata dicitur, *Socenium*: ſed videtur ſcripſiſſe *Echemum*, quoniam *Timandram* Tyndarei filiam, quam [c] Pauſanias *Echemi* facit uxorem, ab eo ait ductam: *quidam ajunt Teſtii filios Ledam & Hypermeſtram fuiſſe, Ledæ & Tyndarei filias Clytemneſtram, Helenam, Timandram fuiſſe, quam duxit uxorem Echemus Arcas, cujus filius Euander.* Idque jam olim Reinerus Reineccius obſervavit, qui propterea in ſtemmate regum Arcadicorum *Euandrum Echemi & Timandræ* vel *Nicoſtratæ* facit filium. [4] Sed temporis ratio non admittit hanc ſive Servii ſive Reineccii ſententiam. Cum enim *Echemus* Aëropi filius, Cephei ([5] apud [d] Herodotum corrigendum Κηφέος pro Φηγέος ex Apollodoro & Pauſania) nepos, Tegeatarum rex, ſingulari certamine Hyllum primæ Heraclidarum in Peloponneſum irruptionis, quæ [e] viginti annis Trojanum excidium anteceſſit, tempore interemerit, non potuit per naturam *Euander* qui quadraginta ante in Italiam cum colonis profectus fuerat, hujus eſſe filius: multo minus *Timandræ*, quæ in præmium hujus victoriæ ei obveniſſe dicitur. [6] Alibi [f] idem Grammaticus nepotem Pallantis regis Arcadiæ, & patrem ſuum occidiſſe, ſuadente matre Nicoſtrata, ſcribit, æque incerto. Nullus enim Pallas in ſerie regum Arcadicorum apud Pauſaniam conſpicitur.

a l. 1. p. 24.
b l. 8. p. 525.
c l. 8. p. 461.
d l. 9. c. 26
e Schol. Thucyd. l. 1. p. 10.
f ad l. 8. v. 51.

7 Coloniæ deducendæ occaſionem præbuiſſe dicitur ſeditio exorta in Arcadiæ urbe *Pallantio*, in qua altera factio poſtquam ſuccubuiſſet, ſponte patriam reliquit. Unde [g] Livius: *Euander auctoritate magis, quam imperio regebat.* [8] Regnabat tum apud Aborigines Faunus, qui paucos hoſce *Arcades* cum ad regionem ejus adpuliſſent, comiter excepit, tumulumque illis inhabitandum dedit ad Tiberim, qui *Palantium* primo ſimul cum oppido, quod in illo condiderunt, poſt *Palatium* & *Palatinus*, ab oppido unde venerant, deſumpto, ut videtur, vocabulo, dictus eſt. Certe hæc etymologia reliquis præponenda videtur, quas Varro enumerat lib. IV. de LL. Nam *Pallantium* antiquum fuit Arcadiæ oppidum conditum a Pallante Lycaonis filio, [i] Pauſania & Stephano teſtibus. Pauſanias ex pago in oppidi formam iterum reſtitutum ab Antonino Pio commemorat.

g l. 1. c. 7.
h p. 16. & 8. 51. Servius ad
i l. 8. p. 458.

9 Ex quibus ſequi videtur, neque adventum *Euandri* in Italiam neque adventus tempus vocari in dubium poſſe. Nihilominus [k] Cluverius exiſtimat *Euandrum* ducem fuiſſe iſtorum Pelaſgorum, quos ſupra ex Theſſalia in Italiam appuliſſe oſtendimus, regnante in Lycoria Deucalione. Sed tota Chronologia huic ſententiæ reclamat. Sic enim *Euander* Herculis Græci non fuiſſet æqualis. Verum & hujus per Italiam tranſitum Cluverius fabulam pronuntiat. Vereor ne æque temere. [10] Sed audiamus rationes quibus ut ſic contra omnes Hiſtoricos veteres ſentiret inductus eſt. Primo,

k l. 3. Ital. Ant. p. 808.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

inquit, quoniam *Euander* vel potius qui cum *Euandro* appulere in Italiam a quibuſdam auctoribus Pelaſgi appellati ſunt. Deinde, & quidem præcipue, quoniam in agro Reatino vetuſtiſſimum exſtitit oppidum ab iſtis Pelaſgis conditum, qui apud Cutiliam urbem & lacum ab Aboriginibus in agri partem recepti ſunt, *Palantium* vel *Palatium* dictum, ut veriſimile, in ducis ſui *Euandri* honorem, qui *Pallantio* Arcadiæ civitate oriundus erat.

11 Sed non difficilis eſt reſponſio ad prius argumentum. Nomen Pelaſgorum natum primo & auditum in *Arcadia* eſt, ſed cum gens hæc militarem vitam amplexa in ſtudii ſui nominiſque ſocietatem multos pertraheret, tranſiit nomen hoc ad omnes peninſulæ, in qua habitabant incolas, tum ad plurimos eorum colonos quaquaverſum extra eam progreſſos. Quos inter præcipue illi celebrati ſunt, qui Hæmoniam tunc, Theſſaliam poſtea, appellatam occupavere, indeque poſt a Deucalione pulſi in diverſa abiere.

a l. 5. p. 221.

Ipſa enim peninſula Ephoro aliiſque apud [a] Strabonem teſtibus, priuſquam Pelops cum ſuis Phrygibus eam invaſiſſet, Pelaſgia appellata eſt. Appulit autem in hanc Pelops juxta [b] Tatianum Acriſii ultimi Argivorum regis temporibus.

b Orat. contra Græcos p. 173.

Euſebius Pelopem Peloponneſiis regnaſſe ſcribit ad annum Acriſii viceſimum ſecundum vel tertium: inde ad Trojam captam numerat annos centum quadraginta. Conſtat igitur Pelopem octoginta circiter annis *Euandro* fuiſſe antiquiorem: ut haudquaquam mirum videri debeat, ſi *Arcades*, qui primitivi & genuini Pelaſgi erant, *Euandri* temporibus pro Pelaſgis adhuc habiti & Pelaſgi a nonnullis appellati fuerint. Hinc [c] Plinius & Solinus literas in Latium a Pelaſgis ſcribunt importatas, quas uno ore [d] Romani ab *Euandro* primum fatentur acceptas. Unde idem [e] Plinius ex tabula Delphica antiqui æris dono Principum in Bibliotheca Palatina Minervæ dicata, in qua hæc erat inſcriptio:

c l. 7. c. 56.

d Livius l. 1. c. 7. Auct. Orig. Gent. R. alii.

e l. 7. c. 58.

ΝΑΟΙΣΙΚΡΑΤΕΣ ΤΙΣΑΜΕΝΟ ΑΘΗΕΝΑΙΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

recte colligit veteres literas Græcas pene eaſdem fuiſſe ac Latinas. Idque evidenter oſtendit Joſephus Scaliger in Digreſſione ad Euſebium de literarum Ionicarum origine, eumque ſequuti alii. 12 Literæ enim Phœniceæ vel Cadmeæ, poſtquam inverſæ fuerunt, Ionicæ appellari cœptæ ſunt, quoniam Iones ita primum illis uſi videntur. Certe [f] Herodotus non obſcure hoc alicubi tradit. In eo tantum non videtur litaſſe veritati Scaliger, quod Ionicas literas quantum ad formam ab Atticis diverſas putaverit, abuſus ad hoc Harpocrationis loco. Sed jam ab [g] aliis monitum Harpocrationem non de formarum loqui diverſitate, ſed de octo literis ſuper ſedecim Cadmeas ab Ionibus ſtatim, ab Atticis ſerius in uſum receptis. Sic ut Græcorum veterrimæ literæ uniformes fuerint.

f l. 5. c. 58.

g Salmaſ. ad Herod. Ant. Inſ. p. 31. & ſeq.

h l. 3. p. 140.

14 [h] Diodorus ex Dionyſio, ni fallor, Mileſio, antiquiſſimo hiſtorico ſcribit Phœnicios characteres a Pelaſgis dictos eſſe Pelaſgicos, quod hi primum illos adhibuerint: Φησὶ τοίνυν (Διονύσιος) παρ᾽ Ἕλλησι πρῶτον εὑρετὴν γενέσθαι Λίνον ῥυθμῶν καὶ μέλους· ἔτι δὲ Κάδμου κομίσαντος ἐκ Φοινίκης τὰ καλούμενα γράμματα, πρῶτον εἰς τὴν Ἑλληνικὴν μεταθεῖναι διάλεκτον· καὶ τὰς προσηγορίας ἑκάστῳ τάξαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας διατυπῶσαι. Κοινῇ μὲν οὖν τὰ γράμματα Φοινίκια κληθῆναι, διὰ τὸ παρὰ τοὺς Ἕλληνας ἐκ Φοινίκων μετενεχθῆναι· διὰ δὲ τῶν Πελασγῶν πρώτων χρησαμένων τοῖς μετατεθεῖσι χαρακτῆρσι Πελασγικὰ προσαγορευθῆναι. *Hic igitur dicit Linum omnium inter Græcos primum rythmos & cantum inveniſſe: præterea Cadmum ex Phœnice allatas literas primum ad Græcorum linguam tranſtuliſſe, dato ſingulis nomine & charactere. Hinc literas communi quidem vocabulo Phœnicias, quod e Phœnice in Græciam tranſlatæ ſint, denominatas: a Pelaſgis vero Pelaſgicas, quod illis primum tranſlatarum uſus innotuiſſet.* Ad quem locum quæri poteſt, qualis fuerit literarum Pelaſgicarum forma, an eadem cum primitivis Phœniciis a Cadmo allatis, an eadem cum Ionicis, ſeu Phœniciis inverſis, an forma quædam ſingularis? *Barbaras* quidem has & *Græcis ignorabiles* [i] vir doctus, auctore [k] Herodoto pronuntiat. Verum is non de literis ſed Pelaſgorum lingua hoc adfirmat: notum autem diverſiſſimas linguas iiſdem characteribus uti. Sed Diodorus non fuiſſe alias docet quam Ionicas, dum Linum ait τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι, *literis Pelaſgicis*, res Bacchi primi conſcripſiſſe. Neque enim veriſimile aliis characteribus uſum eum in primario opere de mundi generatione, cui initium fecit [l] Diogene & Euſebio teſtibus.

i P. D. Huetius D. E. Prop. IV. c. 8. n. 20.

k l. 1. c. 57.

l in proœm.

Ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ᾽ ἐπεφύκει.

Tempus erat, quo cuncta ſimul ſunt condita quondam.

16 Quod

[16] Quod Pauſaniam ignoraſſe mireris, qui Linum aut nulla ſcripſiſſe carmina, aut ſi ſcripſerit, ad poſteritatem haud perveniſſe [a] exiſtimat. [17] Ceterum ex eo quod Linus fuerit inter primos, qui ſcripſerint apud Græcos, nonnulli crediderunt eum primum e Phœnice literas in Græciam attuliſſe, uti ex [b] Tacito & Suida patet. Immo nonnulli Linum a Cadmo interfectum communis artis invidia tradiderunt. [c] Zenobius: Καδμεία νίκη ἄλλοι δέ τινες ὅτι τὰ ἐκ Φοινίκης γράμματα βουλόμενος διαδοθῆναι τοῖς Ἕλλεσι Κάδμος, ἀνεῖλε Λίνον, καὶ αὐτὸν ἴδια γράμματα ἐπιδεικνύμενον, ὃν ἀπεδίωξαν οἱ πολῖται. *Sunt qui ſic interpretentur: cum Cadmus e Phœnicia literas tradere Græcis vellet, Linum ſuſtulit, ipſumque adeo literas ſuas exhibentem cives expulerunt, nihil ut huic commodi victoria attulerit.* Alii [d] contra ab Apolline interfectum fabulati ſunt. Ergo pro veritate conſtantiſſima a Græcis ſemper habitum literas a Cadmo e Phœnice in Græciam importatas: cui nemo impune, aut qui non turpiter ſe dederit, unquam contradixit.

[a] l. 9. p. 585.
[b] l. 11. c. 14.
[c] c. 4. Pr. 45.
[d] apud Pauſan. l. 9. p. 584.

Nunc redeamus ad primum Cluverii argumentum. Exiſtimat hic *Euandrum* adveniſſe in Italiam non eo tempore, quo in Hiſtoria hoc perſcriptum legitur, ſexaginta nimirum ante Trojam captam annis; ſed multum ante, videlicet cum illis Pelaſgis, qui a Deucalione ex Theſſalia pulſi ſunt, tribus integris ſeculis & dimidio circiter ante Trojæ caſum; quoniam *Euander* vel qui cum illo advenæ Pelaſgi alicubi dicuntur. [18] Sed erroneam eſſe hanc ſententiam maniſeſtiſſime patet, quod ex ea, ipſo [e] non diffitente, ſequatur literas jam tum etiam ab *Euandro* in Latium illatas. Atqui Deucalionis temporibus ipſa Græcia adhuc erat ἀναλφάβητος: ſiquidem Cadmus cum literis ſuis Phœniceis in eam demum appulit ſub Amphictyone Deucalionis filio. Cadmeam enim anno Amphictyonis quarto a Cadmo conditam Marmor prodit Parium, cynoſura mythici temporis. [f] Euſebius Cadmum facit adhuc juniorem: Thebis enim regnaſſe ſcribit ad annum Pandionis quartum, qui ab Amphictyonis quarto numeratur ſexageſimus. Sed excipiet forte Cluverius non Cadmum ſed Cecropem literarum apud Græcos auctorem fuiſſe. Verum hæc ſententia [g] paucorum ſemper fuit, nec ullo certo fulcitur tibicine. Ex his igitur vel me tacente patet Cluverium temere a communi de *Euandri* adventus tempore receſſiſſe ſententia.

[e] l. 3. Ital. Ant. p. 846.
[f] Ed. Pontac.
[g] Tac. l. 11. c. 14.

[19] Alterum tamen ipſius argumentum, quod *præcipuum & validiſſimum* exiſtimat, adhuc examinandum reſtat, ut ſi in eo plus roboris & virium quam priore inſit, videamus. Arguit igitur *Euandrum* in Italiam veniſſe cum iis Pelaſgis, qui apud Cutiliam urbem & lacum ab Aboriginibus ſedes accepere, ex eo quod hic quoque vetuſtiſſimum exſtitit oppidum *Palantium*. Sed hæc collectio prorſus eſt ἀνακόλουθος. In agro Reatino oppidum fuit *Palatium* diu ante annum ſexageſimum, quam Troja capta, quo *Euander* ab *Arcadiæ* urbe *Pallantio* in Italiam veniſſe dicitur: ergo *Euander* ante illum in Italia debuit fuiſſe. Non ſequitur: primo quoniam nuſquam legitur *Palatium* illud in Sabinis aut a Pelaſgis aut ab *Euandro* conditum; immo [h] Varro clare auctores illius vocat Aborigines non Pelaſgos. Varronem ſequutus eſt [i] Dionyſius, qui viginti quinque ſtadiis a Reate diſſitum fuiſſe ſcribit. Qui *Palatii* ſitus poſt tot ſeculorum decurſum adhuc deprehenditur: a Reate enim duobus millibus & quingentis circiter paſſibus diſtans in colle locus adhuc hodie *Palazzo* [k] dicitur. Si igitur hæc urbs fuit Aboriginum, ipſis Romanis, qui hoc ignorare non potuerunt, teſtibus, quantæ quæſo imprudentiæ eſt, contra tam aperta conjecturis niti? [20] Accedit quod etiam huic argumento temporum ratio refragetur. Pelaſgi in Italiam venerunt ante diluvium Deucalioneum, uti ante probavimus: at *Pallantium* in Arcadia, quod Reatini agri oppido *Palatio* nomen dediſſe Cluverius contendit, tum nondum erat conditum. Id enim clare apud Pauſaniam perſcriptum exſtat lib. VIII. [l] Νύκτιμος μὲν γὰρ πρεσβύτατός τε ἦν καὶ εἶχε τὸ πᾶν κράτος. οἱ δὲ ἄλλοι παῖδες τοῦ Λυκάονος πόλεις ἐνταῦθα ἔκτιζον, ἔνθα ἑκάστῳ ἦν μάλιστα κατὰ γνώμην. Πάλλας μὲν καὶ Ὀρεσθεὺς καὶ Φίγαλος Παλλάντιον, Ὀρεσθεὺς δὲ Ὀρεσθάσιον, Φιγάλιον δὲ οἰκίζει Φίγαλος. *Nyctimus Lycaonis filiorum vetuſtiſſimus paternum imperium accepit. Reliqui vero in diverſis arbitrio quisque ſuo locis urbes condiderunt: Pallas, Oreſtheus & Phigalus Pallantium, Oreſtheus Oreſthaſium, Phigalus Phigaliam.* Nam cum Pallas Oenotri frater fuerit, & oſtenderimus Pelaſgos ante Oenotrum in Italiam veniſſe, *Pallantium* in Arcadia trajectus Pelaſgorum tempore nondum exſtitiſſe conſequitur. [21] Simul *Palatium* in Sabinis, quod nuſquam *Palantium* vel *Pallantium*, ut ſupponit Cluverius, reperio ſcriptum, non ab urbe, quæ nondum erat, fuiſſe denominatum, ſed aliam appellationis habuiſſe originem.

[h] l. 4. de LL. p. 16.
[i] l. 1. p. 11.
[k] teſte Luca Holſtenio Annot. in Cluv. p. 109.
[l] p. 458.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

originem. Nec dubito, quin vel a *phala* nomen traxerit, vel a *balatu*. *Phala* enim ſive *fala* Græcis & Latinis veteribus appellatum non modo caput, ſed etiam montis jugum. Feſtus: *Falæ dictæ ab altitudine a falando, quod apud Hetruſcos ſignificat cœlum. Palatium* autem in Sabinis in colle fuit conditum, uti ante diximus. Aut forte a *balatu* pecoris, nomen impoſitum eſt per ἀντίστοιχον, quoniam [22] campi inter *Palatium* & Reate, qui [a] *Roſeæ* & *Roſulani* olim, hodie adhuc *le Roſe* dicuntur, tantæ fuerunt fertilitatis, ut [b] Varronis teſtimonio *perticæ longitudinem altitudo ſuperarit herbarum*. Ubi [23] *pertica*, ut hoc obiter moneam, non eſt decempeda agrimenſorum, ut putavit [c] Cluverius eo nomine Servium taxans ut fabuloſum, ſed baculus ſive ſcipio, quo ambulantes innitimur. Similiter idem Varro abutitur hoc vocabulo lib. III. de R. R. cap. 5. quando in ornithone jubet poni *perticas inclinatas ex humo ad parietem & in his transverſas gradatim modicis intervallis perticas annexas ad ſpeciem cancellorum ſcenicorum ac theatri*, ubi adſidere aves poſſint.

a Varr. l. I. de R. R. & Feſto.
b apud Servium l. 7. Æn. v. 712.
c l. 2. It. Ant. p. 680.

Maneat igitur firmum *Euandrum*, regnante apud Aborigines Fauno, ſexaginta annis antequam Troja expugnata eſt, ab *Arcadiæ* urbe *Pallantio* in Latium veniſſe cum novis colonis & in uno e ſeptem montibus condidiſſe oppidum, cui patriæ urbis vocabulum impoſuit. Omnes enim aliæ hujus urbis etymologiæ pro abſurdis habendæ ſunt. Certe tot exſtiterunt adhuc Dionyſii ævo indubitata hujus adventus in hæc loca indicia, ut hoc negare velle, ſit omnibus rerum præteritarum memoriis fidem abrogare. [25] Ut, quod [d] *Carmentæ*, quomodo a Romanis *Euandri* mater appellata, quotannis publice ſub Capitolio in ara ei erecta apud portam *Carmentalem* ſacrificabatur: quod ab hac *Carmenta* portæ *Carmentali* ſub Capitolio nomen: quod ipſi *Euandro* pariter quotannis in ara apud portam Trigeminam ſacra fiebant: quod vetuſtiſſimum in monte Palatino fanum Panis, Lupercal Romanis dictum, cum ara ab ipſis *Arcadibus*, apud quos Pan propter vitam paſtoritiam præcipuum numen erat, conditum, in quo Romani priſco ritu ſacrificabant menſe Februario: quod in montis vertice fanum Victoriæ, in quo Romani alternis annis ſacra faciebant juxta vetus inſtitutum: templum item Cereris, in quo per feminas ſacerdotes ſacra ritu Græco peragebantur: denique ara Neptuno Hippio cum feſto, cui Hippocratia apud *Arcades*, Conſualia apud Romanos nomen. In quibus omnibus cum memoria *Euandri* conſervaretur adhuc Dionyſii temporibus, conſequens Annales non fuiſſe mentitos, quando *Euandrum* eo, quod dixi, tempore adveniſſe prodiderunt: [25] præcipue cum is intuliſſet ſecum divinum illud munus, literas, conſervatrices ſeculorum & ſui adventus teſtes omni exceptione majores. [26] Ex quo etiam apparet, quomodo factum, quod ſuperiorum coloniarum hiſtoria tot fabulis corrupta, tot incertis narrationibus involuta fuerit, deficientibus videlicet in Italia adhuc literis, quarum ope præteritorum memoria ad poſteros transmitti fideliter poſſet. [27] Pariter ex hoc patet cur Latinorum Alphabetum deſtituatur ferme illis elementis, quæ poſtea a Palamede & Simonide Græcorum Alphabeto ſint addita.

d Dionyſ. l. I. p. 25.

Quæ omnia, ſi ea, qua par eſt, diligentia excuſſiſſent viri aliquot literati, non adeo temere omnia, quæ de *Euandro* feruntur fabuloſa pronuntiaſſent, abrepti ſeculi indole & audacia, res valde antiquas pro confictis infamantis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

CAPUT OCTAVUM.

De PELOPONNESIIS ſub Hercule, cujus tranſitus adſtruitur, MESSAPIIS, IAPYGIBUS, SALENTINIS.

1. *Septem poſt Euandri adventum annis* Hercules *per Italiam tranſiit relictis ibi* Pheneatis, Elidenſibus *&* Trojanorum *nonnullis*, *qui* Capitolinum *montem inſederunt*. 2. *Hunc tranſitum Cluverius temere ut fabuloſum rejicit*, 3. *cum ejus tot per plura ſecula duraverint veſtigia, quæ recenſentur*, 4. *& Ariſtotelis teſtimonio firmantur*. 5. Hyria *in* Meſſapia *a* Cretenſibus *condita*, *qui Minois ulturi necem Camicum obſederant juxta Herodotum*: 6. *cum quo conciliatur Strabo*, Meſſapios *e* Bœotia *arceſſens*, 7. *per Virgilium*. 8. *de alia Strabonis difficultate, ſententia*. 9. *Sæpius* Cretenſes *Italiæ angulum coloniis frequentarunt*. 10. *Inde* Brunduſini *a Strabone*, 11. Iapyges *ab Athenæo*, 12. Salentini *a Varrone*. 13. Bottiæi *a Plutarcho* (*qui tamen inde rurſus in* Thraciam *profecti*) 14. Hydruntini *a Stephano*, 15. Tarentini *a Strabone* (*antequam a Parthenius expugnati*) Cretenſes *dicuntur*.

1 Paucis poſt Euandri adventum annis aliam ſub *Hercule*, ex Hiſpania reduce, adventaſſe manum, quæ miſſione ab eo impetrata Capitolinum montem inſederit [a] Pontificales libri prodiderunt. [b] Dionyſius intervallum hoc non amplius quam ſeptem fuiſſe annorum ſubindicat, quando Æneam quinque & quinquaginta circiter annis poſt *Herculis* digreſſum ipſorum Romanorum teſtimonio Laurentum appuliſſe ſcribit. Hæc autem manus præcipue ex *Pheneatis* & *Epeis Elidenſibus* conſtitit, admiſtis etiam Trojanorum nonnullis, quos *Hercules* capto Ilio ſecum in commilitium abduxerat. 2 Et quamquam narratio tranſitus *Herculis*, ut reliqua hujus herois acta, multis fabulis involuta eſt, quoniam in illius claritatem referri ſolitum, quidquid ubique magnificum videretur, nihilominus tranſitum ipſum haudquaquam pro fabuloſo habendum, ut facit [c] Cluverius, præter certiſſimum ipſorum Romanorum teſtimonium multa evincunt. 3 Ara [d] Saturni ab *Hercule* erecta in colle Capitolino, in quo quotannis idibus Majis ex *Herculis* inſtituto ſacrificabatur: ſpelunca Caci & prope ara Jovi Inventori ab *Hercule* poſita apud portam Trigeminam, in qua ritu Græcanico ex ejuſdem *Herculis* inſtituto adhuc ſacra fiebant Dionyſii temporibus: ara *Herculis* ab Euandro erecta Carmentæ matris monitu, quæ mutata deinceps ex extemporali in perpetuam & a Romanis Ara Maxima appellata prope forum Boarium, in qua decimæ *Herculi* offerebantur, juramenta & pacta peragebantur adhuc Dionyſii temporibus: inſtitutio ſacerdotii in duabus familiis Potitiorum & Pinariorum ab *Hercule* facta ad ſacra hujus Aræ peragenda: portus *Herculeus* inter Pompejos & Neapolim, ubi *Herculis* claſſis ſtativa habuiſſe dicebatur 4 Quorum omnium & [e] aliorum monumentorum *Herculis* per Italiam tranſitum oſtendentium fama tanta fuit, ut ipſi Græci veteres illam teſtati ſint. Hinc Ariſtoteles de Mirab. Auſcult. Λέγουσι δὲ πολλαχοῦ τῆς Ἰταλίας Ἡρακλέους εἶναι πολλὰ μνημόσυνα, ἐν ταῖς ὁδοῖς ἃς ἐκεῖνος ἐπορεύθη. *Ferunt & paſſim etiamnum in Italia Herculis monumenta exſtare juxta vias quas ille tranſivit.* Quæ omnia ex imaginario nata fuiſſe principio haudquaquam dicet, qui primum opera, poſt ſermones de operibus exſiſtere obſervaverit.

a apud Auct. Orig. G. R.
b l. 1. p. 35.
c l. 4. It. Ant. p. 1331.
d Dionyſ. l. 1. p. 30.
e apud Varron. l. 4. de LL. p. 14.

5 Extremæ Italiæ peninſula inter nobiles quondam urbes Tarentum atque Brunduſium, *Meſſapia* quondam dicta etiam paullo ante Trojana tempora colonos ſimul cum hoc nomine accepit. Hos diceres Strabonem ex Bœotia deducere, quando [f] lib. IX. ait: Ἐν δὲ τῇ Ἀνθηδονίᾳ Μεσσάπιον ὄρος ἐστὶν ἀπὸ Μεσσάπου, ὃς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐλθὼν Μεσσαπίαν τὴν χώραν ἐκάλεσεν. *In Anthedonia regione eſt etiam Meſſapius mons a Meſſapo dictus, qui cum in Iapygiam veniſſet, nomen regioni Meſſapiæ dedit.* Straboni reclamare [g] Pauſanias videtur barbaram gentem pronuntians non Græcam. Sed pater [h] hiſtoriæ rem expedit docens *Cretenſes* fuiſſe, qui Minois ulturi necem cum in Sicilia per quinquennium fruſtra obſeſſa Camico fame compulſi abiiſſent, circa *Iapygiam* laceratis tempeſtate navibus in terram ejecti fuerint, & cum reditus in patriam non oſtenderetur ibi conſederint ædificata urbe *Hyria*. Et eadem refert [i] Conon, omiſſa tamen *Hyriæ* conditæ mentione. Minos autem in Sicilia periit juxta Euſebium anno Meneſthei quinto, cujus tertio & viceſimo Troja capta eſt. Unde patet hos Cretenſes annis circiter duodecim ante dictam Epocham lares in *Iapygia* fixiſſe. 6 Strabo autem conciliari cum Herodoto poteſt, ſi *Cretenſes* hos a *Meſſapo* Bœoto ductos dicamus. 7 Ex quibus apparet convenienter temporis rationi *Meſſapum* Turni ſocium adverſus

f p. 405.
g l. 10. p. 627.
h Herod. l. 7. c. 170.
i apud Phot. Narr. 25.

Æneam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Æneam a [a] Virgilio inductum. [8] Sed turbat iterum [b] Strabo claſſis hujus ducem non *Meſſapum* ſed Iapygem faciens Dædali ex Cretica muliere filium: idque Euſtathius ad [c] Dionyſium ſequitur. Sed cum *Iapygia* jam ante *Cretenſium* adventum nomen hoc obtinuiſſe videatur & poſt eum *Iapyges Meſſapii* dicti fuerint, videtur potius [d] Nicander audiendus, qui *Iapygem*, Daunium atque Peucetium, Lycaonis filios, Oenotrorum facit ductores.

a l. 7. Æn. v. 691.
b l.6. p.279.
c v. 379.
d apud Ant. Liber. c.31.

[9] Sed ſæpius in hunc ipſum Italiæ angulum colonos ex *Creta* veniſſe veteres produnt. [e] Strabo *Brunduſium* coloniam deductam ſcribit ab illis *Cretenſibus*, qui cum Theſeo ex urbe *Gnoſſo* advenerant: ac deinde etiam ab his qui cum Iapyge. [f] Athenæus *Iapyges* conditos ait ab illis *Cretenſibus*, qui ad Glaucum inquirendum a Minoë miſſi fuerant. [g] Varro Idomeneum Cretenſem *Salentinorum* conditorem prodit his verbis: *Gentis Salentinæ nomen tribus e locis fertur coaluiſſe e Creta, Illyrico, Italia. Idomeneus e Creta, oppido Lycto, pulſus per ſeditionem bello Magnenſium, cum grandi manu ad regem Clinicum venit in Illyricum: ab eo item accepta manu cum Locrenſibus plerisque profugis in mari conjunctis amicitiaque per ſimilem cauſſam ſociatis, Locros appulit, vacuata eo metu urbe, ibique poſſedit aliquot oppida & condidit: in quis Uria* (Hyria) *& Caſtrum Minervæ nobiliſſimum. In tres partes diviſa copia, in populos duodecim. Salentini dicti, quod in ſalo amicitiam fecerint.* [13] Rurſus [h] Plutarchus vetere voto hominum primitias a *Cretenſibus* Delphos miſſas, qui cum ibi vitam quærere non valerent, in Italiam transgreſſi ſedes in *Iapygia* poſuerint, inde Thraciam petierint, ubi *Bottiæos* dictos ex Ariſtotele refert, non expreſſo profectionis tempore. *Bottiæorum* origines accurate deſcribit adductus paullo ante Conon. [14] Similiter *Hydruntum Cretenſium* coloniam facit [i] Stephanus: [15] & *Tarentum* antequam a Partheniis occuparetur a *Cretenſibus* habitatum [k] Strabo refert. Ex quibus ſatis perſpicitur *Meſſapiam* non una ſed pluribus coloniis diverſis temporibus Trojæ caſum antecedentibus e Creta frequentatam.

e l. 6. p.282.
f l. 12. p. 522.
g apud Val. Probum ad Ecl. 6. Virg.
h Theſeo p. 6. & 7. Q. R. p. 298.
i v. Βίεννος.
k l.6. p.279.

CAPUT NONUM.

De TROJÆ expugnatione.

1. Trojæ *excidium a nonnullis in dubium vocatur*, 2. *quoniam ejus auctor Homerus* 300 *circiter annis eo poſterior* 3. *& poëtarum virtus fingere*, 4. *perperam, quare:* 5. *tum quia multi ante eum id conſcripſerunt, qui recenſentur.* 6. *& ſcopus argumenti prodit veritatem*, 7. *qui.* 8. *Tabellaria Græcarum urbium diu poſt Homerum* Trojæ *excidium teſtata*, 9. *patet ex Sarpedonis epiſtola e* Troja *ſcripta, a Muciano viſa, Plinio teſte.* 10. *aliisque ſimilibus monumentis.* 11. *Hinc de* Trojæ *haloſi hiſtoricorum conſenſus in menſe & die*, 12. *Plutarcho teſte*, 13. *quem Dionyſius ſequitur*, 14. *uti ex Scholiaſte Euripidis colligitur.* 15. *Annus expugnationis juxta Eratoſthenem* 408 *ante primam Olympiadem, quem Dionyſius ſequitur.* 16. *Dio Pruſienſis* Trojam *negat captam*, 17. *ſed more Rhetorum, non ſerio.* 18. *quoniam hiſtoricum Homeri per poëticum tollit.* 19. *teſtimonio utitur unius anonymi ſacerdotis.* 20. *ſaxeis molibus nixi*, 21. *quæ nuſquam.* 22. (*aliter Manethos*) 23. *Sacerdotes Ægyptios in hiſtoria mendaciſſimos*, 24. *probatur exemplis.* 25. *tum quia nimis aperte falſis utitur hypotheſibus.* 26. *Quæ Homeri ætas.* 27. *denique quia ejus verba manifeſte hoc clamant.* 28. *Memoria excidii* Trojani *etiam cuſtodita per converſiones civiles id ſubſequutas apud Græcos*, 29. *quæ recenſentur.* 30. *& Trojanos, quæ pariter.* 31. *de his objectio ſoluta.* 32. *vetus* Troja *triginta ſtadiis a nova remota* 33. *cur veteris ruinæ Strabonis ætate non amplius apparuerint.*

[1] Cauſſa quæ Æneam profugum fecit patria, teſtimonio omnium Romanorum & ſi unum forte aut alterum exceperis, Græcorum pariter, *Trojæ* fuit haloſis. Unde haud incongrue videmur facturi, ſi antequam de Æneæ & Trojanorum in Italiam adventu agamus, prius utrum *Troja* revera obſeſſa & capta a Græcis fuerit, an potius nobile Iliados Homericæ argumentum fabulis & poëtarum metamorphoſiſin, in quibus nihil ferme veri cernitur accenſeri mereatur, diſquiramus. [2] Cum enim Homerus ſit antiquiſſimus ex omnibus iis, qui bellum *Trojanum* memoriæ prodidere, quos quidem temporis injuria reliquos fecit; hic vero trecentis circiter annis poſt *Trojæ* caſum vixerit, dubitatio nonnullis orta eſt, an non totum hoc argumentum Homerus, tamquam telam aranea, de ingenio ſuo finxerit. [3] Poëtarum enim non minus quam pictorum proprium fingere.

[4] *Sed non ut placidis coëant immitia, non ut*
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Non ut exornetur argumentum, cujus nullum unquam veſtigium ſol adſpexit, & quod aures quamvis patientiſſimæ audire detrectant. *Totum enim quod referas fingere*, ut alicubi [a] Lactantius, *id eſt ineptum eſſe & mendacem potius quam Poëtam.* Sed neque hujus culpæ affinem Homerum perquam multis oſtendi argumentis poteſt.

[5] Primo quod bellum *Trojanum* ante Homerum literis mandaverit [b] Syagrus, [c] Dares Phrygius, [d] Oræbantius Trœzenius, [e] Antipater Acantius, [f] Demodocus, [g] Helena Muſæi & [h] Daphne ſive [i] Manto Tireſiæ, filiæ. Præter hos Siſyphus Cous, Teucri ſcriba, Corinnus Ilienſis, Palamedis diſcipulus, immo ipſe Palamedes, Dictys Cretenſis Idomenei comes, aliique ſive veri ſeu faciendæ fidei nominibus iſtis adſumptis. Nam Phantaſiam Memphitida, Nicarchi filiam, ſtudioſe prætereo, quoniam procul dubio a [k] Ptolemæo Chenno, fabuloſo ſcriptore, & mendacibus Ægyptiis conficta eſt, ut haberent, quam opponere Homeri apud Græcos antiquitati poſſent.

[6] Denique ipſe ſcopus, in quem deſcribendo hoc bello collineavit Poëta, ſponte argumenti veritatem prodit. [7] Nam cum illud conſcripſerit eum in finem præcipue, ut benevolentiam captaret Principum paſſim in Græciæ urbibus ſuo tempore imperantium, quorum majores ſtrenuam in bello *Trojano* operam ediderant, vel cæco paret argumenti veritatem inde conſequi. Quis enim ſani ſincipitis palpo percutere auderet tam agreſti Principem aut Regem adhuc viventem, ut parentes illius res geſſiſſe tali loco & tempore maximas caneret, cum tamen illi fuiſſent nunquam, aut iſto loco & tempore hujuſmodi nihil geſtum eſſe conſtaret.

a l. 1. Inſt. c. 11.
b Ælian. l. 14. V. H. c. 21. Euſtath. proœm. ante Iliad.
c Ælian. l. 11. V. H. c. 2.
d Ælian. ib.
e apud Phot. p. 474.
f apud eumd. p. 490.
g apud eumd. p. 482.
h apud eumd. p. 486.
i Pauſan. l. 3. p. 208.
k apud Phot.

[8] Accedit, quod ipſi Græci, etſi ante Homerum nemo bellum hoc in literas miſiſſet, illius hiſtoriam tam brevi tempore obliterare non potuerint: tum quoniam geſtum a communi Græcia, tum quoniam maximas mutationes per varias gentes introduxit. Cum enim *neque arma ſine ſtipendiis neque ſtipendia ſine tributis haberi queant*, ut Cerealis apud Tacitum loquitur, quis non videt collationis extraordinariæ in mille ducentarum navium claſſem magnumque exercitum in tanta pecuniæ paupertate, quanta tunc adhuc Græci laborabant, memoriam per plura ſecula in Græcarum urbium tabellariis conſervatam. [9] Quod cum per ſe tam clarum, ut nulla probatione indigeat, confirmatur tamen ex eo, quod multis poſt Homerum ſeculis adhuc ſimilia monumenta exſtiterint, teſte doctiſſimo Syriæ præſide Muciano apud Plinium lib. XIII. cap. 13. *Mucianus ter Conſul prodidit nuper ſe legiſſe, cum præſideret Lyciæ, Sarpedonis e Troja ſcriptam in quodam templo epiſtolæ chartam.* [10] Ut de Achillis haſta, Memnonis gladio, Paridis lyra, Ephorbi ſcuto, & ſexcentis talibus taceam.

[11] Atque hinc factum ut nemo Hiſtoricorum inter Græcos de *Trojæ* excidio unquam dubitaverit, immo ut in menſe & die, quibus expugnatio facta, plerique conſenſerint, [12] notante Plutarcho [l] in Camillo: Ἐνήνοχε δὲ καὶ ὁ Θαργηλιὼν μὴν τοῖς βαρβάροις ἐπιδήλως ἀτυχίας. Καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησε. Καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ Φύλαρχος ἱστορήκασιν. *Menſis quoque Thargelion fuit manifeſte barbaris infauſtus. Alexander regis præfectos hoc menſe ſuperavit ad Granicum. Ejuſdem menſis die quarto & viceſimo Carthaginienſes in Sicilia cæſi ſunt a Timoleonte: circa quem diem ejuſdem menſis & Troja capta putatur, ut Ephorus, Calliſthenes, Damaſtes & Phylarchus prodiderunt.* [13] A quibus [m] Dionyſius, qui antiquiſſimos quoſque diligenter excuſſit, non abit, quando, Ἴλιον μὲν γὰρ, [m] inquit, ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. *Ilium enim captum eſt vergente jam vere, ſeptemdecim diebus ante ſolſtitium æſtivum tertio & viceſimo Thargelionis die.* Nam περὶ τὴν ἑβδόμην φθίνοντος Θαργηλιῶνος nihil aliud, quam in fine ὀγδόης φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος captam eſſe. [14] Certe Calliſthenes, qui a Plutarcho adducitur, ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος *Trojæ* haloſin adſcripſit, teſte Scholiaſte vetere in Euripidis Hecubam: Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· Ἑάλω δ' ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ὀγδόῃ ἱσταμένου· ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, ὀγδόῃ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα

Νὺξ μὲν ἔην μέσατα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.

l p. 138.
m l. 1. p. 51.

μεσο-

μεσονύκτιος ἢ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Calliſthenes libro ſecundo hiſtoriæ Græcæ ſic ſcribit : Troja capta eſt ſecundum nonnullos hiſtoricos octavo menſis Thargelionis: ſecundum vero Parvæ Iliados auctorem tertio & viceſimo. Definit enim is haloſin dicendo contigiſſe tunc invaſionem quando

Nox erat media, ſplendida vero oriebatur luna.

Luna enim media nocte exoritur duntaxat tertio & viceſimo. [15] Notat præterea idem Dionyſius ſuperfuiſſe illo anno, quo juxta Eratoſthenis Canones *Troja* capta fuit, poſt ſolſtitium dies viginti, ita ut ab eo die, quo *Troja* capta, ad anni finem dies eſſent ſeptem & triginta. Interceſſere autem juxta eumdem Eratoſthenem inter *Trojam* captam & primam Olympiadem anni quadringenti ſeptem. Unde [a] Dionyſius Petavius colligit *Trojam* captam die duodecimo Junii, feria quinta, anno Periodi Julianæ 3530.

a l. 1. de D. T. c. 22. & l. 9. c. 29.

[16] Quis igitur adeo contradicendi ſtudio teneatur, ut contra tam aperta niti adhuc conjecturis velit? At Dio Pruſienſis, licèt bellum *Trojanum* admittat, *Ilium* tamen expugnatum negat Oratione, ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι. [17] Verum quis non videt virum eloquentiſſimum in hoc paradoxo virium ſuarum facere voluiſſe periculum. Sic Iſocrates laudavit Buſirim, Græcorum fabulis valde infamem: Phavorinus philoſophus quartanam deprædicavit febrim: alii alias cauſſas tractarunt admirabiles. Quorum exemplum æmulatus Dio Homero falſi dicam apud Ilienſes intendit. [18] Sed *quibus indicibus, quo teſte probavit? Nil horum.* Nihil enim aliud tota illa oratione facit, quam ut quod in Homero hiſtoricum, per ejuſdem poëticum tollat. [19] Hoc autem quo minore cum invidia & tamen aliqua veri ſpecie faciat, ſub perſona alterius agere incipit. Fingit ergo Ægyptium quemdam ſacerdotem ſibi narraſſe, belli *Trojani* cauſſam non fuiſſe Helenæ raptum, quippe quæ legitimo matrimonio Alexandro Priami filio juncta fuerit, ſed principum ab Atridis in Alexandrum concitatorum invidiam: nec *Trojam* expugnatam unquam a Græcis, ſed hos viribus exhauſtos facto certis conditionibus cum Trojanis fœdere reliquiſſe *Trojam* incolumem: id narraſſe apud Ægyptios Menelaum, [20] omniaque ſic ſaxeis molibus proſcripta. Verum quam hæc ipſo vento ſunt leviora? Primo non nominatur ſacerdos, [21] deinde non exprimitur locus, in quo moles hæ admirandæ exſtent. Quæ omnia utique facienda erant, ſi tamquam in judicio cauſſa hæc oraretur. [22] Quanto callidior aut magis veterator Manethos, qui ut quinque annorum millia & trecentos, quot a Mene ad Pſammetichum effluxiſſe affirmaverat, probaret, adjecit numerum hunc a ſe depromptum e columnis in terra Seriadica a primo Mercurio exſtructis, quorum ſcripturam poſt diluvium interpretatus Agathodæmon fuerit. [23] Sed age, dixerit hoc Dioni ſacerdos. Quis neſcit ſacerdotes Ægyptios in Hiſtoria fuiſſe mendaciſſimos. [24] Sacerdos Ægyptius fuit, qui Alexandro Magno narravit, [b] Cypriano & [c] Auguſtino teſtibus, in ſacris literis & annalibus Ægyptiorum tempora omnium regnorum ſubtiliter adnotata contineri: in his autem traditum eſſe regnum Aſſyriorum quinque annorum millia exceſſiſſe: Perſarum autem & Macedonum imperium plusquam octo annorum millibus definiri. Quæ falſa eſſe conſtat omnium reliquarum gentium conſenſu. Imperium enim Aſſyriorum qui quam longiſſime produxerunt quadringentos ſupra mille annos non exceſſerunt. A Medorum autem primordio ad Alexandri finem anni circiter quingenti numerantur. [25] Hanc igitur Ægyptiorum mendacitatem cum non ignoraret Dio ut ſacerdotis ſui teſtimonia aliquem colorem obduceret, duo porro ſupponit; alterum quod Homerus primus fuerit, qui bellum Trojanum literis conſignavit, alterum, quod tam longo tempore poſtquam geſtum eſſet, id fecerit, ut fama illius apud homines propemodum eſſet deleta. Verum ambo hæc veritati contraria ſunt: plures enim ante Homerum idem argumentum tractaſſe jam ante oſtendimus. Et ſi nemo hoc feciſſet ante Homerum, quod tamen eſt aliter, an propterea deleta ipſius tempore memoria belli fuiſſet tot duratura per multa ſecula & in Aſia & in Europa veſtigia relinquentis? Sed cur non definis, Chryſoſtome, Homeri ætatem, ſic enim de temporis vi in delenda rerum memoria melius judicaremus: aut an ſtudioſe prætermiſiſti eam, ne deprehenſus non poſſes evadere? Fateor ſententias doctorum ſuper Poëtæ ætate jam olim fuiſſe valde diverſas, uti videre eſt apud [e] Tatianum & [f] Clementem, aliis eum minus aliis magis a Trojano bello removentibus. Qui vero quam longiſſime removerunt, & quorum ſententia tolerabilis, trecenteſimum annum vix egreſſi ſunt: qualis auctor Marmoris Parii, qui ſub Diogeneto ſeptimo Archonte διὰ βίου floruiſſe prodit. Cœpit autem regnare Diogenetus juxta Eratoſthenis Canones anno ſuper ducenteſimum nonageſimo poſt Trojæ caſum. In qua ſententia

b l. de Idol.
c l. 12. de C. D. c. 10.
d Diod. l. 2. p. 77.
e Orat. contra Græc. p. 166.
f l. 1. Strom. p. 326.

tia fuere etiam Apollodorus & Ephorus apud Græcos, Cornelius Nepos apud Latinos. Jam an ſpatio trecentorum annorum perire tantæ rei memoria potuit? [27] Sed ne accuſemus Dionem: certo enim certius ludere eum: idque ipſe non obſcure indicat, dum identidem repetit ſe non exſpectare ut Ilienſibus, apud quos dicebat, thema ſuum perſuadeat. Immo in peroratione compoſitæ prolepſi, quod homines male eum de Græcis meritum adſerto paradoxo dicturi eſſent, reſpondit: εἰ ᾔδειν, ὅτι πείσω ταῦτα λέγων, ἴσως ἂν ἐξευλαβούμην εἰπεῖν. *Si ſciviſſem me hæc orando perſuaſurum, forte dubitaſſem dicere.* Quaſi diceret, non ideo hoc argumentum tractavi, ut vobis id perſuaderem, quos probe novi non eſſe veteres *Ilienſes*, etſi [a] Hellanicus hoc in gratiam veſtram finxerit, & vos ipſi pro talibus vos venditetis, ſed tantum ut vires meas vobis probarem. Immo cum omnis hujus cauſſæ ſpecies ab unica Homeri inſectatione pendeat, ut oſtenderet eam ludicram eſſe non ſeriam, ipſum deinde Homerum excuſat, tamquam qui imperatorio conſilio veritatem ita absconderit, ne Græci bellum deinceps cum Aſiaticis habituri terrore corriperentur. Bona verba quæſo. Verum hæc largius forte ſum exſequutus quam aliquibus neceſſum videbitur. Idque non feciſſem, niſi invenirentur viri ſatis docti, qui partim Dionis Pruſienſis partim [b] Metrodori Lampſaceni, totum *Trojanum* bellum ad allegoriam referentis, auctoritate ſeducti *Trojam* nunquam captam temere nimis ſcripſiſſent. Ut igitur eo redeam, unde paullo ante diſceſſi, non potuit tanti belli memoria ſpatio trecentorum annorum deleri in Græcia, minimum non apud Athenienſes, qui, etſi in Melantho turbas & mox morte Codri in regiminis forma aliqualem interea paſſi ſint mutationem, ab externa tamen dominatione coloniſque ſedes quærentibus intacti fuere. Unde tabulas veteres tributorum decennalis belli memoriam continentes apud illos Homeri ætate adhuc duraſſe plusquam veriſimile eſt. [28] Sed neque ex hoc ſolo *Trojani* excidii memoria conſervari per trecentos annos facillime potuit: verum adhuc magis cuſtodiverunt eam converſiones rerumpublicarum, migrationes populorum, exſtructiones urbium aliique eventus illuſtres ex hoc excidio nati vel idem ſubſequuti. Qualia homines per manus ſibi invicem tradere quam diutiſſime ſolent. Nam cum Græci belli *Trojani* temporibus nondum abundarent pecunia, quippe in plures ſtatus civiles male hactenus pacatos diviſi, & Agamemnonis, qui omnium potentiſſimus erat, ad commilitium trahentis ceteros, metu potius, quam ſponte, contra *Trojam* profecti eſſent, accidit mox cum obſidio *Trojæ* in decimum annum extraheretur, ut Græci, licet victores, ingentibus cum malis conflictarentur domum reverſi. [27] Primum enim Agamemnon, Græciæ eo bello imperator, poſtquam [c] *Mycenas*, *Tegeam*, *Pergamum*, [d] *Lampen* in Creta ædificaſſet, tandem domi

> *Conjugis infandæ prima inter limina dextra*
> *Oppetiit.*

Frater Menelaus octo per annos pelago jactatus & alto pyraticamque exercens [e] *Canopum* in Ægypto condidit. Portus item [f] *Menelaus* apud Ardaniam ſupra Paratonium, & [g] urbs ultra Momemphin ab eodem nomen invenerunt. Filius Oreſtes, quod matrem Clitæmneſtram cum adultero Ægyſtho interfeciſſet tertio poſt *Ilii* everſionem anno cauſſam parricidii in Areopago dixit, & Minervæ, ut fertur, calculo abſolutus eſt. Eodem fere tempore Teucer propter non vindicatas fratris Ajacis injurias a patre Telamone Salamine inſula prohibitus, poſtquam aliquantiſper in Atticæ loco, qui exinde Τρώων δῆμος [h] appellatus eſt, poſtea Ξυπέτη, vel Ξυπελέων, in Cyprum abiit, & clariſſimæ ibi urbis a patria denominatæ fundamenta poſuit. In eadem inſula [i] *Paphus* eodem tempore ſed in alio latere ab Arcadum rege Agapenore condita. Mopſus & Archilochus Argivi e *Troja* pariter redeuntes communibus viribus [k] *Mallum* in Cilicia condiderunt. A Mopſo ſolo *Mopſueſtia* & *Mopſucrenæ* denominatæ ſunt. Pyrrhus Neoptolemus Achillis filius omiſſa [l] Phthia Theſſalica, unde pater Myrmidonas, Achæos ſcilicet & Hellenas, duxerat, ad *Ephyram* Epiri urbem conſedit, regnique Epirotici fundamenta poſuit. Ipſius etiam Achillis memoria in Tauricæ Cherſoneſi peninſula *Achilleo* [m] *Dromo* oppidoque vel pago *Achilleo* apud Sigeum conſervata eſt. Amphilochus *Argos Amphilochium* reliquamque *Amphilochiam* patria non repetita condidiſſe fertur. *Pamphylios* ab illis, qui cum Amphilocho & Calchante e *Troja* disjecti ſunt, originem ducere [n] Herodotus ſcribit. *Magneſiam ad Mæandrum* in Caria a Magnetibus conditam, qui ad Peneum fluvium montemque Pelium habitaverunt, a *Trojæ* expugnatione redeuntibus, Protavi auſpiciis, apud Photium Conon

a apud Strab. l. 13. p. 602.
b apud Tatian. p. 160.
c Vell. l. 1. c. 1.
d Stephanus.
e Scyl. p. 149. Tac. l. 2. c. 60.
f Strabo l. 1. p. 40.
g Id. l. 17. p. 803.
h Strabo l. 13. p. 604.
i Pauſan. l. 8. p. 461.
k Strabo l. 14. p. 675.
l Strabo l. 9. p. 432. Pauſan. l. 1. p. 19.
m Stephanus.
n l. 7. c. 91.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

narrat. Nec Græcia tantum aut Aſia contenti fuere hi victores, ſed in Italiam etiam evagati ſunt. Certe Diomedem in Italiam appulſum ibidemque rerum potitum argumento ſunt loca, nomen ejus multis poſt ſeculis retinentia: *inſulæ Diomedeæ*, littori Appulo ante Gargarum promontorium objacentia & in earum una Diomedis [a] monumentum: *Diomedis campi* in Appulia apud Canuſium: *Diomedis templum & nemus* apud Timavum: ut taceam civitates ab eo conditas [b] *Salapiam*, [c] *Adriam*, *Maleventum*, *Æquum Tuticum*, *Luceriam*, *Canuſium* & *Argos* illud *Hippium*, *Argyripa* poſtea, *Arpi* deinceps, a patria ejus denominatum; Ἄργος enim Homerus ἱπποβότοιον cognominat: transeam etiam vetuſta Diomedis donaria, quæ in Dauniæ templis Strabonis adhuc temporibus durabant, indubitata Diomedeæ in iſta loca dominationis teſtimonia. Fuerunt autem plures in Magna Græcia urbes, quæ ſe conditas a Græcis, qui *Trojæ* excidio interfuerant, ferebant: *Sybaritæ* ab [d] Ajace Oilei, [e] *Crimiſa* & [f] *Thurii* a Philocte, cujus templum & ſepulcrum [g] *Macallis* quindecim millibus paſſuum a Crotone oſtendebatur: *Metapontini* ab Epeo (cujus ferramenta, quibus equum Durium exſtruxerat in Minervæ templo juxta *Metapontum* repoſita [h] Ariſtoteles & [i] Juſtinus ſcribunt) vel juxta alios Metabo: *Lagaria* [k] ab Epeo: *Salentini* [l] ab Idomeneo: & extra hanc Græciam *Præneſte* & *Tuſculum* ab Ulyſſis filio Telegono.

30 Nec tantum Græci circumtulerunt late propagaruntque diu *Trojani* excidii memoriam ſed ipſæ etiam *Trojæ* reliquiæ. In Aſia ſtatim poſt *Trojæ* excidium ab Aſcanio, *Æneæ* filio ſimul & Scamandrio Hectoris conditæ *Ariſbe* & *Scepſis*, ab Aſcanio ſolo *Aſcania*. In Græcia Helenus Priami filius beneficio Pyrrhi regnum tenuit *Chaonum*, *Buthrotiumque* & *Ilion* in Macedonia condidit. In Italia Antenor

urbem Patavi ſedeſque locavit
Teucrorum & genti nomen dedit armaque fixit
Troja.

Nam qui *Veneti* adhuc hodie vocantur *Heneti* ſunt, quibuſcum ſimul & Paphlagonibus Antenor iſtis ex locis ejecit Eganios. Digamma enim Æolicum Latini per V efferunt. Certe [m] *Venetos Trojana ſtirpe ortos auctor eſt Cato*: multaque indicia Antenoris in ea loca adventus exſtitere; inprimis quod locus, in quem egreſſus primum [n] *Troja*, pagus circa *Trojanus* eſt dictus; quod ludi [o] Ceſtici, qui ſub Cæſaribus adhuc Patavii celebrabantur a Trojano Antenore originem habere crediti ſunt; quod mitra Trojana adhuc durare videatur, in ducali apud Venetos diademate. A [p] Capye condita *Capua*, a Polite *Politorium*. De *Æneæ adventu* nihil addo, quoniam de illo anquirimus. In Africa *Maxyes* originem a *Trojanis* arceſſiviſſe memorat Herodotus. [q]

31 Nec eſt quod aliquis cum Dione haſce *Trojanorum* colonias in *Trojæ* non captæ argumentum adhibeat: quoniam talis ſententia falſiſſimæ hypotheſi innixa eſt; videlicet *Trojam* ſive *Ilium* Homeri eſſe idem illud Ilium, ad cujus cives orationem, quam diximus, Dio habuit. 32 Strabo [r] enim docet opinionem hanc ex ipſo refelli Homero & vetus *Ilium* triginta ſtadiis ſupra novum ſitum verſus ortum & montem Idam, quo loco tunc temporis adhuc exſtabat *vicus Ilienſium*, idque multis argumentis probat. Quæ omnia ex artis præcepto diſſimulantur apte apud illos, qui arrogantius quam verius ſuam urbem priſcum *Ilium* videri volebant. Remoto igitur hoc errore, ſi interroges Dionem, quandoquidem conſtet veterem *Trojam* non amplius fuiſſe jam ab Homeri temporibus, a quibus igitur hæc deſtructa ſit, ſi a Græcis non fuerit, quid reſpondere poterit? Ne γρῦ quidem, niſi fallor.

33 Neque contra hæc facit, quod Strabonis tempore nulla amplius priſcæ *Trojæ* veſtigia apparuerint: cum quidquid lapidum *Iliacorum* eſſet ad vicinarum urbium refectionem, quæ bello illo vaſtatæ erant, abſumptum, ipſumque Sigeum ex his lapidibus ab Archeanacte Mitylenæo exſtructum fuerit.

Hæc igitur tot ac tanta argumenta cum efficaciter probent *Trojæ* excidium, non video, qui id revocari in dubium ſerio poſſit, niſi ab eo, qui omnem præteriti temporis hiſtoriam pro fabula habendam exiſtimet.

a Plin. l. 3. c. 26.
b Vitruv. l. 1. c. 2.
c Stephanus v. Ἀτρεία.
d Solin. c. 7.
e Strabo l. 6. p. 254. Lycophron v. 912.
f Ariſtot. Mirab. Auſc.
g Tzetzes ad Lycophr. p. 150.
h Mirab. Auſc.
i l. 20. c. 2.
k Stephanus.
l Varro apud Probum in Ecl. 6. Virg.
m Plinius l. 3. c. 19.
n Livius l. 1. c. 1.
o Tacit. l. 16. c. 21.
p Servius ad 1. Æn. v. 6. & V. v. 584.
q l. 4. c. 191.
r l. 13. p. 593. & 593.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

CAPUT DECIMUM.

De ÆNEÆ & TROJANORUM adventu, qui probatur partim Romanorum partim Græcorum teſtimoniis.

1. Trojani *ſub* Ænea *appulerunt anno xxxv* Latini *ad* Laurentem *agrum juxta Dionyſium* 2. *&* *Livium* 3. *& hunc adventum teſtatus locus in eodem agro* Troja *dictus Livii*, 4. *Dionyſii*, 5. *Catonis Cenſorii*, 6. *Appiani*, 7. *& Feſti temporibus*, 8. *ab* Ænea *&* Trojanis *ſic appellatus*. 9. *Objectio contra hæc* 10. *ſolvitur*. 11. *Antequam Hiſtoria Romæ ſcribi cœpta* Annales Maximi *compoſiti*, *a quibus*, *quando primum*, *& de quibus*: 12. *qui* Faſti & Pontificum commentarii, *ut videtur*, *apud Livium*: 13. libri Lintei: 14. Tabulæ Cenſoriæ: 15. *ſcriptura privatorum*: 16. *carmina*. 17. *Quomodo hæc incendio Urbis non perierint*. 18. *Urbes in Italia plures habuerunt Hiſtoricos cum Roma adhuc iis careret*. 19. *His omnibus inſtrumentis ad ſcribendum uſi Romanorum Hiſtorici*: 20. Q. Fabius Pictor, 21. L. Cincius Alimentus, 22. L. Julius Cæſar, 23. M. Porcius Cato, 24. A. Poſtumius Albinus, 25. L. Caſſius Hemina, 26. Q. Fabius Maximus Servilianus, 27. L. Calpurnius Piſo, 28. Sempronius Aſellio, 29. M. Octavius, 30. Q. Lutatius Catulus, 31. C. Licinius Macer, 32. Valerius Antias, 33. L. Ælius Tubero, 34. *aliique plures*. 35. *A quibus Dionyſius & Livius ſua mutuati*. 36. *Similiter Græcorum antiquiſſimi* Æneæ adventum *teſtati*: 37. *ut* Arctinus Mileſius, 38. (*cujus nomen apud Dionyſium in vitio cubat*.) 39. *Caliſtratus*, *Silenus*, 40. *aliique plures*, *qui periere*: 41. *ex ſuperſtitibus antiquioribus Lycophron*. 42. *cujus totus locus adducitur*, 43. *vertitur*, 44. *& explicatur. cur* Æneæ *nomen in eo non expreſſum*. 45. *unde certo intelligatur*. 46. *Ubi* Ῥαίκηλος *&* Κισσός. 47. Æneas *appulit primum ad* Pallenen Macedoniæ *peninſulam* 48. *ubi condidit* Æneam 49. *cur* Pallenen, Thraciæ *vocet Dionyſius*. 50. Ænea *non in ipſa* Pallene, *ſed regione contermina*, *ad ſinum* Thermaicum, 51. *quæ Herodoto* Croſſæa, 52. *in qua urbes præter* Æneam *ſex*, 53. *ſupra quam* Therma, *unde nomen ſinui*, *quæ poſt* Theſſalonica. 54. *Theon* Αἴνειαν *vocat* Αἰνειάδας, *Stephano teſte*, 55. *Tzetzes perperam* Αἰνειάδα, 56. *qui* Αἴνειαν *etiam &* Αἶνον *confundit infeliciter*. 57. *qui tamen error ipſi cum multis veterum communis*, 58. *Fragmentum* Parvæ Iliados *ex Tzetze adductum* 59 *& verſum*. 60 *quare*. 61. *Hujus auctor Euſebio primum* Leſches 62. *Lesbius vel Pyrrhæus*. 63. *aliis* Staſinus, *contra* Ἰλίου Πέρσεως *auctor* Leſches: *quæ diverſa poëmata ex Ariſtotele notat Scaliger*: 64. *quem Salmaſius eo nomine reprehendit* 65. *perperam*, *quia Pauſanias clare diſtinguit inter* Ἰλίου Πέρσιν, Ἔπη τὰ Κύπρια *&* Ἰλιάδα μικράν, 66. *& ex Ariſtotele id recte a Scaligero collectum*: 67. *quod oſtenditur*. 68 *Euſebius in hoc ſine cauſſa receſſit ab antiquioribus*, 69. *& Pauſania*, *qui* Leſchi *tribuit* Ἰλίου Πέρσιν. 70. *quod verum eſſe probatur*. 71. Parvæ Iliadis *meminit Calliſthenes*, *auctor vitæ Homeri ſub nomine* Ἐλάσσονος Ἰλιάδος, 72. *quam Salmaſius facit* τὰ Κύπρια, *perperam*. 73. *de primo* Cypriorum *verſu dubitatio*: 74. *a Scaligero vitio memoriæ interpolatus videtur*, 75. *ex duobus aliis Scaligeri erratis*, *ibidem commiſſis*. 76. Cypriæ Iliadis *auctor* Nævius, *non* Lævius, *ut Scaliger*, *apud Chariſium & Priſcianum*: 77. *Salmaſio tamen* Lævius; 78. *item Andreæ Scotto*, *perperam*: 79. *quia Edd. adverſantur*. 80. *nec emendandi neceſſitas*. 81. Τὰ Κύπρια *in plures diviſa libros* 82. *a* Nævio *Latino carmine reddita &* Cypria Ilias *dicta*, *propterea nomen prius haud mutaſſe*, 83. *probatur Herodoti*, *Ariſtotelis*, *Athenæi*, *Æliani aliorumque auctoritate*, 84. *item Procli*, *cujus locus minus recte a Scotto verſus*. 85. Cypria *appellata non a* Staſini *patria* 86. *ſed* Venere 87. *quomodo?* 88. *Diverſa ergo poëmata* Ilias Parva, Ἰλίου Πέρσις 89. *&* Cypria. 90. *Dionyſius Petavius ſupereſſe* Iliadem Parvam *credidit*, *perperam*: 91. *quomodo deceptus*. 92. *hinc laterculus regum Trojanorum Petavianus rejicitur*, 93. *ſubſtituto genuino*. 94. *quid* Almopia. 95. Lynceus, Piſſa, Agylla *apud Lycophronem*. 96. *Ulyſſis*, *qui* Νάνος, *cum* Ænea *fœdus* 97. Tarchontis *item &* Tyrſeni. 98. *qui* Myſorum *regis filii*, *quare*. 99. *&* Heraclidæ: 100. *ſed invita Chronologia*. 101. *Oraculum*: 102. xxx turres *in Latio conditæ*, 103. nigræ ſuis, *totidem porcellos enixæ*, *auſpicio*: 104. *quod Tzetzi reprehenſum tamquam contra hiſtoriam* 105. *Meurſio item* 106. *& Cantero*. 107. *ſed in explicatione* xxx turrium *infeliciter*: 108. *per has enim Poëta colonias* Priſcas Latinas *intelligit*, 109. *quæ numero* xxx Alba *deductæ*, *juxta Dionyſium*. 110. *Lycophron peritus rerum* Romanarum: 111. *meminit &* ſcrofæ *&* xxx porculorum æneorum 112. *qui* grundules lares. 113. *deorum ab* Ænea *adductorum* 114. *uxore*, *liberis & cimeliis ſpretis*. 115. *Romæ*, *ſed tacito nomine*, *quam per bellicam gloriam & ſitum indicat*, Circæum *promontorium*, *portum* Argoum, 116. Æetam *ſive* Cajetam, 117. *Lacum* Fucinum *in* Marſis, 118. *amnem* Pitonium. 119. *& antrum* Cumanum. 120. *ex præmiſſis concluditur*.

[1] Adſerta cauſſa quæ *Æneam* profugum fecit patria, ordo poſtulat, ut de ipſius *Æneæ* & *Trojanorum*, qui ſimul cum illo patriæ flammas evaſerunt, in Italiam *adventu* dicamus. Igitur poſt Herculis digreſſum anno quinto & quinquageſimo regnante apud Aborigines Latino, Fauni filio, & quidem anno regni ejus quinto & triceſimo, teſte [a] Dionyſio, poſt *Trojam* captam ſecundo, *Trojanos* ſub *Ænea Troja* profugos ad agrum *Laurentem*, in quo *Laurentum* Aboriginum regia jacebat, appuliſſe tam conſtans apud Romanos fama fuit, ut de ea nemo unquam dubitaverit. [2] Livius lib. 1. cap. 1. Æneam, inquit, ſatis conſtat *ab ſimili clade domo profugum ſed ad majora initia rerum ducentibus fatis primo in Macedoniam veniſſe: inde in Siciliam quærentem ſedes delatum: ab Sicilia Laurentem*

[a] l. 1. p. 35.

agrum

agrum tenuiſſe. [3] Ne vero conſtantem hanc famam aliquis vocaret in dubium, cavet addito: *Trojæ & huic loco nomen eſt.* Gaudent enim extorres patria relictarum ſedium vocabula novis habitationibus inducere: ut infinitis tam hujus quam priſci Orbis exemplis patet. [4] Nec Livius ſolus *Trojam* locum appellatum in Latio ſcribit adhuc ſuis temporibus, in quem *Æneas* cum ſuis *Trojanis* primum deſcendit, ſed
a p. 43. Dionyſius etiam Halicarnaſſenſis [a] lib. I. Τελευτῶντες δὲ ἀφικνοῦνται τῆς Ἰταλίας εἰς Λωρεντόν. Ἔνθα τῆς πλάνης παυσάμενοι χάρακα ἔθεντο· καὶ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ τότε κατεστρατοπεδεύσαντο, ἐξ ἐκείνου Τροία καλεῖται· ἀπέχει δὲ θαλάττης ἀμφὶ τοὺς τέτταρας σταδίους. *Tandem ad Italiæ Laurentum pervenerunt. Hic invento errorum fine, caſtra vallo munita poſuerunt. Et locus in quo tunc caſtrametati ſunt ab eo tempore Troja vocatur, & a mari diſtat circiter quatuor ſtadia.* Nemo, ut opinor, adeo invenietur durus qui hos duos teſtes ejuſdem temporis de loci nomine tum obtinente inter eos, a quibus potuiſſent redargui, teſtificantes, temere rejecturus ſit. [5] Quod ſi tamen inveniatur tam difficilis judex faciemus & huic ſatis, oſtendendo & ante horum tempora diu & poſt multo, locum ita fuiſſe appellatum. Primum patet Catonis Cenſorii, alterum Ap-
b l. 7. v. 158. piani teſtimonio. Servius ad hæc [b] Virgilii

> *Moliturque locum, primaſque in littore ſedes*
> *Caſtrorum in modum, pinnis atque aggere cingit.*

Ideo primas quia imperium Lavinium tranſlatum eſt. Et ſciendum civitatem quam primo fecit Æneas Trojam dictam ſecundum Catonem & Livium. Improprie appellat *civitatem*, quod Livius, Dionyſius, immo ipſe Cato *locum caſtrorum* vel ipſa caſtra vocat. Nam
c l. II. Æn. v. 316. ipſe Servius [c] alibi hæc habet: *Cato in Originibus dicit Trojanos a Latino accepiſſe agrum, qui eſt inter Laurentum & caſtra Trojana. Hic etiam modum agri commemorat & dicit eum habuiſſe jugera ſeptingenta.* Unde patet locum hunc Catonis Cenſorii ævo pariter *Trojam* appellatum. [6] Poſt tempora autem Livii & Dionyſii nomen vetus adhuc
d p. 49. diu retinuiſſe apud [d] Photium teſtis eſt Appianus: Ἄρχεται μὲν οὖν τῆς ἱστορίας ἀπὸ Αἰνείου τοῦ Ἀγχίσου τοῦ Κάπυος. ὃς ἐν τῷ Τρωϊκῷ ἤκμαζε πολέμῳ, μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας ἔφυγε καὶ μετὰ μακρὰν πλάνην, κατέπλευσεν ἔς τινα τῆς Ἰταλίας αἰγιαλὸν Λωρεντὸν ἐπικαλούμενον, ἔνθα καὶ στρατόπεδον αὐτοῦ δείκνυται καὶ τὴν ἀκτὴν ἀπ' ἐκείνου Τροίαν καλοῦσιν. *Hiſtoriæ totius initium ducit ab Ænea, filio Anchiſæ, nepote Capyis: qui Trojano bello interfuit, Ilioque capto & everſo fugit & variis jactatus erroribus ad Italiæ quoddam littus Laurens dictum appulit, ubi & caſtra illius oſtenduntur & ab eo oram illam maritimam Trojam dicunt.* Diſtincte Appianus στρατόπεδον appellat, quod Dionyſius χάρακα, Cato *caſtra Trojana*: *Trojam* regionem caſtris ſubjectam. Sic *caſtra Hannibalis* locus appellatus, in quo Hannibal quondam cum exercitu conſederat, multis poſt bellum Hannibalicum ſeculis. [7] Hiſce denique omnibus adjicio Feſtum: *Troja & regio Priami: & luſus puerorum equeſtris dicitur: & locus in agro Laurente, quo primum in Italia Æneas cum ſuis conſtitit.*

[8] Adſtructo igitur locum fuiſſe in *Laurente* agro, qui *Troja* dictus, probandum reſtat, hunc ab *Ænea* ejuſque ſociis ita appellatum, ſive, quod idem putem, *Æneam* cum *Trojanis* in Italiam veniſſe. Hoc vero Romani tam firmiter omnibus ſeculis crediderunt, tot prudentes inter eos identidem adfirmarunt, ut ſi quid in hiſtoria veri, pro tali id maxime habendum ſit.

[9] Nec eſt quod aliquis mihi objiciat hiſtoriæ teſtimonium in hac cauſſa adduci non poſſe quod hiſtoria belli Hannibalici temporibus a Romanis primum adhiberi cœperit. Si enim ſine juſta hiſtoria rerum memoria conſervari nequit, fabularum numero cenſendum quidquid & regno Albano, ſeptem Urbis regibus & ſecunda populi Romani ætate perſcriptum legitur, quoniam tertia demum ætate Hiſtorici prodire cœperunt. Et in hac opinione fuit nuper Philippus Cluverius. [10] Verum licet ante Fabium Pictorem nullus Romæ ſoluta oratione hiſtoriam ſcripſerit, non defuerunt tamen aliæ tranſmittendarum ad poſteritatem rerum viæ.

[11] In his eminebant *Annales Maximi*, a Pontifice Maximo quotannis confici ſoliti jam ab initio fere Urbis ad P. Mucium, ſi Ciceroni credimus: apud quem lib. II.
e c. 12. [e] de Oratore hæc habes: *Erat hiſtoria nihil aliud niſi annalium confectio: cujus rei memoriæque publicæ retinendæ cauſſa ab initio rerum Romanarun uſque ad P. Mucium, Pontificem Maximum res omneis ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus efferebatque in album & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi, ii qui etiam nunc Annales Maximi nominantur.* Cum autem Pontifex Maximus a Numa fuerit

fuerit inſtitutus non male Cicero *ab initio rerum Romanarum Annales* hos ait compoſitos: manſiſſe autem hanc conſuetudinem uſque ad P. Mucium Scævolam, qui Pontificatum Maximum ſtatim poſt fratris P. Licinii Craſſi Muciani necem, quæ in annum 623 incidit, adeptus videtur. Servius, vel quicumque ſub ejus nomine in Fuldenſibus Schedis ſe oſtentat, *Annales* hos in octoginta ait libros diviſos ad lib. 1. Æn.[a] *Ita Annales conficiebantur. Tabulam dealbatam quotannis Pontifex Maximus habuit, in qua præſcriptis Conſulum nominibus & aliorum magiſtratuum digna memoratu notare conſueverat, domi militiæque, terra marique geſta per ſingulos dies. Cujus diligentiæ annuos commentarios in octoginta libros veteres retulerunt, eoſque a Pontificibus Maximis, a quibus fiebant, Annales Maximos appellarunt.* In his autem *Annalibus* non modo perſcriptæ ſingulorum annorum, ex quo confici cœpti ſunt, res maxime notabiles, ſed illius etiam temporis ſummatim, quod illorum ſimul & Urbis initia anteceſſerat. Eadem enim ratio quæ ſuadebat, ut quæ fiebant quotidie poſteritati proderentur, pariter dictabat cavendum, ſuperioris temporis memoria, quæ in illis adhuc durabat, in nepotibus ne interiret. Idque colligi ex variis rebus poteſt, quæ ex his *Annalibus* adducta adhuc exſtant; præcipue apud Originis gentis Romanæ Auctorem. Apud hunc enim hiſtoria tranſitus per Italiam Herculis narratur ex *Pontificalibus Annalibus.* Item quomodo Penatium deorum ſimulacra ab Aſcanio Lavinio Albam tranſlata in priſtinas ſedes reverſa fuerint. Tum Aſcanio ſucceſſiſſe Silvium, ejuſque poſteros omnes cognomento Silvios uſque ad Romam conditam Albæ regnaſſe. Aremulum propter ſuperbiam fulmine ictum raptumque turbine atque in Albanum lacum præcipitatum: Remum per luſus ſpeciem vinctum Albamque abſtractum, mox a Romulo manu paſtorum in manipulos diſtributorum oppreſſo Amulio vinculis liberatum, avumque Numitorem regno reſtitutum. Ut taceam occaſione belli, quod Tullus Hoſtilius cum Albanis geſſit, & excidio ipſius Albæ terminatum eſt, veriſimile in iiſdem multa fuiſſe antiquitates & regni hujus hiſtoriam ſpectantia.

a v. 377.

12 *Faſti* etiam & *Pontificum commentarii* adducuntur a C. Canulejo Tribuno plebis a. 309 in concione apud [b] Livium: ſive iidem fuerint cum *Annalibus Maximis*, ſive diverſi.

b l. 4. c. 3.

13 Præter hos *Annales* fuerunt & *Lintei libri* a magiſtratibus ſcribi atque in æde Monetæ deponi ſoliti, quos Livius aliquoties citat.

14 Sed & *Cenſoriis Tabulis* adjecta fuiſſe, quæ ad hiſtoriam facerent ex [c] Dionyſio Halicarnaſſenſi patet, qui ex eo quod Tabulis Cenſoriis, Coſs. L. Valerio Potito T. Manlio Capitolino, adjectum eſſet, *anno poſt reges exactos* CXIX. colligit Urbem fuiſſe conditam anno primo ſeptimæ Olympiadis.

d l. 1. p. 60; 61.

15 Adhæc privatarum familiarum, quæ in magiſtratibus verſatæ fuerant, ſcripturas multas exſtitiſſe & res ipſa loquitur & [d] Cicero teſtatur.

d Bruto c. 16.

16 Denique carmina multis ſeculis ante ſuam ætatem in epulis cantitata de clarorum virorum laudibus in Originibus ſcripſit Cato: quæ ut ſuo adhuc tempore exſtarent Cicero [e] fruſtra optavit.

e Bruto c. 19.

17 Quæ omnia nequis putet incendio abſumpta cum Urbs a Gallis cremata eſt [f] Livius cavet *incenſa urbe* duntaxat talia *pleraque interiiſſe* dictitans. Cujus rei veritas evidentiſſime ex eo patet, quod ad hæc ipſa monumenta ſæpe ab hiſtoricis provocetur. Ut taceam poſt Allienſe prælium, cum præviderent Urbis ſuæ vaſtationem, ſine dubio publicas tabulas in Capitolinam arcem, quæ a Gallis capta non eſt, relatas.

f l. 6. c. 1.

18 Deinde cum tot fuerint in Italia reſpublicæ, antequam ſibi Roma ſingulas ſubjiceret, & in his aliquot ſatis potentes, quis credat omnes Annalibus deſtitutas? Immo inſtructas fuiſſe multas patet ex Fragmentis a Dionyſio ex Antiocho Syracuſano allatis, qui Romanis circum ipſam matrem ſuam adhuc luctantibus, ſive antequam Urbs a Gallis vaſtata eſſet, de antiquis Italiæ colonis libros evulgavit: ex hiſtoriis domeſticis Sabinorum, quas idem [g] alibi citat: item ex ſingularum urbium hiſtoriis, quæ ſubinde adducuntur, uti Cumana apud [h] Feſtum, Patavina apud Originis gentis Romanæ Auctorem, ſimilibuſque paſſim occurrentibus.

g l. 2. p. 113.
h v. Roma.

19 Quod ſi tot fuerint retinendæ publicæ memoriæ adminicula antequam juſta hiſtoria apud Romanos ſcribi cœpta, undeque illa hauſta eſt, quæ imprudentia viros maximis honoribus in ſua republica perfunctos, doctos item & bonos mendacii temere poſtulare? Qui vero & quales iſti viri quorum fide hæc hiſtoria nititur?

20 *Fabius Pictor*, poſt prælium Cannenſe a. 535 legatus Delphos a Senatu miſ-

a l. 22. c. 57. b ad l. 12. v. 603.

ſus Appiano teſte, *Q. Fabius Pictor* [a] Livio. Hic teſte [b] Servio Amatam, Latini uxorem, inedia ſemet interemiſſe ſcripſit: ſcilicet poſtquam Turnum conſanguineum ſuum vidit interfectum & Æneam rerum ſimul & Laviniæ potientem. Romuli item & Remi hiſtoriam tali fere modo, quo Livius, in literas miſit, ut teſtatur Auctor Originis gentis Romanæ: unde Hiſtoricos hos cum aliquot eorum teſtimoniis adducere conſilium eſt.

[21] *L. Cincius Alimentus*, qui Livio *maximus auctor*, Prætor a. 544 Siciliam obtinuit. Hic Aſcanium ſcripſit completis in Lavinio triginta annis recordatum novæ urbis condendæ tempus adveniſſe ex numero porcorum, quos ſus alba pepererat, circumſpectis diligenter finitimis regionibus ſpeculatum montem editum; qui ab urbe, quæ in eo condita eſt, Albanus nuncupetur, civitatem communiviſſe: item Tiberinum Silvium, decimum Albanorum regem, cum adverſus finitimos bellum inferentes copias eduxiſſet inter prælientes in Albulam fluvium depulſum periiſſe, mutandique nominis cauſſam exſtitiſſe.

[22] *L. Julius Cæſar*, qui videtur avus Sex. Julii Cæſaris, qui Conſul cum L. Aurelio Oreſte a. 597. hic enim in Faſtis Capitol. Sex. F. L. N. dicitur: nominatur apud dictum Auctorem modo ante Sempronium, modo ante Lutatium, A. Poſtumium, Catonem Cenſorium, Cn. Gellium. Unde videtur L. Cincii æqualis. Ex hoc vero plura apud hunc Collectorem adferuntur: videlicet *Ænea* ad Italiæ promontorium, quod in Bajano circa Arverni lacum eſt, appulſo, cum Miſenum tubicinem morbo abſumptum ibi ſepeliviſſet, locum ex nomine ejus ita vocatum: Cajetam ex cognomine nutricis *Æneæ*, non nomine appellatam. Hiſtoriola etiam triginta porcellorum ex hoc adducitur ut a Romanis narrati ſolet. Inſuper Aſcanium bellum geſſiſſe contra Mezentium, filioque ejus Lauſo interfecto ad pacem petendam compuliſſe: ab hoc Albam conditam: ſimulacra Penatium deorum ex Lavinio bis tranſlata miraculoſe eo reverſa. Denique talia de Silviis ex hoc Hiſtorico allegantur: unde pateat horum hiſtoriam uſque ad Romulum pertexuiſſe.

[23] *M. Porcius Cato*, qui Conſul cum L. Valerio Flacco a. 559, & Cenſor cum eodem a. 570. Hujus plurima paſſim de *Ænea* & regno Albano exſtant Fragmenta. Apud hunc vero Collectorem (quoniam hoc tantum agimus) ſcribit *Æneam* cum *Trojanis* claſſe appulſum Laurentem agrum occupaviſſe, fœdus junxiſſe cum Latino, ducta ejus filia, quæ Turno Herdeonio ante deſponſata fuerat: porro condidiſſe Lavinium, bellum contra Turnum geſſiſſe, quo Latinus interfectus, ipſe ſucceſſor ejus factus, ad poſtremum Turnus, qui Amatæ conſobrinus, cæſus fuerit. Præterea Latinos Aſcanium ob inſignem virtutem non ſolum Jove ortum crediddiſſe, ſed declinato paullulum nomine Jobum primo poſtea Julum appellaſſe atque ab eo Juliam manaviſſe familiam.

[24] *A. Poſtumius Albinus*, qui Conſul cum L. Licinio Lucullo a. 603. Hic ſingulare volumen de *Æneæ Adventu* compoſuit, unde multa adfert, idem Anonymus & aliqua

c l. 9. Æn. v. 710. d de D. N. c. 17. e c. 2. f l. 17. c. 28.

[c] Servius: ſed perperam apud hunc *Poſtuinus* dicitur, ut recte notavit Bochartus.

[25] *L. Caßius Hemina*, qui teſte [d] Cenſorino circa a. 608 floruit. Hunc [e] Solinus teſtatur ſcripſiſſe *Æneam* æſtate ab *Ilio* capto ſecunda Italicis littoribus appulſum ſociis non amplius ſexcentis in agro Laurenti caſtra poſuiſſe: [f] Gellius, Homerum & Heſiodum vixiſſe Silviis Albæ regnantibus annis poſt bellum *Trojanum* centum & ſexaginta: adducitur vero ab Auctore, quem ſequimur, ad Herculis per Italiam tranſitum comprobandum.

[26] *Q. Fabius Maximus Servilianus*, qui Conſul cum L. Metello a. 611. Hunc etſi pariter propter alia adducat Anonymus, in Annalibus ſuis de *Æneæ adventu* egiſſe

g ad 1. Æn. v. 4.

[g] Servius locuples teſtis eſt.

[27] *L. Calpurnius Piſo*, qui Conſul cum P. Mucio Scævola a. 620. Cenſor cum C. Cæcilio Balearico a. 633. Hic Prochytam ſcripſit ab *Æneæ* conſanguinea ibi ſepulta denominatam: Amatam Latini uxorem, cujus Turnus matruelis, interfecto Latino in mortem ſibi conſciviſſe: Aremulum Silvium fulmine ictum raptumque turbine & in

h l. 1. p. 44.

Albanum lacum præcipitatum. Et [h] Dionyſius *Piſonem* hunc ſimul cum Fabio Pictore, Cincio & Catone tamquam omnes quatuor de Romuli & Remi nativitate ſcripſerint, citat.

i l. 2. c. 13.

[28] *Sempronius Aſellio*, qui auctore [i] Gellio ſub P. Scipione Africano tribunus militum ad Numantiam fuit. Hic de Cajetæ nomine idem, quod L. Cæſar, memoriæ prodidit. Exiſtimo enim per *Sempronium* apud hunc Auctorem potius *Aſellionem* intelligi, quam cum Bocharto Tuditanum. Quoniam iſtum conſtat ad quadraginta rerum Roma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

manarum libros exaraſſe: de hoc dubium, an hiſtoriam ſcripſerit.

29 *M. Octavius*, qui forte is, quem Cicero tantum auctoritate dicendoque valuiſſe ait, ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis ſuffragiis abrogarit Tribunus plebis, a. 634. adducitur enim ante Licinium Macrum: hic ſacrificandi ritum capite velato ab *Ænea* prodidit acceptum: item Amulium Rheam fratris filiam, ſacerdotem, amore ejus captum vitiaſſe, atque inde geminos natos.

30 *Q. Lutatius Catulus*, qui Conſul cum C. Mario IV, a. 651. Hic enim idem videtur, de quo [a] Cicero in Bruto: *Jam Q. Catulus non antiquo illo more ſed hoc noſtro (niſi quid fieri poteſt perfectius) eruditus. multæ literæ, ſumma non vitæ ſolum atque naturæ, ſed orationis etiam comitas, incorrupta quædam ſermonis Latini integritas: quæ perſpici cum ex orationibus ejus poteſt tum facillime ex eo libro, quem de Conſulatu & de rebus geſtis ſuis conſcriptum molli & Xenophonteo genere ſermonis miſit ad A. Furium, poëtam, familiarem ſuum.* hic, inquam, idem videtur & cujus *Communes* a Servio [b] citantur *Hiſtoriæ*. Scio [c] virum doctum hos diſtinguere, ex eo quod poſt C. Ælium a Varrone adducatur *Q. Lutatius*, ſed dubito a ſatis firmo argumento. Ideo enim C. Ælius huic præmittitur, quoniam in ſuperioribus inter auctores, qui ſinguli diverſas de lacu Curtio ſententias attulerant, nominatus erat: quarum duæ cum ordine recenſæ eſſent, ſubjicitur tertia his verbis: *C. Ælius & Q. Lutatius ſcribunt eum locum eſſe fulguratum & ex Senatusconſulto ſeptum eſſe, idque factum a Curtio Conſule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium appellatum.* Unde patet non potuiſſe *Q. Lutatium*, cujus nulla ante mentio facta, quamvis ætate præcederet, C. Ælio Stiloni præmitti. Hic igitur non modo Antenorem ſed ipſum etiam *Æneam* patriam prodidiſſe ſcripſit: tum ex hoc iter *Æneæ* in Italiam, fœdus cum Latino pactum, bellum cum Turno, & in Latini locum ſucceſſio recenſentur.

a c. 25.
b ad l. 9. Æn. v. 710.
c Ger. Voſſium l. 1. de H. L. c. 17.

31 *C. Licinius Macer*, qui Quæſtor a. 665, & a Cicerone Prætore accuſatus repetundarum damnationem metuens voluntaria morte periit: hic idem tradidit de Amulio & Numitore, quod Octavius: item contentionis inter fratres pernitioſum fuiſſe exitum, ut Remus & Fauſtulus interfecti fuerint.

32 *Valerius Antias*, qui, teſte [d] Vellejo, Siſennæ æqualis, quem Pighius putat Quæſtorem fuiſſe in Sicilia a. 676. juxta ejus calculum, non Prætorem a. 766. uti tamquam ex Pighio oſcitanter adfert [e] vir doctus: hic ſcribit Procam Silvium duos filios Numitorem & Amulium æquis partibus heredes inſtituiſſe. Tum Amulium in una parte regnum tantummodo, in altera totius patrimonii ſummam atque omnem paternorum bonorum ſubſtantiam poſuiſſe, fratrique Numitori, qui natu major erat, optionem dediſſe, ut ex his utrum mallet eligeret. Numitorem cum privatum omne cum facultatibus regno prætuliſſet, Amulium regnum obtinuiſſe. Quod ut firmiſſime poſſideret Numitoris fratris ſui filium in venando interimendum curaviſſe, tum Rheam Silviam ejus ſororem ſacerdotem Veſtæ fieri juſſiſſe, ſimulato ſomnio, quo admonitus ab eadem dea eſſet, ut id fieret. Item pueros ex eadem natos, Fauſtulo ſervo necandos dediſſe: ſed hunc a Numitore exoratum, ne pueri necarentur, Accæ Larentiæ nutriendos dediſſe: quam mulierem quod corpus vulgare ſolita eſſet, lupam eſſe dictam. Cum pueri liberalis diſciplinæ capaces facti eſſent Gabios in ſtudia miſſos Numitore avo clam ſumptus ſubminiſtrante. Poſtquam adoleviſſent Romulum comperto qui ſibi avus & quæ mater, cum armatis paſtoribus protinus Albam perrexiſſe: interfectoque Amulio Numitori avo regnum repoſuiſſe.

d l. 2. c. 9.
e Ger. Voſſius l. 1. de H. L. c. 10.

33 *L. Ælius Tubero*, qui [f] Q. Ciceronis in Aſia Legatus: hic idem de reverſis Lavinium per duas vices Penatium deorum ſimulacris prodit, quod Annales Pontificum, Cincius & Cæſar.

f Cicero l. 1. ad Q. Fr. ep. 1.

34 *Sex.* vel *Cn. Gelli*, *Venonii*, *Domitii*, *Egnatii*, *Aufidii* teſtimonia prætermitto pariter apud hunc Auctorem de Origine Gentis Romanæ exſtantia, quoniam de eorum loco temporibusve nihil habeo dicere.

35 Cum igitur [g] Dionyſius ex his ſimilibuſque ſcriptoribus linguæ Latinæ ipſe gnarus, quippe duos & viginti annos antequam ſcribere inciperet, Romæ commoratus, hiſtoriam ſuam collegerit, idemque fecerit Livius: iſti vero antiquitates Albanas Romanaſque partim ex *Pontificum Annalibus*, *libris Linteis* aliiſque publicis inſtrumentis, partim ex *privatorum*, qui in magiſtratibus verſati fuerant, commentariis, hymnis, laudationibus, partim etiam ex *Italicarum* urbium hiſtoriis hauſerint, uti ante oſtendimus, quis juſtus & prudens rerum æſtimator & arbiter Dionyſii & Livii hiſtoricas relationes revocare in dubium poſſit.

g l. 1. p. 6.

36 Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

[36] Nec Romani tantum *Æneam* cum *Trojanis* in Italiam veniſſe uno ore ſemper teſtati ſunt, ſed Græcorum etiam aliqui tam antiqui, ut partim ipſos Urbis natales anticipent, partim primos Urbis Hiſtoricos. [37] Ante conditam Urbem natus eſt *Arctinus Mileſius*, quem Artemon Clazomenius in libro, quem de Homeri vita conſcripſit, Suida teſte, Homeri diſcipulum & circa nonam Olympiadem floruiſſe pronuntiat, quadringentis annis poſt bellum *Trojanum*. Prius confirmat Tzetzes in [a] Chiliadibus. Verum hoc cum nona Olympiade & quadringentis annis haud conſiſtit: quoniam Homerus juxta Marmor Parium ſub Diogeneto Archonte διὰ βίου ſeptimo floruit, qui ducentis & nonaginta circiter annis juxta Eratoſthenis Canones poſt *Trojæ* caſum regnare exorſus eſt. Ne autem putemus Artemonem nonam Iphiteam intellexiſſe & annos quadringentos Suidæ interpretamento deberi, Euſebius facit, non multum in *Arctini* ætate ab Artemone abiens. Hic enim ad ſecundum primæ Olympiadis annum notat: *Arctinus Mileſius verſificator florentiſſimus habetur.* & mox ad tertiam recurrit ejuſdem mentio. Clemens ex Phania, ut videtur, Leſbio paullo facit recentiorem: concertaſſe enim cum Leſche atque ab eo victum prodit. Leſches enim ab Euſebio Olympiadis triceſimæ anno quarto apponitur. [38] Hic igitur *Arctinus*, (qui perperam in vulgatis Dionyſii Codicibus Ἀρατῖνος dicitur, nam in Codice calamo exarato clare legitur Ἀκτῖνος.) παλαιότατος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητής, ut [b] Dionyſius loquitur, teſtatus eſt, antequam Roma adhuc eſſet condita, aut forte cum a Romulo conderetur, ſi Euſebium aut Artemonem ſequimur, [39] Calliſtratus item & Silenus ſcriptores pariter antiqui: ἁλισκομένης δὲ τῆς κάτω πόλεως τὸν Αἰνείαν κύριον τῆς ἄκρας γινόμενον, ἄραντα ἐκ τῶν ἀδύτων τά τε ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, καὶ ὅπερ ἔτι περιῆν Παλλάδιον. Θάτερον γὰρ Ὀδυσσέα καὶ Διομήδη νυκτὸς εἰς Ἴλιον ἀφικομένους λαβεῖν. Οἰχεσθαί τε κομίσαντα τὸν Αἰνείαν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐλθεῖν ἄγοντα εἰς Ἰταλίαν. *Sed quum urbis pars inferior caperetur, Æneam, qui arcem in ſuam poteſtatem redegerat, ex adytis ſacra Magnorum Deorum & Palladium, quod adhuc ſupererat, abſtuliſſe. Alterum enim ab Ulyſſe & Diomede Ilium noctu profectis ſurreptum fuiſſe. Æneam igitur ex urbe diſceſſiſſe eaque ſecum tuliſſe & in Italiam tranſportaſſe.* Quoniam autem in ſuperioribus dixerat, tamquam ex trium modo laudatorum auctorum mente Palladium & Magnorum Deum ſacra pro dote Chryſæ Dardani uxori a Minerva data, ſubjicit *Arctinum* in eo diſſentire, idque Jovi non Minervæ tribuere, ſimulque alterius Palladii a Græcis ſurrepti ſubtexit ex eodem hiſtoriam: Ἀρκτῖνος δέ φησιν ὑπὸ Διὸς δοθῆναι Δαρδάνῳ Παλλάδιον ἕν, καὶ εἶναι τοῦτο ἐν Ἰλίῳ, ἕως ἡ πόλις ἡλίσκετο, κεκρυμμένον ἐν ἀβάτῳ. Εἰκόνα δ᾽ ἐκείνου κατεσκευασμένην μηδὲν τοῦ ἀρχετύπου διάφορον, ἀπάτης τῶν ἐπιβουλευόντων ἕνεκα, ἐν φανερῷ τεθῆναι, καὶ αὐτὴν Ἀχαιοὺς ἐπιβουλεύσαντας λαβεῖν. *Sed Arctinus ait unum Palladium Dardano a Jove datum, atque hoc in urbe Iliaca, donec urbs caperetur, in adyto reconditum fuiſſe. Sed imaginem ab illo effictam fuiſſe, quæ ne minimum quidem ab ipſius exemplari primaque forma differebat, & in propatulo fuiſſe poſitam ad eos fallendos qui inſidias ipſi ſtruxiſſent, atque hanc a Græcis per inſidias fuiſſe ſurreptam.* Deinde concludit: Τὰ μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν ὑπ᾽ Αἰνείου κομισθέντα ἱερὰ τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσι πειθόμενος γράφω τῶν τε μεγάλων θεῶν εἰκόνας εἶναι, οὓς Σαμοθρᾶκες Ἑλλήνων μάλιστα ὀργιάζουσι· καὶ τὸ μεμυθευμένον Παλλάδιον, ὅ φασι τὰς ἱερὰς φυλάττειν παρθένους ἐν ναῷ κείμενον Ἑστίας, ἔνθα καὶ τὸ ἀθάνατον διασώζεται πῦρ. *Sacra igitur, quæ Æneas in Italiam tranſtulit, virorum a me nominatorum auctoritatem ſequutus, ajo fuiſſe magnorum deorum ſimulacra, quos inter Græcos Samothraces potiſſimum colunt, & Palladium illud fabulis celebratum, quod in templo Veſtæ reconditum (ubi & ignis perpetuus adſervatur) a ſacratis virginibus cuſtodiri ferunt.*

[40] Nec *Arctinus* tantum, auctor tam antiquus, in ſua Ilii Perſi *Æneam* in Italiam veniſſe adfirmavit, non *Calliſtratus*, *Silenus*, *Demagoras*, *Agathyllus*, *auctor Anonymus* Catalogi mulierum, quæ apud Argos ſacerdotio quondam functæ, *Damaſtes* Sigenſis, *Callias* ſoli, omnes Dionyſio viſi; [41] ſed qui ab eo non memoratur, & adhuc in manibus eſt, *Lycophron* Chalcidenſis etiam. Vixit autem hic Ptolemæi Philadelphi temporibus, occupatis tum Romanis bello Tarentino, antequam ullus inter eos ſcribendæ juſtæ hiſtoriæ ſive proſa ſive metro animum adjeciſſet. Apud hunc igitur in obſcuro poëmate non obſcure *Æneæ* peregrinatio atque in Italiam *adventus* perſcriptus legitur his Caſſandræ verbis: [c]

a Chiliad. 13. v. 643.

b l. 1. p. 55.

c v. 1226.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Γένους δὲ πάππων τῶν ἐμῶν αὖθις κλέος
Μέγιστον αὐξήσουσιν ἄμναμοί ποτε,
Αἰχμαῖς τὸ πρωτόλειον ἄραντες στέφος,
Γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν
Λαβόντες. οὐδ' ἄμνηστον ἀθλία πατρὶς
Κῦδος μαρανθὲν ἐγκατακρύψεις ζόφῳ,
Τοιούσδ' ἐμός τις σύγγονος λείψει διπλοῦς
Σκύμνους λέοντας, ἔξοχον Ῥώμης γένος,
Ὁ Καστνίας τε τῆς τε Χοιράδος γόνος,
Βουλαῖς ἄριστος, οὐδ' ὀνοστὸς ἐν μάχαις.
[a] Ὃς πρῶτα μὲν Ῥαίκηλον οἰκήσει μολὼν,
Κίσσου παρ' αἰπὺν πρῶνα καὶ Λαφυστίας
Κερασφόρους γυναῖκας. [b] ἐκ δ' Ἀλμωνίας
Πάλιν πλανήτην δέξεται Τυρσηνία
[c] Λυγκεύς τε θερμὸν ῥεῖθρον ἐκβράσσων ποτῶν
Καὶ Πῖσ' Ἀγύλλης θ' αἱ πολύρρηνοι νάπαι.
[d] Σὺν δέ σφι μίξει φίλον ἐχθρὸς ὢν στρατὸν,
Ὅρκοις κρατήσας καὶ λιταῖς γουνασμάτων,
Νάνος πλάναισι πάντ' ἐρευνήσας μυχὸν
Ἁλός τε καὶ γῆς. [e] σὺν δὲ δίπτυχοι τόκοι
Μυσῶν ἄνακτος, οὗ ποτ' οἰκουρὸς δόρυ
Γνάμψει θέοινος, γυῖα συνδήσας λύγοις,
Τάρχων τε καὶ Τυρσηνὸς αἴθωνες λύκοι
Τῶν Ἡρακλείων ἐκγεγῶτες αἱμάτων.
[f] Ἔνθα τράπεζαν εἰδάτων, πλήρη κιχὼν
Τὴν ὕστερον βρωθεῖσαν ἐξ ὀπαόνων
Μνήμην παλαιῶν λήψεται θεσπισμάτων.
[g] Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόνων
Ὑπὲρ Λατίνους Δαυνίους τ' ᾠκισμένην,
Πύργους τριάκοντ' ἐξαριθμήσας γονὰς
Συὸς κελαινῆς, ἣν ἀπ' Ἰδαίων λόφων
Καὶ Δαρδανείων ἐκ τόπων ναυσθλώσεται,
Ἰσηρίθμων θρέπτειραν ἐν τόκοις κάπρων.
[h] Ἧς καὶ πόλει δείκηλον ἀνθήσει μιᾷ
Χαλκῷ τυπώσας, καὶ τέκνων γλακτοτρόφων.
[i] Δείμας δὲ σηκὸν Μυνδίᾳ Παλληνίδι,
Πατρῷ' ἀγάλματ' ἐγκατοικιεῖ θεῶν,
[k] Ἃ δὴ παρώσας καὶ δάμαρτα καὶ τέκνα,
Καὶ κτῆσιν ἄλλην ὀμπνίαν κειμηλίων,
Σὺν τῷ γεραιῷ πατρὶ πρεσβιώσεται,
Πέπλοις περισχὼν, ἦμος αἰχμηταὶ κύνες
Τὰ πάντα πάτρας συλλαφύξαντες πάλῳ,
Τούτῳ μόνῳ πόρωσιν αἵρεσιν, δόμων
Λαβεῖν ὃ χρῄζει, κ' ἀπενέγκασθαι δάνος,
Τῷ καὶ παρ' ἐχθροῖς δυσσεβέστατος κριθεὶς,
[l] Τὴν πλεῖστον ὑμνηθεῖσαν ἐν χάρμαις πάτραν
Ἐν ὀψιτέκνοις ὀλβίαν δομήσεται
Τύρσιν μακεδνὰς ἀμφὶ Κιρκαίου νάπας,
Ἀργοῦς τε κλεινὸν ὅρμον [m] Αἰήτην μέγαν,
[n] Λίμνης τε Φόρκης Μαρσιωνίδος ποτὰ,
[o] Τιτώνιόν τε χεῦμα τοῦ κατὰ χθονὸς
Δύνοντος εἰς ἄφαντα κευθμῶνος βάθη,
[p] Ζωστηρίου τε κλιτὺν, ἔνθα παρθένου
Στυγνὸν Σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον
Γρώνῳ βερέθρῳ συγκατηρεφὲς στέγης.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

[43] Generis majorum meorum gloriam
Maximam iterum nepotes augebunt olim
Armis primas lauros reportantes ,
Terræ & maris ſceptra & imperium
Nacti: neque obſcuram, infelix patria,
Glōriam flacceſcentem occultabis in tenebris.
Tales meus quidam conſanguineus relinquet duos
Catulos leones, excellentem Romæ ſtirpem,
(Veneris) Caſtniæ & Chœradis filius,
Conſilio optimus & bello haud ſpernendus.
[a] Qui primum quidem habitatum Rhæcelum veniet
Apud altum Ciſſi montem & Laphiſtias
Corniger as mulieres. [b] Ex Almonia vero
Rurſus erronem excipiet Tyrrhenia,
[c] Lynceuſque calidas ejiciens aquas potionum
Et Piſſa ſaltuſque Agyllæ pecoroſi.
[d] Cum illis vero amicum hoſtis miſcebit exercitum
Nanus, errando omnem perſcrutatus angulum
Et maris & terræ: [e] ſimul quoque gemini filii
Myſorum regis, cujus haſtam aliquando domeſticus
Curvabit Deus vini, crura conſtringens viminibus,
Tarchon & Tyrſenus, fervidi lupi,
Herculeo ſanguine proſeminati:
[f] Ubi menſam ciborum plenam conſpicatus
Devoratam tandem a ſociis
Memoriam veterum Oraculorum recordabitur.
[g] Condet autem in regione ab Aboriginibus
Ultra Latinos Dauniosque habitata
Arces triginta, partus recenſens
Scrofæ nigræ, quam ab Idæis collibus
Et Dardaniis ſedibus navi vehet,
Totidem porcellorum in partu nutricem.
[h] Cujus etiam in urbe una imaginem dedicabit
Ære fuſam & porculorum lactentium.
[i] In æde autem exſtructa Myndiæ Pallenidi
Imagines patriorum ponet deorum.
[k] Quas certe negligens & uxorem & liberos
Et poſſeſſionem aliam opimam cimeliorum
Cum ſene patre venerabitur
Veſtibus involutas, quando pugnaces canes
Omnia patriæ ſorte inter ſe avide partientes,
Huic ſoli dabunt optionem ex ædibus
Sumendi quod velit & pro munere auferendi.
Quare & ab hoſtibus piiſſimus judicatus
[l] Multum celebratam in bellis patriam
Per poſteros faciet felicem,
Urbem, excelſos juxta Circæi ſaltus
Argoumqne portum inclytum, [m] Æeten magnum,
[n] Et paludis Phorces Marſionidis aquas,
[o] Titoniumque fluentum, quod ſub terram
Mergitur in obſcuras ſpecus profunditates,
Et (Appollinis) [p] Zoſterii rupem, ubi virginis
Sibyllæ immane eſt domicilium
Cavo antri barathro contectum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

[44] Etſi enim *Æneas* in hoc loco exſerte non nominetur, ita tamen deſcribitur, ut non minus, ac ſi nominatim appellatus eſſet, intelligatur. Hoc autem conveniebat magis vaticinanti Caſſandræ. Vaticinia enim plerumque obſcura ſunt & quamdiu nondum impleta, ænigmata videntur. [45] Dicitur autem *Caſſandræ conſanguineus, Veneris filius, venire profugus Troja*: qui characteres nemini præterquam *Æneæ* convenire poſſunt. Conſideremus igitur paullo attentius ſingula, quæ in hoc vaticinio de *Ænea* dicuntur.

[46] [a]*Qui primum quidem habitatum Rhæcelum veniet Apud altum Ciſſi montem*] Stephano hæc urbs dicitur Ῥάκηλος & in *Macedonia* ponitur. Κισσὸς vero Heſychio ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ καὶ πόλις Θρᾴκης. [a] Strabo *Theſſalonicam* a Caſſandro conditam atque in a Epit. lib. 7. p. 330.
eam vicina aliquot oppida tranſlata docet: οἷον Χαλάστραν, Αἴνειαν, Κισσόν καί τινα καὶ ἄλλα. Non dubito quin inter hæc alia etiam Ῥαίκηλος fuerit, aut ſi hoc non ſit, quin Αἴνεια ante Ῥαίκηλος dicta ſit. [47] Quidquid ſit, poſt *Trojam* captam *Æneam* ait trajeciſſe Ægeum mare, appuliſſe ad *Pallenen Macedoniæ* peninſulam atque ibi aliquantiſper habitaſſe: locum ipſum non nominat, ne contra Oraculorum, quam mentitur, naturam peccet. Sed multi hiſtorici faciunt. [48] Dionyſius lib. 1. [b] Πρῶτον b p. 39.
μὲν εἰς Θρᾴκην ἀφικόμενοι κατὰ τὴν χερρόνησον, ἣ καλεῖται Παλλήνη, ὡρμίσαντο. Εἶχον δὲ αὐτὴν, ὥσπερ ἔφην, βάρβαροι, Κρουσαῖοι καλούμενοι καὶ παρέσχον αὐτοῖς τὰς καταγωγὰς ἀσφαλεῖς. Μείναντες δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν αὐτόθι, νεὼν Ἀφροδίτης ἱδρύσαντο ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἑνὸς καὶ πόλιν Αἴνειαν ἔκτισαν, ἐν ᾗ τούς τε ἀπὸ καμάτων ἀδυνάτους πλεῖν, καὶ ὅσοις αὐτοῦ μένειν βουλομένοις ἦν, ὡς ἐν οἰκείᾳ γῇ τὸ λοιπὸν ἐσομένους, ἀπελίποντο. Αὕτη διέμεινεν ἕως τῆς Μακεδόνων δυναστείας τῆς κατὰ τοὺς διαδόχους τοῦ Ἀλεξάνδρου γενομένης· ἐπὶ δὲ τῆς Κασάνδρου βασιλείας καθῃρέθη, ὅτε Θεσσαλονίκη πόλις ἐκτίζετο· καὶ οἱ Αἰνειᾶται σὺν ἄλλοις πολλοῖς εἰς τὴν νεόκτιστον μετῴκησαν. *Primum quidem in Thraciam venerunt, & ad peninſulam, quæ Pallene vocatur, appulerunt. Ipſam autem incolebant, ut dixi, barbari quidam, nomine Cruſæi, ipſiſque tutum hoſpitium præbuerunt. Quum autem ibi totam hiemem manſiſſent, Veneri templum exſtruxerunt in uno e promontoriis, & oppidum Æneam condiderunt, in quo eos, qui propter laborum moleſtias ac faſtidium, navigationis incommoda diutius pati non poterant, & quotquot ibi manere voluerant, tamquam in patrio ſolo poſthac habitaturos reliquerunt. Hoc oppidum duravit uſque ad imperium Macedonum, quod Alexandri ſucceſſores habuerunt. Sed Caſſandro regnante everſa eſt, quo tempore urbs Theſſalonice condebatur: & Æneatæ cum multis aliis in hanc urbem recens conditam migrarunt.* [49] *Pallenen Thraciæ* Cherſoneſon dicit Dionyſius, cum proprie ſit *Macedoniæ*, quoniam *Thraces* aliquando eam tenuerunt. [50] Non tamen in ipſa *Pallene* ſita fuit Αἴνεια ſed in regione contermina ad ſinum *Thermaicum*, [51] quam [c] Herodotus Κροσσαίην appellat, quæ procul dubio illa, c l. 7. c. 123.
unde progreſſi Κρουσαῖοι apud Dionyſium. [52] In hac regione enumerantur ab Herodoto urbes ſeptem: Αἴπαξος, Κώμβρεια, Λισαὶ, Γίγωνος, Κάμψα, Σμίλα, Αἴνεια. [53] Deinde paullo ſupra Αἴνειαν recenſetur Θέρμα, quæ ſinui nomen dedit, & ea ipſa eſt, Strabone teſte, quæ a Caſſandro condita atque in uxoris gratiam *Theſſalonica* appellata eſt. [54] Theon, antiquus Lycophronis Scholiaſtes, unde ſua bona Tzetzes depromſit, Αἴνειαν, [d] Stephano teſte, vocavit Αἰνειάδας· Αἰνειὰς δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθη- d v. Αἴνεια.
σιν εἰς Θρᾴκην παρεγένετο καὶ ἔκτισε πόλιν Αἰνειάδας, ὅπου τὸν πατέρα ἔθαψε. Quæ olim ad hunc locum a Theone notata fuiſſe facile deprehendet, qui Tzetzis commentarium inſpexerit. [55] Verum [e] hic Theonis Αἰνειάδας in urbem τὴν Αἰνειάδα detorſit; dein e p. 161.
parum ſibi conſtat. [56] Paullo enim ante τὸ Ῥαίκηλον ab *Ænea* Αἶνον dicit appellatum, diverſiſſimas urbes confundens Αἴνειαν & Αἶνον. *Ænos* enim urbs eſt *Thraciæ* ad *Melanem* ſinum ſita, a Cherſoneſi Tauricæ tergo, ad quam non venit *Æneas*. [57] Verum hic error Tzetzi cum [f] Conone, [g] Q. Lutatio, [h] Mela, [i] Ammiano, [k] Servio aliiſque veteribus communis eſt. f apud Phot. p. 453.

[58] Sed fragmentum nobile ex *Parva Iliade* hoc loco apud Tzetzem occurrens, non g apud Auctor. Originis G. R.
videtur indignum quod oculis ſubjiciatur. Eſt autem ſequens: Λέσχης δὲ ὁ τὴν μικρὰν h l. 2. c. 1.
Ἰλιάδα πεποιηκὼς, Ἀνδρομάχην καὶ Αἰνείαν αἰχμαλώτους φησὶ δοθῆναι τῷ Ἀχιλ- i l. 22. c. 1.
λέως υἱῷ Νεοπτολέμῳ, καὶ ἀπαχθῆναι σὺν αὐτῷ εἰς Φαρσαλίαν τὴν Ἀχιλλέως πατρίδα. k ad l. 3. Æn. v. 18.
Φασὶ δὲ οὑτωσί·

Αὐτὰρ Ἀχιλλέως μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς,
Ἑκτορέην ἄλοχον κατάγαγε κοίλας ἐπὶ νῆας.
Παῖδα δ' ἑλκὼν ἐκ κόλπου εὐπλοκάμοιο τιθήνης,
Ῥίψας ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ πύργου. Τὸν δὲ πεσόντα
Τ' ἔλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.
Ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχην ἠΰζωνον παράκοιτιν,
Ἕκτορος, ἥν τε οἱ αὐτῷ ἀριστῆες παναχαιῶν,
Δῶκαν ἔχειν ἐπίηρον ἀμειβόμενοι γέρας ἀνδρὶ,
Αὐτόν τ' Ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο,
Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν
Ἐκ πάντων Δαναῶν ἀγέμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων.

59 Leſches, Parvæ Iliados auctor, Andromachen & Æneam captivos datos ait Neoptolemo Achillis filio, abductosque ab eo in Pharſaliam Achillis patriam. Dicit autem hoc modo:

Sed Achillis magnanimi clarus filius
Hectoream uxorem deduxit ad cavas naves.
Filium vero ejus rapiens de gremio pulchricomæ nutricis
Dejecit pede prehenſum ab arce. Præcipitem vero datum
Occupavit purpurea mors fatumque inexorabile.
Elegit autem Andromachen, pulchre cinctam uxorem
Hectoris, quam ipſi Græcorum fortiſſimi
Permiſerunt habere, gratum viro retribuentes præmium.
Ipſum etiam Anchiſæ bellicoſi inclytum filium
Æneam impoſuit navibus marinis
Inter omnes Danaos præſtantiſſima præda ornatus.

60 Subjeci oculis Fragmentum hoc ex *Parva Iliade* partim ob poëmatis antiquitatem partim ob auctorem, cui a Tzetze adſcribitur, *Leſchen*. Nam neque Homero multo recentius eſt, ut deinceps dicam: 61 *Leſchi* autem adſcribitur cum ab aliis, tum, niſi fallor, primum ab Euſebio, qui ad quartum Olympiadis triceſimæ annum notat: *Alcmæon clarus habetur, & Leſches Lesbius, qui fecit Parvam Iliada.* 62 Ad quem locum Joſephus Scaliger *Leſchen Lesbium* docet eumdem eſſe, qui Λέσχεως Πυῤῥαῖος [a] Pauſaniæ dicitur, quoniam *Pyrrha Lesbi* urbs, [b] Plinio teſte, mari quondam hauſta.

a l. 10. p. 658.
b l. 5. c. 31.

63 Deinde notat Ἰλιάδα μικρὰν, quæ ab Euſebio & aliis *Leſchi* tribuitur, *Staſino* ab aliis adſcribi, Ἰλίου Πέρσιν vero *Leſchi* a Pauſania imputari. Ne vero quis putet Ἰλιάδα μικρὰν & Ἰλίου Πέρσιν unum idemque poëma eſſe Ariſtotelem obſtare ſubnectit, qui in Poëtica Ἰλίου Πέρσιν ex *Iliade Parva* propagatam dicat. Itaque concludit ſe non videre, quomodo Euſebium, Pindari Scholiaſten & reliquos *Parvæ Iliadis* auctorem facientes *Leſchen* cum Ariſtotele conciliare poſſit.

64 [c] Claudius Salmaſius μικρὰν Ἰλιάδα, quam ὁμοθυμαδὸν ab omnibus *Leſchi* ait attribui, non dubitat idem pronuntiare opus, quod a Pauſania Ἰλίου Πέρσις dicitur, mirarique ſe addit, tantum virum tantopere in his hallucinatum fuiſſe & Ariſtotelis verba tam negligenter legiſſe: primo, quoniam Ἰλιὰς μικρὰ, cum decantaret Ilii excidium, potuit revera etiam hoc titulo inſcribi: deinde, quoniam Ariſtoteles, quando ex *Parva Iliade* propagatam docet Ἰλίου Πέρσιν, per μικρὰν Ἰλιάδα non intellexit *Staſini Iliadem*, ſed *Leſchis*; per Ἰλίου Πέρσιν vero non accepit *Leſchis* carmen, quod Ἰλίου Πέρσις Pauſaniæ dicitur & idem eſt cum ejus *Parva Iliade*, ſed poëtæ alicujus tragicum drama, cujus argumentum ex *Parva Iliade* ſumptum fuit.

c Plin. Exercit. p. 854.

65 Verum ex hac reprehenſione apparet non ſemper dicere verius, qui dicit poſterior. Certe Pauſanias tam clare diſtinguit inter hæc tria poëmata, *Leſchis* Ἰλίου Πέρσιν, Ἔπη τὰ Κύπρια & Ἰλιάδα μικρὰν, ut hæc Salmaſii ſententia admitti nullo modo poſſit. In deſcriptione enim tabulæ Polygnoti Delphis dedicatæ, in qua Trojæ haloſis repræſentabatur, inquit [d]: Πλησίον δὲ τῆς Ἑλένης Μέγης ἐστί. τέτρωται δὲ τὸν βραχίονα ὁ Μέγης, καθὰ δὴ καὶ Λέσχεως ὁ Αἰσχυλήνου Πυῤῥαῖος ἐν Ἰλίου Πέρσει ἐποίησε. τρωθῆναι δὲ ὑπὸ τὴν μάχην τοῦτον, ἣν ἐν τῇ νυκτὶ ἐμαχέσαντο οἱ Τρῶες, ὑπὸ Ἀδμήτου φησὶ τοῦ Ἀργείου. Γέγραπται δὲ καὶ Λυκομήδης παρὰ τὸν Μέγητα ὁ Κρέον-

d Ibid.

Κρέοντος, ἔχων τραῦμα ἐπὶ τῷ καρπῷ. Λέσχεως δ' οὕτω φησὶν αὐτὸν ὑπὸ Ἀγή-
νορος τρωθῆναι. Δῆλα οὖν ὡς ἄλλως γε οὐκ ἂν ὁ Πολύγνωτος ἔγραψεν οὕτω τὰ
ἕλκη σφίσιν, εἰ μὴ ἐπελέξατο τὴν ποίησιν τοῦ Λέσχεω. Prope Helenum Meges eſt, brachio
*ſaucio: quod iis verſibus mandavit Leſcheus Pyrrhæus, Æſchyleni filius, quos de Ilii popula-
tione fecit: & vulneratum quidem ab Admeto Argivo in ea pugna, quam Trojani nocte
commiſerunt. Pictus eſt proxime ad Megetem Lycomedes Creontis filius & ipſe ſaucius in eo
articulo, quo cum lacerto manus jungitur: ea enim in parte vulneratum ſcribit Le-
ſcheus ab Agenore; quod ut pingeret non fuiſſe Polygnoto in mentem venturum facile
credi poteſt, ni Leſchei poëſin legiſſet.* Deinde paullo poſt in ejuſdem tabulæ recenſione:
Λέσχεως δὲ καὶ ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια διδόασιν Εὐρυδίκην γυναῖκα Αἰνείᾳ. Γε-
γραμμέναι δὲ ἐπὶ κλίνης ὑπὲρ ταύτας Δηϊνόμη τε καὶ Μητιόχη, καὶ Πεῖσίς ἐστι
καὶ Κλεοδίκη. τούτων ἐν Ἰλιάδι καλουμένῃ μικρᾷ μόνης ἐστὶ τὸ ὄνομα τῆς Δηϊνόμης.
*Leſcheus vero & auctor Cypriorum carminum Æneæ uxorem dant Eurydicen. Supra has
in lectulo pictæ ſunt, Deinome, Metioche, Piſis & Cleodice. Harum unius Deinomæ
nomen exſtat in poëmate, quod Ilias Parva inſcribitur.* Quis non clare videt ex his lo-
cis *Leſchis* poëma de *Ilii Expugnatione* longe fuiſſe aliud ab illo quod Ἰλιὰς μικρὰ in-
ſcribebatur? Immo hujus auctorem tamquam incertum alibi [a] idem Pauſanias addu- a l. 2. p. 215.
cit.

66 In quo igitur erravit juxta Salmaſium Scaliger? Quod Ariſtotelem, qui Ἰλίου
Πέρσιν facit propaginem Ἰλιάδος μικρᾶς, cum Euſebio & reliquis, qui *Leſchi* ad-
ſcribunt *Parvam Iliadem* conciliare non potuerit; quoniam Ariſtoteles, quando de *Par-
va Iliade* loquitur, intelligit *Leſchis* poëma hoc titulo, quando de *Trojæ expugnatione*,
reſpicit tragicum quoddam alicujus tragici drama. Sed ego ſuſtineo falſas eſſe utraſque
has hypotheſes. Quod uti appareat ipſe Ariſtotelis locus producendus eſt e libro de
Poëtica: [b] Οἱ δὲ ἄλλοι περὶ ἕνα ποιοῦσι, καὶ περὶ ἕνα χρόνον, καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ· b c. 23.
οἷον, ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας, καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. Τοιγαροῦν ἐκ μὲν Ἰλιάδος
καὶ Ὀδυσσείας μία τραγωδία ποιεῖται ἑκατέρας (ἑκατέρως) ἢ δύο μόναι. ἐκ δὲ
Κυπρίων πολλαί· καὶ ἐκ τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος πλέον, ὀκτώ. οἷον, ὅπλων Κρίσις, Φι-
λοκτήτης, Νεοπτόλεμος, Εὐρύπυλος, Πτωχεία, Λάκαιναι, Ἰλίου Πέρσις καὶ
Ἀπόπλους καὶ Σίνων καὶ Τρωάδες. *Alii vero poëma faciunt de uno quod circa unum tem-
pus unamque actionem multis membris conſtantem occupatur: uti fecit Cypriorum carminum
auctor & qui Parvam compoſuit Iliadem. Igitur ex Iliade & Odyſſea fieri poteſt una tragœ-
dia, vel duæ ſolæ ex unaquaque: ſed ex Cypriis multæ: & ex Parva Iliade minimum octo: ut
armorum Judicium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypylus, Mendicatio, Lacæna, Neo-
ptolemus, Ilii expugnatio, Reditus claßis & Sinon & Troades.* 67 Agit philoſophus iſto
loco de Ἐποποιίας ſeu narrationis heroico carmine complexæ virtutibus: & primo dicit
fabulas in hoc genere tales eſſe debere, quales in tragœdiis, videlicet quæ principium ha-
beant, medium & finem, nec ſimiles ſint hiſtoriis conſuetis, in quibus expoſitiones fiunt
vel plurium actionum propter diverſos fines contingentium (exempli cauſſa prælium
Græcorum ad Salaminem contra Perſas, & Siculorum in Sicilia contra Carthaginienſes,
quæ duo conjunxit Herodotus) vel plurium actionum ſuccedentibus temporibus pro-
pter diverſos fines obtingentium, vel plurium actionum eodem vel ſuccedentibus tem-
poribus propter eumdem finem evenientium. In duobus prioribus docet erraſſe omnes
poëtas, qui ante Homerum huic poëſios generi operam dedere; in poſteriore *Cy-
priorum* carminum & *Iliados Parvæ* auctores; Homerum vero nulli ex his tribus vitiis
obnoxium atque in eo ingenii ejus ſublimitatem conſpici: non enim ſumpſiſſe ſibi tra-
ctandum totum bellum, quamvis principium habens, medium & finem, quoniam ni-
mis magnum; ſed unam duntaxat illius partem, in Iliade videlicet iram Achillis in
Agamemnonem, in Odyſſea Ulyſſis reditum a Calypſo in Ithacam: hanc autem epi-
ſodiis multis digreſſionibusque, e principio & fine deſumptis, apte variegaſſe. Poſte-
rius igitur vitium in verbis modo propoſitis Ariſtoteles tangit, dicitque alios circa unam
actionem occupari quidem, quod laudabile, ſed multarum partium & propterea nimis
longam, quod vitioſum; qualis *Cypriorum carminum* auctor & qui *Iliadem Parvam* de-
dit. Ut autem explicet quid ſit fabula vel actio nimis magna, vel multarum partium,
ſubjicit talem eſſe, unde deſumi multa argumenta tragica poſſint; & contra debitæ
magnitudinis, talem, unde duo maxime deſumi argumenta tragica poſſint, & pro
exemplis proponit *Iliada* & *Odyſſeam*. Ex *Iliade* deſumptæ ſunt *Rheſus* & *Redemptio
Hectoris*, Euripideæ fabulæ, quarum prior adhuc exſtat. Ex *Cypriis* autem *carminibus*

 deſumi

deſumi poſſe ait multa tragica argumenta : ex *Parva Iliade* vero minimum octo : inter quæ, Ἰλίου Πέρσις. Hic eſt ſenſus verborum Ariſtotelis. In qua re jam peccavit Scaliger, qui Ἰλίου Πέρσιν videns membrum Ἰλιάδος μικρᾶς pronuntiavit ab ea diverſam, tamquam partem a toto? Nam non refert quod hoc membrum in argumentum tragici aut epici carminis adſumptum fuit: eo enim ipſo non mutilata *Ilias Parva*, ſed tantum pars illius aliter expreſſa eſt, manente ratione materiæ natura ejus priore. Diverſa igitur utique poëmata fuerunt & quod Ἰλιάδος μικρᾶς, & quod Ἰλίου Πέρσεως nomen tulit.

[68] Sed dicet aliquis pro Salmaſio, tunc Euſebius eumque ſequuti alii contradicunt aperte Ariſtoteli. Atque hoc ipſum eſt, quod Scaliger monuerat. Verum quid refert quod contradicant: faciunt enim perperam. Nam cum nemo ante Euſebium, quantum quidem ego reperi, *Leſchi Parvam Iliadem* tribuerit, ante eum vero omnes illius auctorem fecerint incertum, plusquam probabile, poſteriores ſcriptores per errorem *Leſchi* tribuiſſe, quod ipſi tribuendum minime erat. [69] Certe Pauſaniæ, qui utrumque poëma legit, & Ἰλίου Πέρσιν Leſchi, Ἰλιάδα μικρὰν incerto attribuit, hic fidem derogare temerarium eſt. [70] Immo ſatis apparet *Leſchen* ex æmulatione adverſus Arctinum, qui ejuſdem argumenti poëma, ſub Ἰλίου Ἁλώσεως, ut Dionyſius, vel Πέρσεως, ut Euſebius, titulo vulgaverat, Ἰλίου Πέρσιν dediſſe. Quæ fama procul dubio cauſſam dedit quorumdam opinioni, quaſi *Leſches* cum Arctino quondam concertaverit eumque
a l.1.Strom. p. 333. vicerit, cujus jam ante ex [a] Clemente meminimus. Primo enim hoc apparet ex argumento eodem, in quo ambo deſudaverunt, deinde ex modo diverſo, quo illud ab utroque tractatum eſt: ab Arctino veritati magis convenienter, a *Leſche* vero arti. Certe Arctinus, in ſuo poëmate meminerat *Æneæ* atque illius a *Troja* in Italiam fugæ, uti ante ex Dionyſio oſtendimus: *Leſches Æneæ* meminiſſe vix videtur. Certe in Polygnoti pictura, quæ ad *Leſchis* præcipue carmen expreſſa erat, *Æneas* non comparet. Unde *Leſches* inter eos ſcriptores referendus videtur, qui ex invi-
b l. 1. p. 36. dia *Æneæ* in Italiam *adventum* diſſimulavere, de quibus alicubi [b] Dionyſius queritur.

[71] *Parvæ Iliadis* autem primus, quod ſciam, meminit Calliſthenes apud Scholiaſten veterem in Euripidis Hecubam, quem locum ante protulimus: tum auctor vitæ Homeri, quamquam ſub titulo non μικρᾶς, ſed, quod idem, ἐλάσσονος Ἰλιάδος. Dicitur autem ibi ab ipſo Homero compoſita apud ludimagiſtrum Theſtoridem commorante, ab hoc vero deinceps pro ſuo fœtu ſimul cum Phocaide publicata:
Διατρίβων δὲ παρὰ τῷ Θεστορίδῃ ποιεῖ Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω, ἧς ἡ ἀρχή,

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην εὔπωλον
Ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος.

Commoratus apud Theſtoridem Iliadem fecit minorem, cujus principium:

Ilium cano & Dardaniam bonos equos producentem,
A qua multum paſſi ſunt Danai bellicoſi.

c Exerc.Plin. p. 852. [72] Salmaſius [c] exiſtimat auctorem hunc, quem facit Herodotum, τῆς ἐλάττονος Ἰλιάδος nomine intellexiſſe τὰ Κύπρια, quorum principium hoc fuiſſe Grammatici notent:

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐρατεινήν.

Sed quam multa peccata in his paucis verbis non committit? Primo auctorem vitæ Homeri facit Herodotum: quod ſi verum, ergo ex Herodoti ſententia Ἰλιὰς ἐλάσσων, quæ hic Homero tribuitur, non poteſt eſſe idem poëma cum τοῖς Κυπρίοις, quo-
d l.2. c.117. niam Herodotus τὰ Κύπρια ἔπη Homero [d] alibi abjudicat, invicto plane argumento; videlicet quod Paris tridui itinere vento ſecundo uſus & tranquillo mari ex Sparta *Ilium* venit juxta carmina *Cypria*, qui ſecundum Homerum in eodem itinere multum diuque erravit & tempeſtatibus in Ægyptum uſque projectus fuit. Sed Herodotus non eſt auctor illius vitæ, uti jam ab aliis oſtenſum eſt. Verum neque hoc juvare virum doctum poteſt: primo quoniam nuſquam apud Græcos τὰ Κύπρια appellantur Ἰλιάς: deinde, quoniam τὰ Κύπρια adſcribuntur quidem *Dicæogeni*, *Hegeſiæ*, *Staſino*, aut *Halicarnaſſenſi* cuidam, nunquam vero *Theſtoridi Phocæenſi*. [73] Præterea apud quem Grammaticum legitur hoc *Cypriorum* exordium,

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐρατεινήν.

e p. 112. Nuſquam certe illud hactenus reperi, præterquam in Scaligeri ad Catullum [e] notis, tum apud alios, qui inde ſumpſerant. [74] Sed valde vereor Scaligerum memoriæ ſuæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ſuæ, uti ſolebat, nimis confiſum ex Homeri vita verſum hunc adduxiſſe, ſed in ultimo
vocabulo a ſe interpolatum. [75] Ut ita credam facit primum ipſius Scaligeri titubantia,
non ſatis diſcernentis, utrum μικρὰ Ἰλιὰς & τὰ Κύπρια unum idemque poëma, an
duo diverſa fuerint. Secundo illud colligo ex alio ejus errore vitio memoriæ ibidem pa-
riter commiſſo, videlicet quod *Parva Ilias* a *Lævio* vetuſtiſſimo Poëta Latinis verſibus
reddita fuerit, unde *Cypriæ Iliados* nomine a Chariſio citatur. Ita legitur in duabus Ca-
tulli Editionibus, quæ vivente Scaligero prodiere: & ne quis tamen librariorum erro-
rem ſuſpicetur, repetitur non modo idem in [a] Animadverſis, quæ ſub Yvonis Villio-
mari nomine contra Robertum Titium publicavit, ſed velut χρηστομαθία imputatur. a p. 125. Ed. Par.
[76] Nihilominus *Nævius* appellatur hic poëta Latinus non modo a Chariſio verum & Pri-
ſciano, qui ambo verſum ex hoc poëmate adducunt. Iſte lib. I. his verbis: *Torques,*
hic & hæc torques, ut hic & hæc canes, a Lucilio libro primo dictas legimus. Ita dixiſſe
veteres Caper bis exemplis docet: Nævius Cypriæ Iliados libro primo:

Collum marmoreum torquis gemmata coronat.

Priſcianus lib. x. *Nævius in Iliados ſecundo:*

Fœcundo penetrat penitus thalamoque potitur.

[77] Tamen hunc Scaligeri lapſum Salmaſius æque fideliter quam priorem ſequitur, ibi
maxime, ubi eum redarguere conatur. Nec Salmaſius tantum, ſed plures alii, primi
errantis auctoritate ſeducti. [78] Neque enim, ut Andreas Scottus [b] facit, pro *Nævius* b Not. in
apud Chariſium & Priſcianum legendum eſt *Lævius*, quaſi hoc ante voluiſſet Scali- Procli Chre-
ger. [77] Omnes enim Editiones, quas ego quidem vidi, Chariſii apud Frobenium a. ſtom. p. 24.
1551, Priſciani Aldina a. 1527 & Florentina a. 1554 (etiam illud exemplar quod ab Iſaa-
co Caſaubono cum MSS. collatum in publica hujus Academiæ bibliotheca adſervatur)
item utriusque Editio opera Heliæ Putſchii adornata, huic emendationi reclamant.
[80] Unde parum veriſimile Scaligerum hoc voluiſſe. *Cn. Nævii* enim clariſſimi & no-
tiſſimi Poëtæ plurima paſſim fragmenta apud Grammaticos exſtant, *Lævii* obſcurioris
(ætas enim ignoratur) pauciora. Verum *Livium*, *Lævium*, *Nævium*, *Novium*, Poëtas
diverſos a librariis (uti oſtendit [c] Gerardus Voſſius) confundi. Sed quo argumento
id in adductis ante locis factum, conſentiente nunc ſcriptura, probabitur? An quod c Caſtigat.
præter hoc nullum forte aliud opus heroo carmine a *Nævio* ſcriptum probari poſſit? in Fragm.
Sed ex hoc dato, quod certe non poteſt, nondum iſtud ſequitur. Deinde unde de *Læ-* Tragic.
vio conſtat epico carmine uſum? certe ex fragmentis ejus non patet. Præterea quid
vetat credere *Nævium* æque hexametro carmine ſcripſiſſe, quam ante eum Livium An-
dronicum, ut, quem modo dixi, [d] vir doctus docet; aut de quo non dubitatur, æqua-
lem ejus Ennium? d Ibid. p. 7.

[81] Diviſa autem fuiſſe τὰ Κύπρια in plures libros ex Athenæo patet, qui inſigne
Fragmentum ex libro eorum undecimo [e] alicubi adfert. [82] Non ſequitur autem ex eo,
quod *Nævius*, Poëta Latinus, τὰ Κύπρια a ſe Latinis verſibus reddita vocaverit *Cy-* e l. 15. p. 682.
priam Iliadem, inde & a Græcis ita appellata fuiſſe. Nuſquam enim Græci ſic appella-
verunt. [83] [f] Herodotus τὰ Κύπρια ἔπεα dicit: Ariſtoteles τὰ Κύπρια & [g] Dicæo-
geni tribuit: Athenæus τὰ Κύπρια ἔπη, his verbis [h]: Ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται f l. 2. c. 118.
καὶ ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς, Ἡγησίας ἢ Στασῖνος. Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλι- g de Poet.
καρνασεὺς ἢ Μιλήσιος, ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια Ἁλικαρνασέως c. 16.
δ' αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα. *Coronariorum florum meminit auctor Cypriorum carmi-* h d. l.
num Hegeſias aut Staſinus. Demodamas enim Halicarnaſſenſis aut Mileſius libro de Hali-
carnaſſo ipſa Cypria carmina Halicarnaſſenſis cujuſdam tradit. Similiter apud [h] Ælianum
ἔπη τὰ Κύπρια Pindari auctoritate pro dote filiæ ab Homero data dicuntur: quod i l. 9. V. H. c. 15.
confirmat Tzetzes in [i] Chiliadibus, expreſſis etiam nominibus: k Chil. 13. v. 637.

Σερίφων καὶ Θεόλαος υἱοὶ δὲ τοῦ Ὁμήρου
Θυγάτηρ Ἀρσιφόνη δὲ, ἣν ἔγημε Στασῖνος.
Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας,
Ἅπερ οἱ πλεῖους λέγουσιν Ὁμήρου πεφυκέναι,
Εἰς προῖκα δὲ σὺν χρήμασι δοθῆναι τῷ Στασίνῳ.
Seriphon autem & Theolaus, filii Homeri,
Filia vero Arſiphone, quam duxit Staſinus.
Staſinus, qui Cypria volumina conſcripſit,
Quæ quidem plerique Homeri dicunt fuiſſe,
In dotem vero cum pecuniis Staſino data.

Eadem

Eadem habet Suidas [a].

84 Verum ab his abire Proclum in Chreſtomathia apud [b] Photium Andreas Scottus exiſtimat, dicens Homerum non ſocerum *Staſini* a Proclo ferri, ſed generum. Sed mihi ex Procli verbis hoc non apparet, quæ propterea ſubjicio. Λέγει δὲ καὶ περί τινων Κυπρίων ποιημάτων. καὶ ὡς οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσι Κύπριον· οἱ δὲ Ἡγησίαν τὸν Σαλαμίνιον αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν· οἱ δὲ Ὅμηρον, δοῦναι δὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Στασίνῳ καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα Κύπρια τὸν πόνον ἐπικληθῆναι. Quod ita vertit vir doctus: *Quin etiam de Cypriis poëmatis narrat: & hos quidem ad Staſinum hæc referre: illos vero ad Hegeſiam Salaminium: quoſdam etiam Homero tribuere, data vero pro filia Staſino, a cujus patria, Cypria hoc opus appellatum.* Sed ego ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς exiſtimo vertendum, *filiæ cauſſa*, ſcilicet in dotem. Non igitur Proclus ab Æliano aliiſque ſcriptoribus diſſentit, ſed idem, quod illi, prodit. 85 Verum denominationis cauſſa horum carminum, cujus mentio in hoc Procli loco, paullo videtur frigidior, ideoque merito ab ipſo Proclo rejecta eſt, teſte Photio in ſequentibus: ἀλλ' οὐ τίθεται ὁ συγγραφεὺς τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ. *Sed huic rationi auctor non ſubſcribit.* etſi ratio hujus improbationis videatur nulla: μηδὲ γὰρ Κύπρια προπαροξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα. *neque enim* Κύπρια *accentu in antepenultima inſcribi hæc poëmata.* In omnibus enim libris quos hodie habemus, accentus in hoc vocabulo προπαροξυτόνως notatus videtur. Sed frigidior, ut dixi, tituli cauſſa a loco. 86 Veriſimilius ſic appellata a *Venere*, quæ quoniam in *Cypro* nata eſſet Κυπρία & Κυπρὶς & Κυπρογενὴς dicta fuit. 87 Non autem ideo ſic appellatum exiſtimo poëma hoc, quod in eo bellum *Trojanum* a gemino ovo & Ledæ partu deſcriptum eſſet, quod *Cypride*, id eſt, *Venere* præcipue faciente & Leda compreſſa a Jove & Helena nata ac eadem a Paride rapta, quæ bello *Trojano* & *Trojæ* excidio cauſſam præbuit, ut exiſtimat [c] Salmaſius: hæc enim nimis longe petita ſunt: ſed quod in hoc poëmate actio deſcriberetur, quæ ad *Venerem* præcipue attinebat, judicium videlicet Paridis de tribus deabus in monte Ida habitum. Probant hoc loca quæ ex hoc poëmate hinc inde exſtant de *Venere* & Paride præcipue agentia.

Ubique igitur, quantum memini, apud Græcos τὰ Κύπρια & Κύπρια ἔπη & τὰ Κυπριακὰ apud Ariſtotelem & [d] Clementem, numero plurium appellantur hæc carmina, nuſquam Κυπρία Ἰλιὰς, quem illis titulum impoſuit primum *Nævius*, ſed civitate & metro Romano donatis.

88 Maneant ergo diverſa poëmata, primo Ἰλιὰς μικρὰ incerti auctoris juxta antiquiſſimos (immo juxta omnes ad Euſebium uſque, [e] Clementi enim citatur adhuc ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκὼς, non expreſſo ejus nomine) maneant, inquam diverſa poëmata, Ἰλιὰς μικρὰ incerti & Ἰλίου Πέρσις *Leſchis*: 89 ſecundo ne confundantur inter ſe τὰ Κύπρια & Ἰλιὰς μικρὰ vel ἐλάσσων.

90 De hac autem ultima, antequam manum, ut dicitur, de tabula, admonere adhuc habeo Dionyſium Petavium putaſſe eam ſupereſſe. Scribit enim in [f] Rationario, quadrageſimo anno priuſquam Græci *Trojam* funditus everterent, ab Hercule *Trojam* captam, Loamedontem interfectum, filiumque ejus Priamum regem conſtitutum *Parvæ Iliados* prodere ſcriptorem: & [g] alibi auctorem *Troicorum*, qui cum *Iliade Parva* aliiſque carminibus Græce editus eſt a Michaële Neandro ait *Trojano* regno annos trecentos tribuere, reges annumerare ſex, quorum anni ſingillatim, prout ponuntur, in unum collecti minus quatuor trecentos faciant.

91 Sed omnia iſta poëmata a Neandro vulgata Lipſiæ a. 1588, Argonautica, Thebaica *Troica*, *Ilias Parva* auctoris Anonymi, Troicis Manaſſæ exceptis, ſuperioris ævi ſunt & Laurentio Rhodomanno debentur. Certe ipſe Rhodomannus *Troica* deinceps mutato duntaxat principio & hinc inde correctis quibuſdam vel adjectis, ſimul cum *Parva Iliade* vel Periochis Homericis, ut tunc inſcripſit, cum Quinto Calabro Hanoviæ a. 1604 publicavit. 92 Sic ut nullius plane auctoritatis ſint anni, qui in laterculo regum *Trojanorum* apud eumdem ex his *Troicis* ſingulis adſcribuntur. Rhodomannus enim quadraginta duntaxat annos Priamo tribuiſſe videtur, ut ſic tolleret difficultatem, ſuper ætate Helenæ alias exſiſtentem, quæ ſoror dicitur Caſtoris & Pollucis, qui inter Argonautas recenſentur, quorum expeditionis tempore *Troja* ab Hercule capta & Laomedonti Priamus ſucceſſiſſe dicitur. Reliquorum deinde annos pro arbitrio conſtituiſſe videtur, adhibita modo hac cautione, ne excederet ſummam annorum totius dynaſtiæ a Dardani initio uſque ad Priami finem apud Euſebium

expreſ-

[a] v. Ὅμηρος.
[b] p. 941.
[c] Plin. Exerc. p. 853.
[d] Admon. ad Gent. p. 19.
[e] l. 1. Strom. p. 321.
[f] p. 1. l. 1. c. 10.
[g] p. 2. l. 2. c. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

expreſſam. 93 Ne igitur poſthac fraudi cuiquam ſit ſuppoſititius iſte laterculus, in locum illius hunc genuinum ex Euſebio ſupponimus.

Laterculus Regum Trojanorum ex Euſebio.

Trojani Reges	Anni ſingulorum.	Anni Per. Jul.
1. *Dardanus*	62	3235
2. *Erichthonius*	46	3297
3. *Tros*	61	3343
4. *Ilus* }	69	3404
5. *Laomedon* }		....
6. *Priamus*	57	3473
Deſiit anno		3530
Summa totius regni	295	

Verum evagatus ſum paullo forte longius quam oportuit, occaſione Fragmenti ex *Parva Iliade* ſub nomine *Leſchis* apud Lycophronis Scholiaſten occurrentis. Nunc redeo ad Lycophronis locum.

94 [b] *Ex Almonia vero Rurſus erronem excipiet Tyrrhenia*] Stephanus hic olim legit: Ἐκ δ' Ἀλμωπίας παλιμπλανήτην δ. τ. *Almopiam* vero regionem dicit *Macedoniæ* ab *Almope* gigante denominatam. Tzetzes legit, ut editur & Ἀλμώνιον *Macedoniæ* facit urbem. Fuit procul dubio una ex illis urbibus, e quibus Theſſalonicam a Caſſandro frequentatam ante audivimus. Igitur juxta Lycophronem *Æneas* ex Macedonia iterum profectus venit in Italiam, quam antiquiores Græci *Tyrſeniam* vel *Tyrrheniam* appellare conſueverant.

95 [c] *Lynceuſque calidas ejiciens aquas potionum. Et Piſſa ſaltuſque Agyllæ pecoroſi*] Oſtendit accuratius locum Italiæ, ad quem *Æneas* appulit, ubi *Lynceus*, fons calidus, ubi *Piſæ* & *Agylla* urbes. Non nominat agrum *Laurentem* aut *Laurentum* ipſum, Aboriginum regiam, quoniam hoc magis vaticinanti convenire credidit, ſed loca exprimit agro *Laurenti* proxima celebriora, *Lyncea* fontem, *Piſſam* & *Agyllen* urbes. De *Lynceo* ita commentatur Tzetzes: Λυγκεὺς ὁ ποταμὸς Ἰταλίας θέρμα ὕδατα ἔχων· ἐκλήθη δὲ οὕτως, ἐπειδὴ τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πολλοὺς ὠμμάτωσεν, ἢ ὅτι ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος Λυγκεὺς ἐν τῷ ῥείθρῳ αὐτοῦ ἐπνίγη. *Lynceus Italiæ eſt fluvius calidas aquas habens, ſic dictus, quod multorum oculis medicinam fecerit: vel quod antiquus iſte Lynceus in eo ſubmerſus ſit.* Philippus Cluverius *Lynceum* putat eſſe amnem *Corniam* in *Etruria*, qui [a] ſub ſiniſtro latere promontorii *Populonii* in mare exit, quoniam ad ejus fontem aquæ ſunt *Volaterranæ*, ad oſtium vero *Vetuloniæ*, ambæ calidæ, ſic appellatæ ab antiquiſſimis urbibus quondam ad has ſitis. Quidquid ſit de *Lynceo*, Πίσσα & Ἀγύλλη notiſſimæ ſunt ab antiquiſſimis temporibus *Etruriæ* urbes, quarum altera *Piſæ* Romanis, altera *Cære* eſt appellata, quæ [b] Livio teſte, *Æneæ* temporibus Mezentii atque *Etruſcorum* regia erat: de quibus videri [c] Dionyſius poteſt.

a l. 2. It. Ant. p. 472.

b l. 1. c. 2.

c l. 1. p. 16. & alibi.

96 [d] *Cum illis vero amicum hoſtis miſcebit exercitum Nanus, errando omnem perſcrutatus angulum Et maris & terræ*] Pergit Caſſandra vaticinari, *Æneam* poſtquam in Italiam circa dicta loca adpuliſſet, fœdus facturum cum *Ulyſſe*. Hunc autem appellat Νάνον, ſive quod vocabulo hoc *erro* denotaretur apud *Tyrrhenos*, ſive quod hoc fuerit primum *Ulyſſis* nomen. Utrumque in Tzetzis commentario legitur. De fœdere vero hoc inter *Æneam* & *Ulyſſem* percuſſo, nihil, quod ſciam, in Romanorum libris extat. Nihilominus ſive verum ſive falſum tale fœdus unquam factum, potuit ſaltem tale quid fieri. *Ulyſſem* enim, ut ante memoravimus, *Crotonæ* in *Tyrrhenia* exſulaſſe ibi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

a Theog. v. 1011. demque defunctum Theopompus ſcripſit: Heſiodus [a] *Ulyſſem* ex Circe Agrium atque Latinum, qui Tyrrhenis imperitaverint, ſuſtuliſſe cecinit: Mamilius Tuſculanus ge-
b l. 1. c. 49. nus ſuum ad *Ulyſſem*, Livio [b] teſte, referre ſolitus eſt: ut [c] alia veſtigia *Ulyßis* in Ita-
c apud Strab. l. 5. p. 232. Theophr. l. 5. de Pl. c. 9. Plin. l. 15. c. 29. &c. liam adventum teſtantia taceam.

97 [e] *Simul quoque gemini filii Myſorum regis, cujus haſtam aliquando domeſticus Curvabit Deus vini, crura conſtringens viminibus Tarchon, & Tyrſenus, fervidi lupi Herculeo ſanguine proſeminati*] Præterea dicit *Æneam* fœdus juncturum cum filiis regis Myſorum *Tarchonte* & *Tyrrheno*. Hoc Virgilius [d] ſequitur:

d l. 10. v. 154.

Tarchon
Jungit opes fœduſque ferit.

e l. 5. p. 219. *Tarchontem* Strabo [e] ducem *Tyrrheni* facit non fratrem, ejuſque opera duodecim Tuſciæ civitates a *Tyrrheno* ait conditas, in his *Tarquinios* deſumpto ab hoc vocabulo. Simul quod fabulati fuerint canum eum natum, quoniam ſapiviſſet a puero. 98 Quando autem *Tarchon* & *Tyrrhenus* dicuntur τῶκοι Μυσῶν ἄνακτος, videtur *Atys* intelligi: quem *Myſorum* facit regem pro *Lydorum*, quoniam Lydiæ nomen ejus tempore adhuc erat incognitum. Conterminæ autem regiones ſunt *Myſia* & *Lydia* & ſæpe propterea confunduntur. Alias propria appellatione *Lydia* appellanda *Mæonia* erat, quoniam ita prius dicta. 99 Dicuntur præterea τῶν Ἡρακλείων ἐκγεγῶτες αἱμάτων. Sed incerta admodum eſt hæc cognatio: alii enim *Tyrrhenum Herculis* faciunt filium ex Omphale;
f l. 1. p. 22. alii nepotem ex Telepho, teſte Dionyſio [f]; Strabo Atyn *Herculis* ex Omphale, Lydum vero & Tyrrhenum Atyos facit filios. 100 Sed non video quomodo hæc cognatio ſubſiſtere ſine temporis offendiculo poſſit. Cum enim *Tyrrhenos* ante *Trojæ* caſum in Italia fuiſſe, nec fuiſſe duntaxat, ſed rerum illic potitos urbes plures condidiſſe, minimum triginta anni in hanc reipublicæ eorum conſtitutionem tribuendi veniunt: deinde minimum alii triginta ætatis *Tyrrheno* concedendi cum expeditionem in Italiam ſuſciperet. Sic ut *Tyrrhenus* minimum ſexaginta annis ante *Trojæ* excidium natus eſſe debuerit. De *Herculis* Alcmenæ filii ætate non una apud veteres ſententia eſt, aliis mortem ejus magis, aliis minus ante *Trojæ* captæ Epocham contigiſſe opinantibus. Antiquus apud Clemen-
g l. 1. Strom. p. 336. tem [g] Chronologus Thraſyllus, *Herculem* Olympia certamina inſtituiſſe ait annis quatuor & viginti antequam Helena ab Alexandro rapta eſt. Euſebius Olympia ab *Hercule* inſtituta notat ad annum CCCCXXX ante primam Olympiadem. De quibus ſi ſubducas annos CCCCVII, quot ex Eratoſthenis calculo a *Troja* capta ad eamdem primam Olympiadem effluxere, deprehenditur *Hercules* juxta Euſebium Olympia inſtituiſſe anno ante *Trojæ* expugnationem quarto & viceſimo. Unde dijudicatu facile eſt, *Tyrrhenum*, ſi per
h l. 1. c. 94. naturam *Herculis* filius eſſe potuerit, nepotem eſſe non potuiſſe. Nec Herodotus [h], qui Lycophrone antiquior eſt, ullam *Herculeæ* hujus conſanguinitatis facit mentionem: immo contra *Tyrrhenum* & Lydum filios facit Atyos, Atyn Manis. Unde dicendum videtur a Poëta ideo ad *Herculem* horum genus relatum, quoniam in hujus claritatem referri ſolitum, quidquid ubique magnificum videretur, ut alicubi Tacitus loquitur.

101 [f] *Ubi menſam ciborum plenam conſpicatus Devoratam tandem a ſociis Memoriam veterum Oraculorum recordabitur*] Hoc Oraculum de dapibus & menſis comeſtis Varro
i ad l. 3. Æn. v. 257. apud [i] Servium *Trojanis* dicit datum a Dodonæo Jove apud Epirum. Late autem ex-
k l. 1. p. 44. & ſeq. ſequitur [k] Dionyſius, Cæſar, Lutatius, alii apud Originis gentis Romanæ Auctorem.

102 [g] *Condet autem in regione ab Aboriginibus ultra Latinos Dauniosque habitata Arces triginta, partus recenſens Scrofæ nigræ*] Non male adhunc locum Tzetzes: πάντα τολμητὰ βατὰ καὶ χαπλὰ τῷ Λυκόφρονι. ſcilicet obſcuritatem adfectanti, ut imitetur Oracula. Primum enim Βορειγόνους appellat, qui appellandi erant Ἀβοριγῖνες· deinde dicit hos habitaſſe *ultra Latinos*, quaſi *Latini* diverſi ab *Aboriginibus* fuerint, aut *Aborigines* aut eorum pars jam *Æneæ* tempeſtate *Latini* dicti
l v. Δαύνιον. fuerint. Niſi forte lectio corrupta: quam ſuſpicionem generare [l] Stephanus poteſt, apud quem in Aldina Editione locus hic ita citatur: Ὑπὲρ Λακίου Δαυνίου τ' ὠκισμένων. quaſi videlicet *Latium* & *Daunium* Italiæ urbes eſſent, ultra quas *Aborigines* habitarent. Xylander locum ad hodierna Lycophronis exemplaria emendavit: ſed nunc exemplum urbis recenſioni haud convenit. Similiter autem
m l. 1. p. 58. Ariſtoteles Λάπιον, teſte [m] Dionyſio, fecit locum in Opica regione. Nemo tamen non videt in hiſtoria Romana vel leviter exercitatus loqui eum de *Lavinio* in *Aboriginum* regione circa Numicii amnis fontes ab *Ænea* (unde apud Plinium, *Ilio-*

nenſes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

nenſes Lavinii) aliiſque urbibus ab ejus poſteris in *Latio* conditis. Abiit autem in Oraculi hujus explicatione non parum a Romanis Lycophron. Hic enim triginta porcellos, quos ſcrofa pepererat, de triginta arcibus ſive urbibus ab *Ænea* & ſucceſſoribus ejus conditis interpretatur: cum Romani ad totidem annos, poſt quos nova iterum poſt *Lavinium* urbs a *Trojanis* ædificanda, illud traxerint. [103] Deinde *Scrofam* hanc facit *nigram*, quam plerique Romanorum *albam* fuiſſe ſcribunt.

[104] Unde Tzetzes duplicis mendacii dicam Lycophroni impingit. [105] Sed Joannes Meurſius a priore abſolvere conatur, ſimul valde reprehendit Tzetzem, quod πύργους de *urbibus* explicaverit: ipſe contra exiſtimat Lycophronem dicere *Æneam Albæ* in muris triginta turres ædificaturum ad numerum totidem porcellorum. Verum ſi hæc mens Lycophronis fuit non video quomodo dicere in ſequentibus poſſit:

[106] [h] *Cujus etiam in urbe una imaginem dedicabit Ære fuſam & porculorum lactentium*] Scilicet, *ex iſtis triginta*. Gulielmus Canterus, qui ante Meurſium Lycophronem edidit, Tzetzem plane ſequutus eſt: ſic tamen ut exiſtimet, quoniam illud de *triginta urbibus* ab *Ænea* conditis defendi vix ulla ex hiſtoria poſſit, Poëtam veniam omnino mereri, quod Chalcidenſis ipſe in hiſtoria Romana, quæ ipſius ætate paucis cognita erat, minus verſatus fuerit [107] Sed nemo ex omnibus iſtis interpretibus rem acu, ut dicitur, tetigiſſe videtur. Non Tzetzes, quod Lycophronem cum bene explicaret, mendacii temere poſtulaverit: non Meurſius, quod πύργους de turribus murorum & quidem urbis *Albæ*, cum vel ex ſua ſententia *Lavinii* dicere debuiſſet, explicaverit: non Canterus, quod Lycophronem male contra Tzetzis accuſationem deprecando defenderit. [108] Ego enim plane exiſtimo Lycophronem per *triginta arces* ſive *urbes* ab *Ænea* vel ejus poſteris conditas (iſti enim *Æneæ* in hoc vaticinio ineſſe intelligendi ſunt, ipſo monſtrante Poëta in ſequentibus, ἐν ὀψιτέκνοις δομήσεται) intelligere colonias *Priſcas Latinas*, quæ a regibus Albanis præcipue vero Latino Sylvio conditæ ſunt, quarum frequens mentio in veterum monumentis. *Priſcæ* autem hæ appellabantur, ut diſtinguerentur a coloniis, quæ deinceps a Romanis deductæ fuerunt. [109] Explicationis hujus fundus Dionyſius Halicarnaſſenſis, qui *Albam* triginta coloniarum Latinarum matrem & ab ultima earum everſam exſerte notat. Verba merentur huc transſcribi e lib. III. [a] Ἡ μὲν δὴ τῶν Ἀλβανῶν πόλις, ἣν ἔκτισεν Ἀσκάνιος ὁ ἐξ Αἰνείου τοῦ Ἀγχίσου καὶ Κρεούσης τῆς Πριάμου θυγατρὸς, ἔτη διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν πεντακόσια τριῶν ἐπὶ τοῖς δέκα δέοντα, ἐν οἷς πολλὴν ἔσχεν ἐπίδοσιν εἰς εὐανδρίαν τε καὶ πλοῦτον καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν εὐδαιμονίαν, ἡ τὰς τριάκοντα Λατίνων ἀποικίσασα πόλεις, καὶ πάντα τὸν χρόνον ἡγησαμένη τοῦ ἔθνους, ὑπὸ τῆς ἐσχάτης ἀποικίσεως καθαιρεθεῖσα, ἔρημος εἰς τόν δε χρόνον διαμένει. *Albanorum igitur urbs, quam condiderat Aſcanius ex Ænea Anchiſæ filio & Creuſa Priami filia progenitus, quæ ſteterat per quingentos annos, tredecim minus, ex quo fuerat condita: quo tempore multum hominum frequentia & opibus & reliqua felicitate creverat: & quæ triginta Latinas colonias condiderat, & ſemper ejus gentis imperium habuerat, a noviſſima ſua colonia everſa ad hoc uſque tempus deſerta permanet.* Infra quoniam regno Albano peculiarem deſtinavimus locum, in ſingulas haſce colonias inquiremus. [110] Apparet autem ex hoc Lycophronis loco non adeo ignarum eum fuiſſe hiſtoriæ & rerum Latinarum, [111] quippe qui ſciverit apud Lavinienſes aut Romanos ſcrofam cum triginta porcellis ex ære fuſam in publico poſitam. Varro lib. II de R. R. [b] *Parere* (ſcrofam) *tot opertet porcos quot mammas habeat. Si minus pariat, fructuariam idoneam non eſſe: ſin plures pariat eſſe portentum. In quo illud antiquiſſimum fuiſſe ſcribitur, quod ſus Æneæ Lavinii triginta porcos peperit albos. Itaque quot portenderit, factum triginta annis, ut Lavinienſes condiderint oppidum Albam. Hujus ſuis ac porcorum etiam nunc veſtigia apparent Lavinii: quod & ſimulacra eorum ahenea etiam nunc publico poſita & corpus matris ab ſacerdotibus, quod in ſalſura fuerit, demonſtratur.* [112] Romæ ubi pariter hæc ſimulacra conſpiciebantur, *grunduleis lares*, Nonio teſte, appellabantur.

a p. 172.
b c. 4.

[113] [i] *In æde autem exſtructa Myndiæ Pallenidi Imagines patriorum ponet deorum*] Intelligit *Penates*, ſimulcra *Magnorum Deorum* tum *Palladium*, quæ Arctinus, teſte [c] Dionyſio, ab *Ænea* in Italiam tranſlata cecinit. Hæc primo quidem *Lavinii* in *Minervæ*, ut hic dicitur, templo poſita, inde *Albam*, Alba *Romam* tranſlata creduntur. Ex his *Palladium* [d] in *Veſtæ* templo a Virginibus ibi cuſtodiebatur: *Penates* vel in eodem, prout Tacitus [e] opinatus eſt & innuere Feſtus [f] videtur & Cicero [g], vel in *Penatium* deorum æde, quæ in Velia apud forum Romanum fuit. In hac enim Dionyſius [h] ſervatas ait imagines Troja-

c l. 1. p. 56.
d Dionyſ. ib.
e lib. 15. c. 41.
f v. *Penus*.
g l. 2. de N. D. c. 27.
h l. 1. p. 55.

Trojanorum Deorum, duos haſtatos juvenes habitu ſedentium operis antiqui cum inſcriptione, ΔΕΝΑΣ. qui a Græcis diverſis nominibus hos appellatos docet; ab aliis enim Πατρῴους dictos, ab aliis Γενεθλίους ab aliis Κτησίους, ab aliis Μυχίους, rurſus ab aliis Ἑρκίους, a Romanis Πενάτας.

114 k *Quas certe negligens & uxorem & liberos Et poſſeſſionem aliam opimam cimeliorum Cum ſene patre venerabitur*, &c.] Talia Græcos de *Ænea* tuliſſe ex Xeno-
a Cyneg. p. 974. phonte [a] patet, qui Lycophrone antiquior eſt: e quibus hauſit deinceps Ælianus.[b]

b l. 3. V. H. c. 22. 115 l *Multum celebratam in bellis patriam Per poſteros faciet felicem, Urbem, excelſos juxta Circæi ſaltus Argoumque portum inclytum*] Per obſcuras ambages *Romam* ædificatam iri ab *Æneæ* poſteris innuit. Hanc autem a præcipuo attributo, bellica ſcilicet virtute conſpiciendam dat, deinde & a ſitu: quem obſcuritati ſtudens oſtendit laxius, *Circæo* videlicet promontorio, quod antiqui Latii quondam terminus; portu *Argoo* ab Argo navi ſic dicto, in inſula *Æthalia*, quam Latini *Ilvam* vocant; *Cajeta*, *Fucino lacu*, *Titonio amne*, & *antro Cumano*. Sed videamus ſingula.

116 m *Æeten magnum*] Intelligit portum *Cajetæ* & ab illo *Romam* etiam cognoſcendam exhibet, quem nonnulli Αἰήτην putarunt primo dictum, ab *Æeta*, Circes ſive
c lib. 4. p. 181. fratre ſive patre, teſte [c] Diodoro Siculo, Argonautarum temporibus.

117 n *Et paludis Phorces Marſionidis aquas*] [d] Cluverius partim ex nomine *Marſorum*
d l. 1. It. Ant. p. 763. partim ex intervallo quingentorum ſtadiorum, quot lacum hunc ab Urbe Roma diſ-
e l. 12. c. 56. & 57. ſitum ſcribit Tzetzes, vidit *lacum Fucinum* intelligi, qui a Claudio, Tacito [e] teſte, emiſſus eſt.

118 o *Titoniumque fluentum, quod ſub terram Mergitur in obſcuras ſpecus profunditates*]
f Ibid. [f] Cluverius pro Τιτώνιον hic legit Πιτώνιον: [g] Plinio enim fons *Piconia*, Vibio Sequeſtro
g l. 31. c. 31. amnis *Pitornius* influere in lacum *Fucinum* dicuntur: e quibus primam vocis ſyllabam apud noſtrum putat reformandam, apud hos vero e noſtro ſecundam. Nam Τίτων ποταμὸς Ἰταλίας ἐγγὺς Κιρκαίου, ὃ οὐκ εἰς θάλασσαν ῥεῖ, ἀλλ' ὑπὸ τῆς γῆς καταπίνεται, ὥς φησι καὶ Φιλοστέφανος. uti hoc loco habet Tzetzes, circa *Circæum* promontorium occurrit nuſquam, atque ex hoc loco confictus videtur.

119 p *Et Zoſterii rupem, ubi virginis Sibyllæ immane eſt domicilium Cavo antri barathro contectum*] *Antrum Cumanum* intelligit, quod appellat *Apollinis rupem*, quoniam in hac Sibylla ex Apollinis templo reſponſa dabat: templum autem ipſum antrum erat. De hoc Virgilus in ſexto:

At pius Æneas arceis, quibus altus Apollo
Præſidet, horrendaque procul ſecreta Sibyllæ
Antrum immane petit.

& paullo poſt:

Teucros vocat alta in templa ſacerdos
Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.

& Claudianus in quarto de Honorii Conſulatu:

Chaldæi ſtupuere ſenes, Cumanaque rurſus
Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ.

120 Libet igitur poſt hæc interrogare, ſi *Æneas* cum *Trojanis* in Italiam non venerit, quid induxerit Græcos, ut hoc adfirmarent, & quidem illis temporibus, antequam aut Roma nondum eſſet a Romulo condita; aut Romani nulla adhuc extra Italiam arma protuliſſent, & per conſequens antequam ullum mendacio pretium?

CAPUT

CAPUT UNDECIMUM.

De REGNO ALBANO, coloniis PRISCIS LATINIS, urbe ROMA & ROMULO.

Trojanorum *in Italiam* adventum *probat clariſſime exortus paullo poſt* regni Albani, *cujus regia* Alba Longa, 2. *ab* Alba *fluvio & forma ſic dicta*: 3. *ſeries regum* Albanorum *cum annis regiminis.* 4. *Livius in numero regum cum Dionyſio convenit, non nominibus*, 5. *Euſebius & Syncellus nec in nominibus nec in annis.* 6. *Tempus a* Troja *capta ad primam Olympiadem a.* 407. *ut Eratoſthenes: non* 433. *ut Marmor Parium*: 7. *quia Dionyſius Eratoſthenem ſequitur.* 8. *quod oſtenditur*, 9. *ex duobus ejus locis*: 10. *Diodorus item & Apollodorus.* 11. *contra incerta Marmoris Parii fides.* 12. *Reſpondetur ad viri docti primum contra Eratoſthenis calculum argumentum*, 13. *item ad alterum.* 14. Æneæ *& Aſcanii apud Dionyſium anni contra Glareanum adſtructi.* 15. *Nomina regum* Æneæ *&* Capyos Trojanam *produnt originem.* 16. *Diſſenſus ſuper quarto rege.* 17. *Duodecimum terræ motu in lacum* Albanum *cum regia præcipitatum confirmatur loci αὐτοψίᾳ.* 18. *regnum* Albanum *exſtitiſſe probant res ejus geſtæ, in quibus* XXX *coloniæ* 19. *magnam partem a Latino Silvio deductæ*, 20. Priſcæ Latinæ *Romanis*, 21. *Ennio* Caſcæ dictæ. 22. *ex quibus* XXV *erutæ.* 23. *non omnes de novo ædificatæ*, 24. *uti nec* Roma *a* Romulo, 25. *qui non videtur Rheæ Silviæ filius ob plures rationes.* 26. *quo ſpectare videntur & Livii verba in Præfatione.* 27. adventum Trojanorum *teſtatum etiam S. P. Q. R. omni tempore*, 28. *probatur pluribus teſtimoniis.* 29. *in quibus Græca epiſtola, cujus Suetonius meminit, ad* Seleucum *Philopatorem ſcripta*, 30. *Bocharto ignoratum.* 31. *Item immunitate* Ilienſibus *data.* 32. *Eumdem probant Romanorum ſacra*, 33. Æneæ *iter*, 34. *claræ aliquot apud Romanos familiæ.* 35. *concluditur.*

1 Sed luce meridiana clarius *Trojanorum* in Italiam *adventum* oſtendit novi regni exortus eumdem ſtatim in iisdem locis ſubſecutus, cujus ſedes *Alba Longa*, ab Euryleone ſive Aſcanio, *Æneæ* filio, triginta [a] circiter annis poſt Lavinium ad lacum in montis *Albani* dorſo ædificata, [2] appellataque *Alba*, ſi [b] Diodoro potius credimus, quam ſuis albæ fabulatoribus, ab *Alba* fluvio, quo nomine tunc vocatus, qui poſtea Tiberis dictus eſt: a quo non multum abeunt illi ipſi, qui fabulam albæ ſuis ſequuti ſunt, dum nomen fluvii prius *Albulæ* fuiſſe dicunt. *Longæ* vero cognomentum a ſitus forma traxit, ut diſtingueretur ab alia cognomine. [3] Seriem regum *Albanorum* ab *Ænea* deſcendentium ſimul cum annis regiminis in ſequenti laterculo ſubjicimus.

a Dionyſ. l. 1. p. 53. Livius l. 1. c. 3.

b apud Sync. 194. & 181.

Laterculus Regum Albanorum.

Albani Reges juxta Dionyſium.	Anni ſingulorum.	Anni Per. Julianæ.	Albani Reges juxta Euſebium.	Anni ſingulorum.	Albani Reges juxta Syncellum.	Anni ſingulorum.
1. *Æneas*	6.	3532.	1. *Æneas.*	3.	1. *Æneas*	3.
2. *Aſcanius*	37.	3537.	2. *Aſcanius*	38.	2. *Aſcanius*	37.
3. *Silvius*	29.	3574.	3. *Sylvius*	29.	3. *Silvius*	29.
4. *Æneas S.*	31.	3603.	4. *Æneas S.*	31.	4. *Iulius S.*	31.
5. *Latinus S.*	51.	3634.	5. *Latinus S.*	50.	5. *Æneas S.*	50.
6. *Albas S.*	39.	3685.	6. *Alba S.*	39.	6. *Silvius*	30.
7. *Capetus S.*	26.	3724.	7. *Ægipus ſive Atys S.*	24.	7. *Anchiſes*	10.
8. *Capys S.*	28.	3750.	8. *Capys S.*	28.	8. *Ægyptius S.*	20.
9. *Calpetus S.*	13.	3778.	9. *Carpentus S.*	13.	9. *Caſpus S.*	31.
10. *Tiberinus S.*	8.	3791.	10. *Tiberinus S.*	8.	10. *Tiberius S.*	51.
11. *Agrippa S.*	41.	3799.	11. *Agrippa S.*	40.	11. *Aremulus S.*	19.
12. *Allades S.*	19.	3840.	12. *Aremulus S.*	19.	12. *Carmentus*	16.
13. *Aventinus S.*	37.	3859.	13. *Aventinus S.*	37.	13. *Silvius*	18.
14. *Procas S.*	23.	3896.	14. *Procas S.*	23.	14. *Procas*	32.
15. *Amulius S.*	42.	3919.	15. *Amulius S.*	44.	15. *Amulius S.*	23.
16. *Numitor S.*	2.	3961.			16. *Numitor S.*	2.
Roma condita	432	3962.		426.		402.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

[4] Livio in numero regum cum Dionyſio convenit, ſed *Capetus* ipſi *Atys*; *Calpetus*,
Capetus; *Allades*, *Romulus*; annos vero non adjicit. Reliqui neque annos numerant,
neque omnes memorant reges, ut Virgilius, Ovidius & Auctor Originis gentis Ro-
manæ: qui tamen in eo omnes ſuperat, quod auctores, unde ſua deprompſerit, quos
ſupra enumeravimus, nominet. [5] Euſebius & Syncellus adhuc magis in nominibus &
annis a Dionyſio abeunt. Sed ſicuti horum ſerior ætas in Chronologicis peritia mi-
nor, ſic inferior auctoritas.

[6] Et fuit tempus, quod a *Troja* capta ad primam Olympiadem elapſum
a Cenſor. de D.N.c.21. eſt, in magna apud [a] Græcos ſententiarum varietate poſitum. Maxime tamen
communis Eratoſthenis fuit ſententia, CCCCVII annos huic intervallo imputantis.
[7] Quam quoniam Dionyſius ſequutus eſt tamquam veriorem, nos quoque amplexi
ſumus contra Marmoris Parii auctoritatem, CCCCXXXIII adſignantis. [8] Cum enim
ex Catonis ſententia Urbem a Romulo conditam ponat anno ſecundo & triceſimo ſu-
per quadringenteſimum poſt *Trojæ* caſum, eumque juxta Eratoſthenis Canones pri-
mum numeret Olympiadis ſeptimæ, efficitur quadringentis ſeptem annis intervallum
b l. 1. p. 57. & p. 60. hoc eumdem definiviſſe. [9] Facit autem hoc in [b] duobus locis, ne quis de errore ſuſpi-
cetur, & in altero etiam expreſſis Catonis & Eratoſthenis nominibus: ubi etiam ſin-
gulari libro a ſe oſtenſum addit incorruptas eſſe regulas, quibus Eratoſthenes uſus eſt.
c de D. N. c. 21. Et hanc fuiſſe Eratoſthenis ſententiam exſerte [c] Cenſorinus tradit: ſive quod idem eſt,
Chorœbum ſtadium viciſſe octavo ſuper quadringenteſimum poſt *Trojam* captam
anno, a quo Olympias prima vulgo numerari cœpta eſt. [10] Et hanc ſententiam Dio-
dorum pariter ſequutum patet ex eo, quod juxta Apollodorum a capta *Troja* ad redi-
tum Heraclidarum octoginta, inde ad primam Olympiadem trecentos & viginti
octo annos numeret, ex temporibus Lacedæmoniorum regum collectos. [11] Nemo igi-
tur miretur, quod tantos viros contra Marmoris Parii auctoritatem ſequuti ſimus: cum
d Joannes Marshamus Chron. Diſq. p. 315. ipſe [d] vir doctus, qui hujus auctoritatem Eratoſthenis Canonibus nuper antepoſuit, ne-
ſcire ſe fateatur, qua ratione ejus numerus conſurgat. [12] Nec Eratoſthenei calculi
fidem elevat, ut idem putat, quod Euryſthenes, Ariſtodemi filius, apud Euſebium
ponatur regnum occepiſſe anno poſt *Trojam* captam primo & octogeſimo, qui ſecun-
e l. 6. c. 52. dus ab Heraclidarum in Peloponneſum reditu, cum [e] Herodotus ex Lacedæmonio-
rum fide Dorienſes non ab Ariſtodemi filiis ſed ab ipſo rege deductos ſcribat: nec diu
poſt Ariſtodemi uxorem geminos peperiſſe: quibus commodum natis ipſum morbo
deceſſiſſe atque in ejus locum juxta legem e pueris eum, qui erat primogenitus, ſuffe-
ctum. Quæ cuncta facta fuiſſe anno uno ut non impoſſibile, ſic minus tamen veriſi-
mile, & propterea regnum Lacedæmoniorum apud Euſebium κατ᾽ ἐλάττωσιν peccare
videtur. Sed Euſebius intervallum a *Troja* capta ad primam Olympiadem facit anno-
rum CCCCV, Eratoſthenes fecit CCCCVII. Unde ab introitu Ariſtodemi, qui octogeſimo
f l. 1. p. 10. poſt *Trojam* captam anno ſecundum [f] Thucydidem ejusque Scholiaſten contigit, ad
Euryſthenis exordium non annus, ut Euſebius ponit, ſed tres anni elapſi fuerunt, ſi ab
Euryſthene, ut idem numerat, ad primam Olympiadem Spartæ regnatum annis tre-
centis quinque & viginti. Et hæc videtur fuiſſe Eratoſthenis ſententia, certe Apollo-
dori fuit, trecentos octo & viginti poſt Heraclidarum reditum numerantis, cum He-
rodoto optime conveniens. [13] Nec Eratoſthenem, ut idem vir doctus putat, colle-
giſſe annos hujus intervalli ex γενεαῖς regum Lacedæmoniorum, ſupputando tres γενεὰς
g l. 2. c. 142. pro centum annis, ut [g] Herodotus facit in fabuloſis Ægyptiorum ſucceſſionibus, ſed ex
ipſis annis, quibus ſinguli ab Euryſthene ad Alcamenem regnaverunt, patet ex eo,
quod anni priorum novem regum diligenter nobis ab Euſebio conſervati ſint: a quo
Syncellus non abit niſi in unius Ageſilai, cui quadraginta unum tribuit, Euſebius tres
amplius. Ut taceam Eratoſthenem & Dionyſium ad Chronologiam iſtorum tempo-
rum deſcribendam etiam annis Principum Athenienſium Corinthiorumque uſos, qui
etiam ad nos utcumque propagati, aliisque præſidiis, quibus hodie caremus, inſtructos.
Quod certe colligi multis indiciis poteſt. Unde nihil temere de Eratoſthenis Chrono-
logia, quam Dionyſius, tantus vir, oſtendit incorruptam, hodie pronuntiandum
eſt.

[14] Adſignavi autem in ſerie regum *Albanorum* juxta Dionyſium *Æneæ* ſex annos
non ſeptem, Aſcanio ſeptem & triginta non octo, quoniam putavi hoc potius ipſius
ſententiæ convenire, quam cum Henrico Glareano contra expreſſa ejuſdem verba
h l. 1. p. 52. Latino & Agrippæ ex Euſebio annum cuique detrahere. *Æneam* enim [h] ſeptimo fere
i l. 1. p. 56. poſt *Ilium* captum anno, Aſcanium [i] octavo & triceſimo regni ex hominibus exem-
ptos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ptos ſcribit. Atque ita exacte conſtat ratio & ex ſingulorum regum annis Romam ſecundo & triceſimo ſuper quadringenteſimum poſt *Trojam* captam anno conditam patet.

[15] Præterea ipſa regum nomina, *recidiva vocabula Trojæ*, ut Naſo canit, *Æneæ* & *Capyos*, haud obſcure *Trojanam* produnt originem. In Syncelli laterculo etiam *Anchiſes* comparet, ſed huic fidi tuto non poteſt, quoniam & in reliquis a Dionyſio & Livio abit. [16] Tantum ex Euſebio diſcimus, fuiſſe jam olim ſuper quarto Latinorum rege inter auctores diſſenſum, quem ipſe tamen cum Dionyſio facit *Æneam Silvium*; Syncellus vero *Julium Silvium* quartum, *Æneam Silvium* quintum. Sed tamen neque iſtos diſſentientes Georgius ſequutus eſt, uti patet ex Euſebii verbis: *In alia hiſtoria reperimus quartum Latinum Sylvium regnaſſe, Laviniæ & Melampodis filium, uterinum fratrem Poſthumi, & quintum qui nunc hic quartus ponitur, Sylvium Æneam, Poſthumi filium.* [17] Duodecimus Ἀλλάδης dicitur in vulgatis Dionyſii exemplaribus, in MS. Ἀλλώδιος, in verſione Latina *Alladius*, Euſebio *Aremulus*, quomodo etiam vocatur Aufidio in Epitomis, & Domitio lib. 1. apud Auctorem Originis gentis Romanæ, qui hunc *non fulmine ictum, ſed terræ motu prolapſum, ſimul cum eo regiam in Albanum lacum* tradunt: quod etiamnum ipſa loci inſpectione confirmatur, uti primus notavit [a] Lucas Holſtenius. Nam cum veriſimile, regum Albanorum arcem fuiſſe in tumulo eminentiore, ubi hodie Gandulfi Caſtellum poſitum eſt, in eo ipſo loco lacus margo admodum præceps inſpicientibus præbet ruinæ hujuſmodi ſuſpicionem.

[a] Annot. in Cluv. It. Ant. p. 908.

[18] Jam ſi hujus regni res geſtas, quarum memoria adhuc conſervata eſt, intueamur, an dubitari poteſt id exſtitiſſe? In his vero agmen ducunt triginta coloniæ quaquaverſum in Latio & extra illud, teſte [b] Dionyſio, conditæ, a quarum ultima metropolis tandem ipſa everſa eſt. De quibus quoniam ſupra promiſi me hic acturum, idque meretur Lycophronis locus non ſatis hactenus intellectus, tentemus an has eruere valeamus.

[b] l. 3. p. 172.

[19] Et primum quidem auctor Originis gentis Romanæ decem enumerat, *regnante Latino Silvio coloniæ deductæ ſunt, Præneſte, Tibur, Gabii, Tuſculum, Cora, Pometia, Locri, Cruſtumium, (Cruſtumerium* aliis*) Cameria, Bovillæ.* [20] Livius [c] etſi nullos nominet colonos tamen ab eo deductos, qui *Priſci Latini* appellati, memorat, quorum frequens deinceps apud eum mentio eſt. Plures autem ab hoc quam ullo reliquorum regum colonias conditas veriſimile facit diuturnum ejus imperium. Ceterum Dionyſio non tantum qui a Latino conditi *Priſcorum Latinorum* nomine coloni veniunt, ſed qui ſub reliquis etiam *Albæ* regibus deducti. Quem ſequitur Feſtus: *Priſcæ Latinæ coloniæ appellatæ ſunt, ut diſtinguerent a novis, quæ poſtea a populo dabantur.* [21] Ennius Oſce *Caſcos* vocavit [d] Cicerone & [e] Varrone teſtibus. [22] Pleræque autem ex his decem apud alios ſcriptores pro talibus commemorantur. Immo ipſos *Locros* Epizephyrios tanto intervallo extra *Latium* poſitos Conon [f] a *Locro*, Phæacis filio, temporibus Latini, Italorum regis, conditos ſcribit, qui cum parte incolarum inſulæ Corcyræ, tunc adhuc Scheriæ dictæ, in Italiam venerit & Laurinam Latini filiam uxorem duxerit. Præter has a [g] Virgilio Latino adhuc tribuuntur quinque aliæ, *Nomentum, Fidenæ, Collatia, Caſtrum Inui* & *Bola*. Quibus [h] Livius non expreſſis regum nominibus addit *Politorium, Tellenas, Ficanam*, [i] *Corniculum, Ficulneam* vel *Ficuneam Veterem* & *Ameriolam*, urbes ſex. Solinus præter *Albam* & Fidenas, quæ commemoratæ, etiam *Antium* ab Aſcanio conſtitutum prodit. Dionyſius plures ex hactenus enumeratis *Albanis* tribuit & præter iſtas [k] *Medulliam* & [l] *Labicos*. Sic ut quinque quærendæ adhuc reſtent: ipſa enim *Roma* triceſima eſt.

[c] l. 1. c. 3.
[d] l. 1. T. Q. c. 12.
[e] l. 6. d. L. L. p. 70.
[f] apud Phot. Narrat. 3.
[g] l. 6. v. 772. & ſeqq.
[h] l. 1. c. 33.
[i] l. 1. c. 38.
[k] l. 3. p. 136.
[l] l. 8. p. 494.

[23] Sicuti autem plures ex triginta hiſce coloniis non de novo ab *Albanis* ædificatas, ſed urbes fuiſſe jam exſtantes horum duntaxat colonis frequentatas & res ipſa dictat, & veterum multi teſtantur: [24] ita neque *Romam* de integro a *Romulo* primum conditam plura argumenta probant. Quæ quoniam diligenter a Cluverio collecta ſunt, adducere ſuperſedeo.

[25] Ipſum etiam *Romulum* ſi quis neget Rheæ Silviæ filium, Numitoris fuiſſe nepotem non multum refragabor. Validam enim contra hanc originem ſuſpicionem multa præbent. Ut quod Amulii juſſu cum Remo fratre abjectus fuerit in Tiberim, cujus alveus in minima diſtantia *Alba Longa* aberat quatuordecim milliariis, vel ut Dionyſius [m] centum & viginti fere ſtadiis: cum in proximo urbis lacus eſſet profundiſſimus ad ſubmergendos recens natos infinitis partibus aptior. Subjicit quidem ali-

[m] l. 1. p. 65.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

aliquid [a] Dionyſius, quod reſponderi, ad hanc difficultatem poſſit: legem videlicet *Albæ* fuiſſe, qua Virgo Veſtalis ob violatam pudicitiam virgis cæderetur ad necem, proles abjiceretur in fluvium, juxta quam judices in Rheam ſententiam tulerint. Sed valde vereor legem hanc ex ipſa expoſitionis hiſtoria fabricatam: præſertim cum non deſint alia haud minoris momenti originem hanc elevantia. Nomen *Romuli* & *Remi* unicum, certiſſimum ignobilitatis indicium: ut non levis ſit [b] Varronis lapſus, qui ſimplici horum nomine adductus putavit veteres Romanos unicum duntaxat nomen habuiſſe. Diverſitas inſuper in nomine matris *Romuli*, non levius indicium: hæc enim ab aliis *Rhea Silvia*, ab aliis *Ilia*, ab aliis *Rhea*, ab aliis *Silvia*, ab [c] Æliano *Servia*, apud quem tamen reſcripſit *Silvia* Joannes Schefferus, in titulo Epigrammatis veteris apud Salmaſium [d] *Servilia*, Σερβηλία, aliis aliter dicitur. Quod ſi Silvia ſive Rhea ſive Ilia vera *Romuli* mater, cur non æque in hujus honorem feriæ indictæ, quam in nutricis Accæ Larentiæ memoriam [e] Larentinalia, aut [f] Fratres Arvales inſtituti? Niſi forte [g] Parilia vel Palilia eo quis trahenda exiſtimet. Cultus item religioſus a principio Urbis per annos centum & ſeptuaginta, [h] Varrone teſte, abſque ullis imaginibus: controverſiæ & ſimultates lethiferæ inter fratres natæ, & *Remuria* [i] triginta ſtadiis ab Urbe diſſitus collis condendæ pariter urbi a *Remo* delectus non mediocriter originem hanc labefactant. Si enim *Romulus* & *Remus* Silvia geniti fuerint, cur cum in *Albano* regno, dejecto Amulio repoſitoque ab his avo Numitore, deeſſent regni heredes, non maluit *Remus* firmare ſibi certiſſimam veteris regni poſſeſſionem quam ſuper incerta novi cum fratre altercari? Denique nomen Urbis, *Roma*, magnum contra hanc originem præbet indicium. Magis enim veriſimile *Romulum* a *Roma*, quam *Romam* a *Romulo* denominatam; partim ex terminatione diminutiva nominis *Romulus*, unde *Romulia* deduci non *Roma* poteſt: partim quod *Roma* vox mere Græca, quæ in ſacris Latino vocabulo *Valentia* verſa; quod ἀνεκφώνητον diu habitum enuntiavit tandem Valerius Soranus [k] Tribunus plebis, ſed morte garrulitatem hanc luere coactus. Ratio cur innoteſcere nomen illud Romani noluerint fuit, ne cognito eo hoſtes carminibus & præſtigiis Numen hoc tutelare evocarent, uti alibi [l] Plutarchus docet.

[26] Ex quibus aliiſque ſimilibus non temere forte *Albanam* quis Romuli originem revocare in dubium poſſet: nec propter aliud Livius ita præfatus videtur: *Quæ ante conditam condendamque Urbem poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere, in animo eſt. Datur hæc venia antiquitati, ut miſcendo humana divinis primordia urbium auguſtiora faciat.* Sed inde inferre *Romam* a *Romulo* non fuiſſe conditam vel colonis frequentatam, quo tempore Romani uno ore id factum teſtantur, tam abſurdum videtur, ut nulla refutatione indigeat.

[27] Accedit, quod non tantum regnum hoc *Albanum*, præter teſtimonia ſuperius adducta, adventum *Trojanorum* clariſſime teſtetur, ſed ipſe etiam Senatus populuſque Romanus ab immemoriali, ut loquuntur, tempore origines ſuas ad *Trojanos* retulerint. Quod vel reſpectu *Albæ* ſub Tullo Hoſtilio in Romanam civitatem inſitæ, ſi nulla alia cauſſa ſubfuerit, fieri ſine mendacio potuit. [28] Hinc Attalo regi legatos Romanorum, qui ad petendam Peſſinunte Matrem Idæam a. 549 miſſi ſunt, venditaſſe hanc originem [m] Herodianus auctor eſt. Et hoc fundamentum fuit omnium privilegiorum & immunitatum, quas Romani indulſere perpetuo *Ilienſibus*, ex quo primum illorum imperium extra Italiam extenſum eſt. Hinc in fœdere pacis cum Antiocho Magno initæ a. 565 *Ilienſibus*, teſte [n] Livio, *Rhœteum & Gergithum addiderunt, non tam ob recentia merita quam originum memoria.* [29] Poſtea Seleuco Philopatori, Antiochi hujus filio *Senatus populuſque Romanus amicitiam & ſocietatem ita demum* pollicitus eſt, *ſi conſanguineos ſuos Ilienſes ab omni onere immunes præſtitiſſet:* uti patet ex vetere epiſtola Græca temporibus Claudii recitata, cujus meminit [o] Suetonius. Non additur quidem Seleuco huic Philopatoris cognomentum, ſed alium non poſſe intelligi ex hiſtoria evincitur. Romanis enim ante Antiochi Magni tempora vix ullum cum Syriæ regibus commercium, certe nulla ſic pro imperio agendi cauſſa: devicto Antiocho fortuna Romanorum perpetuo Syriæ regibus incubuit. Poſt Seleucum vero, qui Philopator cognominatus eſt, nullus amplius inter Syriæ reges hoc nomine fuit. [30] Unde perperam Bochartus epiſtolam hanc ad Seleucum, quem tamen ignorare ſe profitetur, ante Antiochi Magni tempora ſcriptam exiſtimat. [31] Hinc Sulla

con-

a l. 1. p. 64.
b in Fragm. de Nominibus.
c l. 7. V. H. c. 16.
d in Exerc. Plin. p. 13.
e Macrob. l. 1. Sc. c. 10. & Ovid.
f Plin. l. 18. c. 2. Gell. l. 6, c. 7.
g Sol. c. 1.
h apud Auguſtin. l. 4. de C. D. c. 31.
i Dionyſ. l. 1. p. 73.
k Plinius l. 3. c. 5. l. 28. c. 2. Servius ad l. 1. Æn. v. 280.
l Quæſt. Rom. p. 278.
m l. 1. c. 11.
n l. 38. c. 39.
o Cl. c. 25.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

[a] confecto Mithridatico bello primo exutoque Fimbria ordinans Aſiam *Ilienſes* liberos pronuntiavit atque inter populi Romani ſocios adſcripſit. Cæſar Dictator [b], qui ab Julo *Æneæ* filio originem arceſſebat, præter libertatem immunitatemque agrum etiam attribuit. Sub Claudio cum controverſia ſuper his privilegiis iis relata eſſet, [c] Nero ſedecim tunc annos natus defendit Græca oratione & ut [d] publico munere ſolverentur, impetravit. Unde neque hæc eorum immunitas [e] Juriſconſultorum veterum diligentiam præteriit.

a Strabo l. 13. p. 594. Appian. Mithr. p. 211.
b Strab. p. ſeq.
c Suet. N. c. 7.
d Tac. l. 12. c. 58.
e l. 17. de D. de Excuſ. l. 1. D. ad Munic.

31 Præterea teſtantur hunc *adventum*, Dionyſio teſte, Romanorum ſacra, feſti dies, libri Sibyllini, cum Pythicis Oraculis. Certe Palladium & Magnorum Deorum ſimulacra magnum pro hoc *adventu* argumentum præbere nemo facile negaverit. Etſi enim plures jactaverint ſe *Iliacum* Palladium poſſidere, tamen nullos majore veritatis ſpecie quam Romanos hoc feciſſe ex iis, quæ ante dicta ſunt, conſtat.

33 Jam ipſum *Æneæ* iter diligentiſſime a [f] Dionyſio deſcriptum, quam multa ſervavit veſtigia tranſitum ejus adhuc Dionyſii temporibus teſtantia?

f l. 1. p. 39. & ſeqq.

34 Denique teſtantur hunc *adventum* plures claræ apud Romanos gentes *Julia*, *Æmilia*, *Atia*, *Cæcilia*, *Clœlia*, *Cluentia*, *Gegania*, *Junia*, *Memmia*, *Nautia*, *Sergia*, aliæque plures, de quibus Hyginum quondam commentatum Servius [g] ſcribit, quas omnes mendaces fuiſſe parum veriſimile eſt.

g ad l. 5. Æn. v. 389.

35 Ex quibus omnibus tam clare conſtare exiſtimo *Æneam* cum *Trojanis* in Italiam veniſſe, quam ullum eventum, quantumvis debito modo in hiſtoria perſcriptum, verum eſſe cordati credant.

CAPUT DUODECIMUM.

Philippi Cluverii, præcipue SAMUELIS BOCHARTI argumenta contra ÆNEÆ ADVENTUM adducuntur & refutantur.

1. Philippi Cluverii *argumenta tria contra* Æneæ adventum, *regnum* Albanum, Romulum *&* Remum: 2. *quibus inductus ut ſibi hiſtoriam fingeret.* 3. *Refutatur primum ejus argumentum,* 4. *ſecundum,* 5 *tertium.* 6. *oſtenditur abſurditas hiſtoriæ ejus fictitiæ.* 7. Samuel Bochartus *a* Cluverio *ſeductus qua occaſione publice hunc errorem propugnaverit.* 8. *Primum ejus argumentum proponitur, petitum ex Homeri loco,* 9. *item Hymno in Venerem,* 10. *nixum etiam Strabonis auctoritate.* 11. *ad quod reſpondetur, Strabonem quidem fuiſſe in hac ſententia, Homerum non favere Romanis;* 12. *ſed erraſſe,* 13. *uti clare ex hiſtoria evincitur,* 14. *item ex Dionyſii interpretatione,* 15. *quam* Bochartus *infringere conatus* 16. *fruſtra.* 17. *alia ejuſdem inſtantia pro Strabonis explicatione Homerica ſolvitur,* 18. (*Euſtathii error*) 19. *& inſtantiæ fundamentum* 20. *ſubruitur.* 21. *Secundum ejuſdem argumentum ab* Æneæ *ſepulcro in Berecintia* 22. *jam olim ſolvit Dionyſius.* 23. *Tertium a locis ab* Aſcanio *denominatis,* 24. *refellitur per ipſum* Bochartum: 25. *item aliter.* 26. Aſcanii *duo.* 27. *Novum ultro argumentum ſuppeditatum,* 28 *& ſolutum.* 29. *Quartum argumentum a religionis diverſitate, per partes proponitur & refellitur: ut primo quod* Veneris *cultus Romæ antiquæ incognitus,* 30. *oſtenditur nil probare;* 31. *quoniam* Venus *non fuit* Æneæ *mater,* 32. (*objectio ſoluta*) 33 *& Homerus primus hujus fabulæ auctor,* 34. *non invita ſaltem temporis ratione,* 35. *quia* Ἀφροδίτη *ante* Æneæ *tempora jam in deos relata.* 36. *ſecundo quod* Apollinis *&* Cibelæ *cultus Romanis antiquis incognitus, oſtenditur pariter nil probare.* 37. *ridicula in hoc collectio notata.* 38. Veſtæ, 39. *item* Minervæ *cultus a* Trojanis *acceptus contra eumdem oſtenditur:* 40. Deos Magnos *ab* Ænea *adductos probat auctoritas* Calliſtrati, Satyri *&* Arctini *apud Dionyſium,* 41. *cujus locus negligenter a* Bocharto *inſpectus.* 42. *Quintum ejuſdem argumentum a linguæ diverſitate* 43. *refellitur, quoniam hac male collecta ex tam paucis vocabulis.* 44. *& lingua* Phrygia *Græcæ dialectus:* 45. *quia* Phryges *origine Thraces:* 46. *cum quibus* Dardanus *colonos ex* Arcadia *miſcuit.* 47. *quod clamant nomina* Phrygum *propria:* 48. *ut filiorum Priami, quæ recenſentur,* 49, *quorum obſcuriora illuſtrantur;* 50. *& Dionyſius clare docet,* 51. *Teucri etiam patria* Attica *probat.* 52. *Quæ cuncta non conſiderata* Bocharto, *nec olim Goropio.* 53. *Quare lingua* Phrygia *Græcæ dialectus,* 54. *quæ non quatuor duntaxat, ſed innumeræ.* 55. *Dialectum faciunt tria,* 56. *diverſa ejuſdem vocis terminatio,* 57. *vox uni genti propria,* 58. *item communis propriam habens ſignificationem.* 59. *Voces* Phrygiæ *a* Bocharto *adductæ tales, quales occurrunt in omnibus linguæ Græcæ dialectis.* 60. *Unde Virgilium haud indigere* Bocharti *excuſatione* 61. *concluditur.*

1 Nihilominus *Philippus Cluverius* non modo de *Æneæ* in Italiam *adventu* hiſtoriam, ſed [h] regum inſuper *Albanorum*, *Romuli* & *Remi*, denique [i] ſeptem regum fabuloſam plane & commentitiam pronuntiat. Quod ſi ex eo quæras, quid uti ſic ſentiret induxerit, reſpondebit præter fabuloſas narrationes auctorum in ſingulis hujus hiſtoriæ capitibus diſſenſionem tum quandam rerum in his omnibus convenientiam. 2 Quod ſi pergas interrogare

h l. 3. It. Ant. p. 832.
i Ib. p. 852.

quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

quid igitur ſentiat, ſi ipſis Romanis in ſuæ gentis antiquitatibus credere reformidet, Euandrum cum Pelaſgis ſubjiciet credere ſe tribus integris ſeculis cum dimidio cir-
a Ib. p. 842. ad 846. citer ante *Trojæ* caſum veniſſe in Italiam, Pelaſgos eſſe Tyrrhenos, denique [a] Euan-
b Ib. p. 846. & ſeq. drum eſſe *Æneam*, [b] Euandrum Janum, Euandrum Saturnum, [c] Euandrum Romu-
lum. [d] Ab hoc duce Pelaſgorum ſimul & Aboriginum, qui communi nomine dicti
c Ib. p. 853. Latini, Siculos mille & quingentis annis ante natum Orbi Servatorem Italia expul-
d Ib. p. 851. ſos: ab hoc occupatam urbem Valentiam, quam Siculi ante condiderant, nominatamque Romam: poſt hunc regia dignitate, ſed poteſtate minus abſoluta cum ipſi Urbi tum univerſo Latio præfuiſſe duces, licet incertum ſit, quamdiu & quibus ſinguli nominibus fuerint. En bellum Hiſtoricum! Sed cui nemo prudens patriæ ſuæ antiquitates tali modo enucleandas dederit.

[3] Nam quod de diſſenſione auctorum & variis ac fabuloſis narrationibus queritur, non poteſt efficere, ut propterea tota hæc hiſtoria pro figmento rejicienda ſit, ſed uti caute & cum judicio legenda. Arthurus Britonum Rex famoſiſſimus tanto fere intervallo ante Hectorem Boëthium rerum Scoticarum ſcriptorem floruit, quanto *Æneas* Fabium Pictorem aut Catonem Cenſorium, ſummos Romanorum Hiſtoricos, antevertit. Arthuri hiſtoria non minoribus quam *Æneæ* commaculata eſt fabulis: & tamen nemo inter Britannos hodie reperitur, qui Boëthio fidem non habeat, *Ar-*
e F. 163. p. 2. Ed. Par. *thurum* [e] narranti *vixiſſe ac oppetiiſſe mortem Juſtiniano rem tenente Romanam fuiſſeque rerum egregie geſtarum gloria & amplitudine non minus quam Britanniæ reges, qui ante eum vixerint, inſignem.* [4] Diſſenſus vero auctorum in pluribus hujus hiſtoriæ capitibus nihil pariter pro *Cluverio* facit, cum hi diſſentientes Romani non ſint ſed externi, & propterea judicibus non competentibus ſimiles; aut ſi Romani, poſteriores ab externis iſtis ſeducti, vel ſi priores, in levibus tantum circumſtantiis, qualem diſcrepantiam in ejuſdem populi temporiſque Hiſtoricis obſervare licet, diſſidentes. [5] Convenientiam vero rerum quod attinet, quam in hiſtoria Pelaſgorum cauſſatur, ea talis eſt, ut in omnibus, quæ mari fiunt populorum migrationibus conſpiciatur; cauſſa videlicet ſimili producente ſemper effectus ſimiles.

f l. 3. It. Ant. p. 842. & ſeqq. Sed audiamus hanc convenientiam. Primo [f] ait Pelaſgos ad Padi oſtia adpulſos urbem ibi condidiſſe: idem *Æneam* ad Tiberis oſtia feciſſe. Pelaſgos infeſto agmine Aboriginum petiiſſe regionem, ibique captivos in agris intercepiſſe: idem feciſſe *Æneam* in Laurenti agro apud oram maritimam. Pelaſgos conſediſſe circa Cutiliam, nobiliſſimam Aboriginum urbem: *Æneam* circa Laurentum, Aboriginum regiam. Pelaſgos apud Dodonam reſponſum accepiſſe de inſula in Cutilienſi lacu fluitante: *Æneæ* idem Oraculum reſpondiſſe de menſarum conſumptione. Aborigines magnum contra Pelaſgos exercitum eduxiſſe: idem eoſdem adverſus *Trojanos* feciſſe. Pelaſgos conſpecta inſula fluitante Aboriginibus occurriſſe inermes ac cum oleæ ramis ſupplices: idem Virgilium de *Æneæ* centum oratoribus ad Latinum miſſis canere. *Trojanis* agrorum partem a Latino datam & in commilitium contra Rutulos adſumptos: *Pelaſgos* ſimiliter contra Siculos conceſſis ſedibus adſcitos. Aborigines ope Pelaſgorum ejeciſſe Siculos: *Trojanorum*, Rutulos.

Quæ omnia quis non videt res eſſe quamvis diſſimillimas in quodam tamen tertio convenientes, ſed quales in omnibus immigrationibus violentis hoſtilibuſque & intervenerunt ſemper & interventuræ ſunt.

g Ib. p. 843. Leviſſimum item quod de *Æneæ* & Euandri convenientia addit; [g] hunc in Sabino agro auctore Virgilio uxorem duxiſſe, illum Latini filiam Laviniam: hunc Palantium,
h Ib. p. 844. illum Lavinium condidiſſe: [h] ambos in commune Latinorum corpus tranſiiſſe; & plura quæ referre tædet.

[6] Ex quibus unicuique patere poſſe exiſtimo *Cluverium* ex hiſtoria certa feciſſe plane incertam confuſa omni temporis locorumque ac perſonarum ratione. Cum enim Hiſtoria duobus prædita veluti oculis ſit Chronologia & Geographia, *Cluverius* ut ingenii ſui chimæris ſatisfaceret, indignis modis utroque privare aggreſſus eſt. Unde quodcumque ſubjicit,

Pergula pictorum, veri nihil, & omnia ficta.

Ceterum mirari ſubit quomodo vir de Geographia vetere optime meritus potuerit eſſe tam ſuffenus, ut ſomnia ſua & ideas hiſtoricas ſexcentis minimum ſupra bis mille annis poſt eventum natas antehaberi velit tot conſularium virorum, qui temporibus iſtis proximi fuere traditionibus, ex publicis, quæ dixi, monumentis depromptis. Nam viros

viros bonos hos non putare maligni, naſo deſtitutos credere ſimplicioris ingenii eſt.

7 Tamen *Cluverii* auctoritas ſicut nonnullos inter doctos induxit, ut in ſcriptis ſuis data occaſione ad hunc lapidem impingerent, ita feciſſe videtur, ut *Samuel Bochartus*, vir mea prædicatione major, conſultus a Reginaldo Segreſio, poſtquam hic Virgilium ligata oratione in patrium idioma tranſtuliſſet, quomodo defendi is poſſet, quod contra Homeri ſententiam *Æneam* ex *Troja* in Italiam induxiſſet, reſpondit [a], quod cum Romani omnes eſſent in hoc errore, ut *Æneam* in Italiam veniſſe crederent, Virgilius imprudenter plane & ridicule facturus fuerit, ſi hunc illis ereptum iviſſet. Quod quiſque teneatur quidem pro virili popularibus ſeſe erroribus opponere, quandoque in iſtis Dei vergat gloria, religionis ſitum ſit emolumentum, aut denique tanti momenti res verſetur, ut iis niſi cum propriæ ſalutis periculo ſubſcribere non valeamus: non vero talibus, quorum fides indifferens nec cuiquam damno, quomodocumque ſe ea habeat, præſertim ſi iis deſtruendis ipſe pericula & ſupplicia ſubiturus ſis. a p. 88.

8 Ne autem temere Romanos erroris hujus accuſaſſe videretur, demonſtrare id pluribus argumentis aggreditur. Primum igitur [b] urget, quod jam olim [c] Strabonem movit, Homerum *Æneæ* in Italiam *adventui* e directo adverſari, quoniam manſiſſe eum in *Troja*, ſucceſſiſſe ibi in regnum idque exſtincta domo Priami ad natos natorum ſucceſſionis ordine propagaſſe innuit. Videndum igitur an Homerus, quem Agrippæ Silvii temporibus floruiſſe ante oſtendimus, hoc clare affirmaverit. Locus, qui ad hoc adfertur, legitur Iliados Y. ubi Neptunus ita a Poëta vaticinans inducitur: [d]

b p. 2.
c l. 13. p. 608.
d v. 306.

Ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων,
Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.
Jam enim Priami genus odio habet Jupiter,
Mox autem Æneæ vis Trojanis imperabit,
Et filii filiorum, & qui poſthos naſcentur.

9 Huic *Bochartus* addit alium ex ejuſdem in Venerem Hymno [e], in quo Venus inter alias rationes, quibus Anchiſen in monte Ida jacentem in amorem ſui ſollicitat, etiam hac utitur, quod ex ſe ſuſcepturus eſſet filium, qui ſimul cum poſteris apud *Trojanos* regnaturus eſſet, quem pariter ſubjicio: e v. 192.

Σοὶ δ' ἔσται φίλος υἱὸς, ὃς ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει
Καὶ παῖδες παίδεσσιν διαμπερὲς ἐκγεγάονται.
Τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται.
Tibi autem carus erit filius, qui Trojanis imperabit
Et filii filiis perpetuo naſcentur,
Huic autem & Æneas nomen erit.

Ex his igitur duobus locis colligit [f] juxta Homerum *Æneam* ejuſque poſteros imperium tenuiſſe in multitudinem reliquam ejus regionis incolarum, cujus *Troja* quondam caput. Quoniam ſi ſimpliciter dicere voluiſſet *Æneam* imperaturum coloniæ alicui *Trojanorum* in longinquis regionibus, dixiſſet id, quod ipſi commune fuit cum *Antenore*, *Aceſte*, *Capye*, *Heleno* & nonnullis aliis. Nunc cum opponat promiſſionem iſtam imminenti eorum excidio, qui erant de genere Priami, qui regnabat *Trojæ*, videri eum innuere, eos, qui naſcentur ab *Ænea*, eo ipſo in loco ſedem ac imperium ſuum eſſe capturos. Inprimis vero hanc ſententiam elici vult ex verbis ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει, quæ in Veneris Hymno occurrunt. 10 Denique ſic Strabonem ait Homeri locum jam olim interpretatum. f p. 7.

11 Fateor Strabonem [g] exiſtimaſſe Homerum neque favere Romanis *Æneam* in Italiam veniſſe ejuſque poſteros ibi regnaſſe adfirmantibus, neque Demetrio Scepſio aliiſque auctoribus, Scepſin *Æneæ* regiam fuiſſe & in hac urbe duas familias diu ſimul regnaſſe, quarum una a Scamandrio Hectoris filio, altera ab *Aſcanio Æneæ* originem duxerit, prodentibus. Sic enim inquit: Ὅμηρος μέντοι συνηγορεῖν οὐδετέροις ἔοικεν, οὐδὲ τοῖς περὶ τῶν ἀρχηγετῶν τῆς Σκήψεως λεχθεῖσιν. Ἐμφαίνει γὰρ μεμενηκότα τὸν Αἰνείαν ἐν τῇ Τροίᾳ καὶ διαδεδεγμένον τὴν ἀρχὴν, καὶ παραδεδωκότα παισὶ παίδων τὴν διαδοχὴν αὐτῆς, ἠφανισμένου τοῦ τῶν Πριαμιδῶν γένους. *Homerus neque his* g l. 13. p. 608.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

adſtipulari videtur, neque iis quæ de Scepſis auctoribus dicta ſunt. Innuit enim Æneam manſiſſe in Troja, inque regnum ſucceſſiſſe, & id per ſucceſſionem ad filiorum filios propagaſſe: cum ſtirps Priami eſſet abolita.

[12] Verum ſi locus Homeri ita eſt intelligendus, ut Strabo putavit, & *Bochartus* evincere conatur, cupio mihi monſtrari in *Troade* regnum, in quo *Æneas* ejuſque poſteri exſtincta Priami domo regnaverint. [13] Cum enim Neptuni prædictio, ipſo largiente *Bocharto*, fundata ſit in hiſtorica notitia, quam de *Ænea* ipſiuſque poſteris Poëta habuit, ſi ita locus ejus capiendus, *Æneam* cum poſteris in *Troade* regnum obtinuiſſe neceſſum eſt. Sed nulla vola neque veſtigium hujus regni in hiſtoria occurrit uſquam. Nam quod de duabus familiis Scepſi rerum diu potitis memoriæ proditum eſt, huc trahi ut ipſe fatetur Strabo haud poteſt, quoniam principatus iſte, quantuluſcumque fuit, *Aſcanii* domui, cum Scamandrii, qui Priami nepos, communis fuit.
a l. 1. p. 43. [14] Unde aut mendacii dica Homero ſcribenda, aut cum Dionyſio [a] ejus verba ad coloniam ab *Ænea* in Italiam deductam regnumque *Albanum* ibidem ab hac conditum trahenda ſunt. Locum Dionyſii propterea ſubjicio: Εἰσὶ δ᾽ οἳ τὸν ἐξ Ἀφροδίτης καὶ Αἰνείαν λέγουσι καταστήσαντα λόχον εἰς Ἰταλίαν, ἀνακομισθῆναι πάλιν οἴκαδε καὶ βασιλεῦσαι τῆς Τροίας· τελευτῶντα δὲ καταλιπεῖν Ἀσκανίῳ τῷ υἱῷ τὴν βασιλείαν, καὶ τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου γένος ἐπιπλεῖστον κατασχεῖν τὴν ἀρχήν· ὡς μὲν ἐγὼ εἰκάζω, τοῖς Ὁμήρου ἔπεσιν οὐκ ὀρθῶς λαμβανομένοις παρακρουσθέντες. Πεποίηται γὰρ αὐτῷ ἐν Ἰλιάδι Ποσειδῶν προλέγων τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι περὶ τὸν Αἰνείαν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου γενησομένους ἐπιφάνειαν, ὧδέ πως·

Νῦν δὲ Αἰνείαο βίη Τρόεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Ὑπολαβόντες οὖν τὸν Ὅμηρον ἐν Φρυγίᾳ δυναστεύοντας εἰδέναι τοὺς ἄνδρας, ὡς δὴ οὐ δυνατὸν ἐν Ἰταλίᾳ οἰκοῦντας βασιλεύειν Τρώων, τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ Αἰνείου καὶ ἄλλοθι ἀναπλάττουσιν. (MS. ἀνέπλασαν) Ἀρχὴν δὲ δὴ τῶν Τρώων οὓς ἐπήγετο καὶ ἄλλοθι πολιτευομένων, οὐ δυνατὸν ἦν; (MS. οὐκ ἀδύνατον ἦν.) *Sunt etiam qui Æneam, Veneris filium, manu ſuorum in Italiam deducta & rebus ibi compoſitis domum rediiſſe & Trojæ regnaſſe tradunt. Quum autem moreretur Aſcanio filio regnum reliquiſſe, ejuſque progeniem regnum diutiſſime retinuiſſe. Quod crediderunt, ut ego conjicio, decepti Homeri carminibus non recte intellectis. Nam in Iliade Neptunus ſplendorem, quem Æneas ejuſque poſteri, fatis ita volentibus, erant adepturi, in hanc ſententiam ab ipſo prædicens inducitur:*

Vis igitur Æneæ Trojanis imperabit,
Et nati natorum & qui poſt hos naſcentur.

Quoniam igitur exiſtimarunt Homerum ſciviſſe hos viros in Phrygia regnaſſe, quaſi Trojanis imperare non potuiſſent, licet in Italia manerent, hunc Æneæ reditum commenti ſunt. Imperare autem Trojanis quos Æneas ſecum duxerat, quamvis in alia regione rempublicam habentibus impoſſibile non erat.

[15] Sed *Bochartus*, ut hanc Dionyſii interpretationem elevet, ait primo ſic nihil ſingulare de *Ænea* dici, verum quod commune ei cum *Antenore*, *Aceſte*, *Capye*, *Heleno* & nonnullis aliis, tribui. [16] Quod tamen mihi non apparet: neque enim eorum ullus ut *Æneas* ſimul coloniam *Trojanam* deduxit, colonis iſtis regnavit, & in hoc regno natos natorum ſucceſſores habuit. Non *Antenor*, qui non *Trojanos* deduxit, ſed Henetos, nec regnum ab hoc, quod quidem conſtet, in Italia conditum, quod poſteri ejus per plura ſecula tenuerint. Non *Aceſtes* vel *Ægeſtus* in Sicilia natus, aut *Elymus*; qui
b l. 1. p. 42. non ante urbibus in Sicilia præeſſe cœperunt juxta Dionyſium [b], quam exercitus partem ab *Ænea*, *Ægeſtam* etiam & *Elyma* urbes ab eodem conditas accepiſſent; ut potius *Æneæ* legati videri debeant, quam novi regni conditores: ut taceam de poſteris ſucceſſoribus nihil uſpiam legi. Non *Capys*, quem *Capuam* condidiſſe & *Æneæ* ſobri-
c ad l. 10. v. 145. num fuiſſe Cælius apud Servium [c] ſcribit, poſteros tacet non is tantum ſed reliqui. Non *Helenus*, quem regia quidem poteſtate & nomine beneficio Pyrrhi Neoptolemi
d l. 17. c. 3. apud *Chaones* functum Juſtinus [d] prodit, alii ipſum etiam *Epiroticum* regnum poſt Pyrrhi mortem tutorio nomine adminiſtraſſe, nulli coloniam *Troja* deduxiſſe memorant. Nihil igitur cum his omnibus commune *Æneæ* fuit.

[17] Sed inſtat vir doctus promiſſionem, quam Neptuno Homerus tribuit, cum opponatur imminenti excidio eorum, qui erant de genere Priami, videri innuere, quod qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

qui naſcerentur ab *Ænea*, eo ipſo in loco ſedem ac imperium eſſent habituri. Sed falſum iſtud conſequens inde apparet, quod *Æneas* ejuſque poſteri nunquam in *Troja* regnaverint, quippe quæ bello deſtructa *Trojano* funditus, nec e ruinis eodem loci reſurrexit unquam. Ergo non loci reſpectu oppoſitio hæc intelligenda ſed hominum, quibus Priamus imperavit. Cum vero Scepſis intelligi non poſſit, propter ea quæ dicta ſunt, nec *Ilium* novum, quia id diu poſt Homeri tempora demum condi cœptum eſt; reſtat ut de nullis aliis *Trojanis* Neptuni vaticinium capi poſſit, quam de iis, qui ab *Ænea* in Latium deducti *Albano* regno originem dedere. [18] Euſtathius [a], quem *Bochartus* minus recte Dionyſianæ ſententiæ facit ὁμόψηφον procul dubio errat, quando Homeri verba ad Romanum trahit Imperium, idque recte a *Bocharto* reprehenditur. Sed non fecit hos circumſpectiſſimus & prudentiſſimus Hiſtoricus. Cur non cum hujus potius robore quam illius infirmitate experiri maluit? Tota enim ejus contra Euſtathium diſputatio uti vera ſic extra oleas eſt.

[19] Verum ſuperiorem inſtantiam quam firmiſſime vir doctus fundatam putat in Hymni in Venerem verbis modo allatis: ὃς ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει, quibus plane regionem, in qua habitent *Trojani*, intelligi exiſtimat. [20] Sed ut taceam inter eruditos [b] non defuiſſe, qui dubitaverint an hymnus iſte pro Homeri Meleſigenis fœtu habendus ſit, nego Græciſmi rationem talem loci reſpectum ſemper inferre, uti patet ex Homeri Odyſſ. T: [c]

Ὥς τέ τευ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅστε θεουδὴς
Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων
Εὐδικίας ἀνέχησι.

Sicut alicujus regis inculpati, qui Deum colens
Viris multis & fortibus imperans
Juſtitiam colit.

Ex quibus abunde conſtare reor veriſſimam Dionyſii Homericorum verborum interpretationem temere a *Bocharto* deſertam.

[21] Sed non ſic omittit cauſſam vir inſignis, ſed plures alias rationes accumulat, ut quod ſupra tot tantisque rationum momentis verum eſſe oſtendimus, falſum eſſe perſuadeat. Secundum igitur ejus argumentum a ſepulcro *Æneæ* in urbe Berecyntia, cujus plures apud Feſtum [d] meminerunt, petitum eſt. [22] Ad hoc autem Dionyſius [e] jam olim reſpondit, in diverſis locis heroi huic cœnotaphia ab hominibus poſita beneficii ab eo accepti memoriam conſervantibus, ſed exinde haud poſſe colligi *Æneam* illic ſepultum. Talia autem ſeptem is [f] enumerat.

[23] Tertium ſumit a locis in Aſia ab *Aſcanio*, *Æneæ* filio, denominatis, ut ſunt lacus *Aſcanius*, regio item & inſula & urbs *Aſcania*. [24] Sed quam infirmum hocce telum ſit, ipſe docere poteſt. Quippe qui olim [g] eos recte ſentire contenderit, qui loca hæc ab *Aſcenaz*, filio Gomer, appellata traderent. An hanc ſententiam mutavit poſtea? an, ut oratores ſolent, non tam verum hic quam veriſimile ſequutus eſt?

[25] Sed demus loca hæc ab *Aſcanio* potius, quam *Aſcanium* ab his aut horum aliquo vocitatum: an inde *Æneæ* in Italiam *adventus* fabuloſus eſſe evincitur? Manſit in *Troade* filius ergo & pater: quæ conſequentia? Certe Dionyſius [h] *Æneam*, poſtquam ab Achivis diſcedendi certis conditionibus poteſtatem pactus eſſet, *Aſcanium* filiorum natu maximum cum ſociorum parte, quæ e Phrygibus fere tota conſtabat, in agrum, qui Daſcyliticus vocabatur, ubi lacus *Aſcanius* erat, a cujus incolis ad regni adminiſtrationem accitus erat, miſiſſe auctor eſt: ipſum vero cum reliquis liberis & patre deorumque ſimulacris claſſe jam parata Helleſpontum trajeciſſe atque ad proximam peninſulam, quæ in mare procurrens ante Europam jacet & *Pallene* dicitur, appuliſſe: *Aſcanium* autem paullo poſt cum Scamandrio aliisque Hectoridis, a Neoptolemo e Græcia dimiſſis, ad *Trojam* reverſum. Quibus plane concinit Strabo [i] Scamandrii & *Aſcanii* familias diu Scepſi rerum potitas referens.

[26] Sed regeret forte aliquis: ſi *Æneæ* in *Troade* manſio exinde non infertur, ſaltem *Albani* regni conditor *Aſcanius* revincitur. Verum nemo ita argumentabitur, qui apud Dionyſium [k] & Romanos legerit Albani regni auctorem *Euryleonem* ante, *Aſcanium* vero deinceps (forte fratre in *Troade* mortuo) appellatum.

[27] Ceterum miror virum tam diligentem & qui tot conquiſivit argumenta ut paradoxo ſuo colorem quæreret, memor dicti Poëtæ,

Et quæ non proſunt ſingula, multa juvant;

a ad Hom. Iliad. Y. p. 1209.
b Fulvius Urſinus Virg. Illuſtr. p. 156.
c v. 110.
d v. *Roma.*
e l. 1. p. 41.
f l. 1. p. 43.
g l. 3. Phal. c. 9. p. 196.
h l. 3. p. 38.
i l. 13. p. 607.
k l. 1. p. 52.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

præteriiſſe quod in *Troade* locus ſive regio *Ænea*, quam Demetrius Scepſius apud Stra-
a l. 13. p. 603. bonem [a] quinquaginta ſtadiis a Palæſcepſi ait fuiſſe diſſitam. [28] Verum & ab hac regione *Æneas* ipſe nomen traxiſſe potuit; aut ſi hoc non fuit, ab *Aſcanio* filio, illic rerum potiente, locum in patris memoriam ſic appellatum verſimile eſt.

[29] Sed audiamus reliquas ejus rationes, ut ſi iis plus ponderis quam ſuperioribus inſit videamus. Tranſit autem poſthæc ad Romanorum religionem, atque inde varias
b p. 13. contra hunc *adventum* conjecturas petit. Quarum palmaria: ſi pius *Æneas* in Italiam veniſſet, ibidem plurimum *Veneris* matris ſuæ cultum commendaſſet. Sed *Veneris* cultus nullum Romæ ſub regibus veſtigium, ut Cincius & Varro apud Macrobium teſtantur. Ergo. [30] Recte conjecturas appellavit hæc & ſequentia ratiocinia, quia ad dialecticorum regulas examinari reformidant. Juſta autem hæc argumentatio foret, ſi adſumpſiſſet: ſed nullus *Veneris* cultus in Italia præcipue Lavinii, quod ab *Ænea* conditum, antiquitus notus. Sed ne ita colligeret Caſſii Heminæ fecit locus apud So-
c c. 8. linum [c]: *Nec omiſſum ſit Æneam æſtate ab Ilio capto ſecunda Italicis littoribus appulſum, ut Hemina tradit, ſociis non amplius ſexcentis, in agro Laurenti poſuiſſe caſtra: ubi dum ſimulacrum, quod ſecum ex Sicilia advexerat, dedicat Veneri matri, quæ Frutis dicitur, a Diomede Palladium ſuſcipit, tribuſque mox annis cum Latino regnat, ſocia poteſtate, quingentis jugeribus ab eo acceptis.* De quo templo etiam Strabo ſentire vide-
d p. 232. tur lib. v. [d] Ἀνὰ μέσον δὲ τούτων τῶν πόλεων, ἐστὶ τὸ Λαουίνιον, ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπιμελοῦνται δ' αὐτοῦ διὰ προγόνων Ἀρδεᾶται. *In medio harum urbium eſt Lavinium, quod habet omnibus Latinis commune fanum Veneris: ejus adminiſtratio a majoribus eſt ad Ardeatas propagata.* Potius ergo ex hac conjectura Romulum non fuiſſe Rheæ Silviæ filium, quam *Æneam* in Italiam non veniſſe quis inferret.

[31] Verum quo intentius hanc viri docti conjecturam conſidero, eo minus ipſo digna aut propter quod adducitur, efficere poſſe videtur. Quid enim? an ullo modo veriſimile *Æneam* dum viveret, ſe *Venere* matre cenſeri voluiſſe, cœleſti ſcilicet dea, quæ Anchiſæ amore capta caput cum eo in monte Ida, ut Homero placuit, conſeruerit? Plures ſe patribus diis proſeminatos ſuperbe, dum viverent, credi voluerunt. Qui tam arroganter mentiri auſus fuerit, ut matre dea ſe prognatum fingeret, inventum puto neminem. Cum enim nullum mendacium convictu facilius, nemo cui fanum ſinciput, ſic fabulari ſuſtinuit. Hinc cum Auctor Hymni in Venerem eamdem difficultatem in Veneris & Anchiſæ nuptiis reperiret, ſub ſpecie Otrei Phrygum regis filiæ Venerem Anchiſæ lenocinantem induxit. Immo verum matris *Æneæ* nomen alicubi apud veterem ſcriptorem me reperiſſe memini: quod tamen cum legerem ſine anim-
e ep. 88. adverſione tranſmiſi, ne incurrerem Senecæ notam, a quo alicubi [e] Didymum, quod in hanc inquiſiviſſet, taxatum noveram. Cum igitur *Æneas* ipſe ejuſque comites & æquales multi optime noſſent mortalem eam feminam fuiſſe, Anchiſæ ſcilicet concubinam, non juſtam uxorem; quæ quæſo ratio credi ſinit *Æneam* inter hos tam inſolenter mentitum, ut quam omnes hominem noverant ipſe ſolus apppellationem ſine corpore, ſpeciem, phantoma, deam cœleſtem, *Venerem* videri voluerit. Nullum igitur divinum cultum *Veneri*, tamquam matri, in Italia aut Sicilia conſtituiſſe *Æneam* ita evincitur.

[32] Nec eſt quod aliquis contra hæc objiciat *Æneæ* matrem, poſtquam mortua eſt, in deorum numerum aut a filio aut ab alio forte relatam, atque ita conſtare fabulæ fidem: quoniam cauſſa nulla excogitari poteſt, cur ipſe ignobili matri tantum honoris dare voluerit, cum nihil tale patri nobiliſſimo tribuerit. A Priamo autem hoc factum, cum ſtaret adhuc *Ilium*, minus adhuc veriſimile; huic enim, ut nothi illuſtres aulæ invidia
f v. 459. laborare ſolent, *Æneas* conſanguineus ſuſpectus, ipſo prodente Homero Iliad. N. [f]:

Ἀεὶ γὰρ Πριάμῳ ἐπεμήνιε δίῳ
Οὕνεκ' ἄρ' ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίεσκεν

Semper enim Priamo iratus erat generoſo
Quod ſe quamquam ſtrenuum exſiſtentem inter viros non honorabat.

Et ab hoc fonte viciſſim *Æneæ* in Priami domum & Alexandrum profluxit odium.
g l. 1. p. 38. Certe Menecrates Xanthius apud Dionyſium [g] aliique Græci ſcriptores, e Romanis Q. Lutatius Catulus, teſte Auctore Originis gentis Romanæ, *Trojam* Græcis ab *Ænea* proditam tradiderunt.

[33] Unde igitur promanavit hæc de *Ænea* matre fabula? Ab unico Homeri ingenio, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

qui cum trecentis circiter a bello *Trojano* annis hiſtoriam ejus poëtice deſcribendam ſibi ſumeret, & *Æneam* noſſet vulgari matre procreatum, Ἀφροδίτης, in cujus tutelæ feminæ corporis ſui haud avaræ antiquitus fingebantur, filium induxit. [34] Nec refragatur figmento huic temporis ratio. Ἀφροδίτη enim meretricula fuit Cinyræ Cypri regis, qui *Trojæ* exitio commodum ſupervixiſſe videtur. Ab Agamemnone enim Cyprum occupatam & Cinyram regno privatum Theopompus [a] prodidit. Plinius [b] autem ex Anacreonte Cinyram centum & ſexaginta annos vixiſſe auctor eſt: unde opes ipſius a Pindaro [c] & Platone [d] celebrantur. [35] Ab hoc igitur, ſive aliquo antiquiore, uti a nonnullis, Tacito [e] teſte, creditum, cum Ἀφροδίτη in deorum numerum relata fuerit, patet, quomodo Homerus haud invita temporis ratione *Æneam* Ἀφροδίτης filium finxerit.

a apud Photium p. 389.
b l. 7. c. 48.
c Nem. Od. 8.
d l. 2. de LL. p. 660.
e l. 18. c. 3.

[36] Quæ ſubjungit [f] de *Apolline* & *Cybele* apud *Trojanos* cultis a Romanis non niſi ſero receptis pariter non tam *Æneæ adventum*, quam Romuli vulgo creditam originem labefactant.

f l. 17. & ſeqq.

[37] Prorſus vero amœnum, quod ex eo, quod Homerus [g] *Æneam* ab Apolline abſconditum, poſtquam in certamine cum Diomede vulneratus eſſet, portatumque in Pergamum finxerit, ubi per Latonam matrem & Dianam ſororem vulnera ejus curaverit, roget, qui fiat, cum hoc ſingulari nomine *Æneas* Apollini devinctus fuerit, quod ejus nullum exſtare indicium in Italia, ſi in eam venit, voluerit? Quaſi vero *Æneas* ſomniare potuerit Homerum poſt trecentos annos hoc de ſe ficturum, aut ſi ſomniaverit, juxta alterius figmenta ſacra & civitatis ſuæ religiones inſtituere debuerit.

g Iliad. E. v. 344. & ſeqq.

[38] Cum vero videret [h] in hoc argumento maxime ſibi adverſari *Veſtæ*, *Minervæ* & *Magnorum Deorum* cultum, quos ab *Ænea* primum Latio importatos Romani prodiderunt, & hos Lavinii, Albæ, Romæ item ab antiquiſſimis temporibus cultos infitiari non poſſet, primo ait, ſi per hos deos intelligantur eorum imagines, hoc *Veſtæ* convenire non poſſe, quod uti Poëta,

Effigiem nullam Veſta nec ignis habet.

Deinde cum in Græcia paſſim *Veſtæ* cultus antiquitus obtinuerit, Græci autem colonias jam a principio in Italiam miſerint, contra an *Veſta Trojæ* culta fuerit ex Homero non conſtet; e Græcia potius quam *Troade* hujus venerationem arceſſitam exiſtimat. Sed quanto tutius hic Romanis creditur, qui hæc ſcire potuerunt, quam *Bocharto*, conjecturam hanc ſuæ accommodanti hypotheſi. Certe Livius lib. 1. cap. 20. *Virgines Veſtæ legit* (Numa) *Alba oriundum ſacerdotium & genti conditoris haud alienum. His ut aſſiduæ templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit: virginitate aliiſque cæremoniis venerabiles ac ſanctas fecit.* Albanos autem a Lavinienſibus, hos vero a *Phrygibus Veſtæ* ſacrificium accepiſſe communis apud Romanos, Dionyſio [i] teſte, ſententia. Unde D. Auguſtinus lib. III. de Civ. Dei cap. 18. *Sacra illa fatalia* (Veſtæ) *quæ jam tres in quibus fuerant preſſerant civitates, cum ab illo incendio liberare non poſſent, Metellus Pontifex, ſuæ quodammodo ſalutis oblitus, irruens ea ſemiuſtulatus abripuit.*

h p. 21. & ſeqq.
i l. 2. p. 125. Macrob. l. 3. Sat. c. 4.

[39] Similiter ut *Minervæ* cultum *Ilio* allatum neget, quærit [k] utrum cum Græci urbem *Trojam* caperent *Palladium* in ea fuerit an non fuerit. Si fuiſſe dicatur, ridiculum fuiſſe infert credere id ſervaturum *Romam*, quod *Trojam* ſervare non potuerit. Si vero non fuiſſe *Trojæ* cum hæc caperetur quis velit, qui potuerit *Æneas* inde ſecum abſtuliſſe interrogat. Romanos crediḍiſſe verum ſe poſſidere *Palladium*, quod ab *Ænea Ilio* capto in Italiam advectum, plures teſtantur ſcriptores: hoc vero exiſtimaſſe eoſdem quamdiu ſupereſſet incolumem præſtiturum Rempublicam abunde probat Metelli Pontificis Maximi facinus, qui cum a. 513 *Veſtæ* templum deflagraret, cum vitæ periculo amiſſis luminibus [l] e mediis flammis illud ſuſtulit. Quæ duo ἀσύςατα eſſe cum velit *Bochartus*, Romanorum *Palladium* haudquaquam *Iliacum* eſſe ſubindicat. Sed nullam eſſe hanc viri docti conſequentiam ex eo patet, quod *Palladium Iliacum* diu antequam *Troja* condita eſt confectum fuit, quippe quod Chryſe Palantis filia quum Dardano nuberet, pro dote ſimul cum Magnorum Deorum ſimulacris ſecum attulit, ac deinceps a nepotibus ejus *Ilium* tranſlatum eſt juxta [m] vetuſtiſſimos auctores. Quod ſi ſecreta quædam virtus imagini huic ineſſe credita eſt, ex tempore quo jam exſtitit patet hanc non tam urbis, quæ nondum erat, quam domus Dardani incolumitatem continuiſſe. Scio Joannem Mallelam atque ex hoc [n] Euſtathium, [o] Suidam & [p] Tzetzem ab Aſio quodam juſſu Trois, cum *Trojam* conderet, in ejus tutelam taliſmanice, ut dicitur, paratum ſcribere: Apollodorum cœlitus Ilo miſſum commemorare: ſed mihi anti-

k p. 30.
l Plin. l. 7. c. 43. Epit. Liv. 19.
m apud Dionyſ. l. 1. p. 55.
n in Dionyſ. v. 627.
o v. Παλλάδιον.
p In Lycophron. v. 363.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

antiquiorum auctoritas fide dignior eſt. Quod ſi igitur *Palladium Trojæ* antiquius & Dardanidarum incolumitatem continere creditum eſt, quid abſurdi, ſi *Æneas* Dardanides, deinde *Aneæ* nepotes *Albani* reges, tandemque Romani, regni *Albani* ſucceſſores in magno illud pretio habuerint?

a p.33. 4° *Deos Magnos* ideo putat [a] ab *Ænea* non adductos, quoniam Dionyſius fide hominum ignotorum & quos nominare omiſit hoc affirmet, unde etiam indignum qui audiatur pronuntiat. Sed quanta quæſo oſcitantia cauſſa hæc a *Bocharto* tractata eſt! Dionyſium ait non nominare auctores, ego vero ajo *Bochartum*, cum iſta ſcriberet Dionyſium ne quidem inſpexiſſe. Hic enim clare citat *Calliſtratum*, *Satyrum* & *Arctinum* lib. I. [b] his verbis: Ὁρᾶν μὲν δὴ ταῦτα ἔξεστιν, ἀκούειν δὲ καὶ γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν, ἃ Καλλίστρατός τε ὁ περὶ Σαμοθρᾴκης συνταξάμενος ἱστορίαν, καὶ Σάτυρος ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγών, καὶ ἄλλοι συχνοί, παλαιότατος δὲ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητὴς Ἀρκτῖνος. Λέγουσι γοῦν ὧδε· Χρύσην τὴν Πάλαντος θυγατέρα γημαμένην Δαρδάνῳ, φερνὰς ἐπενέγκασθαι (ἀπενέγκασθαι MS.) δωρεὰς τὰς Ἀθηνᾶς, τά τε Παλλάδια καὶ τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, διδαχθεῖσαν αὐτῶν τὰς τελετάς. Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐπομβρίαν φεύγοντες Ἀρκάδες Πελοπόννησον μὲν ἐξέλιπον, ἐν δὲ τῇ Θρακίᾳ νήσῳ τοὺς βίους ἱδρύσαντο κατασκευάσαι τὸν Δάρδανον ἐνταῦθα τῶν θεῶν τούτων ἱερόν, ἀρρήτους τοῖς ἄλλοις ποιοῦντα τὰς ἰδίας αὐτῶν ὀνομασίας καὶ τὰς τελετὰς αὐτοῖς, τὰς καὶ εἰς τόδε χρόνου γινομένας ὑπὸ Σαμοθρᾴκων, ἐπιτελεῖν. Ὡς δὲ μετήγαγε τοῦ λαοῦ τὴν πλείονα μοῖραν εἰς τὴν Ἀσίαν, τὰ μὲν ἱερὰ τῶν θεῶν καὶ τὰς τελετὰς τοῖς ὑπομείνασιν ἐν τῇ νήσῳ καταλιπεῖν· τὰ δὲ Παλλάδια καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰκόνας κατασκευασάμενον ἀγαγέσθαι (ἄγεσθαι MS.) μετ' αὐτοῦ. Διαμαντευόμενον δὲ περὶ τῆς οἰκήσεως τά τε ἄλλα μαθεῖν, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν τῆς φυλακῆς τόνδε χρησμὸν λαβεῖν·

Εἰς πόλιν ἣν κτίσητε, θεοῖς σέβας ἄφθιτον αἰεὶ
Θεῖναι, καὶ φυλακαῖς τε σέβειν θυσίαις τε χοροῖς τε
Εὖτ' ἂν γὰρ τάδε σεμνὰ καθ' ὑμετέραν χώραν ᾖ (χθόνα μίμνῃ MS.)
Δῶρα Διὸς κούρης ἀλόχου σέθεν, ἡ δὲ πόλις σοι
Ἔσται ἀπόρθητος τὸν ἀεὶ χρόνον ἤματα πάντα.

Δάρδανον μὲν οὖν ἐν τῇ κτισθείσῃ τε ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὀνομασίας ὁμοίας τυχούσῃ πόλει τὰ ἕδη καταλιπεῖν. Ἰλίου δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ συνοικισθέντος, ἐκεῖ μετενεχθῆναι πρὸς τῶν συγγόνων αὐτοῦ τὰ ἱερά. Ποιήσασθαι δὲ τοὺς Ἰλιεῖς νεών τε καὶ ἄδυτον αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἄκρας, καὶ φυλάττειν δι' ἐπιμελείας ἧς ἐδύναντο πλείστης, θεόπεμπτά τε ἡγουμένους εἶναι, καὶ σωτηρίας κύρια τῇ πόλει. Ἁλισκομένης δὲ τῆς κάτω πόλεως τὸν Αἰνείαν κύριον (καρτερὸν MS.) τῆς ἄκρας γενόμενον, ἄραντα ἐκ τῶν ἀδύτων τά τε ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, καὶ ὅπερ ἔτι περιῆν Παλλάδιον· θάτερον γὰρ Ὀδυσσέα καὶ Διομήδην νυκτὸς εἰς Ἴλιον (νυκτός φασιν εἰς Ἴλιον MS.) ἀφικομένους λαβεῖν. (κλοπῇ λαβεῖν MS.) Οἴχεσθαί τε κομίσαντα τὸν Αἰνείαν ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἐλθεῖν ἄγοντα εἰς Ἰταλίαν.

Hæc igitur videre fas eſt: fas etiam eſt audire, & ſcribere de illis, quæ exſtant in Calliſtrati Hiſtoria, quam de Samothraciæ rebus conſcripſit & apud Satyrum priſcarum fabularum collectorem: quin etiam apud alios multos, præcipue vero apud Arctinum, omnium quos novimus, antiquiſſimum poëtam. Sic igitur illi ſcribunt, Chryſen, Palantis filiam, quum Dardano nupſiſſet, pro dote attuliſſe Minervæ munera, Palladia ſcilicet, & Magnorum Deorum ſacra, quorum myſteria didicerat. Sed quum Arcades, diluvium fugientes, Peloponneſum reliquiſſent, & in inſula Thraciæ ſedes collocaſſent, Dardanum hic diis iſtis templum exſtruxiſſe, nec aliis proprium ipſorum nomen declaraſſe: & ritus illis inſtituiſſe, quos & ad hoc uſque tempus Samothraces diligenter obſervant. Sed quum majorem populi partem in Aſiam traduxiſſet, ſacra deorum & myſteria illis reliquiſſe, qui in inſula remanſerant. Sed Palladia & deorum imagines, cum reliquis rebus quas convaſaverat, ſecum abſportaſſe. Quum autem de ſedibus Oraculum conſuleret inter multa alia, quæ didicit, hoc etiam Oraculum de ſacrorum cuſtodia tunc accepiſſe:

In urbe quam condetis, diis cultum divinum incorruptum ſemper
Servetis & cuſtodiis colatis & ſacrificiis & choris.
Quamdiu enim hæc veneranda in veſtra regione maneant
Dona Jovis filiæ, ab uxore tua pro dote ad te allata, hæc urbs tibi
Erit inexpugnabilis ſemper & in perpetuum.

b p.55.

Dardanum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Dardanum igitur in urbe quam condidit & quam de ſuo nomine nominavit, hæc ſimulacra reliquiſſe. Poſtea vero cum Ilium conditum fuiſſet, hæc ſacra ab ejus nepotibus eo fuiſſe tranſlata. Ilienſes autem templum & adytum ipſis in arce feciſſe, & quanta maxima cura potuerunt hæc ſervaſſe, quod ea divinitus ſibi miſſa ducerent, & ex illa publicam ſalutem pendere crederent: ſed quum urbis pars inferior caperetur, Æneam, qui arcem in ſuam poteſtatem redegerat, ex adytis ſacra Magnorum Deorum & Palladium, quod adhuc ſupererat, abſtuliſſe. Alterum enim ab Ulyſſe & Diomede Ilium noctu profectis ſurreptum ajunt. Æneam igitur ex urbe diſceſſiſſe eaque ſecum tuliſſe & in Italiam transportaſſe.

41 Sed non relegiſſe virum doctum, cum iſta ſcriberet, hæc Dionyſii verba non tantum
ex eo, quod dixi, verum & inde patet, quod tamquam pugnans cum *Magnorum Deorum* tranſlatione adducat [a], quod ſacra & myſteria *Cabirorum* in Samothracia per multa a p. 34.
deinceps ſecula manſerint. Ipſe enim Dionyſius ex iiſdem plane auctoribus Dardanum
ſacra & myſteria penes eos, qui in inſula manſerant, reliquiſſe, Palladia duntaxat &
Deorum imagines ſecum abſtuliſſe ſcribit. Denique quod per centum & ſeptuaginta
annos dii Romæ abſque ulla imagine adorati, uti ex Varrone [b] D. Auguſtinus & in b l. 4. de Civ. Dei c. 31.
Numæ vita [c] Plutarchus ſcribunt, non ut putat hanc Deorum tranſlationem, ſed Romuli vulgo creditam originem infringunt. c p.65.

42 Poſt has conjecturas, quas ille ſatis validas putat, nos nullius roboris oſtendimus ad revincendam de *Æneæ adventu* traditionem tot argumentis ante adſertam, tandem addit ultimum argumentum, quo idem obtineat. Videlicet quod cum lingua Latina plurima ab omnibus populis quibuscum commercium habuit, Græcis, Siculis, Tuſcis, Sabinis, quin & ipſis Phœnicibus Galliſque vocabula ſumpſerit, non tamen poſſit probari accepiſſe quædam a *Phrygibus* antiquis. Quod uti oſtendat quinquaginta circiter vocabulorum tam propriorum quam appellativorum *Phrygibus* hic illic apud veteres tributorum inſtituit recenſum. Cum vero ex omnibus iſtis duntaxat tria adoptaſſe linguam Latinam velit, *nenia* ſcilicet, *ſoccus* & *riſcus*, & ſuper his ipſis adhuc vitilitiget, primum dicendo etiam Græcum, ſecundum originis Hebraicæ, tertium Græcum quoque, ſed ab Phœnicia radice: concludit [d] linguam Latinam & *Phrygiam* nihil inter ſe habere
commune & propterea haud veriſimile Latinos a *Phrygibus* ortos; ſive *Æneæ adventum* d p. 51.
nullum in rei veritate habere fundamentum: quoniam nulla unquam reperta colonia, quæ ſi non integram linguam partes ſaltem quaſdam & vocabula loco, quem inſedit, non reliquerit.

43 Fateor me non minus miratum quomodo a viro tam erudito argumentum hoc proficiſci potuerit, quam quod ante tractavimus de Veneris cultu ab *Ænea* non introducto. Quinquaginta enim voces, in quibus tamen tres litem facientes dubiam agnoſcere cogitur, linguam Latinam e *Phrygia* nihil adſumpſiſſe probando haud ſufficiunt. Certe nemo negabit linguam Latinam non eſſe magnam partem origine Græcam, & tamen vel quingentæ voces Græcæ dari poſſunt, quæ in lingua Latina non agnoſcuntur. Quod ſi igitur Græca lingua non exſiſteret vel in libris vel adhuc inter homines, tamen ex quingentis hujusmodi vocibus forte exſiſtentibus efficaciter nemo colligeret linguam Latinam a Græca non derivatam.

44 Sed cur non inquiſivit in hanc linguam accuratius? Per hoc enim argumentum innuere videtur linguam hanc cum aliis nullam habuiſſe ſimilitudinem, vel uti vocant matricem fuiſſe. Cum tamen certo certius ſit linguæ Græcæ fuiſſe propaginem ſive dialectum. 45 Quod pluribus argumentis probari poteſt. Etſi enim *Phryges* Thra-
cum coloni fuerint *Bryges* antequam in Aſiam migrarent, teſte [e] Herodoto appellati e l. 7. c. 73.
(unde Strabo [f] multa nomina Thracibus cum *Troibus* communia notat, ut Ἄρισβος
Thraciæ fluvius, & Ἀρίσβη *Troadis* urbs: Σκαιοὶ Thraces, Σκαιὸς fluvius, Σκαιὸν f l.13.p.590.
τεῖχος, & in *Troja* Σκαιαὶ πύλαι, Ξάνθιοι Thraces & in *Troja* Ξάνθος fluvius; Ῥῆσος
rex Thracum & Ῥῆσος in *Troja* fluvius, apud utroſque nomen Ἄσιος) tamen Thracum linguam non levem cum Græca habuiſſe antiquitus convenientiam inde colligi poteſt, quod magna Græciæ pars a Thracibus quondam habitata fuerit. 46 Sed penitus græciſſare cœpiſſe *Phryges* poſtquam Dardanus cum colonis Arcadibus, ut
Græci [g] & Varro tradiderunt, linguam Græcam in *Phrygiam* intulit, 47 ex propriis g apud Dionyſium d. l. & Servium ad l. 3. Æn. v. 170.
Trojanorum nominibus animadverſu facile eſt, & Dionyſius exſerte teſtatur. 48 Ne
longe abeamus, nomina duntaxat filiorum Priami intueamur, apud [h] Apollodorum. h l.3.p.227.
Ἕκτωρ, Ἀλέξανδρος, Δηίφοβος, Ἕλενος, Πάμμων, Πολίτης, Ἀντίφονος, Ἱππόνοος, Πολύδωρος, Τρωίλος, Μελάνιππος; Γοργυθίων, Φιλαίμων, Ἱππόθοος,

πόθος, Γλαῦκος, Ἀγάθων, Χερσιδάμας, Εὐαγόρας, Ἱπποδάμας, Μήστωρ, Ἄτας, Δόρυκλος, Λυκάων, Δρύωψ, Βίας, Χρόμιος, Ἀστύγονος, Τελέστας, Εὔανδρος, Κεβριόνης, Μήλιος, Ἀρχέμαχος, Λαοδόκος, Ἐχέφρων, Ἰδομενεὺς, Ὑπείρων, Ἀσκάνιος, Δημοκόων, Ἄρρηλος, Δηϊόπτης, Κλόνιος, Ἐχήμων,
a teſte Heſychio Ὑπείροχος, Αἰγεωνεὺς, Λυσίθοος, Πολυμέδων. 49 Ex his Ἕκτωρ Græcis[a]
b teſte eodem. appellative πάσσαλος ἐν ῥυμῷ, Lycophroni etiam *anchora* Ἕλενος, [b] κλῆμα τῶν ἀμπέλων. Πάμμων Græcum prodit πολυπάμμων. Γοργυθίων factum a γόργυθος, ex γοργὸς, ut Ἡφαιστίων, ab Ἥφαιστος. Χερσιδάμας & Ἱπποδάμας ut πο-
c Avib. p. 567. ξοδάμας. Δρύωψ & Κεβριόνης nomina ſunt avium apud Ariſtophanem [c]. Reliqua manifeſte Græca ſunt uno aut altero exceptis. Quod ſi igitur lingua *Phrygia* a Græca plane diverſa fuerit, qui fit ut filiorum Priami nomina, ne de aliis nunc dicam, mere Græca ſint?

50 Sed linguam *Phrygiam* non fuiſſe diverſam a Græca niſi dialecto, non uno loco ex Dionyſio poteſt colligi. Hinc poſtquam *Trojanos* ſub *Ænea* Græcum in modum armatos exſpectaſſe prælium cum Latino memoraſſet, Latinum per quietem monitum
d l. 1. p. 46. ab Dæmone indigena ſubjicit [d], δέχεσθαι τοὺς Ἕλληνας τῇ χώρᾳ συνοίκους. *ut Græcos in agri partem reciperet.* & ſimiliter *Æneam* imaginatum addit Penates ſe hortatos, ut Latino perſuaderet, χρήσασθαι δυνάμει Ἑλληνικῇ συμμάχῳ μᾶλλον ἢ
e l. 1. p. 47. διαφόρῳ. *Græcorum copiis ſociis potius quam hoſtibus uteretur.* Rurſus alibi apud [e] eundem Latinus de *Trojanis*: Ἔγωγε εὔνοιαν πρὸς ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν γένος ἔχω.
f l. 1. p. 49. *Equidem benevolentiam habeo erga omne genus Græcorum.* Ex propria vero perſona [f]: Ὅτι δὲ τὸ τῶν Τρώων ἔθνος Ἑλληνικὸν ἐν τοῖς μάλιστα ἦν ἐκ Πελοποννήσου ποτ' ὡρμημένον εἴρηται μὲν δὲ ἄλλοις τισὶ πάλαι, λεχθήσεται δὲ πρὸς ἐμοῦ δι' ὀλίγων. *Quod autem Trojana gens cum primis Græca fuerit, ex Peloponneſo quondam profecta, jam pridem & ab aliis quibuſdam eſt dictum, & a me quoque paucis dicetur.* deinde *Dardani* hiſtoriam, ſic fere, uti ante retulimus, ſubjicit. 51 Denique ipſum etiam
g l. 1. p. 50. *Teucrum* [g], cujus filiam *Bateam*, poſt *Chryſæ* obitum *Dardanus* duxit, ex Phanodemi Atticis antiquitatibus e pago Atticæ Xypetæenſi in Aſiam adventaſſe addit.

52 Quæ omnia ſi ea qua par eſt animi attentione conſideraſſet *Bochartus* aut ego vehementer fallor aut is ex paucis vocibus *Phrygiis* linguam Latinam a *Phrygia* nihil
h l. 5. Beceſelan. p. 463. mutuatam probare animum haud induxiſſet. Nunc videtur a Goropio Becano [h] ſeductus, qui antiquiſſimam *Phrygiam* linguam Germanicam fuiſſe, quæ cum *Phrygum* atque Myſorum immigrationibus vitiata eſſet a *Dardano* reſtituta fuerit, ſuperiori ſeculo affirmare auſus eſt. Sed vapulavit non leviter tam propter hanc quam alias Becceſelanicas ſententias. 53 Veritati itaque maxime conveniens videtur *Phrygiam* linguam eſſe Græcam, ſed ſingulari dialecto ab aliis hujus linguæ diſtinctam, qua Daretis
i l. 11. V. H. c. 2. Phrygii Ilias conſcripta quondam, ſi Æliano [i] credimus. 54 Non enim in quatuor tantum dialectos diviſa olim lingua hæc, ſed multo plures. Atticæ, Ionicæ, Æolicæ, Doricæ crebrior quam reliquarum mentio, quoniam præcipuæ, & qui ſcribere aggreſſi fere harum aliqua uſi ſunt. Ab his autem diverſæ Bœotica, Theſſalica, Laconica, Megarica, Eretrica, Cretica, Cypria, *Phrygia*, Pamphylia Cilicia, Cyrenaica, Alexandrina & plures aliæ; uti ſatis evicit nuper in linguæ Helleniſticæ Funere Claudius Salmaſius. 55 Triplex autem proprie eſt differentia, quæ Græcæ linguæ a dialectorum diverſitate accidit. 56 Aut enim una eademque vox diverſimode terminatur, ut cum Attici τοῦ Αἰνέου, Æoles Αἰνείαο, Iones Αἰνείεω, Dores Αἰνεία dicunt. 57 Aut vox propria & quaſi domeſtica his alienigena aliis conſtituit hanc differentiam. Exempli cauſſa, quod reliqui Græci appellarunt ἀκόνιον, Cyprii nominaverunt σίγυνον. nihilominus Lycophron & Apollonius Cypria uti voce non reformidarunt. Tales autem ſunt voces *Phrygiæ* a *Bocharto* adductæ, quibus ſimiliter alii ſcriptores Græci uſi ſunt. 58 Aut denique una eademque vox diverſam a communi habens alicubi ſignificationem etiam dialectum facit. Pro exemplo ſit vocabulum εἶδος, quo apud re-
k in Poët. liquos Græcos corporis totius forma, apud Cretenſes facies duntaxat Ariſtotele [k]
l v. 316. teſte denotabatur, qui Homerum, quod de Dolone Trojano dixerit Iliad. K. [l]

Ὅς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακὸς, ἀλλὰ ποδώκης.

Qui vultu quidem deformis, ſed pedibus velox.

contra nonnullorum criminationes velocitatem corporis cum ejuſdem prava ſtructura male conſiſtere arguentium, tuetur dicendo, quod Cretice ibi loquutus fuerit. 59 Per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

59 Perperam igitur *Bochartus* ex paucis quas adducit vocibus *Phrygiis* linguam Latinam nihil ex *Phrygia* mutuatam exiſtimat, cum hæc Græcæ, unde tota fere Latina conſtat, dialectus fuerit, & quas notavit voces ſint quales ſingulares linguæ hujus dialecti habeant.

60 Unde fruſtra pariter Virgilio, quod *Æneam* in Italiam deduxerit, duplicem colorem obducit[a], tum quod Poëta, cui non conveniat commemorare res geſtas, ſed quæ geri potuerint & veris ſint ſimiles (quod quouſque verum ſupra oſtenſum eſt) tum quod ipſe primus fabulam hanc non excogitaverit, ſed omnes qui hiſtoriam ante ejus tempora compoſuerint, in hoc eum præiverint: quorum deinde recenſionem inſtituit talem fere, qualem nos alium in finem ſupra egimus. In qua tamen Græcorum antiquiſſimos *Arctinum*, *Calliſtratum* & *Satyrum* Dionyſio citatos, &, quod mireris, *Lycophronem* in omnium manibus verſantem ſilentio præteriit. Sed

Non tali auxilio nec defenſoribus iſtis

Virgilio opus eſſe ante patefecimus.

a p. 51.

61 Ex quibus, ni fallor, quantum convincendo errori ſatis eſt, conſtat *Philippum Cluverium* & *Samuelem Bochartum*, eruditiſſimos viros, temere plane a communi de *Æneæ adventu* receſſiſſe ſententia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

THEODORI RYCKII

ORATIO
DE
GIGANTIBUS.

Habita Lugduni ad Rhenum x. Kal. Octobr.
A. C. CIϽ IϽ C LXXXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

ORATIO
DE
GIGANTIBUS.

Non temere Romanæ eloquentiæ & Philoſophiæ parens[a] AA. ut ſenſuum excellentiam extolleret, affirmaſſe videtur, ita clara & certa eſſe eorum judicia, ut ſi optio naturæ noſtræ detur & ab ea Deus requirat, contentane ſit ſuis integris incorruptiſque ſenſibus, an poſtulet melius aliquid, cauſſam cur amplius quærat habere non videatur. Fideliter enim animo repræſentant & quod oculi vident, & quod aures accipiunt, & quod palatum guſtat, & quod nares odorant, & quod membra quælibet tangunt. Neque infirmat hanc eorum fidem aut remus in aqua inflexus, aut collum columbæ, modo his, modo illis coloribus lucens, aliave ſenſuum ludibria: quæ aut ab aquis intermediis, aut a luminis radiis pro diverſo ſitu diverſimode pennas illuſtrantibus, aliove externo impedimento proficiſcuntur. In ipſis enim ſenſibus, ſi ſani ſunt, ſi valentes, maxima ineſt veritas. Nec facile perſuaſeris quantumvis Opico aut Bœoto falſum eſſe, quod pro vero ſenſus ipſi obtulerunt. Contra animus rationis ac doctrinæ omnis ſedes ita decipitur in pleriſque hominibus, ut in ſumma opinionum perverſitate, quamdiu in hoc fragili corporis domicilio habitat, perpetuo verſetur. Simul ac enim in lucem editi ac ſuſcepti ſumus, illorum imbuimur erroribus, quorum curæ educatio noſtra committitur, ut pene cum lacte nutricis errorem duxiſſe videamur. Mox traditi magiſtris fidelius fere illorum vitia quam virtutes referimus. Tandem accedit maximus magiſter populus, falſa pro veris, utilia pro honeſtis, imagines pro corporibus tam pertinaciter inculcans & quaſi pro auctoritate jubens, ut omnia veri atque honeſti ſemina, omnes recti atque boni notitiæ a natura menti impreſſæ, tamquam ab æſtu refluente abſorbeantur & in eorum locum ſuccedat multiplex error. Hinc premitur hominum genus tanta opinionum abſurditate tam circa ſacra quam profana, tam in divinis quam naturalibus civilibuſque rebus. Nec immerito Plato felicem prædicabat, cui verum videre vel in ſenectute contingeret. Quam fœde humana vita jacuit per quinque & amplius annorum millia, præterquam in exiguo orbis angulo Judæa,

In terris oppreſſa gravi ſub relligione?

Et poſtquam Dei miſericordia deceptio dæmonum inhibita idolorumque cultus fugatus eſt, minor tamen numerus converſorum fuit. In his vero quam non ſit idem ſenſus, atrocibus diſſidiis internecivíſque eorum cladibus ſæpe deprehenſum eſt. Quid dicam de rebus humanis? Nulla ars, nulla diſciplina poſt tam longam hominum experientiam ſine nævis diſcitur aut traditur. Ipſa teſtis temporum, lux veritatis Hiſtoria corrupta depravataque jacet, primum a Poëtis delectare potius mentiendo quam juvare vera prædicando volentibus, deinde etiam aliis varias ob cauſſas ad mendacia prolapſis. Quam multa in illa perſcripta leguntur vaniſſima & falſiſſima pro ſeriis maxime & indubitatis?

Inter quæ an reponi debeat traditio vetus de *gigantibus* ſæpe apud animum meum antehac dubitavi & in præſens diſquirere auſpicandi gratia apud vos tamquam judices propoſui: partim quoniam exiſtimo eam eſſe hujus quæſtionis præſtantiam, ut non indigna videatur tali examine; partim ut qui dicendi ſtudio operam navant exemplum ſubinde aliquod, rude licet & inchoatum, ad imitandum haberent.

Igitur Poëtæ ſi vocentur ad teſtimonium, immenſæ molis *gigantes* Terra & Tartaro profeminatos in cantibus ſuis imaginantur, qui bellum exſtructis in excelſum aggerem montibus internecivum contra Cœleſtes geſſerint. Ex quibus Tiphoëus commilitonibus terribilior, cum in principio vehementiſſime Deos conturbaſſet, tandem

[a] Cicero l. 2. A. Q. c. 7. in perſona Luculli, quod in propria deinceps deſtruere conatur c. 25. Sed infeliciter, uti a Samuele Parkero oſtenſum Diſp. VI. S. 7. de Deo.

dem a Jove fulminatus, & cum ne ſic quidem deſiſteret, impoſito monte coërcitus fingitur. Homero, ſi Lucilio [a] fides, creditus

Polyphemu' ducentos
Cyclops longus pedes & porro huic maju' bacillum,
Quam malus navi in corbita maximus ulla.

Romanus Virgilius [b] non anthropophagum modo eumdem inducit, ſed tam laxo ſtomacho, ut duo ex ſociis Ulyſſis, quos arripuerat, pro levi guſtatione fuerint. Et Tityus, Terræ omnipotentis alumnus, juxta eumdem Homerum [c] novem terræ jugera jacens explevit.

Et ne Poëtas, apud quos hoc argumentum decantatiſſimum eſt, ſolos ad teſtimonium citem, Abydenus [d], antiquiſſimus Hiſtoricus, primos homines e terra natos, cum & viribus & corporis mole confiderent, potentiamque Superis ipſis majorem affectarent, immenſæ altitudinis turrim, ubi ſita deinceps Babylon, molitos, quæ cum jam ſurrexiſſet ad cœli uſque fornices, ab ipſis ventis ad Deorum opem conſpirantibus in ædificantium capita effuſa ſit, referre non dubitavit. Eupolemus [e] auctor eſt primum quidem Babylonem urbem, ac poſtmodum turrim illam Hiſtoricorum omnium ore jactatam, ab iis qui diluvium effugerant *gigantibus* excitatam: hos vero disjecta ſumma Numinis poteſtate turri per totum terrarum orbem diſtractos fuiſſe & diſſipatos. Et qui ex Beroſo adducuntur decem Chaldæorum reges aquarum eluvie anteriores, qui non obſcure decem primos Patriarchas referunt, Chronici Alexandrini Auctor [f] totidem *gigantes* fuiſſe pronuntiat.

Neque obſcurum eſt ex quibus fontibus hæc derivata fuerint. A Judæis dubio procul eorumque magiſtis fama hæc ad reliquas gentes evolavit: quippe qui primos parentes Adamum & Evam, Cainum & Abelum, Sethum & reliquos proceriſſimæ ſtaturæ fuiſſe exiſtimant. Certe Rabbini [g] lectum Ogi regis ferreum, Moſi memoratum, qui in *Rabath* oſtendebatur, nihil fuiſſe aliud quam Ogi cunas comminiſcuntur. Poſtea enim tanta hunc cepiſſe ajunt incrementa ut ejus pes centum & viginti cubitos expleret. Itaque ubi adventare Iſraëlitas cognoſceret, vaſtiſſimum montem impoſuiſſe capiti ad univerſum eorum exercitum unico jactu obterendum. Sed Deum, quo conſilium ejus diſturbaret, in monte produxiſſe illico tantam formicarum vim, quæ montis medium ſic perforaverint, ut is utrique Ogi humero incumberet, ipſo caput per feneſtram exſerente. Et cum ne ſic quidem propoſitum deſereret, eumdem Deum ejus dentes extra os ad decem cubitos juſſiſſe creſcere. Sic montem propter dentium repagulum excuti non potuiſſe. Tunc Moſi, qui nanus aut pigmæus videri poterat ad hunc comparatus, quippe decem tantum cubitos longo, rediiſſe animum arreptaque ſecuri paris, qua ipſe erat longitudinis, Ogum ſub monte proſtraviſſe. Quæ tametſi metamorphoſiſin potius quam veris hiſtoriis adſcribenda ſint oſtendunt nihilominus, quid ea gens de priſcorum hominum ſtatura crediderit. Et nequis putet Thalmudiſtas & Judæorum recentiſſimos in dulcedinem fabulæ talia commentatos, ecce templo ſecundo adhuc ſtante non defuerunt, qui ſub illuſtribus nominibus [h] cauſſam ſtaturæ imminutæ in ſeneſcentem & quaſi effœtam matrem noſtram, naturam conjicerent.

Immo ſi adſcendamus altius & opinionis hujus ſcrutemur natales, ipſe Moſes, teſtis omni exceptione major, illius auctor videtur & conditor. Ubi enim primi orbis res & Noachi commemorat [i], *Gigantes*, inquit, *erant ſuper terram in diebus illis: & poſt illud, cum intrarent filii Dei ad filias hominum & generarent ſibi, illi erant gigantes a ſeculo, homines nominati.* Et ſpeculatores, quos idem in Cananæam miſit, reverſi nuntiant [k] vidiſſe ſe *populum excelſæ ſtaturæ, monſtra filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati locuſtæ viderentur.*

Unde profectum, ut multi ex primis Eccleſiæ Patribus Rabbinorum ſententiam non modo ſequuti ſint, ſed qui aliter ſentirent, impietatis inſimularint. Certe S. Auguſtinus [l] in caſtiganda hac incredulitate adducit primo Maronis auctoritatem, qui de lapide in agro pro limite infixo, quem Turnus pugnans rapuit currendoque intorſit,

Vix illum, inquit, *lecti bis ſex cervice ſubirent,*
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Deinde nudata vetuſtate vel fluminum vi aliiſque caſibus ſepulchra, in quibus incredibilis magnitudinis oſſa inveniantur, hanc corporum proceritatem contendit evincere. Et ne ex aliorum potius fide quam ſua id affirmaſſe videatur, addit ſe vidiſſe non ſolum, ſed cum pluribus aliis in Uticenſi littore molarem hominis dentem tam ingentem,

a apud Nonium v. *Corbita.*

b l. 3. Æn. v. 623.

c Odyſſ. Λ. v. 576. ἐννέα πέλεθρα. Modeſtius paullo alii fabulati ſunt Aloëi filios ad longitudinem novem orgyarum, latitudinem vero totidem cubitorum excreviſſe teſte Agatarchide apud Photium p. 1325. & Apollodoro l. 1. p. 29.

d apud Euſebium l. 9. de Præp. Evang. c. 14.

e Ibid. c. 17.

f p. 48.

g apud Nic. Lyranum in Poſtill. ad Biblia, Alphonſum Toſtatum Quæſt. 27. & ex his Gerardum Voſſium lib. 1. de Idol. Gent. c. 26.

h Eſdræ l. 4. c. 5. v. 50. & ſeqq.

i Geneſ. c. 6. v. 4.

k Numer. c. 13. v. 33.

l l. 15. d. C. D. c. 9. & 21.

tem, ut ſi in noſtrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum videretur facere potuiſſe. Ad quem locum minime obeſæ naris Hiſpanus affirmat, oſtenſum ſibi dentem pugno majorem, qui diceretur Divi Chriſtophori.

Tanta autem fuit S. Auguſtini in Eccleſia ſemper auctoritas, ut ejus ſententiam velut Symboli articulum poſteriores fere omnes receperint probaverintque. Quos inter Alfonſus Toſtatus [a], qui confirmandæ huic opinioni novum adjecturus pondus Henrici Tertii Imperatoris temporibus Romæ inventum Pallantis, Euandri filii, cadaver, cujus ea altitudo fuerit, ut murorum Urbis ſummitatem ſuperaret, ex Helinando Chronographo refert. Et Hugo Grotius [b] eo minus incredibilem exiſtimat longævitatem primi orbis hominum, quando & majora multo olim fuiſſe eorum corpora nudatis ſepulchris compertum plurimarum gentium hiſtoriæ prodiderunt. Et Samuel Bochartus [c] ad comprobandam eamdem ſententiam adducit partim Benjamini Tudelenſis, partim Thomæ Fazelli auctoritatem. Quorum prior ante annos circiter quingentos ſcripſit vidiſſe ſe Damaſci in palatio pendentem hominis coſtam novem ſpithamas longam, duas latam, qui diceretur fuiſſe ex antiquiſſimis regibus Anacæis, nomine Abchamaz, qui toto quondam Orbe regnaverit.

a ad Gen. c. 5. p. 118. c. 2.

b l. 1. de Verit. R. C. p. 33.

c Phaleg. p. 364. & 616.

Nec deſunt de hujuſmodi oſſibus inventis teſtimonia tam apud Græcos quam Romanos, tam apud veteres quam recentes. Phlegon Trallianus [d] ex Apollonio Grammatico refert temporibus Tiberii Cæſaris, cum terra vehementer moviſſet, reperta pluriſariam ingentia cadavera: e quorum uno detractum dentem pedalis magnitudinis per legatos ad Imperatorem miſſum. Verum hunc ſive quod feralia attrectanda non putaret, ſive aliam ob cauſſam vetaſſe ne ipſum cadaver tranſmitteretur, juſſo duntaxat, ut facies pingeretur dentis magnitudini reſpondens. Vah! quantum fuit iſtud os, quanta palati laxitas, tot palis obvallati? quantæ mandibulæ, in quas duo & triginta hujuſmodi dentes fuerant inſerti? quantum mentum & naſus & reliqua tota facies proportione huic denti conveniens? quantum denique caput & corpus, cujus ſextam eſſe partem caput cernimus? Idem præterea Phlegon [e] in Dalmatiæ ſpelunca, quæ Dianæ dicitur, reperiri ait cadavera, quorum coſtæ ſedecim ulnarum longitudinem excedant. Inſuper [f] prope Athenas inventum ſepulchrum centum cubitos longum, intus vero cadaver ad oſſa abſumptum, cum inſcriptione, quæ Macroſiri eas tribueret reliquias. Ex Eumachi [g] vero Periegeſi Athenienſes commemorat fodiendo incidiſſe in duas oſſeas larvas, quarum altera longa fuerit quatuor & viginti cubitos, altera uno duntaxat minus. Et ex Theopompo Sinopenſi [h] in Boſporo Cimmerio terræ motu detectam compagem viginti quatuor cubitos extenſam, cujus oſſa accolentes barbari in Mæotim paludem abjecerint. Pauſanias [i] ſe audiſſe ex Myſo ſcribit Ajacis genuum vertebras diſci magnitudinem æquaſſe, quo quinquertiones utantur. Præterea apud Mileſios, in Aſterii inſula, aſſervari cadaver Aſterii, Anactis filii, decem cubitis haud multo brevius. Et in ſuperiore Lydia apud Temeni portas diſrupto tempeſtatibus colle, oſſa tantæ magnitudinis detecta, ut niſi humanorum oſſium figuram retinuiſſent, nemo hominum dicturus fuerit. Item [k] in Orontis alveo inventum ſarcophagum fictilem, undecim cubitos longum, & in eo cadaver nihilo brevius, humana ſpecie. Sed nemo inter Græcos licentius de *gigantibus* ſcripſit juniore Philoſtrato [l]. Apud hunc Ajax undecim tantum cubitos extenditur: Aryades, qui in ripa Orontis paullo ante ejus ætatem detectus fuerat, triginta. Alium ſe vidiſſe ait apud Sigeum promontorium lapidoſo in ſpecu jacentem duorum & viginti. Cum quibus comparatus parvus apparet alius apud eumdem in Co inſula, quadriennio prius effoſſus, duodecim tantum cubitos longus. Sed credibilem priorum magnitudinem reddere videtur alius in Lemno repertus, cujus calva duabus Cretenſibus amphoris expleri vix potuerit. Verum hujus oſſa disjuncta fuiſſe fatetur, idque terræ motibus tribuit. Sed quis non miratur Plutarchum Chæronenſem [m], virum non minore judicii acrimonia quam doctrinæ vaſtitate præditum in hanc pariter cauſſam venire? Apud hunc enim legimus Sertorium expugnata urbe Tingi, apud quam Antæus dicebatur tumulatus, cum ſuper illius ſtatura Afris non crederet, aperuiſſe Antæi ſepulchrum, repertoque cadavere ſexaginta cubitos longo, cæſis victimis adopertoque tumulo abſceſſiſſe.

d de Mirab. c. 14.

e c. 12.

f c. 17.

g c. 18.

h c. 19.

i l. 1. p. 66.

k l. 8. p. 503.

l Heroic. p. 640. & ſeqq.

m Sertorio p. 572.

Et ne Græcos tantum, quorum fides ſubleſta eſt, allegem, ecce Plinius [n] in Creta rupto monte inventum ſcribit cadaver ſtans ſex & quadraginta cubitos altum, quod alii Orionis, alii Oti fuiſſe arbitrarentur. Et Solinus [o] in eadem inſula teſtatur humanum cadaver repertum trium & triginta, cujus inſpectandi cupidine L. Flaccus Legatus

n l. 7. c. 16

o c. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

tus & Proconſul etiam ipſe Metellus impendio capti, miraculo, quod auditu refutave-
rant, oculis potiti ſint.

Quibus omnibus unum tantum & alterum recentis memoriæ teſtem adjungam, non
Helinandum, quem paullo ante dixi, aut Vincentium Bellovacenſem, ſimilisve æta-
a Dec. 1. l. 1. c. 6. tis aut farinæ viros, ſed Thomam Fazellum [a], inter Rerum Sicularum ſcriptores fere
principem. Hic magna contentione, quaſi ita plane conveniret, Siciliam antiquitus a
gigantibus ſcribit habitatam: & poſtquam attuliſſet fere qualia paullo ante adducta ſunt,
ad faciendam huic miraculo fidem, adjicit plura cadavera & ante & ſua ætate ibi effoſ-
ſa, quæ omnem de hac re dubitationem penitus tollant. Cum vero hæc adſeveratio
fidem conciliare videatur veteribus Græcis Latiniſque ſcriptoribus, Judæis etiam ipſis
atque Poëtis, induxeritque viros haud vulgares, ut quæ de *gigantibus* feruntur crede-
rent, momentum rei poſtulat, ut diligenter Siculum hunc Hiſtoricum audiamus. Hic
enim non vetera tantum & obſoleta, non audita modo & ab aliis accepta, ſed nova
atque recentia, ſed luſtrata ſibi propriiſque manibus tractata exempla ſuperiori ſeculo
propoſuit. Primum igitur duobus circiter ſeculis ante ſuam ætatem ad montis Erycis
radices in antro immenſo repertum ait portentoſæ magnitudinis virum ſedentem.
Cujus adſpectu cum vehementiſſime conſternati eſſent foſſores fugam protinus verſus
oppidum, quod montis vertici incubat, arripuiſſe, civibusque quid monſtri viderint
retuliſſe ſtupentes. Mox Erycinos ferro facibusque armatos ſpecum hunc introgreſſos
reperiſſe, ut relatum erat, cadaver humanum ingentis ſtaturæ in ſede poſitum, ſini-
ſtra manu baculo mali nautici inſtar innixum, ex omni parte integrum. Tactum vero
a curioſo ſcipionis corticem confeſtim in cineres ſolutum, repertamque clavam plum-
beam humo ad manum ſedentis adſcendentem, ligno iſto abſconditam. Mox ſimili
tactu ipſum pariter cadaver feciſſe ruinam, tribus duntaxat molaribus admirandæ
magnitudinis & anteriore cranii parte, aliquot modiorum Sicilienſium capace, incor-
ruptis. Exiſtimat autem corpus hoc fuiſſe Erycis, quem loci illius olim regem ab
Hercule occiſum priſci rerum ſcriptores tradant. Recitat autem omnia hæc ex Decu-
rionum Montanorum Drepanenſium, quod illis hodie nomen eſt, relatu. Dentes in
b A.C. 1516. ejuſdem oppidi templo in miraculi fidem ſervari ait publice. Deinde ſua ætate [b] apud
Mazarenum oppidum inventum prodit cadaver cubitorum circiter viginti, ſed quod
rudius contrectatum illico in pulverem abierit, molaribus duntaxat aliquot ſalvis, quo-
rum ſinguli unciarum quinque pondus æquarent; quos ſe vidiſſe ſimul cum ejuſdem
imagine *Caltanixettæ* in pariete delineata ſcribit. Præterea inter Leontium, & Syracuſas
apud oppidulum, quod Hybla olim, *Melilli* hodie dicitur, frequentia exſtare gigantum
ſepulchra, in quibus oſſa reperiantur ingentia, præcipue vero dentes, e quorum nu-
mero plures ſervet quatuor circiter uncias pendentes Similia inveniri cœmiteria apud
Hyccaram prius, nunc *Canini* appellatam, unde detractum os humeri poſſideat latiſ-
c A.C. 1547. ſimum & pene monſtroſum. Rurſus in Panormitano agro effoſſum cadaver [c] cubito-
rum ferme octodecim, ſed membris jam ſolutis diſſociatisque, & quæ nihilominus im-
prudentius tacta ſimul ac Erycini in pulverem migraverint, ſalva duntaxat cum mola-
ribus ſuis mandibula: ſed quæ paullo poſt ſimili plane fato dum neſcio quis dentes
ex illa ſumma vi excuteret perierit: dentes autem ſolos ſuperſtites, uncias ad quatuor
graves, ſubalbos, *effigiatos*, ut loquitur, & carie prorſus carentes noſtriſque ſimiles,
quorum duos tum in rei fidem cum memoriam magno ſtudio cuſtodiat, Chriſtianis ac
d A.C. 1548. Ethnicis hominibus, qui tale genus vix fuiſſe credant, exhibendos. Paullo poſt [d] in
agro Syracuſano iterum cadaver detectum refert, cubitos viginti longum: verum e
quo pars tantum capitis, coſtæ item & crura attrectantium manus non fefellerint, quæ
pro miraculo Melitam ad Magnum ſacræ militiæ Magiſtrum miſſa, duobus tantum
e A.C. 1550. molaribus retentis. Et rurſus poſt hoc [e] aliud apud *Calatraſin* in ædicula teſtudinea
duorum & viginti, cujus caput decem fere in circuitu pedes æquaret, quo ſtupefacti
primum coloni, mox in riſus jocosque ſoluti pro ſcopo uſi fuerit, quem lapidibus im-
peterent: ſic comminutum ingens iſtud caput dentibus tantum ſalvis, reliqua terræ
f A.C. 1552. reddita. Tandem [f] apud *Petraliam* plura reperta conditoria lapidibus quadratis incluſa,
in quibus pleraque cadavera octo cubitos vincererent, unde ipſe cum duobus molari-
bus ſextantariis poſſideat mandibulam. Videtis AA. quomodo Fazelli ætas non mi-
nus, quam Philoſtrati felix fuerit in detegendis hujusmodi cadaveribus. Et ne
g libro Italico idiomate ſcripto, *Dell' Antichita di Palermo*. Fazellum ſolum talia memoriæ prodidiſſe exiſtimetis, ſimilia plane tradit alius Siculus,
Marianus Valguarnera [g]. Quod ſi publicum aliquod in hac cauſſa teſtimonium poſtu-
latis, publicæ fidei inſtar facere videtur *gigas* Helvetius, cujus imago decreto Patrum

Lucer-

Lucernenſium in curia eorum delineata cernitur, ſeptemdecim pedes noſtros cum ſex unciis alta [a].

Nec prætereunda hic videtur planta pedis Adami, quæ ſaxoſo in *Ceilane* inſula monti, qui Adami dicitur, tamquam recenti luto impreſſa eſt, a Batavis noſtris permittente Rege nuper viſa menſurataque, pedes tres Rhenolandicos cum octo unciis longa, ſeſquipedem vero lata [b].

Hæc fere ſunt argumenta AA. quibus inducti ut olim ſic nuper tot viri præſtantiſſimi [c], ut crederent principio rerum ut ætatis ſic ſtaturæ homines fuiſſe longiſſimæ: quorum genus ſive naturæ quodam defectu ſive Auctore illius ſic ordinante ſimul cum longævitate defecerit.

Verum cui quæſo paullo attentiori ulla harum cauſſarum perſuaderi poterit? Quid? an qui hoc univerſum in tempore condidit, non tantumdem facit quotidie, dum id conſervat eo ſtatu atque ordine, quo in principio diſpoſuerat? Aut, an putamus terram in circumfuſo aëre per tot ſeculorum decurſum ſua virtute ſuſtentare ſe eodem ſitu in utrumque polum? An motum, qui viciſſitudinem in natura producit perpetuam & inconſtantiam conſtantem, exiſtimamus ſua ſponte conſervari perpetuarique? An ſolem (ſive terram) credimus orbitæ ſuæ adeo memorem, nobiſque tam benevolum, ut nunquam exorbitet, nunquam extra tropicos circulos verſus utrumque polum exſpatietur, ne natura hic laboret & omnis ejus facies conturbetur. Quod ſi idem Deus curet qui condidit univerſum, perperam natura vetulæ aſſimulatur a perſonato Eſdra & Poëtis tam Græcis quam Latinis. Philoſophi hic pariter *in ratiociniis & diſſertationibus ſuis evanuerunt*, docentes mundum hunc alternis diluvie, alternis exuſtione redintegrari poſt certam ſeculorum periodum: in qua tamen definienda non ejuſdem fuere ſententiæ. Quoniam autem proxime inundatione periiſſe, ut revera periit, credebant, hinc in conflagrationis vices vergere ævum ejuſque appropinquationem ſeminum ubertatem conſumere arbitrabantur [d]. Saniora, ſaltem in ſpeciem, attulere, qui Deo volenti imminutionem hanc adſcripſere. Sed unde quæſo hæc divinæ voluntatis immutatio innotuit, cum videamus ſumma conſtantia, infinita bonitate conſervari tam minimas quam maximas res ſemel ab ea conditas? Longævitatis tam obtinentis quam ceſſantis ſicut multæ adferri poſſunt rationes, ita nobis in divinis Oraculis tam manifeſta facta revelatio eſt, ut de ea dubitare ſit nefas: ſtaturæ excelſitas, quantam commemoravimus, in iiſdem nuſquam ponitur.

Verum age diſtincte & tamquam boni advocati reſumamus ſingula, quæ *gigantei* generis patroni adferunt argumenta. Diligentius eorum examen, niſi plane fallor, ad rei, de qua quærimus, veritatem nos deducet. Et licet Poëtæ ſtandi in hoc judicio perſonam non magis quam commorandi in Platonis civitate facultatem habere debeant, nihilominus in doctrinæ & antiquitatis honorem eos admittemus. Quis autem non videt primarium eorum thema de *Gigantomachia* ex Sacra Hiſtoria reapſe depromptum, ſed ex artis præcepto ita exaggeratum totque figuris involutum, ut rei veritas non niſi per denſam hanc eorum artis nebulam conſpiciatur. Quam parum fideles veritatis cuſtodes dicendi ſunt, qui de uno eodemque Typhoëo vel Typhone tot contraria retulerunt. Homerus [e] fulmine ictum canit in Arimis. Virgilius [f] in inſula Ænaria, quam nove Inarimen, ne ab Homero diſcedere videatur, appellat. Apollonius [g] in Superos bellaturum educit ad Caucaſum, hinc poſt multa prælia fulmine Jovis percuſſum fugiſſe in Palæſtinam, & in lacu Serbonidis demerſum fabulatur. Pindarus [h], in Hieronis ut videtur gratiam, primus nivoſam Ætnam ei ſuperimpoſuit, poſtquam Ciliciam natalibus ejus illuminaſſet. Quod mire extulit Naſonis [i] ingenium, totam Siciliam injectam comminiſcentis. Proprium igitur Poëtarum eſt fingere, veritatemque rei tot ambagibus deorumque miniſteriis & fabuloſo ſententiarum portento involvere, *ut*, quemadmodum ille ait, *potius furentis animi*

a Juxta lineam apud Athanaſium Kircherum expreſſam l. 8. Mundi Subterr. ſ. 2. c. 4. quæ quadragies bis ſumpta adæquet totam *gigantis* altitudinem.

b Juxta menſuram humaniter mecum a V. C. Paullo Hermanno, Botanices Profeſſore, communicatam, qui per annos novem in *Ceilane* eſt commoratus, eamque acceperat ab aliquo ex *Cinghalis*, qui religionis cauſſa plantam hanc adierat & menſuraverat. Philippus Baldæus in deſcriptione *Malabariæ* p. 153. plantam hanc a noſtris permittente Rege inſpectam ſcribit menſe Martio, a. 1654. repertamque longitudinem ejus implere ulnam cum dimidia, latitudinem tres quadrantes, profunditatem quadrantem unum. Sed non addit cujas ulnas intelligat.

c Quos inter etiam Philippus Cluverius l. 1. Sic. Ant. p. 13. Juſtus Lipſius l. 3. Phyſiol. Stoic. c. 5.

d Plinius l. 7. c. 16. *In trimatu ſuo cuique dimidiam eſſe menſuram ſtaturæ certum eſt. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem indies fieri propemodum obſervatur: raroſque patribus proceriores, conſumente ubertate ſeminum exuſtione, in cujus vices nunc vergat ævum.*

e Iliad. B. v. 783. Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. *In Arimis ubi dicunt Tiphoëi eſſe cubilia.* Poſt quem verſum Euſtathius omiſſum eſſe in Homeri Codd. hunc ſequentem ait: Χώρῳ ἐνὶ δρυόεντι Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ. cujus & Strabo meminit l. 13. p. 626. In quo verſu Edmundus Dickinſonus pro voce Ὕδης (quæ convenire non videtur; Hyde enim alio nomine Sardes Lydiæ urbs) legit Ἰούδης, vertitque: *In agro quercubus abundanti Judæ inter opimum populum.* exiſtimans *Baſanitidem Judææ* regionem quercetis olim nobilem intelligi. *Judæa* enim Syriæ, quæ *Aram* in S. L. *Tiphoëus* igitur vel ſecundum Homerum Ogus rex *Baſanitidos.* Quod aliis argumentis probat Gerardus Voſſius l. 1. de Idolol. Gent. c. 26. f l. 9. Æn. v. 715. *Inarime Jovis imperiis impoſita Typhœo.* g l. 2. Argon. v. 1213. h Pyth. Od. 1. i l. 5. Metam. v. 345. & ſeqq.

animi vaticinatio appareat, quam religioſæ orationis ſub teſtibus fides. Hinc Homerus pro cyclopibus & *gigantibus* ducenorum pedum deſcribit Læſtrigones, veterrimos Italiæ Siciliæque colonos; quod congnoviſſet gentem fuiſſe bellicoſam, & ſtatura, robore trucique adſpectu ferum quiddam atque terribile præ ſe ferentem. Certe ita Auruncos, qui in iiſdem locis, in quibus ab Homero recenſentur Læſtrigones, habitaverunt, deſcribit Dionyſius Halicarnaſſenſis [a]. Staturæ enim altitudo, qua præditi fuerunt præ vicinis, dubio procul hyperbolæ dedit occaſionem. Non aliter quam ſi quis Burgundiones *ſeptipedes* [b] & bellicoſum per ſuperiora ſecula populum turribus exæquaret aut Homericos faceret polyphemos.

Nec Abydenus, Eupolemus aut Beroſus quidquam in hac cauſſa habere ponderis poſſunt, cum luce meridiana clarius ſit omnia eorum Judaicam gentem ſpectantia ex Sacris Libris hauſta atque deprompta: qui non Ptolemæi primum Philadelphi temporibus, quando ex Hebræo in Græcum ſermonem a LXX Senibus transfuſi ſunt, ſed jam ante Græce lecti, teſte Ariſtobulo [c], Ptolemæi Philometoris magiſtro. Et quemadmodum Pythagoras, Plato & Peripatetici Judæorum lege uſi ſunt ad mentem informandam, ſic plerique Hiſtorici eorumdem annales ad origines rerum & naſcentis mundi principia & incrementa cognoſcenda adhibuerunt.

Ergo hoc videndum an Moſes in *ſexto Geneſeos capite* per *gigantes*, tam portentoſæ ſtaturæ homines intellexerit, ut non modo nulli tales hodie reperiantur amplius, ſed ne quidem reperti fuerint, ex quo Homerus vivere deſiit. Illud autem adeo a veritate alienum videtur, ut quodammodo mirandum ſit, quomodo illud a tot maximis viris tam leviter credi, tam imprudenter affirmari potuerit. Innumera enim abſurda ſententiam hanc comitantur. Si enim ponamus fuiſſe in primo orbe *gigantes* pariter ponendum omnes fuiſſe. Nam cum omnes ab iiſdem primis parentibus proſeminati fuerint, natura non patitur, ut ab his genus duplex, alterum ſtaturæ juſtæ, alterum portentoſæ deſcendiſſe dicamus. Scilicet, quoniam corporum magnitudo a paterni maternique ſeminis fermento pendet: quod licet a diverſis cauſſis intendi imminuive poſſit, nunquam tamen in immenſum creſcit. Ipſe autem Moſes præter *gigantes* agnoſcit adhuc aliud hominum genus, qui *gigantes* non fuerint, Dei filios, qui cum ſumpſiſſent ſibi uxores ex filiabus hominum pariter *gigantes* ſuſtulerint: per quod ipſos hominum filios non obſcure *gigantes* pronuntiat. Vetus enim ſententia, quæ *gigantes* e congreſſu angelorum cum virginibus ſtatuit natos, in qua Athenagoram, Tatianum, Juſtinum, Tertullianum [d], Arnobium, Firmianum, Sulpitium Severum alioſque de primis Chriſtianis fuiſſe mirere, dudum exploſa eſt. Ipſum igitur Dei filiorum cum *gigantum* filiabus connubium evidentiſſime oſtendit ſtaturam præcipue non attendendam. Verum an ipſa illa, quæ ponitur, immenſitas a ratione non refutatur? Quemadmodum enim in machinarum formis videmus aliquas inſervire fini, cui ab artifice ſunt deſtinatæ, quamdiu formæ ſunt, propter exiguam corporis ſui molem; in opus vero deductas a magnitudine ſua præpediri: aut ſicuti in coloſſis membra exſerta ſine fulcro non cohærere cernimus: ita pariter tam immenſa corpora mole propria ruere nec ullam vim ſine totius convulſione atque periculo edere poſſe neceſſe eſt. Deinde quibus tectis comprehendi, quo nutrimento ſuſtineri, quibus veſtibus tegi tantæ vaſtitatis moles potuiſſent? Sed quid opus talia colligere? An non tota natura huic ſententiæ reclamat? Quæ inter quadrupedes elephantum omnium maximum genuit, eumque ne tyrannidem in reliquas beſtias exerceret, & tamen non eſuriret, non carnibus, ſed fœno, gramine fruticumque foliis nutrimento parabili & ubivis obvio uti voluit. Quæ inter volucres aquila, vulture, ſtrutiocamelo majores non produxit, ne rapacitas velocitati juncta ſiſti non poſſet. Quæ in mari omnium animantium maximas produxit balænas, priſtes, orcas, phyſiteres, propter alimenti ibi copiam. Verumtamen cum ceteros maris incolas feciſſet oviparas, hos, ne in ruinam reliquorum creſcerent, viviparas eſſe voluit: motum præterea addidit tardiſſimum, ne ceteris effugiendæ illorum gulæ præriperetur facultas. Quemadmodum igitur provida natura in pondere, numero & menſura poſuit omnia: ita pariter hominem in pleriſque regionibus intra ſex aut ſeptem continet pedes: in nonnullis ad totidem cubitos pervenire patitur: ſic tamen ut utrobique nonnunquam ab hac regula deflectat pro pedibus cubitos pro cubitis pedes ſubjiciens. Quod ultra fertur fabuloſum eſt. Quis ergo non videt apud Judæorum ducem per *gigantes* non tam ſtaturam immanem intelligendam quam hæreſin quandam pravam, qua iſti a Dei filiis diſtinguebantur? Quænam autem illa potuit fuiſſe

a l. 6. p. 366.

b quod perpetuum eorum epitheton apud Sidonium Apollinarem.

c Apud Euſebium l. 13. de Præpar. Euang. c. 12. p. 663. & Clement. Alex. l. 1. Strom. p. 342.

d Lib. de Cultu feminarum: unde patet ſententiam hanc ex ſuppoſititio Enochi libro promanaſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

fuiſſe alia, quam quæ deinceps ſemper obtinuit, obtinebitque donec naturæ Domino aliter viſum fuerit, de principiis rerum; filiis Dei ſtatuentibus Mentem æternam, uti Adamus docuerat, univerſi cauſſam; *gigantibus* contra mundum nunquam cœpiſſe contendentibus Deumque negantibus. Nec aberravit multum a veritate Macrobius [a], quando exclamat: *Gigantes quid aliud fuiſſe credendum eſt, quam hominum quamdam impiam gentem, Deos negantem, & ideo æſtimatam Deos pellere de cœleſti ſede voluiſſe?* Unde Polyphemus ſe Galateæ jactans haud incongrue a Poëta [b] inducitur:

Adſpice ſim quantus. Non eſt hoc corpore major
Jupiter in cœlo: nam vos narrare ſoletis
Neſcio quem regnare Jovem.

a l. 1. Sat. c. 20.

b Ovidio l. 13. Metam. v. 842.

Et hinc *gigantes* pro impiis & qui jura negabant ſibi nata apud priſcos Hebræos proverbio dicebantur. Certe adulteria, inceſta, libidines præpoſteræ, homicidia, parricidia, tyrrannis, vis, rapinæ aliaque atrocia crimina, quæ inundationis univerſalis cauſſæ fuere, ab his patrata non alium fontem habuerunt, quam quod crederent præter illud, quod externis ſenſibus percipitur, aliud in natura nihil eſſe. Nam ſi omnes tam Dei quam hominum filii, quique ab his orti, *gigantes*, hoc eſt, immenſis corporibus præditi fuerint, cauſſa non apparet, cur peculiari appellatione & hi hybridæ & inter hominum filios ſaltem aliqui [c] *gigantes* appellentur. Ut taceam agilitatem velocitatemque non convenire talibus monſtris, quæ tamen alibi [d] in iiſdem Sacris Oraculis *gigantibus* adſcribitur. Exſtitiſſe autem ante diluvialem irruptionem homines, qui pro diverſa cœli & terræ, in qua degebant, poſitura, alios corporis magnitudine ſuperarent, pluſquam veriſimile eſt. Quos ſi demus filios fuiſſe hominum, cauſſa dicta eſt: proceritas enim & robur cum impietate in *gigantibus* jungitur. Certe poſt diluviem rem ita ſe habuiſſe manifeſtum eſt. Quis enim adeo ſimplex & loquendi imperitus eſt, ut non animadvertat apertiſſimam in exploratorum reſponſo hyperbolen, locuſtas ſe in ſtaturæ ſuæ cum Cananæorum comparatione appellantium. Nam ut demus, quod tamen dari non oportet, locuſtas Indicas quas Plinius [e] ternos pedes longitudine æquare ex aliorum relatu ſcribit hic intelligi, Cananæi ſi ad amuſſim exigenda hæc contentio eſt, minimum quinquies ipſis ſpeculatoribus excelſiores fuere: quod e directo pugnat cum ſtatura Ogi, cujus tamquam inter eos longiſſimi divinus ſcriptor meminit. Hujus enim lectus ferreus, qui oſtendebatur [f] *in Rabath, filiorum Ammon, novem cubitos habens longitudinis & quatuor latitudinis ad menſuram cubiti virilis manus*, hoc eſt, communis, ſatis, qua ſtatura ipſe fuerit, prodit. Si enim de horum temporum conſuetudine & perpetua cubandi commoditate argumentum ducere liceat, lectum regis corporis ejus modulo paullo longiorem fuiſſe, quo culcitæ & cervicali pulvinis ſuis inſtructo locus eſſet, maxime probabile eſt. Alioquin enim facile fuiſſet, ſi forte ſemiſomnis altius ſe, ut fit, ſuſtuliſſet, ut caput ferro e quo lectus erat, illideret & minima quavis extenſione a rigidis duriſque ſpondis vulneraretur. Noſtro ævo quamvis non fere ferro, ſed ligneis tabulis lecti compingantur, eam tamen magnitudinis rationem ſervant, apud illos ſaltem, qui in aliqua rei familiaris mediocritate verſantur, ut communem hominis ſtaturam duobus pedibus excedant. Ut igitur privatorum tori duobus pedibus, ſic regios duobus cubitis coporis menſuram ſuperare æquum eſt. Unde ſequitur ſeptem circiter cubitos, hoc eſt, decem cum ſemiſſe pedes regem hunc Baſanitidos impleviſſe [g]. Quæ ſtatura ſicuti alterum fere tantum communi adjicit, minime tamen humanæ naturæ adverſari paullo poſt oſtendemus: uti nec Goliathi, quem ſex cubitos & ſpithamam, ſive novem pedes cum digitis duodecim altum fuiſſe Samuël [h] prædicat. Quis igitur in vocabulo, quo exploratores uſi ſunt, non agnoſcit manifeſtiſſimam tranſlationem? Uti & in hac alterius [i] figura: *Ego exterminavi Amorrhæum a facie eorum, cujus altitudo cedrorum altitudo ejus, & fortis ipſe quaſi quercus*, & quæ ſequuntur. Deſinant igitur delirare Rabbini & Thalmudiſtæ, qui, dum e lecto Ogi faciunt cunas, in cunis vagire videntur.

c Gen. c. 6 v. 4.

d Pſalmo 19. v. 5.

e l. 11. c. 29.

f Deuteron. c. 3. v. 11.

g Hanc *Ogi* ſtaturam ſic collegit ante nos Goropius Becanus in Orig. p. 171.

h l. 1. Sam. c. 17. v. 4.

i Amos c. 11. v. 6.

Sed quid faciemus tot teſtimoniis ſcriptorum tam veterum quam recentium, qui cadavera humana portentoſæ magnitudinis ſæpius effoſſa notant? Hoc igitur ut videamus apprime opus eſt. Et quoniam veterum exemplorum fides recentibus documentis non modo ſtat, verum etiam cadere videtur, & proxime nos contingentia facilius diſpicimus, intueamur primum Pallantis cadaver ab Albulenſe huc adductum. Helinandus Gallus, Frigidi Montis monachus, qui ſeculo vixit duodecimo, hoc Romæ ſcribit inventum anno tertio Imperatoris Henrici Tertii, ſeculo ferme integro priusquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

quam natus eſſet, tam vaſtæ magnitudinis, ut erectum ad Urbis mœnia ſummitatem eorum vinceret. Verum quis tam ſiniſtro genio natus, tam Rabbinicis deliramentis ineſcatus eſt, ut portentoſis hujusmodi narrationibus credat? Sed ut appareat falſitas, remetiamur paucis lepidam fabellam obeſæ naris Chronographo & decem dierum Mileſiis dignam. Narrat anno, quem dixi, Pallantis Euandri filii corpus integrum Romæ repertum in pectore vulnus habens quatuor pedes cum ſemiſſe longum, cum epitaphio, unde dignoſceretur, quis genus? unde domo? & ardente ad caput lucerna, quæ cum neque flatu neque liquore ullo exſtingui poſſet, tandem per parvum ſubtus factum ſolertioris cujuſdam ingenii ope foramen deleta fuerit. Corpus vero æternæ Urbis muris applicitum (conditura quippe hactenus ab omni putredine conſervaverat) altitudine ſua illorum pinnas ſuperaſſe; mox paucis diebus pluviæ roriſque madoribus labefactatum corruiſſe. Quis illico non animadvertit hiſtoriam hanc ab inſomni monacho confictam ad ſtabiliendam Patrum nonnullorum de *gigantibus* fidem? Sed nimium hercle aniliter. Quis enim de veteribus unquam prodidit Pallantem hunc fuiſſe *gigantem*. Virgilius [a] tamquam puerum inducit: nam quod crematum ab Ænea, non ingero; quoniam hoc anticipaſſe de ſui temporis moribus videri poteſt. Sed reliqua quam putida ſunt & delira? Quis non miratur vulnus ultra quatuor pedes hians? Quanta debuit fuiſſe ſpatha, ſive lancea, ſeu venabulum, ſive verutum, quo tam vaſtum fugienti vitæ iter apertum eſt? Sed qualis fuit inſcriptio, cujus inditio cognitum Pallantis fuiſſe iſtas reliquias, ante enim omiſſa eſt? Bellula hercule, acuta, ſublimis, ſcilicet,

a l. 11. Æn. v. 42.

Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, [b] *morte ſua jacet hic.*

b Alii Codd. *mole ſua*, alii, *more ſuo.* æque inepte, ut pluribus docet Octavius Ferrarius Diſſert. de Lucernis Sepulchral. p. 17.

Quid novius, barbarius, ſtultius, & Frigido Monti convenientius fingi aut excogitari poſſit? Deinde quæ conditura plusquam Ægyptia potuit corpus tam immane conſervare integrum per tria ferme & viginti ſecula? Sed cur quæſo menſurandi cauſſa cadaver hoc erexerunt ad Romanæ urbis mœnia? An quod deſtituti eſſent cubitis, ulnis, decempedis, perticis ad illud metiendum jacens? At omnem fidem & patientiam ſuperat lucerna bis mille & trecentos annos ardens ad *gigantis* caput poſita, omnium lucernarum regina atque miraculum; quæ cum reliquæ ſepulchrales, ut nonnulli fabulantur, ad primum immiſſi aëris flabrum exſpirent, æterno illo elychnio atque oleo defectæ, contumax arſit non contra irrumpentem modo aërem, ventos ſtridentes, ſed ipſas etiam provocavit aquas. Ac niſi tenebrio inhoneſto vulnere eam ſuffodiſſet fortaſſe ad mundi conflagrationem vividum lumen produxiſſet. O mortualia gloſſaria! O præficarum næniæ! O puerorum ſecula, quibus talia literis mandare non puduit! Et tamen Toſtatus Albulenſis tanti nominis theologus ad veteris fabulæ, quam putabat veram, confirmationem, novellam hanc adjicere non dubitavit: ſic vara vibiam ſequitur.

Sed non ſic abibis, inquiunt *gigantem* patroni: Thomæ Fazelli, teſtis omni exceptione majoris, utique non inſimulabis fidem. Fateor Fazellum Hiſtoricum eſſe non contemnendum. Monachus tamen fuit valde credulus, neque doctus, neque indoctus, Græcæ etiam literaturæ plane rudis. Hic etſi crediderit *gigantes* olim Siciliam tenuiſſe & hoc aliis perſuadere voluerit perſuaſeritque non paucis, quos inter viri aliquot magni nominis, tamen ipſe nuſquam refert ſe vidiſſe integram talis *gigantis* larvam. quid dico larvam? immo ne partem quidem ullam corporis organicam, unde ſine errore dijudicari poſſet humani corporis fuiſſe, oculis ſuis uſurpatam refert. Sed dentes tantum molares diverſi ponderis non modo ſe vidiſſe apud alios ſcribit, verum & habuiſſe domi cum humeri oſſe atque mandibula, cujus molares duas uncias penderent. Sed inſpiciamus ſingulos Fazelli *gigantes*, niſi enim plane decipior, non minus quam Helinandi Pallas indicio ſuo prodentur. Primus igitur eſt terribilis iſte Eryx, quem ex relatu decurionum municipii, quod in cognominis montis vertice ſedet, repertum ſcribit ducentis ferme annis ante ſuam ætatem. Sed valde vereor decuriones iſtos, bellos homines, potius ex Bocacii Deorum genealogiis [c] quam oppidi ſui actis lepidam fabellam retuliſſe: licet hic, argumento ſuo convenienter, mentiendo multum illos ſuperaverit. Narrat enim cadaver hoc ſiniſtra manu tenuiſſe baculum tantæ altitudinis & ſpiſſitatis, ut ſuperaret, facile cujuſlibet maximæ navis antennam: plumbum, quod in imo baculo fuerat abſconditum, pendiſſe *cantharos* quindecim, quorum ſinguli centum libras Drepanenſium faciant: dentes tres æquaſſe totidem *rodolos* ſive uncias communes centum: cranii tibiæque partes ex ruina ſuperſtites indicio fuiſſe *gigantem* hunc ducenos cubitos fuiſſe longum. Quis illico non deprehendit hiſtoriam hanc aut ab ipſo Bocacio, aut

c l. 4. p. 76.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

aut ab alio feſtivo iſtorum temporum ingenio excogitatam eſſe atque confictam? Certe alius monachus, ſed paullo emunctioris naris, Athanaſius Kircherus antrum, in quo horrificus hic *gigas* ſediſſe dicitur, ingreſſum ſe, illiuſque altitudinem vix triginta pedes ſcribit attingere: præterea Drepanenſes nulla amplius *gigantis* oſſa valuiſſe oſtendere. Unde luce meridiana clarius patet de primo apud Fazellum *gigante* purum putum eſſe commentum. Sed ſecundus illo puero apud *Mazarenum* oppidum effoſſus viginti cubitorum primo auditu fidem facere videtur. Verum exactus paullo diligentius atque excuſſus æque ac prior fabuloſus excidit. Primum enim cæmentarios ait ligonibus impegiſſe in hoc cadaver, quod caput inſtar dolii haberet, mox cum rudius attrectarent, illico in pulverem abiiſſe, molaribus duntaxat, qui ſinguli quincunces, ſalvis. Verum quis ſano capite credat oſſa cadaveris, quæ in principio tam eſſent dura, ut ligonibus reſiſterent, mox propter rudiorem contactum cuncta unico momento in pulveres reſoluta? Tertio & quarto loco Siculus Hiſtoricus allegat non corpora integra, ſed oſſa tantum ſegregrata & præcipue dentes, partim apud Hyblam partim apud Hyccaram effoſſos; ex quibus poſſideat dentes quatuor circiter unciarum ſingulos & humeri os pene monſtroſum.

a l. 8. Mund. Subterr. ſ. 2. c. 4.

Sed quam hinc apparet Fazellum ignoraſſe terram tum in Sicilia cum alibi non modo dentes producere, ut reliqua foſſilia, verum etiam oſſa naturam æmulantia. Tales dentes paſſim aſſervantur a curioſis & oſtenduntur alicubi [b] in Principum armariis. Ceterum S. Auguſtini auctoritas, qui talem dentem in Uticenſi littore intuitus pro *giganteo* pronuntiavit, facit ut hujuſmodi foſſilia a planis atque agyrtis vendantur pro humanis & in pinacothecis pro talibus dedicentur. Certo tamen certius eſt a terra fuiſſe productos. Idque non modo in Silicia fieri extra omnem dubitationem poſuit laudatus paullo ante Athanaſius, ſed hic etiam in vicinia noſtra contingere apud Moſæ Trajectum quotidiana docet experientia [c]. Nec dentes tantum omnis generis in terra naſci, qui de Foſſilibus ſcripſerunt, tradunt, ſed oſſa etiam tam humanorum quam belluinorum ſpeciem imitantia. Nec hæc obſervatio heri aut nudius tertius primum facta eſt, ſed jam olim Theophraſtus [d] non modo *ebur foſſile candido & nigro colore inveniri ſed & oſſa e terra naſci invenirique lapides oſſeos* memoriæ prodidit. Idque recenti experientia in multis locis comprobatum eſt. Cæſalpinus [e] juxta *S. Joannis* oppidum in Arni valle reperiri ait oſſa lapidea ingentis ſtaturæ, quæ a nonnullis pro elephantum habeantur ab Hannibale in Italiam ductorum: ex quibus viderit partem humeri ſuperiorem aut coxæ id magnitudinis, ut utraque ulna amplecti vix poſſet, cum fragminibus crurum intus ſpongioſis exterius ſolidis marmore porphyretico, cujus etiam ſonum repræſentent, nigrioribus. Anſelmus Boetius [f] coſtas aut potius coſtarum bracchiorumque & femoris humani formas erui tradit in Palatinatu juxta *Spiram* & *Heidelbergam*; in Saxonia apud *Jenam*, in Sileſia & aliis Germaniæ locis: creſcere autem ad arenoſorum montium radices. Georgius Agricola [g] aluminoſa in terra prope *Hildesheimium* & *Luneburgum* oſſa hujuſmodi extrahi prodit. Et Goropius [h] a ſe poſſideri teſtatur oſſa ſaxea ingentia balænarum oſſibus maximis æqua, quæ dum aquis hauriendis puteus foderetur e terræ viſceribus eruta fuerint. Ac talis naturæ coſtam fuiſſe a Tudelenſi Benjamino Damaſcena in regia viſam, modo ceti non fuerit, veriſimile eſt. Nam ne elephanti ſuſpicemur non tam longitudo, ſex cum duodecim digitis pedum, quam latitudo, integri pedis digitorumque octo, prohibet. Coſta enim elephanti, quæ in Anatomico Academiæ Theatro oſtenditur, juxta exteriorem flexuram octo admodum pedes longa, ubi ſpiſſiſſima eſt, circa oſſis ſterni commiſſuram, pedem tantum unum cum tribus unciis circuitu ſuo implet. Cetorum autem generi debentur oſſa immania, quæ *Noribergæ*, *Francofurti* ad Mœnum, *Moguntiæ*, inque aliis mediterraneis Germaniæ urbibus, nam de maritimis monere ſupervacaneum eſt, oſtenduntur publice, ab *Iſlandia* iſtuc ultimoque ſeptentrione vigente *Anſeaticarum* urbium fœdere vecta. Quis igitur poſt hæc dubitet, quin oſſa & dentes a Fazello tertio & quarto loco adducta talia pariter fuerint, cum ipſe ſatis prodat nullum in illis partium obſervari ſitum, nullam oſſium harmoniam; immo nullum inde producat cranium, nullam manum, aliamve corporis partem, unde ſine hæſitatione dignoſci poſſet eam hominis fuiſſe.

b Vindobonæ in Bibliotheca Cæſaria teſte Petto Lambecio l. 6. Bibl. Cæſ. p. 311.

c auctore Georgio Agricola l. 7. de Nat. Foſſil. p. 639.

d apud Plinium l. 36. c. 18.

e l. 2. de Metall. c. 48.

f de Lapid. l. 2. c. 234.

g dicto loco

h Goropius Becanus in Origin. p. 242.

Pergit tamen ulterius in problematis ſui adſtructione & quinto loco in Panormitani agri ſpecu, qui ſupra fontem extenditur, cui *Mare Dulce* nomen, ſua pariter ætate effoſſum ait *gigantem* cubitorum ferme octodecim; ſed membris omnibus incompactum diſſolutumque. Teſtor veſtram fidem AA. quid eſt abuti lectoris pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

tientia, ſi hoc non eſt? Si diſſolutum fuit cadaver membris omnibus, unde igitur menſura octodecim cubitorum collecta eſt? Sed fabuloſum hunc non minus quam Erycinum oſtendit cantilena ſolennis de ſubitanea illius in cineres migratione poſt duriorem contrectationem, inprimis mandibulæ, quam ſtudioſe ſervare debuerant non excuſſis ex illa vi dentibus; & ſervaſſent, niſi me omnia fallunt, tanti *gigantum* patroni, ſi res vera fuiſſet. Certe Kircherus [a] in eodem antro ſe fuiſſe ſcribit, idque reperiſſe tam inæqualis altitudinis, ut modo quinque & viginti, modo quindecim, modo decem tantum palmos capiat; immo in multis locis adeo impendens, ut ſe erectum incedere non pateretur: latitudinem pariter non eamdem ubique habere, ſic ut ubi minima ſit, decempedam non adimpleat. Unde dijudicatu facile eſt ſpecum hunc ut pro domo tam vaſti *gigantis* ſic pariter pro ſepulchro fuiſſe ineptiſſimum. Quod de omnibus fere ſpeluncis, in quibus *gigantes* habitaſſe proditum eſt, affirmari ſine mendacio poteſt. Ceterum Kircherus, quem antrum hoc intraſſe dixi, ſcribit in ſiniſteriore illius latere ſe reperiſſe dentes parvos, mediocres, maximos ea ſerie, qua natura animalium maxillis inſerere ſolet, tanta copia, ut centum inde plauſtra onerari facile poſſent, tantaqne naturalium dentium ſimilitudine, ut vix hos ab illis diſtingueres; ſupra quidem candore perilluſtri ſplendidos, infra acutis radicibus inſtructos. Inter eos autem, quos inde detraxerit, unum fuiſſe, non quatuor uncias, ut Fazelli, ſed quatuor libras pendentem. Ulterius vero progreſſo in ſubterraneo hocce cuniculo oblata oſſium imitamenta humanorum & modo tibiarum protuberaſſe formas, modo vertebrarum genuumque veſtigia, nullo tamen ordinis nexu: inſuper tumores apparuiſſe argillaceos ingentes, qui exciſi ab una parte os genuum ab altera concavitatem referrent calvæ haud abſimilem. Ex quibus luculenter apparet non modo quid de hoc aliiſque Fazelli *gigantum* cadaveribus ſentiendum ſit, verum & de illis fabuloſi Philoſtrati, quibus ſi Fazellana quis adſimulata conformataque crediderit, non multum forte a veritate abluſerit. Pergit nihilominus in credulitate ſua Fazellus & in agro Syracuſano aliud *gigantis* cadaver anno duntaxat uno poſt ſuperius repertum ait, viginti cubitos longum: ſed e quo omnia pariter pulvis facta fuerint præter calvariæ, coſtæ, crurumque fruſta, quæ ſtatim in Melitam (ne ſcilicet fraus detegeretur) miſſa fuerint, retentis tantum in Sicilia duobus molaribus. Verum ſeptimus biennio poſt apud *Calatraſin* repertus in ædicula camerata duorum & viginti cubitorum tam eſt ridiculus, ut examinari non mereatur. Ex eo enim, ſi diis placet, apparet domitores iſtos prioris orbis *gigantes* non ſpeluncis duntaxat fuiſſe contentos, ſed mauſolea inſuper exuviis ſuis circumdediſſe & architecturæ, quod hactenus ignorabatur, fuiſſe ſtudioſos. Quid autem hoc cadavere cedo factum? Caput cujus circuitus decem pedes patebat pro ſcopo erectum lapidibuſque donec comminueretur impetitum eſt, reliquiæ dentibus tantum exceptis humo redditæ ſunt. Hem nugatores mali! quid opus erat caput iſtud comminuere? cur in publico loco non poſuiſtis contemplandum, ſi tantopere Siciliæ veſtræ intereſſe creditis a talibus monſtris in principio fuiſſe habitatam? cur reliqua omnia cadaveris terræ iterum reddidiſtis, molares duntaxat vobis reſervaſtis? Quis fabulam hic non ſubolfacit manifeſtam? Tandem adddit ultimo apud *Petraliam* reperiri cadavera octo ulnas proceritate ſuperantia, ex quibus ipſe teneat mandibulam, cum duobus molaribus duarum ferme unciarum ſingulis. Hoc ultimum exemplum, etſi a natura, ut deinceps dicemus, non multum abhorreat, tamen ejuſdem farinæ cum reliquis habendum eſſe exiſtimo. Cranii enim, pedum, manuumque tam hic quam ante altum ſilentium eſt.

[a] l. 8. Mund. Subterr. ſ. 2. c. 4.

Interim vera oſſa, humanorum menſuram multum excedentia, in Sicilia non aliter atque in ipſa Aſia & Africa adhuc reperiri nullus infitior. Verum hæc elephantorum eſſe omnes periti judicant, non hominum; qui magno olim numero & a Pœnis & a Pyrrho rege in Siciliam transportati ſunt. Homines autem imperiti ut olim ſic hodie oſſa elephantum belluarumque immanium pro *gigantum* oſſibus celebrant. Videre hoc apud vicinos *Antwerpianos* [b] licet, apud quos oſſa unius elephanti ſimul cum dente, quatuor digitorum menſuram ſuperante, in curia ſervata dederunt fabulæ putidiſſimæ occaſionem de Barbone *gigante* apud Schaldis ripam olim dominante, cujus dextra a Julio Cæſare deciſa atque in profluentem abjecta originem ſimul nomenque nobiliſſimæ ibi urbi dederit. Nec mirum videri debet Romanos Aſiæ Africæque dominos elephantos ſpectandos circumduxiſſe, cum illud etiam hodie quandoque fieri videamus. Certe Cn. Domitium, Neronis atavum, in Conſulatu Allobrogibus Arvernisque ſuperatis tamquam alterum Hannibalem elephanto per provinciam vectum

[b] teſte Goropio Becano l. 2. de Origin. p. 176.

notat

notat Suetonius [a]. Et ne dubitemus detecta in diverſis Belgicæ locis elephantorum oſſa faciunt: uti duorum ſuperiori ſeculo apud *Vulvordam*, quorum Goropius [b] meminit. Et valde vereor ne impoſitum ſit *Lucernenſibus* Patribus, quorum decreto ſuperiori ſeculo *gigantis* apud eos delineatio perfecta eſt. Certe hiſtoria inventionis Helvetii non magis quam Siculorum *gigantum* examinari ſuſtinet. Dicitur enim repertus ſub antiqua quercu, ſed minime integer oſſibusque cohærentibus: immo ipſa quæ reperta traduntur oſſa, ut femoris, tibiæ, ſcapularum, vertebrarum, oſſis ſacri, coccygis navicularis, coſtarum atque calvariæ non integra fuiſſe perhibentur, ſed imperfecta dimidiataque. Quæ cum *Lucernam* deportata eſſent & a neſcio quo phyſico pro humanis agnita tabulæ, quam diximus, cauſſam dedere. Verum pluſquam probabile eſt oſſa hæc elephanti [c] fuiſſe, aut qualia Athanaſius in Panormitani agri ſpelunca obſervavit, qualiaque ipſe multa in muſeo ſuo habuit, quorum magnitudo juxta proportionem tibiarum vertebrarumque *Lucernenſi* picturæ minime cederet.

Ex quibus omnibus illud effici optimo jure exiſtimo, quæ Trallianus, quæ Pauſanias, quæ Philoſtratus, quæ Plinius, quæ Solinus adducunt *giganteorum* cadaverum exempla diverſis temporibus multifariam reperta pariter eſſe fabuloſa atque ab imperitis ſubterranei mundi hominibus temere credita, temere pervulgata.

Plutarchum autem nollem Gabinio, nam is primum Antæi ſepulchrum ab Sertorio recluſum prodidit, fabuloſo ſcriptori habuiſſe fidem. De Sertorio credo, ſed uti de Franciſco [d] Gallorum rege; qui ſimili ductus curioſitate Rolandi, Caroli Magni ducis (de cujus ſtatura, uti de ipſius Caroli, non aliter quam vaſtiſſimi *gigantis* commentati ſunt mediæ ætatis fabulatores) monumentum Blaviæ aperuit, atque ex oſſibus & armatura viri adhuc integra, quam corpori ſuo ſuperinduit, ſtaturam ejus non multum ſuam ſuperaſſe deprehendit. Prudentior Strabo [e], qui narrationem Gabinii de compage oſſium ſexaginta cubitorum ut fabuloſam exagitat. Immo in nonnullis manifeſta conſpiciuntur mendacii veſtigia: ut in illo Phlegontis de Macroſire, centum cubitos longo, qui quinque annorum millia vixiſſe dicitur in præclaro epitaphio [f], & in altero Cretenſi apud Plinium ſex & quadraginta cubitorum, qui *ſtans* dicitur repertus. Similia notatu facilia in reliquis oſtendunt tam ævum prius quam hoc recens nunquam nugatoribus fuiſſe deſtitutum.

Sed intactum adhuc reſtat *giganteum* humani pedis veſtigium quod non minore ſuperſtitione in *Ceilane* colitur, quam Muhammedis ſepulchrum *Meccæ* frequentatur. Suſpicor AA. plantam hanc mirabilem auctores habere Chriſtianos veteres, qui fidem noſtram Indis primum intulerunt Conſtantii Imperatoris temporibus, Frumentii inquam & Theophili [g] diſcipulos. Tunc enim præ nimio ſacrarum reliquiarum ſtudio fraudibus hujusmodi piis graſſari turpe non putarunt. Credebant autem Græci poſt Epiphanium communiter omnes Paradiſum terreſtrem in Oriente fuiſſe, propter verba Moſis: *Et plantaverat Deus hortum in Eden verſus Orientem.* Immo nonnulli, Moſe BarCepha teſte, Syro Epiſcopo, Paradiſum ultra Oceanum poſitum & primos homines cum ſtatura eſſent *gigantea* inde in has terras emigraſſe per vadoſum mare pedibus crediderunt. Taprobanenſes autem ſive *Ghingalæ* adhuc hodie jactant apud ſe Paradiſum fuiſſe & brevia inter *Ceilanem* & *Tutecorinum*, in adverſo littore oppidum, *pontem Adami* nominant.

Verum dicet aliquis, tune igitur *gigantes* plane e mundo exterminas, credisque homines a principio non altiori ſtatura, quam adhuc deprehenduntur, fuiſſe inſtructos? Ego plane exiſtimo AA. hominum genus in principio non fuiſſe altio-

Ppp ribus

a Ner. c. 2.

b Origin. p. 179.

c qualia Valentiæ ſimiliter originem dediſſe tabulæ ſchelcti gigantei (xv uti audio cubitorum) in monaſterio Iacobinorum auctor eſt Iacobus Sponius l. 1. Itiner. pr.

d narrante Philippo Camerario Cent. 1. Op. Subſec. c. 82.

e l. 17. p. 829.

f c. 17. Τέθαμμ' ὁ Μακρόσιρις ἐν νήσῳ μακρῷ Ἔτη βιώσας πεντάκις τὰ χίλια. *Sepultus ego Macroſiris in longa inſula Vitæ peractis annis mille quinquies.*

Præterea ex ſepulchri magnitudine perperam de corporum magnitudine colligitur. Principibus enim aliquando & alicubi placuit hæc ſtruere modulo multum cadaveris magnitudinem excedente. Ita adhuc hodie exſtare ſepulchrum ultra quadraginta pedes longum in urbe *Urumi* provinciæ *Adirbeitzan* ſeu Mediæ majoris, in quo Burla uxor regis Caſan ſita, Adamus Olearius ſcribit l. 4. Itiner. p. 363. & l. 6. p. 42. Edit. Wicfort.

g Certe Philoſtorgius l. 3. c. 4. a Conſtantio legationem miſſam ad Homeritas ſcribit, cujus exitus quod Homeritarum rex ad Chriſti fidem converſus tres eccleſias locis opportuniſſimis excitaverit; primam in *Tapharone* gentis metropoli, alteram in *Emporio Romano*, tertiam in *Emporio Perſico*. Legationis principem fuiſſe Theophilum natione Indum ex inſula Διβοῦ, qui admodum juvenis a popularibus Διβηνοῖς miſſus fuerat Conſtantino obſes. Hunc luſtratis deinde civibus aliisque Indis tum Auxumitis ad Conſtantium reverſum. Sed jam ante hanc legationem Indi ad Chriſtianiſmum converſi a Frumentio Auxumitarum in Æthiopia Epiſcopo, qui ab Athanaſio Alexandriæ Epiſcopo adhoc miſſus fuerat. Quoniam autem is catholicus, Theophili legatio inſtinctu Arrianorum ſuſcepta videtur, ad ejiciendum ex illis regionibus Frumentium, qui non Auxumitarum ſive Æthiopum duntaxat, ſed Indorum pariter Epiſcopus. v. Socrates l. 1. H. E. c. 19. & Sozom. l. 2. c. 24. Frumentius adhuc hodie ab Abaſſenis pro ſuo Apoſtolo agnoſcitur. Quantopere autem Romani frequentaverint Indiam iis temporibus patet etiam ex legatione a *Divis* & *Serindivis* ad Julianum miſſa, de qua Ammianus Marcellinus l. 22. c. 9. Per *Divos* enim Henricus Valeſius intelligit inſulam, quæ hodie adhuc *Diu*, ad os Indi fluminis ſitam, Regi Cambaiæ obnoxiam, per *Serindivos* Samuel Bochartus Taprobanenſes. *Serandib* enim Arabice dicitur *Seilan*. Apud Photium C. 111. Flavianus Antiochiæ Epiſcopus Synodum indixiſſe dicitur contra Meſſalianos, cui interfuerint Epiſcopi tres Biza Seleuciæ, & Marutha gentis *Supharenorum* & Sami. Ubi Σουφαρηνῶν dici videtur ex Σόππαρα, vel Σούφαρα, quod emporium celeberrimum Indiæ ad oſtia Goaris, & in S. L. *Ophir*, juxta Holſtenium Annot. in Ortel. p. 137. Præterea durat adhuc hodie Chriſtianiſmus aliquatenus apud Indos in illis qui Chriſtiani D. Thomæ appellantur. Accedit quod Paullus Hermannus ante a me laudatus affirmet adhuc Romanas inſcriptiones reperiri in *Ceilane* & Romanorum mentionem fieri in hujus inſulæ Annalibus.

ribus corporibus quam adhuc eſt præditum: ſic tamen ut pro cœli temperamento aliæ nationes plus, aliæ minus longitudinis habuerint; & in ſingulis gentibus ſubinde eminerent magnitudine inviſitata pauci. Quæ omnia adhuc hodie ſervari experientia docet & obtinuiſſe omnibus ſeculis hiſtoria teſtis eſt. Si enim Judæi veteres hodiernam hominum ſtaturam exceſſiſſent, fruſtra notata fuiſſet Ogi, fruſtra Baſanitarum, fruſtra Goliathi proceritas. Nec in Ægypto aliter ſeſe rem habuiſſe, quidquid etiam hæc non minus quam Græcia mendax in hiſtoria in contrarium fabuletur, patet ex marmorea Pyramidis maximæ ſandapila, Joanne Gravio Anglo [a] qui recens eam inſpexit menſuravitque teſte, pedes ſex cum dimidio ferme longa, lata duos cum quadrante. Hæc enim miraculoſa Pyramis juxta Manethonem Ægyptium debetur Suphidi, qui in Memphitarum regum dynaſtia numeratur nonus decimus. Sive autem ad illum pertineat tanti operis gloria, ſive ad ſucceſſorem ejus Phiopem, qui centum annos imperaſſe dicitur, certum ſub Jacobi in Ægyptum migrationem molem hanc fuiſſe conditam. Immo nullam ex iſtis, quæ in Memphitico agro caput efferunt, tribus Pyramidibus poſt Joſephi Patriarchæ tempora conditam claro argumento inde colligitur, quod Memphiticorum principum dynaſtia in Nitocre regina Joſephi tempeſtate finierit. Haudquaquam enim veriſimile aut Thebanos principes aut Tanitas, penes quos deinceps Ægypti regnum fuit, vectigali in ſolo tanta opum monumenta voluiſſe relinquere.

Interim non defuerunt ſingulis ferme ſeculis ordinariam hominum ſtaturam alterum fere tantum excendentes. Qualis in ſacris Ogus iſte Baſanitarum Regulus, decem pedes cum dimidio altus, & Goliathus novem pedes & duodecim digitos ſtatura ſua æquans. In ſecularibus vero literis ingens occurrit hujuſmodi exemplorum meſſis. Pater hiſtoriæ [b] cadaveris meminit ſeptem fere cubitos longi, quod pro Oreſtis habitum fuerit, apud Tegeatas effoſſi: quod Aulum Gellum [c] temere nimis ut fabuloſum exſibilaſſe nollem. Idem [d] Artachæen Achæmeniden quinque regios cubitos digitis quatuor minus altum non ſine magno dolore a Xerxe apud Acanthum funeratum ſcribit. Regius autem cubitus vulgari Græco teſte eodem [e] tribus digitis erat major. Sub Auguſto Cæſare Puſionem & Secundillam ſingulos denos pedes & aliquot uncias proceritatis habuiſſe eorumque oſſa miraculi cauſſa aliquot exinde ſeculis in Salluſtianorum hortorum conditorio aſſervata eſſe atque monſtrata Plinius [f] & Solinus [g] annotarunt. Ad Tiberium ab Artabano Parthorum rege poſt renovatum per Vitellium fœdus cum obſidibus inter munera miſſum Eleazarum Judæum, quinque cubitos longum, Gigantem cognominatum Joſephus [h] prodit. Sub Claudio Gabbara quidam ex Arabia Romam advectus novem pedes totidemque uncias Plinio & Solino teſtibus implevit. Nævium Pollionem tam procero corpore fuiſſe ſolus refert Plinius, ut præ concurſu populi pene interemptus fuerit. Similis ſtaturæ feminam paullo ante Gothorum incurſionem Romæ viſam teſtatur S. Auguſtinus. [i] Sub Theodoſio apparuiſſe quemdam Antonium in Syria natum cubitos quinque cum palmo longum in Eccleſiaſtica ſcribit hiſtoria Nicephorus. [k] Immo ipſius Maximini Imperatoris proceritas prodigioſa fuit; octo enim pedes cum ſex digitis egreſſum Capitolinus [l] notat. Ad quam non acceſſit [m] Imperator alius, qui rerum geſtarum magnitudine cognomentum Magni meruit, Carolus (quidquid in contrarium Turpinus fabuletur) etſi alias amplo admodum egregioque corpore præditus. Cujus modulum exactiſſime repræſentat pertica ferrea inter cimelia Palatina, ſi Frehero [n] fides, religioſe aſſervata, mediocris digiti ſpiſſitudine, pro inſcriptione continens litteris argenteis iſtius ævi: KARLUS IMPR. JUSSIT CUBITŪ ISTU FACERE JUXTA MENSURAM SUAM. Hic autem *cubitus*, ut tunc loquebantur, ſive pertica pedes ſex Rhenolandicos cum tribus unciis ad amuſſim æquat.

Sed tempus me deficeret AA. ſi omnia ſingularia prodigioſæ ſtaturæ exempla velim conquirere. Tranſeo ad integras gentes. De Baſanitis res clara eſt atque indubitata propter auctoritatem ſacram: inſuper Joſephus Flavius [o] ſuo tempore eorum oſſa adhuc duraſſe teſtatur. Non adducam hic Oneſicratum [p], qui in locis Indiæ, ubi umbræ non ſunt, ſtaturam hominum quinum quondam cubitorum cum duobus palmis fuiſſe retulit, non Cratetem Pergamenum [q], qui Æthiopes Syrbotas ad duodecim

[a] In Pyramidographia Anglice edita a. 1646. Petrus Bellonius duodecim pedes facit longam ulnæ altitudine, ſex pedes latam l. 1. de Pyramid. c. 3. Sed ita deſcribit, quaſi non viderit.

[b] Herodotus l. 1. c. 68.

[c] l. 3. c. 10.

[d] l. 7. c. 117.

[e] l. 1. c. 178.

[f] l. 5. c. 16.

[g] c. 5.

[h] l. 18. Antiq. p. 625.

[i] l. 15. de C. D. c. 23.

[k] l. 12. c. 37.

[l] Maxim. c. 6. & Maxim. Jun. c. 2.

[m] Nec acceſſit Seſoſtris, quem quatuor cubitos, palmos tres, digitos duos altum fuiſſe Manethon ſcribit apud Syncellum p. 60. Diodorus Siculus quatuor cubitos totidemque palmos p. 35. Nec Hercules, πηχῶν τεσσάρων ϗ ποδὸς ἔχων τὴν ἡλικίαν. *Cubitorum quatuor & pedis habens ſtaturam.* juxta Herodorum apud Tzetzem Chiliad. 11. v. 365.

[n] in Philop. de Statura Caroli M. Imp. p. 78.

[o] l. 5. Antiq. c. 2.

[p] ex Plinio l. 7. c. 2. qui omnium Alexandri ſcriptorum maxime fabuloſus teſte Strabone l. 15. p. 698. Hunc Arrianus l. 6. p. 124. Alexandri Ἀρχικυβερνήτην fuiſſe & per mendacium appellaſſe ſe ejus Νέαρχον ait.

[q] ex Plinio d. l. & Solino c. 33.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

cim pedes creſcere tradit. Quoniam hujuſmodi narrationes felix noſtri temporis experientia redarguit: qua cognitum ab ea æquinoctionalis circuli parte, quæ meridiem reſpicit, hominum ſtaturam eodem ſe habere modo, quo ſub hac ſeptemtrionali deprehenditur; nempe, ut quo longius a medietate diſcedas, cis Laponiam tamen & paris latitudinis regiones, in homines incidas proceriores. Scilicet quoniam nativus calor, unde corporum proceritas pendere creditur, intenſior eſt ſub frigido quam calido cœlo viventibus. Hinc Germani uti olim ſic hodie, quo magis ſeptemtrionem adſpiciunt, plerumque ſtatura eminentiores ſunt. Et in hac patria noſtra ſuperiori ſeculo cum admiratione ſpectatus eſt Nicolaus quidam Kithenius, *Spernerwoudæ* natus octo pedes Rhenolandicos cum ſex unciis altus [a]. Ipſi vero vidimus piſcatorem *Leckerkerkanum*, licet integro ferme pede minorem, quocumque incederet, ingentes facere concurſus. Et ne putetis intra Germaniam hanc corporum celſitudinem claudi, Hector Boëthius rerumque Scoticarum ſcriptores quemdam Joannem, a contrario Puſillum cognominatum, in extremæ Scotiæ inſula ſepultum impleviſſe ſcribunt ſtatura pedes quatuordecim. Et ultra Tanaim amnem colentium Scytharum neminem adeo humilem eſſe, ut humeri ejus non poſſent Macedonis militis verticem æquare apud Curtium [b] Beſſus clamitat. Denique Polonia nuper Maximiliano Secundo Martinum dedit Wierwskium totos octo pedes implentem.

Similiter meridiem verſus trans æquinoctialem lineam ſuperiore ſeculo *Patagones*, pari ab ea latitudine qua Germani diſtantes, non modo ſuperare Germanorum longitudinem cum ſtupore deprehenſi ſunt, ſed ipſius etiam Ogi implere vel excedere. Et ne putetis me fabulas narrare adducam ex diariis diverſarum Navigationum in hanc rem teſtimonia. Quæ cum ſingula affirmatione nitantur omnium navigantium non minorem quam acta publica fidem mereri videntur.

Primus in hos incidit ſuperioris ſeculi anno nono decimo Ferdinandus Magallanes, a cujus nomine novi orbis regio ad meridiem ſimul cum freto invenit nomen. Scribit Antonius Pigafetta, Diarii Magallanici auctor, cum in portu S. Juliani, quem ſub latitudine ponit auſtrali graduum novem & quadraginta cum dimidio, hibernarent, & nuſquam homines viderent, quodam die ex improviſo quaſi cœlo delapſum ad portum appropinquaſſe virum ſtatura *gigantea* ſaltantem & cantantem pulveremque in pacis ut credebant ſignum capiti injicientem. Mox cum idem Præfecti juſſu ab Hiſpanis factum eſſet acceſſiſſe *gigantem* propius attonitum plane atque ſtupentem, uti ex iteratis digiti ejus erectionibus aliiſque ſignis colligebant. Hunc tam fuiſſe altum, ut Hiſpani cincturam ejus non attingerent, facie immenſa, flavo colore cum in circuitu tum circum oculos picta fucataque, utrique etiam malæ cordis impreſſa imagine, capillis albeſcentibus, veſtitum pellibus, armatum arcu. Hic cum amice atque hoſpitaliter ab Hiſpanis fuiſſet exceptus & dimiſſus plures mox ex iſta gente in conſpectum dediſſe ſimilis ſtaturæ homines, ex quibus tandem duos ſecum abduxerint, qui poſtquam calidius cœlum attigiſſent, inter navigandum mortui ſint. Nomen autem *Patagonum* tunc a Magallane huic populo impoſitum. Fuit Magallanes nobili domo in Luſitania oriundus, cumque diu Alburquercii ductu in orientali India meruiſſet & in patriam redux ab Emanuele Rege negligeretur, ad Carolum Quintum ſe recepit; eique perſuaſit inſulas *Moluccas* juxta Alexandri Sexti Papæ diviſionem pertinere ad *Caſtellæ* provincias, impetratiſque a Cæſare quinque navibus, ad illas occupandas via hactenus invia profectus eſt. Sed in ipſo conatu, dum unam [c] ex iſtis expugnare cupit, interfectus eſt. Ceterum Herrera repetitam ab Hiſpanis navigationem hanc poſt quinque a priore annos, viſosque etiam iſtis eoſdem *gigantes* ſcribit. Idem deinceps Angli ſub inclyto ſuo Franciſco Draco & rurſus ſub Thoma Candiſio; tandemque etiam noſtri ſub diverſis Præfectis experti ſunt. Sebaldus Weertius, qui cum quinque navibus in ſuperioris ſeculi fine *Roterodamo* ſolvit, teſtatur in *Viridi Sinu*, quomodo vocat ſtationem in ipſo *Magallanico* freto navibus opportunam ab introitu ejus orientali unam & viginti leucas diſſitam, ſe non modo vidiſſe ſeptem navigia hominibus repleta decem aut undecim pedes longis, verum & ferro vitam cernere cum iiſdem coactum. Cum vero noſtri pugnæ & armorum genere vincerent, *gigantes* fugiſſe in terram ibique ſola bracchiorum vi extraxiſſe plurimas arbores, quarum denſitas e longinquo ſpithamam capere videretur, ad ſe contra noſtrorum ictus, qui eminus *bombardis* inferebantur, obvallandos. Oliverius Nortius, qui eodem anno ſed aliquot poſt Sebaldum menſibus eodem *Texelia* curſum fecit, ſcribit ſe intellexiſſe e captivo iſtius tractus bar-

a Juxta menſuram, quæ in parietinis templi *Spernerwoudani*, duobus lateribus notata eſt, latiſſimam ulnarum ejus extenſionem exhibentem, quam ipſe octo pedes Rhenolandicos cum dimidio longam eſſe deprehendi ſuperiore æſtate, cum Harlemi unde *Spernerwouda*, in dies deficiens pagus, leuca fere horaria diſtat, viſitandorum amicorum cauſſa degerem. Quod ſi enim quanta maxima ulnarum extenſio tanta ſit hominis ſtatura, conſequens Nicolaum hunc octo pedes Rhenolandicos cum ſex unciis fuiſſe altum. Meminit Hadrianus Junius Batav. p. 38.

b l. 7. c. 4.

c nomine *Sebu*.

baro, quem linguam noſtram docuerant, *gigantes*, *Patagones* a Magallane, *Tiri mo-nas* ab indigenis vocitatos, barbarorum omnium vaſtiſſimos, ad decem atque undecim pedes in altum ſeſe exſerere. Jacobus Mairius, a quo novum fretum *Magallanico* meridionalius ex hoc oceano in illud, quod *Pacificum* dicitur, repertum, nomen ſumpſit, qui anno hujus ſeculi quinto decimo *Texelia* pariter vela fecit, ſcribit, cum in *Portu Deſiderato*, quem ab altero mediæ lineæ latere ſeptem & quadraginta gradus cum dimidio circiter diſſitum obſervavit, ad anchoras ſtaret, & partim aquas dulces partim incolas terræ inveſtigatum quotidie mitteret, inveniſſe in altiſſimis montibus lapidum acervos, & cum quid illi vellent non intelligerent, more ingenii humani incognita perveſtigantis disjectos a ſuis lapides ac diſſipatos, inventaſque ſub illis larvas nudis oſſibus cohærentes decem aut undecim pedes longas.

Non addit an detraxerint de his oſſibus aliqua, ſed detracta fuiſſe pluſquam veriſimile eſt. Et forte illud os frontale admirandæ magnitudinis, quod in medico hujus ædis auditorio aſſervatur, inde ad nos perlatum eſt. Hujus ambitus continet uncias ſex & viginti, cum in majoribus hominum noſtræ terræ craniis idem illud os vix ſedecim adimpleat. Ab intercilio præterea ad brechmatis concurſum pollices habet novem, cum in vulgaribus tantum quinque reperiantur. Unde ſi proportionis conſtitit ratio, eum cujus capiti os iſtud quondam cohæſit decem pedibus aliquanto majorem fuiſſe neceſſe eſt. Os autem femur, quod in Anatomico Theatro oſtenditur duos Rhenolandicos pedes longum, non eſt quod tam peregre arceſſamus; cum homines octo & paullo amplius pedum, qua fere ſtatura fuit, cujus ſunt iſtæ reliquiæ, in his terris ſubinde reperiri ante probaverimus.

Ceterum *Magallanicorum* proceritatis fama jam olim ad hunc orbem perlata oſtendit, quæ de Atlantici maris inſula a Pœnis quondam reperta & magna cautione cœlata nonnulli veteres retulerunt, haudquaquam fabulis annumeranda. Certe Ælianus [a] ex Theopompo ſcribit Silenum Midæ regi narraviſſe extra hunc mundum, alium continentem eſſe, in quo homines habitarent duplo nobis majores.

a l. 3. V. H. c. 18.

Nihil igitur aliud reſtat AA. quam ut in conſilium vos mittam, quo videatis an vetus de *gigantibus* opinio retinenda amplius an deſerenda ſit. Nihil valere debet auctoritas contra manifeſtam ſenſuum experientiam. Reperiuntur nuſquam majores quam in *Magallanica* terra homines. Abſurdum ſi non impium naturam dicere effœtam. Ergo ne credamus olim productum ab ea aliquid, quod nunc defecta quaſi ſenio viribuſque deſerta producere non valeat. Idem qui olim adhuc gubernaculum tenet Deus. Præcipue cum tam falſis nitatur fundamentis hæc ſententia: & tantum abſit ut juvetur a ſcriptoribus ſacris, ut ab illis potius deſtruatur, firmeturque naturæ qui adhuc obtinet in formandis hominum corporibus modulus. Quidquid etiam in contrarium nugentur verpi deliri, Poëtæ mendaces, Hiſtorici aut creduli nimis aut veteratores. Teneamus quod oculis cernimus, homines ad ſex ſeptemve pedes plerumque excreſcere; nonnunquam & alicubi totidem cubitos attingere. Quod ſupra jacitur fabulis & mythologiis accenſeamus. Niſi potius elephantos, camelos, equos ſimul cum hominibus imminutos putemus, aut hæc animalia non in primorum hominum, ſed generis illorum uſum Homero ſcilicet vivo decreſcere incipientis condita arbitremur: ſimul antra terræ, in quibus *gigantes* habitaverint, coarctata exiſtimemus. Quin potius quod res eſt credamus, ſimulque doleamus *gigantes*, quales a Moſe ſacriſque ſcriptoribus proponuntur, exinde ſemper fuiſſe, nondumque deſinere; qui hoſtes ſunt ſempiterni, non modo ſummi illius omnium hominum Domini atque Rectoris negando eum exſiſtere, ſed ipſorum etiam hominum, in quadrupedum cenſum detrudendo eos, nullius virtutis aut futuræ beatitudinis compotes. Sublato enim Numine omnis pariter officiorum ratio ceſſat, natura boni malique confunditur, virtus omnis in ſola opinione ponitur, ſua cuivis utilitas actionum norma conſtituitur, ſapiens, qui quidquid ſuis rationibus conducat, agit, ad nullam adverſus alios beneficentiam obligatus. Sublato Numine animarum deletur immortalitas & diſcrimen inter hominem atque belluam perit.

Quandoquidem autem peſtilens hæc & parricidalis hæreſis ſemel totum humanum genus, unica domo excepta, infatuavit, & cataclyſmus prioris orbis *gigantes* non ita perdidit, ut in novo epigonos non reliquerint, da ſapientiſſime mundi Conditor & Gubernator Deus, ne unquam iterum de veritate triumphet error; illuceſce mentibus noſtris, ne conturbemur unquam falſis iſtorum ratiociniis, ſed pervicaces veri in doctrina tua perſiſtamus uſque ad ultimum; quo poſt hanc vitam vivamus tecum in ſempiterna ſecula. D I X I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
36 G 7

INDEX AUCTORUM

qui in

LUCÆ HOLSTENII NOTIS ET CASTIGATIONIBUS

laudantur, emendantur, illuſtrantur vel notantur.

Acron 286. a.
Ælianus 13. a. 15. b. 23. b. 61. b. 68. a. 80. a. 119. a. 131. a. 149. b. 168. b. 169. b. 205. a. 208. a. 209. a. 243. b. 254. a. b. 272. b. 276. a. 289. a. 318. a. 321. a. 327. a. 343. b. 344. a. 356. a. 359. b. 360. b. 362. a.
Emendatur 74. a. 88. a. 95. b. 96. a. 119. a. 260. a. 270. b. 319. b. 361. a.
Æſchines 221. b.
Æſchylus 44. b. 120. b. 158. a. 299. b.
Emendatur 98. a.
Æſchyli vita 82. b. 238. b.
—— *Epitaphium* 82. a.
Agatharchides. 138. a. 352. a.
Emend. 276. a.
Agathias 215. a.
Aggenus 340. b.
Alciatus (*Andreas*) *not.* 187. a.
Alcman emend. 119. b.
Ammianus Marcellinus 33. b. 36. b. 70. b. 72. a. 79. a. 104. a. 127. a. 212. a. 252. a. 281. b. 287. a. 346. a. 360. a.
Emend. 39. a. 71. b. 103. b.
Anacreon 244. b.
Anaſtaſius Imperator 131. b.
Anna Comnena 343. a.
Anonymi deſcriptio Ponti 30. a. 42. a. 67. b. 91. a. 175. a. 295. a. 332. b.
Emend. 42. a. 335. a.
Anonymus auctor de Nilo 15. b.
—— *Geographus MS.* 210. a.
—— *Leunclavii notatur* 346. a.
Antigonus Caryſtius 6. b. 20. b. 33. a. 88. a. 170. a. 173. a. 191. b. 207. a. 220. a. 272. b. 289. a. 294. b. 299. a.
Emend 97. a. 125. b. 266. a. 321. b. 360. b.
Loci ejus corrupti 33. a. 220. b.
Antonini Itinerarium 62. a. 74. b. 159. a. 357. a.
Emend. 325. b.
Antoninus Imperator 84. a. 122. a.
Antoninus Liberalis 31. a. 43. a. 52. b. 54. b. 87. b. 105. a. 130. b. 138. a. 147. b. 160. b. 170. a. 182. b. 183. b. 189. a. 192. b. 194. b. 202. b. 203. a. 232. a. 305. b. 328. a. 337. a. b.
Emend. 315. b.
Apollodorus 46. b. 54. b. 91. b. 124. a. 146. b. 329. b. 361. a.
Emend. 335. b.
Apollonius Alexandrinus 61. b. 88. a. 127. b. 150. a.
Apollonius Rhodius 2. a. 10. a. 11. a. 14. a. b. 18. a. 20. a. 29. b. 34. b. 35. b. 40. b. 42 a. 43. a. 45. b. 47. b. 51. a. 54. b. 55. a. 58. b. 59. b. 60. b. 61. a. 67. b. 68. b. 94. a. 99. b 100. a. 101. b. 102. a. b. 114. a 116 b. 118. a. 119. b. 120. b. 135. b. 137. a. 141. a. 146. a. 148. a. 151. b. 152. a. 166 a. 173. b. 176. a. 181. a. b. 185. a. 186. a. 189. a. 193. a. 195 a. 201. a. 210. b. 211. a. 216. a. 227. b 229. a. b. 230. a. 249. a. 253. a. b. 255. a. 259 a. 260. b. 271. b. 272. a. 274. b. 275. a. 284. b. 285. a. 291. a. 293. a. 295. a. 296. a. 304. b. 305. a. 324. b. 329. a. 331. b. 335. b. 339. b. 346. b. 349. a. b. 351. a. 356. a.
Emendatur 226. a.
Apollonii Rhodii vita 313. a.
Apoſtolius 202. a.
Emend. 225. b.
Appianus 37. a. 43. b. 54. a. 57. a. 59. a. 63 b. 92. b. 93. a. 107. a. 146. a. 165. a. 180. a. 195. b. 228. b. 244. b. 251. b. 284. a. 317. b. 350. b.
Emend. 149. a. 150. a.
Apulejus 182. a. 284. b.
Aratus 47. a.
Arati vita 277. b. 301. b.
Emend. 10. b.
Aretæus Cappadox 189. a.
Ariſtides 171. a. 183. b.
Ariſtides Quintilianus illuſtr. 237. b.
Ariſtophanes 18. b. 49. b. 81. b. 97. b. 140. a. 166. b. 168. b. 172. a. 175. b. 177. a. 180. b. 183. a. 207. b. 210. b. 227. b. 230. b. 257. b. 293. b. 296. b. 328. b. 349. a. 359. b.
Emend. 284. a.
Ariſtoteles. 3. a. 6. b. 15. a. 49. b. 81. b. 82. b. 83. a. 100. a. 128. a. 143. b 170. a. 173. a. 205. a. 231. a. 239. a. 253. b. 260. a. 284. a. b. 286. b. 294. b. 305. b. 315. a. 322. a. 325. b. 326. b. 352. a. 360. b.
Emend. 53. a. 56. b. 88. a. 97. a. 196. a. 258. a. ter. 324. a.
Lectio ejus defenſa 258. a.
Arnobius 184. a.
Arrianus 6. b. 7. a. b. 33. a. 41. b. 42. b. 46. a. 52. a.

52. a. 59. a. 70. b. 86. b. 87. b. 109 a. 110. a. 111. b. 114. b. 126. a. 194. b. 197. b. 198. a. 209. b. 214. b. 227. a. 240. b. 245. b. 254. b. 277. a. 286. a. 291 a. b. 318. a.
Emendatur 83. b. 87. a. 121. a. 242. b. 243. b. 249. a. 261. b. 307. a. 332. a. 352. a.
Locus ejus ſuſpectus 292. a.
Notatur 103. b. 298. b.
Arriani Periplus 5. b. 10. b. 38. b. 40. b. 63. b. 67. b. 93 b. 104. a. b. 161. b. 185. a. 187. b. 273. a. 282. b. 331. b. 344. a. 349. b.
Emend. 14. b.
Lectio ejus vindicatur 43. a.
Artemidori Epitome 349. b.
Aſtianus 62. b.
Athanaſius 38. b 276. a. 299. b.
